BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
1
45 -E
17

# SVIDAE HISTORICA, CAEteráque omnia quę ulla ex parte ad cognitionem rerum ſpectant:

Opus iucunda rerum uarietate, & multiplici eruditione refertum:

*Liberalitate Magnif. & Generoſi uiri D.* CAROLI VILLINGERI, *Baronis à Schæneberga: Cæſarea Maieſtati à conſilys: opera ac ſtudio* HIER. VVOLFII *annis abhinc* XVII, *in Latinum ſermonem conuerſa: nunc uerò & emendata, & aucta.*

Acceſsit nunc demum Rerum & uerborum extra ordinem Alphabeticum memorabilium INDEX, priore editione (multis ſanè locis deprauata) propter publicam calamitatem, prætermiſſus.

DE PRIORE ET HAC EDITIONE.

*Peſte meam uallante domum, uaſtante librari:*
*Editus hic properè eſt, nec ſine labe liber.*
*Nunc poſitis nouus exuuijs, nitidusq; iuuenta,*
EVSEBII *prodit munere Epiſcopi.*



Cum Cæſ. Maieſt. & Chriſt. Gallorum Regis gratia & priuilegio ad annos X.

BASILEAE,
Ex officina Heruag. per EVSEBIVM Epiſcop.
CIↃ IↃ LXXXI.

110

200

# AD MAGNIFICVM, ET
## GENEROSVM VIRVM AC DOMINVM, D. CAROLVM VILLINGERVM,
Baronem à Schoenberga, Cæſareæ Maieſtati à conſilijs, &c.

### HIERONYMI VVOLFII IN SVIDAE *conuerſionem, Præfatio.*

SAPIENTER facis, generoſe Baro, & magnitudine ingenij tui, ac familiæ, fortunæq; ſplendore dignum; qui, quod ocij res domeſtica & publica tibi concedũt, in ſacrarum & profanarum literarum conferre ſoleas lectionem. Quarum illæ nos, ad ineuitabile mortis diſcrimen uincẽdum, & ad alterã illam uitam, beatamq; immortalitatem cogitandam, excitãt & præparant: alteræ, præter honeſtiſſimam & maximè ſynceram uoluptatem, ad breuis huius & calamitoſi æui curriculum, minore cum moleſtia & ſolicitudine, atq; etiam tutius & honeſtius conficiendum, inſtructiores reddunt. Etſi autem nullum diſciplinæ ac literarum genus, atq; adeò ne liber quidem ullus eſt, è quo fructus aliquis, ab homine acuto, & ueritatis amante, capi non poſſit: Philoſophia tamen & Hiſtoria (doctrinam Religionis, uti par eſt, ſemper excipio) principa- *Religio.*
tum tenere uidentur. Quarum laudes, cum à multis ueteribus, ijsq; præſtantibus ui- *Philoſophia.*
ris, tam Græcis quàm Latinis, deſcriptæ ſint, nec ignotæ Amplitudini tuæ: tũ his de *Hiſtoria.*
rebus breuia quędam Ciceronis teſtimonia, propter adoleſcentes maximè, tanquã
oracula, proferemus. Ac de Hiſtoria prius, quę popularis quædam & craſſa philoſo- *Hiſtoria.*
phia eſt: cum Philoſophia nihil ferè ſit aliud, niſi quædã ſubtilior & accuratior hiſtoria. Nam illa quidem, conſilia, mores, facta, & fata hominum deſcribit: qui ſunt exigua particula rerum uniuerſitatis: hæc, totam naturam, omnemq; mundum animo colluſtrat, nec niſi in cõtemplatione & admiratione, atq; amore immortalis Dei ac-
quieſcit. Sed Ciceronem iam audiamus. Is igitur: Hiſtoria, inquit, eſt teſtis temporũ, *Cicero.*
lux ueritatis, uita memoriæ, magiſtra uitæ, nuncia uetuſtatis. In hac & narratur ornatè: & regio ſępè, aut pugna deſcribitur: interponuntur etiam conciones, & cohortationes. Huius prima lex eſt, ne quid falſi dicere audeat: deinde, ne quid ueri non audeat: ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Has enim leges negligere, eſt à ueritate diſcedere. Hactenus ille facundiæ Romanæ parens (qui utinam omnibus literatis eſſet in manibus) de hiſtoria: in qua tractam ait quandã, & fluentem expeti, non contortam & acrem orationem: negatq;, pura & illuſtri quicquam eſſe breuitate dulcius. Quæ ſi ſeruentur, in ea non modò uoluptatem eſſe, ſed etiam utilitatem: quã copioſè Diodorus Siculus, breuiter & neruoſè Polybius & Liuius
explicant. Et hæc quidem de hiſtoria. Nũc eundem Ciceronem etiam Philoſophiæ *Cicero de philoſophia.*
patronum audiamus: quam perhibet artem eſſe uitæ, commẽtationem mortis, animi culturam, & morborum eius medicinam: quæ extrahat uitia radicitùs, & præparet animos ad ſatus accipiendos, eaq; mandet his, & tanquam ſerat, quæ adulta, fructus uberrimos ferant. Donum item & inuentum Deorum: matrem omniũ artium, omnium benè factorum, beneq; dictorum: ducem uitæ, uirtutis indagatricem, expultricem uitiorum: quæ medeatur animis, inanes ſolicitudines detrahat, cupiditatibus liberet, pellat timores: eam deniq;, cui qui pareat, omne tẽpus ætatis ſine moleſtia poſſit degere: & cuius tractatio optimo atq; ampliſſimo quoq; ſit digniſſima, ſed tum ualeat multum, cum ſit idoneam complexa naturam. Hactenus ſapiens & eloquens ille uir: cuius excellentiam cogitans, ſæpè peccare mihi uideor, qui meas nugas potius legendas obtrudam, quàm uel alios ad eius diligẽtem lectionem adhorter, uel ſaltem ipſe frequentius maioreq; diligentia in eo legendo uerſer. Quòd

ſi tantum utilitatis affert Philoſophiæ lectio, id eſt humana ſapientia (quæ quantula ſit, ſapientiſſimus quiſq; maximè intelligit) quanto maior fructus atq; uberior, è le-

*Theologica ſcripta.*

ctione Theologica, id eſt diuina ſapientia capietur? Quanquam, ſi quis uerè conſideret, probatiſſimi quique ueteres Theologi, Græci præſertim, nec oratoribus eloquentia, nec philoſophis rerum humanarum cognitione ceſſerũt: ne dicam, longo interuallo utroſque ab iis eſſe ſuperatos. Qui mihi non credit, legat Baſilios, Chryſoſtomos, Gregorios, Nemeſios, alios complures. Valdè itaque probo Amplitudinis tuæ ſtudium, & iſtam legendi & ſacra & hiſtorica, ſiue delectationẽ, ſiue occupationem: eoq; libentius morem geſſi uoluntati tuæ, cum poſthac nihil in publicum edere, ſed Bibliotheca mea tandem aliquando & ipſe frui iampridem ſtatuiſſem. quæ quidem nonum iam menſem mecum expoſtulat, qui in tãta copia & uarietate optimorum librorum, uni Suidæ nauem operam, cæteris neglectis omnibus. Sed Xanthippen meam facilè, uti ſpero, placabo, ſi hoc labore tandem defunctus, tam eam curare & adamare deintegrò cœpero, quàm hactenus neglexiſſe uideor. Solet enim omnis offenſa prior, apud placabiles animos, nouis officiis non mitigati modò, ſed prorſus etiam aboleri. Editionis autem an æquè futura ſit expedita de-

*Suidas à paucis lectus, & intra annos 64 uix 3000 exempla diſtracta.*

fenſio, equidem dubito. Suidam enim paucis eſſe notum, ex eo conijcio, quòd primùm, ut opinor, Mediolani eſt editus, à Chalcondyle: pòſt Venetiis ab Aldo, poſtremò annis abhinc uiginti Baſileæ à Frobenio: cui in tanto eorum numero, qui ſe ſtudioſos, utriuſque linguæ perhiberi uolunt, ferè ſemiſſem exemplorum supereſſe, non ſine admiratione, ac potius cum indignatione accepi, propter uel ignorantiam, uel amentiam noſtri ſeculi, uanitatis (nouitatis dicere uolui) adeò appetentis, & uetuſtatem adeò negligentis. Quantum enim nugarum pelagus uno ſæpè atque altero anno diſtrahitur? Qui igitur Suidam ignorant, uel ipſius nominis offendentur inſolentia. Qui norunt, nec tamen pernorunt ſatis: è Lexico nihil niſi uerbòrum explicationem petendam eſſe putabunt. In qua opinione & ipſe fui, qui nunquam antehac continenti ordine ſcriptorem hunc legerim: ſed ſi quid in Græcis oratoribus occurrebat obſcurius, eum conſuluerim, ſimplicitate inſcriptionis deceptus. Videtur enim hic autor, quiſquis fuit (comperti enim de eo nihil habeo, niſi quòd nec ignobilem hominem fuiſſe (quidam monachum putant) & non adeò uetuſtum: ut qui Chronologiam ſuam ad annum à Chriſti natiuitate 1018 perduxerit.)

*Loci cõmunes rerum & uerborum.*

Atque adeò, cum Metochiten Logothetam citet, qui ſub Palęologis uixit: apparet, eum uix annis ab hinc C C C Lexicon hoc compoſuiſſe. In quo nimirum & uerborũ & rerum locos communes, unà cum hiſtoriis, ordine alphabetico perſequi uoluit: ut eâdem opera & mentem & linguam inſtrueret: & memoriæ fragilitati expedita inquiſitionis ratione mederetur: idq́ue, mea quidem ſententia, non malo cõnſilio. Rerum enim & uerborum, humanæq́; mentis magna eſt inter ſe affinitas, & naturale quoddam uinculum ſocietatis: & hic Rerum, Mentis, & Verborum ternio, ab ipſa

*Res. Mens. Verba.*

natura inſtitutus, niſi per amentiam & calamitatem diuelli non poteſt. Res enim quæ in hoc ampliſſimo totius mundi, & illuſtri theatro conſpiciũtur, animus humanus lumine rationis diuinitùs inſito, pro uirili cõtemplatur & cognoſcit. Inſpectas & cognitas, notis quibuſdam inſignit, diſcernit atque eloquitur, aliiſq́ue communicat. Nam, ut philoſophus ait, „ uerba ſunt animi affectionum quædam notæ: ipſæ „ uerò affectiones ſubiectis rebus excitantur. Ita fit, ut non ſoliuaga ſit cognitio, ſed humani generis ſocietati ſeruiat: ad quam homo cùm natura ipſa fertur, tum inopia & neceſſitate mutui auxilij compellitur. Itaque ſæpè auditores meos monere ſoleo, ut copioſiſſima quæque Lexica & Græca & Latina & uernacula ſtudioſè legant, atq; inter ſeſe cõferant: & uacua charta (ubi opus eſſe uiſum fuerit) inſerta, maximè quæque uel memorabilia, uel ſibi uſui futura breuiter notent, additis ſuorum codicum numeris, & ab ineunte ætate uiaticũ obliuioni ſenectutis præparent. Scio alios tradi Locorum cõmunium ordines, quos equidẽ nõ improbo: ſed hũc alphabeticum & res uerbis iungentem adoleſcentiæ ſtudiis magis accommodatum eſſe iudicio. Atq; utinã & hoc qualecunq; conſiliũ, adoleſcenti mihi datũ, & ea copia optimorum librorum, quæ nunc eſt, etiam tum fuiſſet. Quantã enim uariæ lectionis gazam nunc in promptu haberem, quæ animo, uarietate ſtudiorum & occupatio-

num

num diſtracto,bona ex parte exeiderunt: nec ſine moleſtia iacturaq; tẽporis,cum opus eſt,inquirendæ ſunt,nec tamen ſemper reperiuntur. Fit enim (ut imbecillitatem ingenij mei fatear) aliquando,ut non modò quod legi,& audiui,non ſatis meminerim: ſed illud etiam dubitem,an & ubi legerim,atque audiuerim? Quanquam hanc hęſitationem meam,libri mei marginum annotationibus plerunque refellunt. Quòd ſi adoleſcens memoria non nimis fretus fuiſſem, ſed in longitudinem potius conſuluiſſem: nunc multò eſſem promptior atque uberior, & minus occupatus.Et hæc admonendę adoleſcentiæ cauſa ſcripta ſint.Nunc ad Suidam redeo: qui idem ſpectaſſe,ut dixi, uidetur,in ſuo Lexico. Præterquam enim quòd iſtiuſmodi uolumina nihil aliud ſunt niſi copioſa quædã & perfecta grammatica,omnesq; huius artis partes explicant atq; illuſtrant: fieri nullo modo poteſt,quin,uerbis per optimorum autorũ exempla declarandis, multa ſcitu digniſſima in medium afferantur: obiterq; & aliud agendo ea diſcantur,quæ ad omnes diſciplinas facilius percipiendas maximo ſint adiumẽto.Quod cum ita ſit,& Suidæ non tam explicationem uerborum, quàm rerum memorabilium annotationem propoſitam fuiſſe conſtet:nullus ęquus iudex,Generoſe Baro,uel tuum ſtudium, uel meum laborem reprehendet. Etſi enim multa in hoc opere deſiderantur,quædam etiam fortaſſe redundant (quod enim ſcriptum proferes,in quo nemo quicquam deſideret?) tamen multa ſcitu digna in eo cõtinentur. Atq; adeò præſtare cenſeo, uiri doctiſſimi Chalcondylis Demetrij, qui hoc opus annis abhinc quinque & ſexaginta edidit,hac de re uerum,ut legendo cognoſcetur, teſtimonium huc aſcribere. Is igitur ſic ferè ait,ut nos quidẽ de Græco uertimus. *Demetrius Chalcondyles de Suida.* Liber hic multiplicem utilitatem non ſtudioſis tantùm adoleſcentibus, ſed & cuiuis ætati magnum & fructum & uoluptatem affert: nec ijs modò qui in Poeſi & eloquẽtia uerſantur, ſed & Dialecticis,& Phyſicis, & Ethicis, ijs deniq; omnibus, qui ullũ doctrinæ genus tractant,plurimùm proderit,ſi attentè legatur. Nec enim uerba tantum hiſtoricorum & oratorum, & quorumuis eloquentium autorum interpretatur (quam rem liber præcipuè profitetur) ſed & multas uariasq; hiſtorias, quæ non temerè alibi reperiuntur, eò quòd libri & Græci & Romani & Hebræi,unde hæc ſumpta ſunt,periêre, complectitur. Adhæc diuerſa decreta philoſophorum,& quęſtiones partim Phyſicàs,partim Dialecticas,nec paucas de moribus,& ad omnem uirtutem pertinentes:uitas item uirorum integerrimorum & ſanctiſſimorum,nec non illorum etiam,qui uoluptatibus & uitijs dediti, contrariam rationem ſecuti ſunt, luculenter admodum, ornateq; exequitur. Vnde non modò bonos & præſtantes imitari queas, eorumq; ueſtigijs inſiſtere: ſed & eorũ, qui diuerſum nitæ iter ingreſſi ſunt, rationẽ ac uæſaniam potius,pro uirili fugere & auerſari. His omnibus uelut condimenta quædam aſpergit, magnam prouerbiorum copiam, atq; etiam concinnam ſomniorum explicationem. Ac fuit hic liber non ita pridem & in Græcia & in Italia ita rarus,ut qui eum haberet, eo gloriaretur,quaſi theſaurum inſignem,& Amaltheæ (quod aiunt) cornu poſſideret: qui nunc typographiæ beneficio,paruo ære omnibus communicatur. Hactenus ille.Quamobrem lectione digniſſimum eſſe hoc opus,nec ſine cauſa uel ab Amplitudine tua,tam diu, & tantoperè expetitum, nel temerè à me in Latinũ ſermonem conuerſum eſſe, conſtare arbitror: nec quin grata eius lectio & iucunda ſit futura ſtudioſis,admodum dubito. Supereſt,ut de interpretãdi atq; editionis ratione aliquid dicam. *Interpretationis ratio, & editionis.* Conuerſionem Latinam tantum edimus,tum ne Frobenianæ officinæ,præclarè de re literaria meritæ,incommodetur,ac Græcæ linguæ periti ad Græcum potius Suidam quàm Latinum emendum incitentur:tum ne Latinè tantum docti,ſumptu inutili, & libri mole ſuperuacanea onerentur. Verborum & exemplorum, quæ nihil haberent memorabile, prætermiſſa eſt expoſitio: quia res tractare,non explicare uerba,propoſitum nobis fuit:& extant illa in uulgatis Lexicis, diligentius & copioſius pleraque declarata. Illud quidem operam dedi, ne quicquam ſcitu dignum præterirem: eaquẽ de cauſa ne leuicula quidem, ac potius ridicula quædam aſcribere ſum grauatus, quæ pro ſuo candore quiſque interpretetur.

*Sunt mala,ſunt quædam mediocria,ſunt bona plura:*

ut Homericum nerſum ad noſtrum,inſtitutum nonnihil inflectam. Delectum nõ interpretis,ſed Lectoris eſſe oportere cenſui. Quid ego probem aut improbem, ſatis ſcio. Quid alijs,in tanta & uoluntatum & opinionum diſcrepantia,probaturus eſſem, proſpicere non potui: nec ullam uidi moroſa iudicia mitigandi rationem commodiorem,quàm quæ autor haberet omnia conuertendo, idq; quanta fide & perſpicuitate licuit. Ac ſudandum mihi ſæpè fuiſſe,& hæſitationem atq; ignorationem meam ingenuè confitendã, rot aſteriſci paſſim additi facilè oſtendent. Quibus amoris,ſi quis totidem Soles repoſuerit, hoc eſt, ſi deprauata correxerit, obſcura declararit, mutilata expleuerit, ambigua diſtinxerit: eum ego uirum iudicabo. tantum abeſt,ut obtrectatores hunc laborem,elementario puero potius, quàm Vuolfio mandandum fuiſſe dicant. Nullum diſciplinæ genus eſt, è quo non aliquid delibatit Suidas: quarum uocabula quàm difficulter, ac potius nullo modo, Latinè reddi poſſint,ſciunt docti. Citantur ex autoribus (quorum nomina ſæpè tacentur) loca penè innumeta, quornm ſtylus atq; oratio eſt diſſimilima,quorundam etiam (recentiorum pręſertim) ſi dicere liceat,affectata atq; inepta. Itaq; chamæleontem fieri me oportuit, & pro ſubiecto ſolo, ſubinde colorem mutare: aliquando etiam uocibus uti minimè Latinis,nedum Ciceronianis. Nam ubi Græci ταυτότητας, οὐσίας, ὑποστάσεις, & id genus alia contra uulgati ſermonis conſuetudinem ſibi confinxerunt: ego identitates,& eſſentias,& ſubſtantias,breuitatis docendiq; cauſa, dicere cur dubitarim? Quæ ſi cui diſplicuerint,is & Latini ſermonis inopiam,& ipſius argumenti uarietatem, nõ meam negligentiam aut inſcientiam accuſet. Illud etiam monendus eſt Lector, cum eadem ſententia ſæpius in diuerſis literis citata,non rarò inueniatur: me ſemel eam poſuiſſe contentum, crambe repetitam apponere noluiſſe, niſi fortè obliuione factum ſit aliter. Relegendi enim totius operis facultatẽ ademit typographus,cui & ἀπόγραφα,& αὐτόγραφα mea,ex interuallis mittenda fuerunt. Vnum adhuc reſtat,quo expedito,finem faciam. VILHELMVS Xylander Auguſtanus,uir doctrina & ingenio præſtanti, Græcarum literarum & Ariſtoteleæ philoſophiæ in Heidelbergenſi Academia doctor,cum ei pro noſtra amicitia, me hanc lucubrationem habere præ manibus ſignificaſſem,ex ſimilibus ſcriptoribus, id eſt Lexicis, & commentarijs Græcis, à Suida prætermiſſa,ſupplenda cẽſebat: iudicio eius cum meo planè cõgruente. Sed fuiſſet is totius triennij labor: quantum mihi uitæ ſpacium uix, ac ne uix quidem polliceri auſim: & gratias ago Deo, qui me à lue paſſim in uicinia mea graſſante, & angulum, in quo deliteſco, penè obſidione premente, clementer hactenus conſeruari: ne,ut Proteſilaus domum imperfectam,ſic librũ hunc ego inchoatum relinquerem. Addant alij plura,qui uolent: ego uerſando, uertendo,& ſcribendo, & reſcribendo, & ſcripta corrigendo, ita ſum defeſſus, & exhauſtus, nt quiete & ocio magnoperè ſit opus, & animus ab his operis propemodum abhorreat. Ingraueſcit ætas:& ualetudo,quę nunquam bona fuit,indies fit deterior: acies oculorum deficit:nec eſt ea uel animi alacritas,uel memoriæ ſit miras, quæ fuit: immaturo utiq; ſenio, quod minus miror: illud magis, me in tot tam diuturnis doloribus,qui uel elephantum conficerent,tamdiu potuiſſe uiuere. Quadrageſimum annum multum exceſſi,à quinquageſimo propè abſum: rude me donari tempus,emeritum ſiue pugilem,ſiue militem,poſt tot luctas & certamina. Si coronas nullas merui, at plagas accepi plurimas. Siue igitur boni aliquid meis ſcriptis ineſt (quod utinam ita eſſet: & ut eſſet, operam dedi) abundè præſtitum eſt. Siue tantis laboribus fruſtra confecti, actum egimus, quòd maleuoli dicunt: nimium:

*Quod reliquum eſt æui,ſi quid ſupereſſe uolunt Dij:*

inſtituendæ adoleſcentiæ, & muneri noſtro publico impendamus: quo ita poſt hac erimus occupati (ſi tamen erimus) ut noſtro iumẽto,quod aiunt,alias occupariones accerſere nõ ſit neceſſe. Tu uerò Generoſe Baro,quicquid hoc eſt operis,tui ſtudio confectum,ut licuit:& meæ erga T.A. obſeruantiæ qualecunq; ſpecimen,

Cur. non locupletatus Suidas.

cimen, æqui boniq́ue facias uelim: meq́ue unà cum genero tuo, illuſtri Barone D. CASPARO Breunero, Cæſareæ Maieſtati à conſilijs, & illuſtriſſimi Principis CAROLI Archiducis Auſtriæ Camerario, uiro uerè nobili & generoſo, cõmendatum habere digneris. Nam de filio tuo IACOBO, præclaro iuuene, qua hactenus & modeſtia & induſtria fuit, non dubitandum eſſe puto, quin & paternũ eruditionis amorem, & aui ſui, cuius nomen habet, clariſſimi uiri, & apud ſummos imperatores Maximilianum I. & Carolum V. in grauiſſimis Romani imperij negocijs ſumma fide & autoritate ſpectati, uirtutem ſit imitaturus, & decóra atque ornamenta utriuſq; cumulaturus. Quòd ſi amicorum communia ſunt omnia: quantò magis parentis & filij, unici præſertim, & obſequentiſſimi? Is igitur, pro hac arctiſſima neceſſitudine, & Suidæ dedicationem, & Vuolfij defenſionem ex æquo ad ſe pertinere iudicabit. Vale: Auguſtæ Vindelicorum.
Cal. Ianuarij, Anno Domini M D LXIIII.

*Amplitudinis tuæ*

*Obſeruantiſſimus,*

Hier. Vuolfius, Aug. Reip.
Bibliothecarius, & utriuſq;
linguæ profeſſor.

## AD EVNDEM CVM EI LIBRVM IAM ABSOLVTVM offerret.

*EN monimenta fero magni diuturna laboris*
*Hæc, GENEROSE BARO, fortè probanda tibi.*
*Pocula dent alij, dent rara nomiſmata, gemmas*
*Et quicquid precio præſtat, & arte ualet.*
*Illa tamen uel ſors rapit inuida, uel terit ætas*
*Longior: in tenebris abdita ſæpè latent.*
*Sed quæ MERCVRIO ſunt edita ſcripta fauente*
*Fixa manent, genio non pereunte libri.*
*Et rediuiua ſuis progreſſibus uſa uireſcunt*
*Sæpius, & uolitant docta per ora uirûm.*
*Ergo VILLINGERA DOMVS decorare Camœnas*
*Perge, tibi ſolidum perge parare decus.*
*Hoſpitibus MVSIS melius tua gloria creſcet.*
*(Si tibi fortè placet POSTERITATIS honos)*
*Quàm ſi te celebrent faſtoſa palatia regum.*
*Scilicet iſta breui tempore pompa manet.*
*Inclyta perpetuos, non inuida durat in annos*
*Ex Aganippeo uertice FAMA uolans.*
*Non ullis ſpacijs, non tempore clauditur ullo*
*Cynthius hanc oriens occiduusquè uidet.*
*Quod ſupereſt, ſtudiumquè ſuum, Muſasquè tueri*
*VVOLFIVS exoptat, tequè ualere diu.*

## AD DOMINVM IACOBVM VILLINGERVM CAROLI F. Iacobi N.

*Miſſa patri Latij dudum monimenta SVIDAE*
*Sunt quoque iure tui nota patrocinij.*
*Indice qui redit in lucem locuplete nouo auctus,*
*Complexo uaſti uerbaquè reſquè libri.*
*Hunc igitur læta, IVVENIS GENEROSE, clientem*
*Fronte cape, & grati muneris inſtar habe.*
*Parua quidem (fateor) ſunt Muſica dona: ſed æui*
*Longinqui ſpacijs nobilitata uigent.*

AD

# AD MAGNIFICVM ET GENEROſVM VIRVM AC D. D. IACOBVM VILLINGERVM, CAROLI F. IACOBI N. Baronem à Schœneberga, &c. in Suidam recognitum & auctum,

## HIER. VVOLFII PRAEFATIO.

QVOD *parens tuus, Magnifice & Generoſe uir, Domine & Patrone colende, annis abhinc ſedecim cupiebat, ut Suidas Græcè Latinéq; ſimul ederetur, nullos ſumptus recuſans (Eſt enim rara & ſingulari quadam & erga me & OPORINVM liberalitate uſus) id nunc præter expectationem meã accidit. Nã tũ quidem eius optatis Græcorũ Codicũ multitudo, qua in Frobeniana bibliotheca ſupererat, obſtabat. Nuper uerò iis maxima ex parte diſtractis, EVSEBIVS Epiſcopius, uir induſtrius, & optimos quosq; ſcriptores tam Græcos quàm Latinos edendi, & hæreditariam officinam ornandi ſtudioſiſſimus. pro neceſſitudine noſtra. (Multum enim eius benignitati debere me fateor, ut qui & lucubrationes meas, poſt Oporini obitum, magnis impenſis, incerto diſtractionis euentu, calamitoſis hiſce temporibus excudere, laboresq; meos, laborante re mea familiari, liberaliter ſit remuneratus) is igitur inquam à me petiit, ut Græcum Suidam, tollendis (quantum à me fieri poſſet) mendis, prælo ſuo adornarem: eaq; re iacturam ſuam, quam tardè diſtrahendis nonnullis meis ſcriptis faceret, eo officio compenſarem. Hanc ego querimoniam hominis de me præclarè meriti, magis ne doleam, an mirer, haud facilè dixerim. Permoleſtum enim eſt, euentum expectationi noſtræ non reſpondiſſe: & unde lucrum & gratiam ſperabamus, damnum & contemptum nobis occurriſſe. Neq; etiam quicquam minus ſum ueritus, quàm, cum prima mea ſcripta, minus accurata, & expolita, tanto ſtudioſorum applauſu excepta fuiſſent, ut & in Italia, & Gallia, & in Germania ſæpius excuderentur: ne ea quæ ſenex, aucto nonnihil iudicio & doctrina, ſingulari ſtudio elaboraſſem, neglecta & contempta iacerent: præſertim cum anno 1565. à republica Auguſtana Francofurtum, augenda bibliotheca publica ergò, fuiſſem ablegatus, in Oporini taberna omnis generis libris refertiſſima, ne unum quidem folium meorum operum ſupereſſe uidiſſem. Quæ res non exiguum calcar mihi addidit, in olim cœpto, & iam penè derelicto ſcribendi genere pergendi: meq; monimenta, ære peremiora (ut Horatii uerbis utar) exacturum confidebam. In uno certè Aeſchine & Demoſthene Græcè Latinéq; uariis collatis exemplaribus, exornando, integrum triennium, noctes diesq; continenter laborãdo, cõſumpſi. Quod opus etſi næuos quoſdam, neſcio cuius Alaſtoris inuidia & perfidia contraxit: eiuſmodi tamen eſt, ut, ab affirmandi temeritate natura alienus, affirmare nõ dubitẽ, nihil unquam ſimile in hoc genere, uel characterum elegantia, uel fide & puritate interpretationis, uel amplitudine & ſplendore chartæ, in publicum prodiiſſe. Hos ergo eloquentiæ Græcæ proceres, ob quorum os (ut uetus poeta de Telamone ſcripſit) non Graii modò, ſed & Latini & Barbari ora non ita pridem obuertebant ſua, nunc ita floccipendi, ut periculum ſit, ne rugoſo piperi tunicas præſtent: quis homo doctus non obſtupeſcat? Memini, me puero, ſi quando Græci cuiuſpiam autoris pauculæ pagellæ Græcè Latinéq; ederentur, non ſecus atque à Romanis cœlo delapſa ancilia fuiſſe à ſtudioſis adoleſcentibus excepta. Nunc ipſa copia parit faſtidium: quoq; maior eſt diſcendi utramque linguam, & bonas artes, nullo propemodum negocio, nulla impenſa perdiſcendi occaſio: eò maior eſt deſidia, & optima cuiuſque rei deſpicientia. Sed ab hoc tanto libro parando tenuiores precii magnitudo fortaſſe deterret. Iidem uerò quid afferent, cur ſpecimen Demoſthenicum negligant, ſuo uſui peculiariter deſtinatum? In quo habent tres orationes Olynthiacas, uario genere interpretationis illuſtratas: habent rationem expeditiſſimam utriuſque linguæ cognoſcendæ: habent Plutarchi, Luciani, Libanii, Suidæ opuſcula iucũdiſſima lectu, atq; utiliſſima, uel ob rerum cognitionẽ, uel ob ſtyli uarietatem. Eiuſmodi certè is libellus eſt, ut quã in ſcholã receptus, diligẽterq; explicatus fuerit: nõ mediocri doctrina ſtudioſos adoleſcentes poſſit inſtruere, & ad optimos quosq; autores ſuo Marte perlegẽdos præparare. Et hic qdẽ tãquã uere Larium et hoſpitii deſignator, ſuos heros anteceſſit. Nõ lõgo interuallo ſecuta eſt Gnomologia*

*Demo-*

*Demoſthenica & Iſocratica: utraque pręclaris ſententiis, & loquendi modis exquiſitis refertiſſima, & adoleſcentibus non tantùm obiter inſpicienda, ſed ad uerbum ediſcenda. Sed & hę iacent (ut audio) ac paucos inueniunt emptores. Quid cauſa eſſe dicemus? Num iuuentus mea probanda fuit, ſenectus contemnenda eſt? Aliter Ouidiana Minerua iudicat, cum ait:*

—Non omnia longior ætas

Quæ fugiantur habet: ſeris uenit uſus ab annis.

*Num diuturna bella, quę continuata quadam ſerie loculos omnium mortalium exhauriunt, neque legibus autoritatem debitam, neque Muſis ocium neceſſarium relinquentia? Eſt hoc fortaſſis aliquid: ſed in hoc non ſunt omnia. Nam cum nugaciſſimi & ſeditioſiſſimi quiq; libri auidiſſimè emantur: ſatis apparet, non nummorum, ſed iudicii inopia, & quadam animi peruerſitate, erudita ueterum & diſerta ſcripta negligi, & ea tantùm celebrari, quę opibus & dignitatibus homines indigniſſimos augeant: cognitione eruditarum linguarum, & liberalium artium, earumq́ parente philoſophia ſine quibus (quantumuis ſe iactitent plerique, fucoſis ornati titulis) ſolida eruditio nec parari nec conſtare poteſt: penè ad Antipodes relegata. Quę noſtri ſeculi intemperia, tametſi me iam ętate feſſum, morbis & laboribus exhauſtum, in ocii quaſi portum quendam, non allicere ſed compellere deberent: tamen, cum me non mihi ſoli, ſed reipublica literariæ natum exiſtimem: non modò in Gręco Suida emendando maiore cum moleſtia, quàm in ullo alio opere (Iidem enim labores ſeni multò accidunt quàm iuueni grauiores) Epiſcopio (ut dixi) geſſi morem: ſed ultrò, nec minore cum defatigatione, Latini quoq; correctionem & locupletationem ſuſcepi. Nam cum Lutetianos quoſdam typographos interpretationem meam prælo ſubiecturos audirem: non ceſſandum mihi duxi: cum ea multis locis ſit corruptiſſima: Indice quoque, qui nunc locupletiſſimus eſt adiectus; deſtituatur. Quòd autem illa prior interpretatio mea adeò (ut dictum) corrupta ſit, illud in cauſa eſt, quòd peſtilentia, & circa meum diuerſoriolum, & Baſileę in Oporini ędibus, ſæuiente: utrique noſtrum humani aliquid accidit, ut mortem ſingulis momentis, tanquam Tantali ſaxum, impendentem non quidem immodicè metuentes, ſolicitis tamen animis (Neque enim ii ſumus, quos ſi fractus illabatur orbis Impauidos feriant ruinę) expectantes, ea tranquillitate animi careremus, quę aliquid laude dignum in quocunque genere elaboraturis, eſt neceſſaria. Huc accedebat, quòd Oporino, in tanta perturbatione familię, & operarum mutatione, meis autographis, uariè (ut primo conatu ſolet) interpolatis, perplexis, lectuq; aliquando ipſi mihi difficilibus utendũ fuit: cum chartas, quas purè deſcriptas ei miſeram, perdidiſſet. Vnde tot errata extiterunt, ut ego ipſe multis locis conuerſionem meam intelligere, niſi Gręco archetypo adhibito, non potuerim. Quod cùm ita eſſet: etiam exiſtimatio mea poſtulare uiſa eſt, ut illius primę editionis incommodis, pro uirili mea, uel cum ſomni & ualetudinis diſpendio, mederer. Quam gratiam ab iis, qui Suidam Latinum paſſim flagitant, ſim initurus: equidem neſcio: & (uerum ut fatear) non magnopere curo, officii conſcientia contentus. Tuam tamen Amplitudinem, Magnifice & generoſe uir, in limine renouati & aucti non parua acceſſione huius operis, compellandam eſſe duxi. In quo excipiendo ſi paternam humanitatem & liberalitatem imitatus fueris: erit quod & ego mihi gaudeam & nomen tuum, ut liberalium ſtudiorum Mecœnatis, à bonis & doctis uiris celebretur. Vale Auguſtę Vindelicorum, Anno uirginei partus*

M D LXXX. *Idibus Auguſti, natali meo quinto & ſexageſimo.*

## INTERPRES LECTORI.

*Libellum de Re militari prætermiſi, cùm quòd uerba quæ Græcis reſponderent, me deſtituebant: tum quòd pleraq; in ipſo Suida, ut licuit, explicata ſunt, in ſua queq; litera. Ad hæc, ex libello de Re militari, qui inter opera Ciceronis extat, & è Vegetio, atq; alijs rei militaris ſcriptoribus, omnia hæc rectius petentur. Deniq; me eum eſſe fateor, qui, utcunq; iſta uerterem, ipſe tamen ſine Græcæ linguæ cognitione meam interpretationem non ſatis fuerim intellecturus. Aliorum quidem induſtria non obſto: imò & hortor & oro, ut qui poſſunt, edant meliora. Vale, καὶ αἰτῶ μὲν τῶν διδομένων χάριν, αἰτῶ δὲ τῶν παραλελειμμένων συγγνώμην. Auguſtæ Vindelicorum, Cal. Ianuarij, Anno*

M. D. LXIIII.

# SVIDAE HISTORICA, CAETERA QVE OMNIA QVAE VLLA EX PARTE AD cognitionem rerum ſpectant: à mendis repurgata & aucta.

*HIERONYMO VVOLFIO OETINGENSI interprete, utriusq; lingua in Auguſtana Republica Annea Schola profeſſore.*

1

A.) Ah ah, facem ne mihi admoue, uerba ſunt Oreſtis matricidæ, Furias extimeſcentis.

ἆ.) Agathias. Vah, audaciſſima cera iſtud effinxit. De imagine cerea, ſolerter expreſſa.

ἀ.) Quiſq; ſuas ædes repetat.

ἄ.) Euripides in Medea: confectis ijs, quæ inſtitui: & ea quæ uolo, conſecuta. Sophocles. Ea petis, quorum compos fies. EVCLVS, Vates, oracula poemate edidit.

ABAE, oppidum Phocicum & Italicum: itemq; Cariæ urbs, cui ab heroe Aba nomen eſt inditum. Fuit autem Abis templum Apollinis, & oraculum, Delphico antiquius.

ABACAENVM, oppidũ Siciliæ. Herodianus ait Caricam eſſe urbem: quã nos reperire non potuimus.

ABBACVM, pater excitationis, ſeu ſurrectionis.

ABANTIS, Eubœa uocatur. Heſiodus in Aegi * * de Io. In diuina inſula Abantide: Quã olim Abantidem dij immortales uocabant. Eã tunc Eubœam à boue Iupiter appellauit. Dicta ſic eſt ab Abante Argiuo: aut à filio Neptuni & Arethuſæ: ut tradit Ariſtocrates.

ἄβαξι.) Logotheta in S. Theclæ martyrio: Tryphæna, animo concitata, mortuorum inſtar conſpiciebatur, iacens apud monimenta.

ἀβάσκανος.) Is uerò ſine ulla inuidia res ab Antipatro geſtas celebrat apud Cæſarem.

ABBA, pater. Veteres patrem ſuopte ingenio uocabant Deũ. ut Moſes: Deũ, qui te genuit, reliquiſti. Et Malachias: Deus qui nos genuit, & pater. Qui autẽ gratia prædit ſunt, idem Spiritus ſancti impulſu faciunt, qui eſt ſapientiæ ſpiritus, quo inſipientes ſapientiã cõſequuti ſunt: quem eundem doctrina Chriſtiana ſpiritũ eſſe potentiæ declarat, quo & ægrotos ſanabant, & mortuos in uitam

*Deus natura pater.*

*Spiritus gratiæ et potentiæ.*

2

reuocabãt. Vt enim ſpiritus eſt prophetiæ, & ſpiritus linguarum: ſic etiam ſpiritus eſt adoptionis. Quemadmodũ igitur eũ prophetico ſpiritu præditum eſſe nouimus, qui, gratia incitante, res futuras prædicit: ſic etiam ſpiritũ adoptionis eum intelligimus, quẽ qui conſequutus eſt, illo mouente patrem appellat Deũ. Quem ut maximè germanum eſſe oſtenderet: Hebræorum quoq; uoce uſus eſt. Neq; enim dixit Pater, ſed Abba pater: quo uerbo liberi maximè ingenui, patres compellare ſolent.

*Spiritus adoptionis.*

*Abba pater.*

ABARIS SCYTHA, Seuthæ filius, oracula ſcripſit, quæ Scythica dicuntur: nuptias Hebri fluuij, luſtrationes, & Deorum originem, ſoluta oratione: Apollinis aduentum ad Hyperboreos, uerſu. Venit è Scythia in Græciam. Huius eſt Fabuloſa illa ſagitta, quæ è Græcia uſq; ad Scythas Hyperboreos tranſuolarit, eiq; ab Apolline data fuerit. Huius etiã Gregorius Theologus, in funebri oratione in magnum Baſilium, mentionem fecit. Aiunt autem, cum peſtilentia toto terrarum orbe graſſaretur, Apollinem tã Barbaris quàm Græcis conſulentibus Oraculum, reſpondiſſe: Oportere à populo Athenienſi uota fieri pro omnibus. Multarum igitur gentiũ legatis ad eos proficiſcentibus, etiam Abaridem, Hyperboreorũ nomine, legatum ueniſſe aiunt. Tempus aduentus illius, controuerſum eſt. nam Hippoſtratus eum tertia Olympiade aduenisſe dicit: Pindarus tempore Crœſi Lydorum regis, alij XXI Olympiade.

*Abaridis ſcripta.*

*Sagitta uolucris.*

*Athenienſium uota pro depellenda peſtilentia.*

*Tempus controuerſum.*

ABARES internecione Bulgari deleuerunt. Abares aũt hi, Sabinóres expulerant, cum ipſi à gentibus, littus Oceani accolentibus, profligati fuiſſent: quæ quidem gentes ſuam regionem deſeruerãt, ob caliginem ex Oceani æſtu obortam, & gryphum multitudinẽ ingruẽtem: quam non ceſſuram prius, rumor erat, quàm genus humanũ deuoraſſet. His itaq; malis agitati, impetum in finitimos fecerũt. Qui igitur ſe defendebãt,

*Abares. Sabinóres, Bulgari.*

*Caligo. Gryphes.*

*Saraguri. Hunni.* cum uim inferentium ſuſtinere impetũ non poſſent, aliò migrabãt: ut & Saraguri, ab Hunnis Acatiris pulſi. Sed de his in hiſtoria Bulgarorum plura dicemus.

*Venus. Priapus.* ABARNOS, ſiue ABARNIS nomen urbis, & regionis: promontorium Parianæ: Lampſaci promontorium, à Phocica Abarnide. Alij ſcribunt Aparnis, quaſi inficialem dicas: quòd Venus, cũ Priapum deformem Lampſaci peperiſſet, inficias iuerit, & regionem illam Aparnida uocarit.

ABAS, ſophiſta: Commentarios hiſtoricos, & artem dicendi reliquit.

ἀβδέλυκτα) Aeſchylus in Myrmidonibus: Atqui ego ab iſtis (amo enim) nequaquam abhorreo.

ABDERA, * mare: & urbs Thraciæ. unde Abderita, nomen patrium: ab Abdero Herimi F. amaſio Herculis: quẽ Diomedis equi diſcerpſerunt: ut Hellanicus & alij dicũt. Hinc oriundus fuit Democritus philoſophus. Ephorus & urbem Abderum uocat. Complures Abderitæ à tabularum ſcriptoribus memorantur. Nicænetus carminis heroici ſcriptor, & Protagoras: quem Eudoxus narrat, INFERIOREM & SVPERIOREM RATIONEM feciſſe: diſcipuloſq; docuiſſe, EVNDEM & LAVDARE & VITVPERARE. Altera Abdera urbs eſt Hiſpaniæ iuxta Gades: ut Artemidorus tradit, libro 2. deſcriptionis terrarũ.

ABELVS Adami filius, opilio, caſtus & iuſtus. Qui cum ſacrificio de grege facto litaſſet: à Caino fratre per inuidiam *Cainus parricida & gemit & tremit.* occiditur. Fuit aũt Cainus agricola, qui poſt iudicium deteriore uita conflictãs, perpetuò gemuit, & tremuit. Nam Abe- *Primitiæ.* lus cum primos ouium fœtus offerret Deo: ſe Dei quàm ſui amantiorem eſſe declarabat: eaq; de cauſa uoluntas eius probata fuit. *Cainus ſui quàm Dei obſeruantior.* Cainus autem, cum per impietatem primitias ſibi uendicaſſet, & ſecũdas fruges obtuliſſet Deo: meritò eſt ,, repudiatus. Ait enim Scriptura: Factum ,, eſſe poſt dies aliquot, ut Cainus de terræ frugibus offerret. Itaq; Cainus eo nomine reprehenditur, quòd non primitias, ſed ſecundas fruges poſt dies aliquot natas, obtuliſſet Deo.

ἀβελτηροκόκκυξ, fatuus cuculus: de homine uano & fatuo.

ἀβέλτηρος.) Menãder in Perinthia: qui nactus dominum ſocordem & leuem, Eum decipit, famulus: neſcio quid'nam is palmarium præſtiterit, aucto eius torpore, qui torpebat dudum.

ἀβελτηρώτατος.) Ariſtophanes. Interim homines ſtupidiſſimi hiantes, tanquam Mammacuti, Melitidæ ſedent.

ἀβελτηρία.) Eò dementiæ mentes eorum ſunt impulſæ, ut altera factio alterius interitum magis exoptaret, quàm uictoriam de hoſtibus.

ABSALOMVS, motã cõtra patrẽ Dauidẽ ſeditione, in bello peremptus eſt.

ABIAS, Roboami filius, Salomonis nepos, bellum intulit Hieroboamo Salomonis ſeruo, unoq; die ſuſtulit uiros potentes mille quingentos.

ABIMELECHVS, Gedeonis filius, fratres ſuos ex ingenuis mulieribus procreatos, uiros LXX, in uno lapide interfecit: de quibus nullus eſt relictus, præter Ioathamum, natu minimum. *LXX filiorũ Gedeonis interfector.* Qui cũ fuga ſalutem quæſiuiſſet, Abimelecho cum populo prætereunte, in cacumen Garizimi, id eſt ſacri montis, aſcendit: ſublataque uoce, talem ad eos ſimilitudinem dixit. Audite me Sicimitæ, & Deus uos audiet. *Ioathami parabol.* Arbores magno ſtudio profectæ ſunt ad inaugurandum ſibi regem, & oleæ dixerunt: Regina noſtra eſto. *Olea.* Quibus illa: Num, inquit, pinguedine mea relicta, quam & Deus & homines in me celebrant, imperium in arbores capeſſam? Tum arbores ficui: Ades, *Ficus* & imperato nobis. Quibus illa reſpondit: An relicta dulcedine mea, & præſtãte fœtu, arboribus imperitem? Ibi arbores ulti dixerunt: Ades, & imperato nobis. *Vitis.* Tum uitis: Num uino meo relicto, quo mortales exhilarantur, regnum in arbores exerceam? Tandem omnes arbores rubo dixerũt: Age uerò tu noſter rex eſto. Ibi rubus dixit arboribus: Si me *Rubus* regem ueſtrum uerè creatis: agite, ſuccedite umbræ meæ. Sin minus: ignis è me egreſſus omnes Libani cedros deuoret. Nũc igitur uos, ſi patrem meum, eiusq; familiam ſic tractaſtis, ut ius faſq; poſtulat, Abimelecho ancillæ filio Sicimorũ rege creato: & ille è uobis, & uos ex illo uoluptatem capiatis. *Accommodatio parabolæ, & probratio ingratitudinis, & comminatio.* Sin minus egrediatur incendium ab Abimelecho, & principes ueſtros, eorumq; domos deuoret. A' Sicimitis item egrediatur incendiũ, atq; Abimelechum deuoret. His dictis, aufugit Ioathamus è conſpectu fratris Abimelechi. Is uerò cum triennium Iſraelitis imperaſſet, Deus tandem ſpiritũ improbum miſit: hoc eſt, acre diſſidium inter Sicimitas & Abimelechum excitauit,

uit,ut eius familia imptobata,piaculum iniuſtæ çædis LXX filiorum Gedeonis, in caput eius conuerſum uellent. Itaq; profectus ad turrim quandã expugnandam,& oſtium eius incendẽdi cauſa aggreſſus,caput ictus eſt, deiecto à muliere ſaxi molaris fragmento. Tũ armigerũ iuſſit,ſtricto ſe gladio perimere, ne à muliere cæſus diceretur. Puer igitur eũ traiecit. Sic Deus pœnas exegit ſcelerum Abimelechi in patrẽ, LXX fratrib. occiſis, admiſſorũ:& omnẽ Sicimitarũ improbitatem in eorũ capita conuertit, ſecundum orationẽ & parabolam Ioathami.

*Abimelechus interitus.* *Deus ultor ſcelerum.*

*Diogenes rhetor.*

ABILA,Phœniciæ urbs, patria Diogenis,celeberrimi rhetoris. unde gentile nomen,Abilenus.

ἄβιοι.) Abij, gens Scythica, uel Thracia: ſic dicti, ſiue quòd iuxta flumen Abianum habitent:ſiue quòd nullam certam ſedem tenentes,curribus circumuehantur. Appellantur autem ab Homero iuſtiſſimi homines, quòd cum Amazonibus Aſiam armis inuadere noluerint. Aeſchylus Gabios uocat in Prometheo ſoluendo. Deinde ueniet(inquit)ad populum iuſtiſſimum omnium,& maximè hoſpitalem,Gabios: ubi nec aratrũ eſt, neque foſſor ſecat bidente aruum: ſed ſponte conſitæ terræ ferunt uictum copioſum mortalibus.

ἀβίωτον.) Is uitam ſibi acerbam putabat, niſi ea urbe potiretur.

ABILYX,ſeu Abila, mons Africæ, oppoſitus Calpæ:quæ eſt in Europa,iuxta fretum Gaditanum.

AVITVS,nomen uiri, qui tugurium exercitatorium,hoc eſt monaſticam cellam ſtruxit.

*Imperitiæ danda uenia.*

ἀβλέπτημα.) Ferebat ille ac diſſimulabat errata,& lapſus rudis plebeculę. Prudentiorum autem,& doctiorum peccata grauiter & iniquo animo patiebatur. Atilli conniuentibus oculis, nec audẽtes Philippum intueri,opitulabantur.

ἄβλητα βέλη.)Tela nondum conjecta, quæ uenenum recẽns illitum atq; integrum retinent.

*εὐθανασία.*

ἀβληχρόν.)Aelianus uita exceſſit placidè ac tranquillè, leni morte, qualem & Homerus laudare uidetur, defunctus.

*ἀφροσύνη.*

ἀβουλί.) Is nõ ſatis animaduerſa regis ſententia, ſumma temeritate rem geſſit.

ABOLLA urbs Siciliæ.

ABONI murus, oppidulũ ponti Euxini:unde nomẽ patriũ, Abonotichita.

ABORIGENES,gens Italica: ſic dicta uſq; ad bellum Troianũ. Deinde Latini appellati ſunt. Oraculum:

*Abite inquirentes Siculorũ Saturniã terram*
*Atq; Aboriginũ cotylam,ubi inſula uehitur.*
*Quibus permiſti, decumas mittite Phœbo.*
*Et capita Saturnio,& patri mittite *uirum.* **lumina.*

ABOTIS urbs Aegypti.

ἄβρα.)Nec omnino ancilla, neq; formoſa miniſtra,Habra dicitur:ſed puella, dominæ miniſtra honorata: ſiue uernacula ſiue non. Menander in Ementito Hercule:

Mater obiit ſororum duarum harum.
Alit autem eas cõcubina quędã patris.

quæ miniſtra matris earum fuit, Sicyonia. Et, *miniſtram mercatus uice amicæ:huic quidem tenendam non dedit, ſed ſeorſim alit, ut ingenua dignũ eſt. * In perfido. Putabam aurum ubi accepiſſet ſenex,ancillam ſtatim ab emptione, fore habram. Iamblichus. Sed quia id, quod ad cuſtodem domus attinebat, etiam alia quadam Habra præſente, tenue quiddam & rarum erat: puellæ ſuadet ut clam parentibus aufugiat.

*Iudæorum defectio.* *Chaldæi aſtrologi.* *Abrahamus è cœleſti opificio deprehẽdit opificem.* *Patefactio diuina.*

ABRAHAMVS,Patriarcharum princeps quo populus Hebræorum gloriabatur olim, priuſquã temerè à Deo deſciuiſſet:atq; ab illo alienatus, eius unigeniti filij ſanguine ſe cõmaculaſſet. Hic è Chaldæorum terra fuit oriundus: qui omnem ætatem in obſeruatione ſtellarum,earumq; rerum quæ in ſublimi fiũt, conſumunt. Exercitatus igitur more patrio in cœleſtium ſiderum motu,ſagaciter animaduertit, magnificentiam rerũ conditarum, in oculos incurrentium, nõ in ijs conſiſtere:ſed aliquem habere opificem, qui moueat & dirigat aptum illum & concinnum ſiderum inceſſum, mundiq; totius conſtitutionem. atq; ex magnitudine & elegantia rerum conditarum,autorẽ earum quantũ licuit contemplatus, non in his reſtitit, neq; deſiderium ſuum in eo conſumpſit: ſed ultra ſidera euectus, & omnem intellectui obuiam, cœloſq; ſuperantem compagem peruagatus,ab inquirendo nõ deſtitit, donec is cuius deſiderio flagrábat, ei ſe patefeciſſet, typis quibuſdam & imaginibus, & ijs rationibus quibus ſe is qui cerni non poteſt, conſpiciendũ præbet: cumque translatum è patria, in Cananæa collocaſſet, anno ætatis eius nono & nonageſimo. atque id ætatis orbum liberis adhuc,parentem admirandi & beati uiri Iſaaci effecit, ut haberet uni-

*Iſaacus imago Chriſti.* unigenitum & primogenitum filiū, qui iam tum imaginem arcanam unigeniti & primogeniti filij repræſentaret: atque hoc ei munus eximium dedit, ut ſeruus, amicus, & pater, quantum ad carnem attinet, unigeniti filij appellaretur, qui mūdum uniuerſum fabreſecit. Hic ſacras literas reperit, *Abrahamus Hebraicarū literarum inuentor.* & eam linguam excogitauit, cuius Hebræi periti fueruut, ut eius diſcipuli & poſteri. Vnde etiam Græcorum literę originem duxerunt: quamuis Græci, opinionis errore, aliter hac de re ſcripſerint. Teſtimonio eſt appellatio Al*Alpha. Aleph.*pha, primæ & principis literę, nomen ab Aleph Hebraico ſortitę, nomine beatō, *Ἀλέφ πρῶτον.* primo & immortali. Huic & coniectationis ſomniorū libros Græci ſurreptos, *Ioſephus.* ſibi uendicarunt. Teſtis eſt Ioſephus, uir planè admirandus, huius pronepos: qui ſomnia Pharaonis ſic expoſuit, quemadmodum euentura erāt. Hoc ita ſe habere *Philo de Thara & Abrahamo.* Philo, Hebraicus philoſophus, in uita uiri ciuilis, teſtimonio ſuo confirmabit, (Philo inquam ille, de quo dictum eſt, Philo Platoniſſat, & Plato Philoniſſat) *Imagines.* uidelicet, cultum imaginum cœpiſſe à Serucho, ac uiguiſſe uſque ad Tharæ tēpora, patris Abraami. qui Abraamus natus annos 14, Dei cognitione illuſtratus, patrem his uerbis commonuerit: Quid ſeducis homines, ob pernicioſum lucrum: hoc eſt, ob imagines? Non eſt alius Deus, niſi cœleſtis ille, totius mundi opiſex. Itaque cùm uideret homines creaturæ cultum deferentes, magno labore oberrans, *Inueſtigatio Dei.* uerum Deum animo religioſo exquirebat. Cum autem cœlū aliàs ſudum, aliàs nubilum cerneret: cogitabat cum animo ſuo, id non eſſe Deum: eodemq; modo neq; Solem, neque Lunam, quòd illum occultari & obſcurari, hanc deficere & deſinere cerneret, cenſuit eſſe Deos: atque adeò aſtrorum motum (nam à patre Aſtronomiam edocebatur) animi dubius, non ſine moleſtia tractabat. Tandem illi Deus apparuit, & è terra ſua exire iuſſit, & ſuos cognatos relinquere. Itaque ſumptis patris ſimulacris, ijsque partim confractis, partim exuſtis, cum eo terra Chaldæorum exceſſit. qui, cùm Carram perueniſſent, *Migratio Carra.* diem ſuum obijt. Inde oraculo monitus, egreſſus cum uxore Sara, & conſobrino Loto, & omni inſtrumēto in Chananæam terram, ſibi debitam, peruenit: *Chananæa.* quam Chananæi per uim occupatam incolebant. Pòſt, fame orta, Chananæa terra relicta, in Aegyptum conceſſit: *Aegyptus. Abimelechus. Sara.* ubi Saram uxorem eius rex Abimelechus rapuit. Cui Deus, terrore iniecto, membrisque laxatis: Redde, inquit, homini coniugem ſuam. nam uates eſt, uotaque pro te faciet, ut uiuas. Quam niſi reddideris, ſcito & te & tua omnia moritura eſſe. Sic coniuge inuiolata recepta, uotisque factis, effecit ut Abimelechi & familiæ eius illa laxatio membrorum curaretur. Ex eo tempore honorē ei rex habebat, ac uerbis eius auſcultabat. Abrahamus itaque Aegyptijs religionis & multiplicis doctrinæ magiſter extitit. Idem Abrahamus à bello reuertens, *Melchiſedeci gratulatio.* gratulatione honorifica Melchiſedeci regis Salemæ, qui ſacerdos erat Altiſſimi, exceptus eſt oblatis panibus & uino. Abrahamus uerò illi decimas omnium rerum dedit. Idem porrò Melchiſedecus erat ſine matre, ſine patre, ſine origine generis, inſtar filij Dei. *Promiſſio ſobolis innumeroſæ.* Deploranti autem Abrahamo orbitatem ſuam, Deus in ſomnis ſtellas oſtendit: ac prædixit, eâdem multitudine fore progeniem eius. Is uerò Deo credidit, eoque nomine iuſtus eſt habitus. At Sara, quippe ſterilis, indulſit Abrahamo, ut ex ancilla ſuſciperet liberos: *Iſmael.* unde ei natus eſt Iſmaelus. Deus autem Abrahami nomen ei indidit, annos nato nonaginta nouem: cum prius Abrahamus diceretur. Eodemque modo Saram appellauit Sarram, litera r geminata. *Circumciſio.* Tum Abrahamus Iſmaelem, & omnes ſuos circumcidit. Dominus item Abrahami hoſpitio uſus, promiſit fore ut Sarra filium ei páreret. quo illa audito, riſit: unde puer Iſaaci nomen eſt con*Iſaac.*ſecutus, quod apud Hebręos ſuauem riſum ſignificat.

ABRETTANE, Myſiæ regio, à Brettia nympha dicta.

ABRINATAE ſeu Abinatæ gens pontica.

ABROGASTES Frācus, robore corporis & aſperitate animi flammæ ſimi*Abrogaſtes Germanus Francus.*lis, proximus à Baudone. *Baudon.* In hoc fuit cōſtans & exquiſita modeſtia, & odiū irreconciliabile auariciæ. Vnde diuitiis gregario militi nihil pręſtabat. *Theodoſius.* Quapropter Cæſari Theodoſio utilis uidebatur: ut qui ad Valentiniani *Valentinianus.* mores uiriles & iuſtos, ſuam quoq; gratuitatem adiungere, & regiam inſtar rectæ & immotæ columnæ ſuſtentare poſſet, ne quid in aula damni aut peccati admitteretur.

AB-

Abrocomas, ſattapa Artaxerxis Perſarum regis.

Abri, gens iuxta Adriam.

ἁβροδιαίτῃ.) Romani, quippe uiri bellicoſi, laborumque tolerantes, à deliciis abhorrebant.

Abrŏtonon, genus herbæ fruticoſæ. Eſt autem amariſſimum, calefaciẽs & ſiccans in tertio gradu, ui præditũ diſſipandi & incidendi. cum oleo tritum, ſi toti corpori inungatur, algores periodicos ſanat: atq; uſtũ magis, quã non uſtũ, alopeciis medetur, oleo tenui adhibito.

Abron, Phryx aut Rhodius grammaticus, Tryphonis diſcipulus, Romæ docuit, Hermippo autore: ſeruili genere ortus.

ἄβρωνος βίος.) Abronis uita: De ſumptuoſis. Abron enim Argiuus quidam diues fuit. Quanquam à delicijs etiam Abronia uita dici poteſt.

ἁβρότεροι.) Delicatiores ipſis, & Sybaritici moris pleni erant.

Abylli, gens iuxta Troglodyticã, prope Nilum.

ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα.) Abydenum auctarium: de ijs dicitur, ob quorum intẽpeſtiuum acceſſum moleſtiis afficimur. Nam Abydeni, cum hoſpitem aut ciuẽ conuiuio exceperint, poſt unguẽtum & coronas, pueros oſculandos circumferunt: quorum clamores & nutricũ ſtrepitus conuiuas turbant.

Abydos, urbs Helleſpõti, Aegypti, Iapygiæ. Prouerbium, Ne temerè Abydum calces: id eſt, ne auſis eam ingredi. De hominibus uanis & calumniatorib. uſurpatur. Nam qui Mileſiam Abydum incolebant, ob calumnias & molliciem malè audiebant.

ἄβυδος ἢ ἀβυδηνῶν φλυαρία.) Abydena loquacitas. De magnis nugis.

Abydon, Straboni Macedoniæ locus eſt. Vnde: *Hinc procul ex Abydone, ubi perfluit Axius arua.*

Abyrtace, eſt intritum barbaricũ, quòd ex porro & naſturcio, & mali punici granis, & id genus alijs cõficitur, acre ſcilicet. Theopompus Theſeo:

*Ad Medos uenies, porri ubi & naſturtij*
*E copijs Abyrtace parabilis,*

Abyssus, ædes fuit Proſerpinæ, in qua multum auri ab omni æuo intacti aſſeruabatur. Nomen ex eo factum eſt, quòd id aurum uulgo non cerneretur, humi abſconditum. Abyſſum, Sacræ literæ naturam aqueam dicunt.

ἀγαθὰ * κιλίκωνος ἔχει.) Ciliconis bona habet. De diuite uſurpatur: à Cilicone, homine opulento.

Agatharchvs Samius, Eudemij filius, pictor inſignis.

ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτον.) Bona etiam eſt polenta poſt panẽ. De ijs qui ſecundaria uel largiũtur, uel amplectuntur.

ἀγαθῆς τύχης νεώς.) Bonæ fortuæ templum: quid ſignificet, haud obſcurũ eſt.

Agathia, urbs Phocidis, unde Agathenſis.

Agathe oppidũ Ligurũ Gallorũ, quod & ἀγαθῇ τύχῃ, id eſt, Bona Fortuna dicitur: unde Agathinus.

Agathe inſula Lyciæ.

Agathias, Scholaſticus Smyrnæus, ſcripſit hiſtoriam poſt Procopiũ Cæſariẽſem, rerũ tempore Belliſarij tam in Italia quã Africa geſtarũ: hoc eſt, & ea quæ Narſes in Italia geſſit, & Lazica atq; Byzantina. Idem alios quoque libellos partim ligata, partim ſoluta oratione cõpoſuit: ut Daphniaca, ſiue Laurea & circulum nouorũ Epigrãmatum, quæ ipſe de ſui temporis poetis collegit. Floruit eodem cum Paulo Silentiario, & cõſule Macedonio tempore, & Triboniano; ſub Imperio Iuſtiniani. *Procopius, Belliſarius. Narſes.* *Silentiarius, Tribonianus.*

ἀγαθοεργία.) Damaſcius: Vt uno uerbo rem omnem cõplectar, id quod Pythagoras dixit, Dei quandam ſimilitudinẽ homini ineſſe: ille re ipſa palàm declarauit, & benefaciendi alacritate, & exprõpta in omnes benignitate, tum ea quæ animos à terra omni prauitate referta reuocat, tum ea quæ corpora etiam ex iniqua & nefaria calamitate eripit: denique res externas etiã pro uirili curabat. *Beneficentia Deo ſimiles facit.*

ἀγαθοεργοί.) Agathoergi, id eſt, benefici, ſeu ſtrenui dicebãtur, qui fortitudinis habita ratione (ab) ex Ephoris deligebãtur. Heſychius. Agathoergi, qui ex equitibus egrediuntur, quotannis quini: ut Herodotus narrat. Sic apud Spartanos.

ἀγαθοθέλεια.) Non ſatis eſt ad rem gerendam recta uoluntas, ſed uiribus etiã, & attentione eſt opus. *Vires. Attentio.*

ἀγαθοῦ δαίμονος.) Boni genij nomine inſula eſt in India. Moris antiqui fuit, à cœna ſorbêre merum: quod Boni Genii poculum uocabant. Alij dicunt, primum poculum ſic dici: ſed diſceſſuros, Iovis Servatoris nomine bibiſſe. Diem item cuiuſq; menſis ſecundum ſic appellabant. Fuit & Thebis ſacellum Boni Genii.

*ἄγραφα τινὰ τοῦ δόγμα.*

ὅτι περὶ τἀγαθοῦ.) Ariſt. lib. 1. de Animo, meminit libri de Philoſophia quo ſentẽtias Plat. nõ mãdatas literis, expoſuerit.

ἀγαθῶν ἀγαθίδες.) Bonorũ glomi, bonorũ mare, bonorũ myrmecia, bonorũ cumulus: apud Comicos, & alios ſcriptores, pro multis bonis & magna felicitate uſurpantur.

AGATHON Tragicus, ob molliciẽ infamis fuit. Vnde Ariſtophanes:

*Agathon ubi eſt? me iam relicto hinc exijt.*
*Vbi gentiũ eſt? Beatorum in conuiuio.*

Hic Agathon bonis morib. fuit præditus amicis charus, in uictu ſplẽdidus. Aiunt etiã Platonis conuiuiũ, eo conuiuatore eſſe ſcriptum, multis ad eas epulas philoſophis cõuocatis. Fuit & alius Agathõ, comœdiarũ ſcriptor, Socrate magiſtro uſus, q ob molliciẽ malè audiebat.

ἀγαθώνιος αὔλησις.) Agathonius tibiæ cantus: id eſt, mollis & diſſolutus: aut neque laxus, neque acerbus, ſed temperatus atq; ſuauiſſimus.

AGATHONIVS (fortaſſis Argantonius, de quo Herodotus & Cicero) rex Tarteſſi.

ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες.) Boni ſunt uiri lachrymabundi. De ijs qui multũ propenſi ſunt ad miſericordiã. Fortaſſe: Viri præſtantes ſunt multis digni lachrymis: quòd eorum interitum clades publicæ ſequi ſolent.

*Ex ſcorto rex.*

AGATHOCLES, tyrannus fuit, & (ut ait Timæus) prima ætate publicus catamitus, paratus ad obſequium intemperantiſſimorum hominum:

*Graculus triteſtu omnium uolentium*
*Nates præbere ſolitus.*

*Vxoris luctus.*

Eum mortuum uxor ſic lamentata eſſe & luxiſſe fertur:

*Cur non ego te? cur non tute me quoq;?*

Excellẽtes aũt ingenij atq; animi dotes Agathoclẽ hũc habuiſſe neceſſariò, ex eo cõſtat: quòd anno ætatis circiter decimooctauo Syracuſas, prope quas natus fuerat, cõfugiens à tota figlina, à fumo, à limo, nõ multo pòſt, talibus fundamentis innitens, omnem Siciliã ſuæ ditionis fecit. Carthaginenſes in ſumma diſcrimina adduxit: denique in imperio ſenex uitam exegit, appellatione regia.

*Stoica argutia.*

ἀγαθόν.) Bonũ id uulgo dicitur, cuius aliqua eſt utilitas: propriè uerò aut idem quod utilitas, aut nõ diuerſum ab ea. Vnde & ipſa uirtus bona eſt: & id bonũ, qđ eſt eius particeps. Quare bonũ trifariã dicitur: ueluti bonũ, unde aliquid exiſtit ueluti actio, & uirtus: à quo, ut uir bonus uirtutis particeps. Aut ſic: Bonũ eſt id, quod naturà perfectũ eſt, ratione præditi, aut tanquã ratione præditi, cuiuſmodi uirtus eſt: ut id quod eſt particeps uirtutis, cuiuſmodi ſunt actiones ſecundũ uirtutẽ: &, bonos uiros eſſe (ἐπιγεννήματα) Acceſſiones: ut lęticia, ut tranquillitas animi, & ſimilia. Item bona quædam animi ſunt, quædam externa, quædã nec animi nec externa. Animi, ut uirtutes, & eius actiones: externa, ut honeſtã habere patriã, uerũ amicum, & horum felicitatẽ. neq; externa, neq; animi: ut, ſi quis in ſeſe ſit uir bonus & felix. Pręterea, alia bonorum ſunt finalia, alia efficiẽtia: alia & finalia & efficiẽtia. Ac amicus, & quę ex eo capiuntur utilitates, efficientia bona ſunt. Fiducia uerò, elatio animi, libertas, delectatio, tranquillitas, hilaritas, omnis actio uirtuti conſentanea, finalia ſunt. Efficientia & finalia, quatenus felicitatẽ efficiũt, efficientia bona ſunt: quatenus uerò eã explẽt, ut partes eius ſint, finalia: uelut, amicus, libertas, & delectatio. Iã bona animi partim ſunt habitus, partim affectiones, partim neq; affectiones neq; habitus. Affectiones ſunt uirtutes, habitus uerò ſtudia (τὰ ἐπιτηδεύματα.) Neq; habitus, neq; affectiones, ueluti actiões. In genere aũt parua bona ſunt felices liberi, cõmoda ſenectus: abſolutũ bonũ, ſciẽtia. Iã alia ſemper adſunt, ut uirtutes: alia nõ ſemper, ut lęticia, ambulatio. Omnia porrò bona expediũt, cõferunt, ſunt opportuna, utilia, cõmoda, honeſta, cõducibilia, iuſta, expetẽda. Bonũ eſt, qđ ab omnib. appetitur. Itẽ bonũ eſt, unde pendẽt omnia, cũ ipſum à nullo alio pendeat, id eſt, Deus. Bonũ multa ſignificat: ac decẽ genera, hoc eſt, decẽ Categoriæ de bono prædicãtur. 1. Facere: quia quædã ſunt efficiẽtia boni, quę bona dicũtur: ut quod ſuauitatẽ aut uoluptatẽ efficit, aut deniq; utile eſt. nã quod in edulio bonũ eſt, bonũ ideò eſt, quòd efficit bonum. 2. Qualitas ſub prædicamẽto Qualitatis. Aliquãdo uerò Quale de animo dicitur. Nam cum bonũ de animo dicimus, qualitatẽ eius exprimimus: ut eſſe modeſtũ, fortẽ, iuſtũ. Qualia enim ſunt ea, quibus ineſt qualitas. Ita ſe res etiã habet in homine. nã cũ bonũ de eo dicimus, qualem eũ, id eſt, hoc alio'ue modo affectũ eſſe ſignificamus: ut modeſtũ, fortẽ, iuſtũ, prudentẽ. 3. Interdũ bonũ, Quando, id eſt tẽpus ſignificat. nã qđ ſuo tẽpore fit, bonũ dicitur.

*Diuiſio bonorum.* — *τελικά. ποιητικά.* — *ἕξεις. διαθέσεις.* — *Bonorum attributa.* — *Boni appetitus.* — *Bonũ per omnes categorias peruagatur.* — *Affectio.* — *Qualitas.* — *Quando.*

4. Bo-

Quantum. 4. Bonum etiã Quãtũ ſignificat. nã mediocre, quod neq; redũdat, neq; deficit, quantũ eſt, quatenus tãtũ dicitur: id eſt, Eſſentia. modus inter nimiũ & parũ. 5. Dicit̃ Ad aliquid, potrò bonũ aliqd, ut eſſentia: ut Deus, Mẽs. ſiue relatio. 6. Dicitur &, ut Ad aliqd. ſic bonũ eſt, qđ Pati. alicui aptũ eſt. 7. Et in Patiẽdo: ut curari, Vbi. doceri, bonũ quiddã eſt. 8. Et in Vbi: ut, in Græcia & ſalubrib. locis uerſari, in locis pacatis & trãquillis eſſe. 9. Erit etiã in Situs. Situ: ut cũ is ſederit, cui ſedere expedit: & cubuerit, cui cubare expedit, ut febricitanti. τὸ ἔχειν, habere, ſeu habitus: ut, armatum eſſe ad bellũ, ornatũ ad nuptias, Bonus. eſt bonũ. Bonus dicitur etiã prudẽs: ſed Prudens. non eadẽ eſt boni & prudẽtis ratio. nam boni uocabulum latius patet. Bonus enim dicitur modeſtus, fortis. Dicuntur boni & cæteri: & qui ſciunt aliquid. Bellicoſos quidẽ bonos dicimus, tã iaculatores, quã eos qui manibus rem gerunt.

AGATHYRSA, Polybio Siciliæ oppidum eſt. Vnde Agathyrſanus.

AGATHYRSI, Gens eſt in Aemi receſſibus, ſiue ab Agathyrſo Herculis filio, ſiue (ut Piſander autor eſt) à thyrſis Bacchi, ſic appellata.

ἄγαλμα.) Dat argentũ, ut elaboret ſtatuam ſummæ artis: addita magnitudine, & expoſita natura lapidis. Simulacrũ Mineruæ eſt Athenis: Et eſt ſimulacrũ, deteſtatio uaſtationis, Antiochiæ.

ἀγαλματοποιοί.) Statuarij, ſeu opifices ſolertes numerantur, Lyſippus, * Apelles, Polycletus, Phidias.

ἀγαλματοφορούμενος.) Philo, ſimulacra ſiue formas rerũ intellectarum in ſemetipſo ferens.

ἄγαμαι.) Amicũ magnifacio ꝓpter mores, & ob animi ꝓbitatẽ. Aelianus. Menelai pugnã aduerſus Priami filiũ, Paridẽ, neq; laudo neq; miror. Eqdẽ cùm iſtos uiros miror: tum Acarnanẽ maximè, & præ illis. Nã cũ ſciret q̃ eis euẽtura eſſẽt: eorũ uitis illis ſocius eſſe uoluit. Mirati fidentiã hominis, eum equo imponunt.

ἀγαμός.) Agamus, urbs iuxta Heracleã Ponticam: unde Agamius.

AGAMEDE.) Lesbi locus.

AGAMIA.) Promontoriũ, & portus iuxta Troiam, ſic dictus, quòd ibi Heſione cœto expoſita fuiſſet.

ἀγανός.) Atthide ſcriptura tibi mânet cera perennis: Sitq; coronatum tempus in omne caput.

ἀγανόφρων.) Suauiſſimæ tranquillitatis fortunata facies.

AGAPETVS Synadorũ epiſcopus, quem Euſebius Pamphilus multũ celebrat, mentionẽ faciẽs ingentiũ eius mi- Miracula. raculorũ: ut ſunt translationes montiũ & fluminũ, & mortuorum reſuſcitationes. quem, dũ miles eſſet, Maximinus ut Maximinus. Chriſtianũ occidere uoluerit, ꝙ multos eius facta ſupra modum mirari uideret.

ἀγαπητόν.) Tãta erat ducũ uæcordia, ut eis cordi eſſet pugnã cõmittere: quamuis non oẽs ſocij expeditionis adeſſent.

ἀγάπη οὐ περπερεύεται.) D. Paulus, CHARITAS, inqt, nõ ꝑperã neq; temerè agit.

AGAPIVS Atheniẽſis philoſoph⁹, poſt Diſcendi ſtudium. Procli obitũ, ſub Marino, in admiratiõe fuit, ob diſcẽdi cupiditatẽ: cum ſubinde q̃ſtiones ꝓponeret, explicatu difficiles.

Agapius Alexandrinus genere, à pue Medicus fortunatus. ro in liberalibus artibus educatus, & diſciplinæ medicæ enarrator fuit. Byzantium profectus, ludum inſignẽ aperuit: uir & magnitudine ingenij, & fortunæ proſperitate clarus. Nã & ob artẽ ſuam fuit illuſtris, & magnã pecuniã collegit.

ἀγαπῶ.) Acquieſco in bonis meis, & diliges Deum toto animo.

ἄγγαρος.) Quaſi aliud agens atq; obiter edebat: ut q à Natura ipſa cape cibũ cogeretur, & munere quodã in ea re neceſſitatis, & graui opere perfungeretur.

ἀγαπισμός.) Menander in unà prandẽtibus. Qualis inter eos fuit malè conciliatus mutuus amor.

ἀγγαρεία.) neceſſitas inuitis impoſita, & ui extortum miniſterium.

ἄγγαρος.) Angaros uocabant Perſę regũ nũcios. Mittit Angarũ ex fideliſſimis ad Babyloniũ, propter optimũ Perſondã. Angari, tabellarij, alijs alij ſuccedentes: ijdem & Aſtandæ dicuntur à Perſis. Menander in Sicyonio: Nauigans appulit: hoſtis iudicatur. Si quid molle habet: onera baiulare cogitur.

ANGARI & Aſtandæ, fuerunt Perſa- Poſtiliones. rum regij nuncij, quorum ſubinde alijs alij in itinere ſuccedebant.

ἀγαρικόν.) Agaricũ radix eſt, trũco adnaſcẽs, laxæ naturæ, aeria & terrea ſubſtantia cõſtans, diſcutiẽdi ui prædita, & incidendi craſſa, maximè autem obſtructiones uiſcerum purgandi.

AGASICLES, nomen uiri: qui peregrinus cum eſſet, & Alimnſijs patrocinaretur, in ciuitatem fuit aſcriptus.

ANGELIVS, ſub Valente Conſtantinopolitanus epiſcopus, uitam egit Apo ἀνυπόδη- ſtolicã, nũquã calceis uſus, unaq; tunica τος καὶ μο- νοχίτων.

contentus: dicti Euangelici obſeruator.

*Angeli incorporei.* ANGELI, ſolius apprehēſione mentis circumſcribuntur. Nam cum ante Solem extiterint, neq; loco, neq; corpore, neq; rempore cōtinentur. *Angeli mali. Dies malus.* Angelos malos Scriptura ſupplicij miniſtros uocat: quemadmodum diem malum, diem ultionis: & iram, & furorem, & afflictionē Dei. Neq; enim de natura eius, aut uoluntate loquitur.

ἀγασθεὶς.) Et homines & urbem miratus, triduum ibi commoratur.

ἀγβάτανα.) Acbatana, oppidulum Syriæ, quod nunc Batanæa dicitur. Vnde Bataneotæ. Demetrius ait, duplicia eſſe Acbatana, altera Mediç, altera Syriç. Sed Chatax Perſicam urbem Ecbatana ſcribit: quam & Epiphaniā aiunt appellatā.

ἄγε.) Age Diogenes, quod te fatū abſtulit? Canes me mordicus arripuerunt. Græcum diſtichon totum breuibus ſyllabis conſtat.

ἄγειν ϗ φέρειν.) Agere & ferre, eſt latrocinari & rapere. At ille cū in aduerſam ripā traieciſſet, è ueſtigio & pagos Sclauenorū incēdebat: & agros populabať, omniaq; diripiebat. Nec eñ ǫſquā Barbarorū illius loci, cominus cum eo cōgreditum audebat, qui ſe in condenſas ſyluas abdiderant.

ἀγείρει.) Ille, cū latēre uellet, & caput & barbā radit, & Aegyptia ueſte indut⁹, qualē Iſidis cultores ferūt, & ſiſtrū quatiens, & alias atq; alias urbes ꝑuagās, & Diuæ ſtipē colligebat, & neceſſariū uictū, famis remēdiū, grato animo accipiebat.

*Formido.* ἀγέννεια.) Romāi (.i. Byzātini, ut opinor) ex metu turpe fœd⁹ cū Hunnis fecerūt.

*Scythæ.* ἀγερωχία.) Scythæ ſunt cōtemptores, & ſupra modū ſuperbi. Agathias. Equo cōſcenſo agilimo, & animoſo: q nō inſolēter exultaret. Idē. Vt gloriā & fortitudinis laudē apud poſteros conſequereť.

*Guſtatus. ποτὸν. ἄποτον.* ἄγευστος.) Aqua, ꝑ ſe qualitatis expers, ſaporē aliquē accipe pōt. Principia eorū quæ guſtatu ſentiūtur, eſſe dicunt, id qđ potari, & nō potari poteſt. In hæc eñ primùm guſtabile (ſi ita dicere liceat) diuidiť, atq; in liqdo potiſſimū cōſiſtit: *Sapor.* & ſapor ex admiſtione aridorū accedit, & ut id qđ bibitur, guſtatui gratū ſit, ob admiſtionē boni ſaporis, efficit. ſic & id quod bibi neqt, eūdē offendit ꝓpter admiſtionē mali ſaporis. Eſt aūt utrūq;, tā impotabile ꝗ potabile, guſtabile. Guſtabile aūt eſt, & impotabile, nō ut perficiēs, ſed ut corrūpēs guſtatū, ꝓpter maliciā ſaporis. Potabile uerò, ut cōſeruās, & ꝑficiēs ei⁹ partis, cui guſtādi uis à natura eſt inſita. *Tactus & guſtatus cōmunicatio.* Hac itaq; ratiōe guſtabiliū principatū tenēt, potabile, & imporabile. Quoniā uerò potabile liquidū eſt, liqdū uerò tactu ꝑcipiť: quatenus qdē liqdū eſt, ſub tactū: quatènus aūt tali ſapore præditū, ſub guſtatū cadit. Hoc igiť cōmune eſt tact⁹ & guſtat⁹: tact⁹ qdē, ut ꝓpriū ei⁹ ſēſile: guſtat⁹ aūt, ut materia, & uehiculū guſtabiliū.

ἀγηλατεῖν.) Et tu mihi, unà cum rerum iſtarum autore, magno tuo malo uideris piacula pulſurus eſſe.

ἀγῆλαι.) Eupolis in Municipijs. Imponamus nunc iſtis & nos geminas Ireſionas, & uenerabūdi accedamus. Saluete. Accipimus. Ariſtophanes in pace: Et tę ſacris uictimis, & magnis ſupplicationibus, ô Dina, nos uenerabimur ſemp. Hermippus in Piſtricib. Age nūc uenerabor Deos, & ſuffitum faciam, incolumi filio.

*Arrogantia.* ἀγήλεισε.) Mutian⁹ Roman⁹ honorari ſe ab omnib. ſupra oēs uolebat: nec id modò ægrè ferebat, ſi qs quā ipſi feciſſet iniuriam: ſed illud etiam, niſi maximū honorem habuiſſet.

ἄγημα.) Agema, agmē regē antecedēs elephātorū, & equorū & peditū. Alij ſic appellari aiūt optimā aciei Macedonicę partē, & armis & robore corporū firmā.

ἀγησσὸς.) Ageſſus, urbs Thraciæ, unde Ageſſius.

ἁγίασμα.) Sanctificatio dicitur diuinum templum. Dauid. Facta eſt Iudæa ſanctuarium eius.

AGESILAVS, illuſtris & generoſus Lacedæmoniorum rex, qui à multis oratoribus celebratur.

AGETAS, Aetolorum dux.

ἅγιον.) Hagium locus Scythiæ, in quo Aeſculapius colebatur.

*Triplicatio nominū S. trinitatis indicium.* ἅγιος.) Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus. Qui dicūt Deū infinities ſanctū eſſe, & hæc uerba perperā interpretari audēt, eos aptè dictū hoc cōuincit: Exquiſiui faciē tuā Dñe, Faciē tuā Dñe quærā, Ne auertas faciē tuā à me: qđ ſanctā Trinitatē prædicat, ut & illud: Immola Deo ſacrificiū laudatiōis, & ꝑſolue Deo uota tua, & reliqua. Per hæc eñ & alia multa uet⁹ Teſtamētū ꝓclamat, ſe nō uni⁹ ꝑſonę dominatū ſignificare, ſed triū. Qui uerò dicūt, Sāctus, immortalis, crucifix⁹, ora cōprimāt ob hoc dictū: Exarſit anim⁹ me⁹ cupiditate Dei, ſācti illi⁹, illi⁹ uiuētis.

AGIS, Pauſaniæ filius, aliquādo in agrū Mantinenſiū impreſſione facta, eos in op-

in oppido cōcluſit: & murū, amne præterfluente in eū cōuerſo, deiecit. Cōſtabat enim is crudo latere: q quidē contra arietes tutior eſt coctili, & ſaxis. nā ea quidem cōfringūtur, & è iuncturis exiliunt. Crud⁹ aūt later nō pinde laborat: uerùm ab aqua, nō min⁹ q̄ à Sole cera, diſſoluiť.

*Fluuius loco arietis.*

ἄγκαρα.) Ancara, urbs Italię. Vnde Ancarates.

καὶ διετίθει.) Diſponebat machinas, quà opportuniſſimū uidebatur, & anfractus (ἀγκῶνας) & uallum utrinq; iaciebat.

ἀγκῶνες δ᾽ ἧς.) Omnia q̄ in ſōnis amplectimur, modeſtiā & ornatū uitæ ſignificāt.

*Incommoda nauigatio.*

ἀγκῶνες.) Fieri fortaſſe non potuit, ut aduerſo flumine nauigarent, ob magnitudinem incidentiū flexuum: qui deuitandi erant, nauibus aliò conuerſis.

*Gelimeris carcer.*

ἀγκὼν.) Ancō (id eſt cubiti flexus) domiciliū fuit in aula regia Gelimeris obſcuriſſimū (quod genus Anconas uocāt Carthaginēſes) in quod cōijciebātur omnes quibus tyrannus infenſus erat. Eo in loco, tēpore Belliſarij, multi oriētales mercatores incluſi erant: qui cū eo temporis articulo interficiēdi eſſent, à custode carceris fuerunt dimiſſi.

τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενοι.) Cubito ſe emūgētes: puerbiū. Biō philoſophus: Meus, inqt, pater libert⁹ fuit, cubito ſe emūgēs. Quo dicto, ſalſamentariū fuiſſe indicabat. Eſt & aliud Prouerbium, γλυκὺς ἀγκών: Dulcis cubitus.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ἀγκυλομῆται.) Ancylometæ dicuntur, qui perplexis & obliquis cōſilijs utūtur.

ἀγκυλοχείλης.) Adūcas manus dicebať habere Cleon, ad furandū & rapiendū.

*Anacharſis.*

ἄγκυραν.) Anacharſis Scytha philoſophus, qui ſub Crœſo floruit, reperiſſe fertur ancoram, & rotam figulinam.

ἀγκυρῶν.) Aucyron. Aegypti urbs: unde Ancyropolita.

ἀγκύριον.) Ancyrium. Vrbs Italiæ. Vnde Ancyrius & Ancyrienſis.

ἀγκὼν.) Ancona urbs Piceni. Vnde Anconius & Anconitanus.

ἄγλιθες.) Vos, ut agreſtes mures, allio rū capita marra effoditis. Ariſtophanes * pro πάσσαλοι habet Suidas πασσαλωτὰς, id eſt, clauis affixa, ut opinor.

ἀγλωττία.) Nunc humi elinguis, & muta proſtrata iaceo. iritatrice æmulatione recuſata. De anicula hæc dicuntur.

ἀγνόημα.) Rem tantillam ignorarunt, quam nemo uel mediocriter Dialecticę peritus, ac non prorſus rudis, ignoraſſet.

ἀγνὸς.) Agnus ſeu uitex. Chionides in heroibus. Ego medius fidius nihil mihi differre uideor à uitice in cauerna enata. Plato. Eſt & platanus hæc ualde ampla & alta: itemq; uiticis altitudo & denſitas peramæna.

AGELAEA.) Minerua prædatrix & militaris. Videtur iſte eſſe è uulgariū hominum numero.

AGESTA, eſt machina bellica, è lapidibus, lignis, & terra excitata. Fortaſſis ab aggerendo.

ἄγητη.) Sororē eius Iuba Mauritanus uxorem ducit.

ἄγευστον.) Ingustabile, bifariam dicitur: uel quod nunc inſipidum eſt, ſed ſaporē accipere pōt, ut aqua qualitatis expers: uel, quod alijs ſenſibus ſubiacet, ut ſtrepitus: aut quod exiguum habet guſtatū: ut aquoſæ ſorbitiones: aut quod habet malum guſtatū, ut uenena. Ac quæ horum percipiat guſtatus, quæ non, perſpicuum eſt. In alijs item ſenſibus, hæ quatuor ſignificationes cognoſcuntur.

ἀγείρει.) Mores eius ſancti erāt, & ipſe nulla re ijs ſimilis, qui ſtipē colligūt. Herodotus. Is magna cū manu profectus, ſeptingēta Atheniēſiū domicilia uaſtat.

ἁγίζω.) Ariſtophanes. Hæc ſacra in ſaccum quendam conijciebat. Domum uictimariam ſanctificans ingredere.

οἱ δ᾽ ἑσπερίους.) Alij occidentalia montiū, alij orientalia cacumina petite, quęſitum uiri exitum malum.

ἀγνώμονες.) Sophocles. Phœbo mihiq; nolite aduerſari.

ANCYRA urbs ſiue Galatię, ſiue Phrygiæ. Qui nunc Ancyrani, quondam Gallogræci dicebantur.

AGLAVRVS, filia Cecropis. Eſt & Mineruæ cognomen.

ἄγματα.) Amphorarum fragmenta in loca paluſtria coniecerant.

ἀγναπτότατος βάτος αὖος.) Impolitiſſimus rubus aridus. De moribus duris, & pertinacibus.

ἀγνὸς.) *Aranea ignorat liberos ut educet: Quis enutritis, interit à chariſſimis.*

De ijs qui cōtra ſemetipſos aliquid moliuntur.

ἀγνότερος πηδαλίου.) Gubernaculo purior. De ijs qui caſtè uiuūt, eò quòd ſemper in mari eſt gubernaculum.

ἀγνῶτας.) Ignotū mihi hominē adduxit, qui & ei ipſi ignotus erat. Illi, modò ab agricultura dimiſſi. Vel, agricultura modò relicta diſcrimē belli adierūt, ſibi prius ignotum. Aelianus de prouidētia:

Aie-

Aiebat meretricium eſſe quæſtum, uiro ignoto ſui facere cópiam.

ἀγόμενος διὰ φρατέρων κύων, μαστιγοῦται.) Canis per Curiales ductus, flagellatur. Nemine uim propulſante, ſecuri admodum omnia uaſtabant & diripiebant.

ἀγνώμονες.) Sophocles: Mihi cauete, Phœboq; aduerſarier.

AGNVSIVS.) Agnus municipiũ eſt tribus Acamantiæ, aut Demetrianæ, aut Attalieæ. unde Agnuſius, qui eſt ex eo.

Legati uiolati. HAGNIAS.) Hunc unà cum ſocijs legationis, captum eſſe perhibent, atq; interfectum à Lacedæmonijs.

AGNONIA.) Vrbs Thraciæ ꝓpe Amphipolim, ab Agnone duce Athenienſium condita. Vnde Agnonites, pro Agnoniates.

Iudæi. ἀγνώμονες.) Theologus: Oὐ uel Iudæis ſtolidior.

ceanum.

AGNOTES.) Galliç populus, iuxta O-

Ignoratio. ἄγνοια.) Si quis ignorationẽ, ſcientiæ priuationem eſſe dicit, errat. Eſt enim ignoratio, habitus prauus & errans.

Inferiæ. ἀγόνους χοάς.) Libationes ſteriles & irritas, Theologus appellat inferias, & libationes quæ fiunt defunctis.

ἀγονία.) Pubes interibat, neq; mulieres neq; greges quadrupedum pariebãt. At accelera. Non eſt cunctandum. Emam enim, quæ iuſſeris, uniuerſa, mulier.

Sterilitas. ἀγονία γῆς.) Dianam iratã, ut eum ulciſceretur, ſterilitatem agris immiſiſſe.

ἀγορά.) AGORA. Vnde Agoręus, oppidum Cherſoneſi.

AGRAEI, & Agraenſes, gens Arabica: itemq; alia prope Acarnanes.

Cercopes. ἀγορὰ κερκώπων.) Forũ cœtus, ſeu concio Cercopum. Hi Epheſij fuerũt, quos Omphales iuſſu uinxit Hercules: ſed matre illorum deprecante, ueritus eſt occidere. Prouerbium hoc dicitur in homines malicioſos, & improbos.

ἀγορανόμοι.) Aediles, magiſtratus fori, & rerum uenalium curatores. Sorte autem quini deligebantur in Piræeum, totidem in ipſam urbem.

ἀγοραῖος νοῦς.) Forenſis mẽs: uiliſſima, futilis, ſocors. Forenſis Mercurius, qui in foro colit̃. Ariſtophanes: Per Mercuriũ forẽſem peierabo, uel inſpectãtib. alijs.

ἀγοράσω.) In foro uerſabor armatus, exemplo Ariſtogitonis. Harmodius & Ariſtogiton, è myrti ramis diſtrictis gladijs, tyrannum proſtrauerunt.

ἀγορᾶς ὥραν.) Tempore fori ſiue conuẽtꝰ. Pherecrates. Potãt ſubinde & ebrij fiunt, priuſquam forum compleatur.

ἄγος.) Thucydides. Lacedęmonij miſſis legatis, iuſſerũt Athenienſes exigere piaculum Mineruæ: quod erat commiſſum in Cylonem Olympioniceen, ueterem illum Athenienſem.

ἄγουσιν ἑορτὴν οἱ κλέπται.) Fęſtum agunt fures: Comica feſtiuitate ſignificatur furandi impunitas.

ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις.) Certamen nõ admittit excuſationes. In eos qui excuſando nihil proficiunt.

ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει.) Certamẽ prætextum nõ expectat. Prouerbium in homines natura ſegnes, & negligentes: aut ab ijs uſurpatur, qui non admittunt uerba eorum qui ſe excuſant.

ἀγωνιούμενοι) Pugnaturi cũ hoſte, abſiſtunt ſine pugna.

ἀγωστῷ.) Epigrãma. Non latet Gratias nec lætabundã Academiã. Tuum beneficium accedẽti cubito Anconæ narro.

ἄγουσαν.) Quamobrem confecta pari pondere uictoria aurea, decies mille aureos pendente, Romam legatos miſit, qui eam populo afferrent.

ἀγωγή.) Polybius. Qui peregrinos milites conquirebat, & Lacedæmoniũ adduxit, uirum Laconica diſciplina eruditũ, & in re bellica mediocriter uerſatũ.

ἀγώγιμον.) Ipſi mercatores indemnes præſtãdi ſunt, eorumq; merces tuendæ.

ἀγωγόν.) Piſides. Ad Tigridis canales (ductores) ſe cõuertit. De Choſroe uerba fiunt.

ἀγών.) Thucydides. Ad certaminis ꝓgreſſus locũ, aurigam alligauit, ſuſpẽdit.

ἀγωνάρχαι.) Sophocles. Arma mea neq; certaminis præſides ꝓponẽt Græcis, neq; carnifex meus. Aiacis uerba.

ἀγωνιῶ.) Polybius. Multæ urbes mediterraneæ Perſarum perculſæ metu, ſe cũ Romanis coniunxerunt.

ἀγωνιῶν.) Gallorũ * leuitatẽ ꝑtimeſcẽs, & inſidias, q̃ uitæ ſuæ ſtruebant̃. Solicitꝰ erat, ne ſtipendia milites deficerent, uel, Metuebat milites, ne ſtipẽdia deficerẽt.

AGONIS, nomen meretricis.

ἀγώνισμα.) Magnopere ſtuduerunt cũ comprehendere. Ariſtophanes. Equidẽ optarim, me incidere in ferã quampiã, & certamen obijci; quo præmium aliquod hoc itinere dignum conſequerer.

AGRA, ſiue Agræ, Cereris fanũ extra urbem, ad Iliſſum, in quo parua Initia celebrãtur, imitatione Bacchanalium: ubi & Herculem initiatum fuiſſe ferunt.

AGLAV-

AGLAVROS, filia Cecropis: cuius tres filiæ fuerunt, à rebus quibus fruges augentur, nominatæ, Droſos, Herſe, Agraulos: id eſt, pluuia, ros, ſerenitas. παρὰ τὴν ἀγλαΐαν τῆς αὔρας, opinor, ἄγλαυρος. Nam ἄγραυλος aliud eſt: ſignificans in agro degentem.

* Dianæ. AGRAVLOS, Cognomen * Mineruæ, quòd ſub dio agat.

AGRAVLE, municipiũ Athenis Erechtheiæ tribus, quod & Agryle: & Sardiniæ urbs, Athenienſium colonia.

ἄγραφα ἀδικήματα.) Facinora, quorũ pœna legibus definita non eſt.

ἀγραφίου δίκη.) Actio deletæ ſcripturę. Qui à iudicibus mulctati, ærarij fiebant: eorum nomina ij quibus quouis tẽpore id negocij dabatur, in tabulas referebãt, addita mulctę ſumma: quã qui diſſolueret, delebat. Cũ itaq; quiſpiã in ærarios relatus, nõ ſoluto debito, delerı eſſe putabat: in eũ cuiuis ciui hęc actio dabat.

Metalli 24 pendenda Reipublicæ. ἀγράφου μετάλλου δίκη.) Metalli non inſcripti actio. Qui argenti ſodinas excolebãt, ſi quod nouum opus inchoaturi erant, rẽ ad eos quos populus huic curationi præfecerat, deferebãt, & inſcribebantur ea de cauſa, ut partẽ noui metalli uigeſimã quartam populo penderẽt. Si quis ergò clàm in fodinis laborare uideretur, eum hac actione perſequi licebat.

ἀγρέμιος.) Prædã è cano mari nactus, id eſt, piſce marino captò.

ἀγρεσία.) Tergemini tibi hæc retia dedicarunt fratres.

AGRESTIS Pan: alius atq; alius, ob aliam prædam. Fortaſſis unus auceps, alter uenator, piſcator tertius fuit.

ἀγροια ἀοιδή.) Agreſtis cantilena. Ariſtophanes. Quàm agreſtis es & uæcors? &, A' mulis alienum eſt, Poetam conſpici agreſtem & hirſutum.

AGRIANES, acies & ordo militaris.

ἀγρία ἀοιδή.) Cantilena ruſtica.

ἀγρία μέλιττα.) Agreſtis apis. In ualde improbos, & crudeles.

ἄγριον ὑποβλέποντά με.) Elephanti recurrebant, & barriebant horrendũ: toruéq; intuebantur. Is uerò immanitatẽ & ſæuiciam cõcitabat, & irritabat, ſi quo fortè caſtello potiebatur.

ἀγριοποιός.) Ariſtophanes de Aeſchylo. Ego noui iſtũ & pernoui, & iã pridẽ perſpexi: hominẽ qui heroes agreſtes inducit, pertinaciore lingua preditũ, effręni, incõuinẽte, hiãte, inſupabili loquacitate, iactabũdos uerborũ faſciculos uolutãtẽ.

ἄγριος.) Miſſis ſatellitũ ſæuiſſimis, abripuit mulierẽ, & ui ſtuprauit quiritantẽ & plorantem. Et, orcus eſt ſæuus opifex.

ἀγρίους.) Acharnenſes à Comicis perſtringebantur, ut ruſtici & aſperi.

ἀγριότης.) Mirus quidam ſcilicet in iſto homine fuit ad eam rem impetus.

ἀγρόνομοι.) Vocalis cicada roſcidis guttulis ebria. Agreſtẽ cantat Muſam in ſolitudine reſonantem.

ἀγρότας.) inſtar temulenti ruſtici recubuiſti.

ἀγρότης.) Dedicauit pellem leoninam Teucer Arabs, & ipſam agreſtem fundã.

ἀγροτήρας.) Hanc tibi agreſtis Dionyſius ipſe oleæ dedicauit clauam.

ἄγροικος ὀργήν.) Noſter herus eſt ruſticè iracundus.

ἄγει.) Iſæus. Damnum mihi dedit Xenocles, Eumathen in libertatem uindicando, me eam in ſeruiturẽ adducente.

ἀγριωπὸς.) Peccatum toruo uultu, intemperanter ſeſe efferens. Peccatum

ἀγρίππου ἀκαρπότερος.) Oleaſtro ſterilior. Prouerbium.

ἀγροῦ πηγή.) Agri fons. De diligẽtibus, & cõtinenter operi cuicũq; incũbẽtib.

ἀγροικία.) ruſticitas: per translationẽ duricies eſt morum. Duricies autẽ propriè corporum eſt.

ἄγροικος ἐξ ἄστεως.) Ruſticus ex urbe, uel ab urbe alienus. Vel: Ego ſum ruſticus, tu uerò urbana. Nihil mirũ, hominẽ ſuis reb. intentũ, & moderatis moribus, ob uitam ruri actam, ab urbana muliercula ſubactũ, & ſeruitute oppreſſũ eſſe.

ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος.) Ruſticũ ne deſpice oratorẽ. Ne uiles quidem eſſe contemnendos.

ἀγροίλη.) Agrœle municipium tribus Erechtheię: cuius municeps Agrœleus, uel Agrœlenſis.

τοὺς νόμους μεγάλους ἄγειν.) Magnifacienda ſunt leges. Lex.

AGYRENA, ſiue Agyrion, urbs Siciliæ: unde Agyrenæus.

AGYRIVS, ſiue Agyrrius. Demagogus Athenis nõ obſcurus. Agyrius neſcit ſe Patronomi barbam habere. Fuit autẽ tibicen Patronomus, grãdi barba. Patronomus.

Agyrrius, ob molliciem infamis, qui pẽdere etiam publicè dicebatur.

Agyrrius dux effœminatus, Lẽni præfectus, qui poetarũ mercedẽ imminuit.

ἄγραυρος.) Homerus. Aura gelida ante auroram aſpirat.

ἀγυιεύς.) Hagyeus eſt lapis ſupnè acuminatus, quẽ ante fores ſtatuunt, uel Apollini, uel Baccho, ac poꝰ utriq; ſacer.

Sic

Sic etiam aræ quę ſunt ante ædes, appellantur. Vnde Sophocles, ritus Athenienſium ad Troiam transferens, ait: Lucet compitalis ara, fragrâs igni myrrhæ: ſtillas barbaricas boni odoris ſpirans. Dicitur & Apollo Hagyeus: Pherecrates in Crapatalis. O here Apollo: ob hæc memento mei.

ὁ ἀγύῤῥιος.) Agyrrius prætor effæminatus, qui Lēno præſuit, & præmia Poetarum minuit.

ἄγυρις ἢ ἀγυρισμὸς.) Is pro uirili elaborauit in arcano rerum diuinarum cultu propagando.

ἀγύρτης.) Apion in Epigrammate: Metragyrtes, id eſt, Gallus, genitalem uenā cum abſcidiſſet.

ἀγύρτης δόλιος.) Fraudulentus circulator, qui in lucris tantum eſt oculatus. Reprehendebat eum ob immodicū ſtu- *Diuinatio.* dium diuinationum, ut qui ſubinde res ſuas circulatorum fidei cōmiſſas uellet.

*Sardanapalus.* ANCHIALIA, & Anchiale, urbs: quā uno die rex Aſſyrſorum Sardanapalus, *Tarſus.* ut & Tarſum, condidit. Anchiale, urbs Ciliciæ, finitima Tarſo & Zephyrio, condita ab Anchiale, Iapeti filia. Vnde fit Anchialēſis. Fluuius uerò Anchalæ propinquus, Cyduus, Parthenius. A quo pòſt Tarſus eſt Parthenia dicta. Eſt & alia Anchiale Illyrica, à Parijs ædificara: iuxta quam ſinus eſt, Eneſtedon appellarus: in quo eſt Scheria. Satdanapali autē eſt & hæc inſcriptio: Hæc habeo, q̄ edi: quæq; exaturata libido Hauſit: at illa iacēt multa & præclara relicta.

ἀγχίαλος.) Sophocles: Fili Telamonis, è circumflua Salamine: &, Diuinum Homerum Inclyta in maritimo tumba renet ſcopulo.

ἀγχίαλος καὶ ἀμφίαλος.) Non omnes urbes maritlmæ ſunt etiam mari cinctæ: ut Alexandria, uicina quidem mari, non autem in mari eſt. Inſulę nerò ſunt & ἀγχίαλοι, & ἀμφίαλοι.

ἀγχίθυρος.) Copiæ propinquæ, & inter ſe uicinæ fuerunt.

*Docilitas.* ἀγχίνοια.) Tres ſunt partes εὐμαθείας, *Solertia.* docilitatis: ἀγχίνοια, ſolertia: μνήμη, me- *Memoria.* moria: ὀξύτης, acumen. Ac memoria qui- *Acumen.* dem eſt, retentio eorum quæ didiceris: acumen, celeritas ingenij: ſolertia, ex ijs quæ didiceris, eorum quæ non didiceris inueſtigatio.

ἀγχίνοια.) Intelligētia, ſeu habitus inueniendi officij ex tempore, ſiue ſagacitas quædā, nulla mora cogitationis interpoſita. Damaſcius de Iſidoro loquēs: *Iſidorus.* Acuta, inquit, & ſolertis ingenij ui, quæ paulo momēto multa percurreret, prōptiſſima intelligentia, cognoſcendo ueſtigia earū rerum quæ indagarentur.

ἀγχίνους.) Cum imperator cōcionem habuiſſet: ſacer conuentus ſolertiam illius & prudentiam collaudauit.

ἀγχίστηρος.) Damaſcius. Robur generoſi animi, & Dijs cognati.

Νόθῳ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν.) Notho non eſſe aditionem hæreditatis.

ἀγχίστροφοι.) Procopius. Ad manus uētum eſt, & acre prælium commiſſum: & utriq; conuerſi, alteri alteros perſequebantur. Et iterum: Ac uos, explicata phalange, conuerſi, aduerſi occurrite perſequentibus. Et iterum: uiciſſitudine fortunæ Theramenes.

ἀγχότερος.) Herodotus. Anguſtior uidebatur & propior aditus.

ἄγχουσα.) Herba, cui⁹ rubra radice mulieres faciem rubefaciunt. Anchuſa, & tuum ſucum dolore afficiet.

ἀγχώμαλος.) Cum æquo Marte dimicaſſent, neq; uiuum quenquā cepiſſent, neque longius progreſſi eſſent, diſceſſerūt. Et rurſus: equeſtre prælium acre cōmirtitur, & multitudine pugnantiū par, & uirture conſimile.

ἄγχων.) Is dextram mulieris premens & conuertens, eripit ei gladium.

ἀγχίστροφοι.) Theramenes, qui uarins *Fortunæ amicus.* & uerſutus eſſet, rempori ſeruiebat in congreſſibus, ad potenriorem ſubinde partem ſeſe inclinans.

ἄδακρυς πόλεμος.) Bellum abſque lachrymis. De ijs qui extra omne periculum ſunt, & facilimè ac præter ſpem benè rem gerunt.

ADAM primus homo, Dei manu for- *Adam primus ſapiens.* matus, ad imaginem & ſimilitudinem opificis & conditoris effectus, & habitatione paradiſi honorarus. Hic iure primus ſapiens appellarur, ut primò conditum ſimulacrum, & imago picta diuinitùs: ut omnium gratiarum plenus, & omnes animi corporisq́; ſenſus puros & inuiolatos circūferens. Radij enim quidam, ut ira dicā, ex eius animo effulgentes, diuinisq́; cogitationibus & actioni- *Homo erroribus obnoxius.* bus referti, ſagaciter citraq́; errorem peculiarem cuiuſq; rei naturam peuetrabant: ut qui non ab hominibus probatus fuerit, quorū iudicia ſæpe labaſcunt, ſed ab autore uniuerſi Deo, cui⁹ omnis cognitio, omne iudiciū rectū eſt, priuſ-

quam

quam notiones moueantur ab animo quaſi parturiente,& tandem pariente tales cogitationes. Nam, ut Scriptura dicit, cum Deus omnia iumenta, beſtias, ſerpētes & uolucres feciſſet: adduxit ea *Nominatio animalium.* ad Adamū, ut is uideret, quomodo nominanda eſſent. eaq; ſunt earum nomina, quæ Adamus eis impoſuit. Quid hac uoce & teſtimonio eſt euidentius? quid hac ſapientia & cognitione ſublimius? Nam ijs nominibus naturam & uim inſitam cuiq; animāti ueluti penicillo expreſſit, non præmeditatus, nulla cogitatione ſuſcepta, *nihil eorū ante perpeſſus quæ homines poſtea diſcunt. Neq; uerò multis atq; adeò innumeris ætatibus elapſis, quiſquā uel minutiſſimi animalis nomē mutare, aut amplitudinem ingenij, atq; cognitionis quæ in illo fuit aſſequi potuit: quin potius omnes homines per totum orbem diſperſi in oraculis illius immutabilibus acquieſcunt. Neq; uerò hic primogeniti hominis ſubſtitit excellens dignitas: ſed & ſeminum, ſtirpiumq; diſcrimina, radicum & herbarum uires, & quæ defenſionis ac medicinæ cauſa cuiuis animāti Natura tribuit, *Eua agnitio.* diſtinxit, & explicauit. Hic de ſtatim conſpecta muliere, nō ut ex humano ore locutus eſt: ſed quaſi diuina uoce in eo reſonante, celebratiſſimum illud & admirabile oraculū inſtar uatis eſt elocutus.

» HOC nūc, inquit, eſt os ex oſſibus meis,
» & caro ex carne mea: hæc uocabitur uirago, quòd è uiro ſuo ſumpta ſit. Hic igitur is eſt, qui probauit omnia, & omnibus regulas & amuſſes exquiſitas, & limites irrefragabiles circundedit. Huius inuentum ſunt artes, & literę: huius ſunt ſcientiæ, tam diſertæ quàm mutæ: huius ſunt uaticinationes, ſacrificia, luſtrationes, *Adam inuētor artium omnium.* leges & inſtituta. Huius ſunt omnia inuēta, omnes doctrinæ, & quicquid ad uitam degendam utile eſt, & neceſſariū. Hæc eſt prima illa ſtatua, diuinitùs illud uocatum ſimulacrū, ad quod omne humanum in effingendo artificium dirigitur: quamuis in ea diuina & admiranda effigie elucubranda magis ac magis deficiant, cum illa nullam habeat anſam, quam apprehendat is qui poſt eum uel fingit, uel pingit: donec homicida, deſertor & impoſtor diabolus, eum de ſtatu *Lapſus Adami à diabolo impulſi.* atq; ordine deiecit, & præcipitem egit, uſque adeò ut in abrupta & tenebroſa quædam loca, & uſq; ad triſtes Erebi receſſus deuolueretur. Ex eo cœpit Natura hominum depτauari & adulterari, ac tyranni figuris & notis informari. Hinc adulterina ſapientia exorta eſt, cum uera illa effugiſſet, atq; in cœlum ſubuolaſſet, unde deſcēderat. Hinc impoſtor, Dei quoq; nomen uſurpauit, uarieq; diſtribuit: in Saturnos, Ioues, & Neptunos, *Diabolus ſe pro Deo coli uult.* ſuopte mutato nomine: &, qđ eſt ſummè nefariū, in nomina fœminea & obſcœna beatam & ineffabilem deuoluere naturam ſceleratus ille nō dubitauit, ut in Rheas illas, Veneres, Mineruas, aliasq; infinitas & monſtroſas brutorum ſpecies & formas, quas improbitatis opifex & defectionis autor coloribus exornauit, & ſignis cœlauit. Hinc ortę ſunt Aegyptiorum improbæ de Oſiride, Typhone & Iſide narrationes, & Brachmanū Gymnoſophiſtæ, & importunę phantaſiæ, & quæ in admiratione eſt Scytharum oratio, & Thracum orgia, & Phrygum tibiæ & Corybantes. Hinc eſt lubrica illa & cruciatu plena Chaldæorum a- *Falſa ſapientia.* ſtrologia. Hinc eſt mendacij obſtetrix poeſis, & Græcanicarum nugarum fabuloſa pompa. Hinc Orpheus, & Homerus, & nefariorum patrum pictor Heſiodus. Hinc eſt Thaletis gloria: hinc inclytus Pythagoras, & ſapiens Socrates, & Plato, Academiæ Athenienſium celebris illa iactantia. Hinc Parmenidæ, Protagoræ, Zenones. hinc Porticus, Areopagi, Epicurei. hinc Tragœdorum lamētationes & planctus, & Comicorum ioci atq; riſus. Hinc doloſa Apollinis obliqui & falſidici oracula, & reliqua Græcanicæ arrogantię ludibria, & portēta. *Diabolicæ nugationes & arrogantia.* Deniq;, ne longius producam orationē, putribus & fœtidis fabulis immorando: omnes in ſuos humeros creaturas ſuſcepit impoſtor, & hominem ſuæ ditionis fecit inſtar mancipij: & loca cœlo uicina peruagans, & terra ambulans, & omnia tanquam oua cōtinens, ut ipſe alicubi gloriatur, putabat ſolium ſuum in nubibus cœli eſſe collocandum, ſeq; fore ſimilem altiſſimo. Verùm Dei filius u- *Dei filius diaboli debellator.* nigenitus, & ſermo ęternus, miſertus hominis, ut à Dracone decepti, è gremio patris ipſe ſeſe demiſit, & caro factus de Spiritu ſancto & ſancta uirgine Deipara Maria, & per uenerādam crucem & ſupplicium ſuum deiecto aduerſario, in terræ partes infimas deſcendit, indeq; prolapſum Protoplaſtum eduxit, reſtituta imagini prima pulchritudine, & naturæ priſtina integritate. Hinc abolitus eſt o-

mnis tyrãni principatus,& ditio,poſteaquam religionis lumen ſplendore ſolari illuſtrius,omni creaturæ illuxit.Ethoc lumine diuina ſapientia rurſus reſplenduit,& linguas piſcatorum acuit,& inſipientes ſapiẽtum doctores effecit. Hinc

D. Ioannes. Tonitrus filius, illud, IN principio erat ſermo, è cœleſtibus nubibus intonuit, & omnem orbem terrarum illuſtrauit.

D. Paulus. Ex hoc lumine Paulus in tertium cœlũ tollitur, & non aſpectabilia aſpectat, & arcana audit oracula, & omnem terram percurrit ut uolucer & aerius, Euangelium IESV annuncians.

D. Petrus. Hinc Petrus IESVM filium Dei uiuentis uocauit: & regni cœleſtis claues ſuæ fidei commiſſas accepit,ut fidelibus aperiret,infidelibus occluderet diuini tẽpli ingreſſum. Hinc

Sancti martyres. greges martyrum ſimulacra deijciunt, & alacres ad mortem currunt: uerbera pro coronis, cruorem ſuum loco purpuræ circumferentes, uictores inclyti. Eſto igitur Protoplaſtus initium huius literæ,meo quidem inſtituto & ratione, ut flumen,fons & mare,ut radix, rami & ſurculi, & totius naturæ humanæ primitiæ atque exordium.

CHRONOLOGIA. Ferunt ab Adamo ad diluuium annos eſſe 2200. A' diluuio ad turris ædificationem, annos 525. Ab ædificatione turris ad Abraamum, annos 425. Ab Abraamo ad exitũ Iſraelitarum ex Aegypto,annos 430. Ab exitu ad Salomonĩ templi ædificationem, annos 757. Ab ædificatione templi uſq; ad captiuitatem Iſraelitarũ, annos 425. quæ ſumma collecta in unum, facit annos 4880. A' captiuitate ad Alexãdrum Macedonem regem,318. Ab Alexandro ad Chriſtum Deum noſtrũ,303. qui collecti omnes,faciunt 5500. A' Chriſto ad magnum Conſtantinum, 318. A' Conſtantino ad Michaelem Theophili filiũ, 555: quorum omnium ſumma eſt, 6375. A' Michaele ad Romanum Conſtantini Porphyrogeneti filium, anni reperiuntur 120. A' Porphyrogenero uſque ad obitum Ioannis Tzimiſci,anni 25.

ADAMIAEVS, ab Adamo ortus.

ἄδης.) Orcus, eſt opifex agreſtis.

ἀχαρνῆς.) Acharnenſes ridebãtur tanquam agreſtes & duri.

Apollonius. ἀδάμας.) Apollonius uelutl ſecũ ipſe colloquebatur. Noui,inquit: & uidetur mihi: & quò ruitis? &, ſciendum eſt: &, Sententiæ breues,& adamantinæ.

ἀδάμαςος.) Sophocles. Nunc Iouis truculenta F. Virgo dea Eum euertit, in rabiem actum.

ἄδει.) In fabulis: ἄδει αἱ οὐδ' αἴθων ἅδε πάρδαλις· οὕνεκα θυμοῦ ἐμπλείη. Nec illi ardens placebat pardalis, propterea quòd eſſet furoris plena.

ἀδεὴς δέδιας δέος.) Tuta times. Prouerbium,in eos qui non timenda metuunt.

ADECTO,nomen dæmonis.

ἀδέητος.) Antipho 1. Veritatis. Itaque nihilo eget: neq; à quoquam quicquam expectat: ſed infinitus eſt & abundãs. De deo hæc dici puto.

ἀδεκατεύτως.) Victimarum partem decimam in Curiam dabant.

ἀδελφὸς παρείη.) Frater adſit. Cognatorum auxilia in periculis præferẽda eſſe alijs, ſignificat.

Inceſtus. ἀδέλφιος.) Halyattes Lydorũ rex ſorori ſuæ uitium obtulit.

ADER ſceleratus homo, qui ſeditionem mouit contra Salomonem, Idumæus fuit, regio genere. Cum autem

Idumæa uaſtatio. Ioabus,Dauidis dux,Idumæam ſubegiſſet, atque omnes adultos, & qui arma ferre poterant, occidiſſet ſex menſium ſpacio: hic ad Pharaonem Aegypti regem fuga eſt elapſus, qui homini comiter excepto & domum dedit, & agrum unde uiueret. Adultum adeò dilexit, ut etiam uxoris ſuæ ſororem ei deſponderet: ex qua natus ei filius, cum regijs liberis eſt educatus. Audita porrò in Aegypto Dauidis & Ioabi morte, Pharaonem orauit,ut in patriam ſibi ire liceret. Rege interrogante, qua te egens à ſe diſcedere cuperet? tum quidem dimiſſus non eſt: ſed pòſt, eo demum tempore, quo Salomonis res ob admiſſa peccata, & Dei ob illa indignationem afflictæ erãt, permiſſu Pharaonis Aderus in Idumæã uenit: regnoq; Syriæ potitus,Iſraeliticam terram incurſionibus uexauit,& Salomonem infeſtauit.

ADERCON, urbs Iberiæ. Seditioſi, cum Romanos uiderẽt, malam inibant concordiam: interq; ſe cõſerebant, quid mouerẽtur,qua de cauſa ſpiritum ſibi tribus intercludi muris paterentur? Iuſſerunt eum liberè dicere, quicquid uellet. Is uerò ea de re gratijs actis, de Romanis conquerebatur, infortunio ſuo exaggerato.

Themiſtoclis dictio prouerbialis. ADIMANTVS, Corinthiorum imperator Themiſtoclẽ uocauit exulem, ob urbem Athenarum deſertam, & uaſtatam à Barbaris. Cui Themiſtocles: Quis,

Quis,inquit, exul eſt, aut urbe caret, cui ducentæ triremes ſuppetant? Huius etiam Plato meminit in Protagora. Fuit enim inter duces illorum temporum. Perſtringebantur autem à Comicis ut improbi, Cleon, Myrmex, Nicomachus, Archemorus cum Adimãto, Leucolophi filio.

*Improbi duces.*

ἄδειν κελεύοντ'.) Canere iubet, quaſi cicadam conuiuio excepiſſet.

ἄδης ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων.) Canis, quaſi Delum nauiges. De homine inerti, & uoluptario.

*Bellum incertum.*

ἀδηλία.) Incertos belli euentus minimè ſecũ reputans homo ſuperbus, facilè ſe capturum eſſe Barbarum ſperabat.

ἀδηλώσας.) Cum ſordido cultu ſe diſſimulaſſet: falcem cepit tanquam agricola. Puto de Codro dici.

*Galli.*

ἄδην.) Vino & rebus cæteris affatim Galli implebantur, cùm natura intemperantes: tum regionem incolentes, Cerealibus frugibus exceptis, cætera ſterilem, & incommodam. Corporibus præterea, quæ ſunt eis magna & delicata, & molli diſtenta carne, crapula & ebrietate intumeſcebant, & ingraueſcebant, ut in curſu & labore nihil ualerent: & ſudore atq; anhelitu, ſicubi neceſſitas urgeret ſtatim fatiſcerent.

ἅδη.) Orce inexorabilis, cur amabilem amicam rapuiſti? Scilicet Venus tuum etiam animum amore incendit.

ἀδῄωτον.) At illi cum ſuos agros uaſtari nollent: bis mille argenti pondo ſe daturos pepigerunt.

ADIABENE, regio media inter fluuios Tigridem & Euphraten: uocatur & Meſene, quaſi Interamniã dicas. uel, regio ſita ante Meſopotamiam uerſus Orientem, ultra Tigridem. In ea bitumẽ eſt, quæ naphtha dicitur. Eſt autem Adiabene ſortita nomen, à difficili tranſitu, propter fluuiorum frequentiam. Illic ſita eſt etiam Niniue. Bitumen porrò ædificia ita firmat, ut coctilibus lateribus & minutis lapillis immiſtum, ferro quouis robuſtiora faciat. Illic etiam ſunt Auerni fauces, è quibus dirus halitus expirat: qui quoduis terreſtre animal, quemuis alitem perimat, ſi olfecerit duntaxat ex propinquo. Qui ſi ſpargeretur, habitari locus ille non poſſet. Verùm recta linea aſcendit: & cum paululum emerſerit, rurſus infringitur. Vnde uolucres altius uolantes euadunt, & animalia quæ in circuitu paſcuntur.

*Naphtha.* *Bituminis firmitudo.* *Auerni fauces.*

ἀδιάδραστον.) Percelli queas animo pœna huic irrogata, quàm ineuitabilis ſit Iuſticia, reputans.

*Iuſtitia ineuitabilis.*

ἀδιαφορία.) Indifferens bifariam dicitur. uno modo, quod neque ad felicitatem, neq; ad infelicitatem quicquam confert: ut ſunt diuitiæ, exiſtimatio, ſanitas, uires, & huiuſmodi. Licet enim uel ſine his beatum eſſe: cum ea, prout uſurpantur, uel ad felicitatem, uel ad calamitatem referantur. Alio modo indifferens dicitur, quòd neque appetitionem, neque declinationem ciet: cuiuſmodi eſt, pares habere capillos, aut impares: extendere digitum, aut contrahere. Sed ſuperiora indifferentia non eâdem ratione dicuntur, ut quæ appetitionem aut declinationẽ cieant. Quare ex eis quædam eliguntur, cùm cætera ſiue eligas, ſiue reijcias, nihil interſit. Ac indifferentium alia dicunt προηγμένα, principalia, antecedentia, ſeu prælata: alia uerò ἀπροηγμένα, ſecũdaria, poſtpoſita, ſeu reiecta. Principalia, quæ habeant dignitatem: ſecundaria, quæ indignitatem. Dignitatẽ uerò ineſſe ijs quæ ad uitam rationi conſentaneam aliquid conferant, atque in omni genere bonorum uerſentur: quæque media quædam facultas ſint, & utilitas, ad uitam naturæ conſentaneam adiuuans: quod perinde eſt ac ſi dicas, opes & ſanitatem prodeſſe ad uitam ſecundum naturam degendam. τὴν δὲ ἀξίαν, ἀμοιβὴν δοκιμαστοῦ. Dignitatem ſiue æſtimationem pendẽte à iudicio cenſoris. Bonam habitudinem eſſe permutationem æſtimatoris, quam homo peritus rerum ſtatuat: quod perinde eſt ac ſi dicas, permutare frumentum cum hordeo quo mulus paſcatur. Principalia & prælata itaq; ſunt, quæ dignitatẽ habent: ut in animo acumen, ars, progreſſio, & ſimilia: in corpore, uita, ualetudo, uires, bona habitudo, integritas animi atq; ſenſuum, pulchritudo: in rebus externis, diuitiæ, nobilitas, & ſimilia. Secũdaria uerò & reiecta, in animo ſtupor, inertia, & ſimilia: in corpore, mors, morbus, imbecillitas, mala habitudo, mutilatio, deformitas, & ſimilia: in rebus externis, paupertas, obſcuritas, inimicitiæ, & conſimilia. Neq; preponuntur neq; reijciuntur, quæ neutro modo ſe habent. Ad hæc, principalium quædam propter ſeſe præponũtur, quæ-

*Vſu bona.* *Appetitum non mouentia.* *Principalia.* *Secundaria.* *Dignitas.* *Indignitas.* *Principalia.* *Secundaria.*

dam propter alia, quædam & propter ſe & ꝓpter alia. Propter ſeſe: (δι' αὑτὰ προηγμένα) ut ingenij bonitas, progreſſio ad uirtutē, & ſimilia. Propter alia: (δι' ἕτερα) diuitiæ, nobilitas, & ſimilia. Propter ſeſe, & ꝓpter alia (δι' ἄμφω) uires, ſenſus acres, integritas. Propter ſe, quòd ſecundū naturam ſunt. Propter alia, quòd non paruas afferunt commoditates. Eadem ratio eſt Secundariorum, contraria ratione adhibita.

Deus non læditur.

ἀδικεῖν.) Non lædi Deum, probatum & euidens eſt. A` quo enim lædetur?

ἀδικία.) Veritatem in iniuſticia detinent, qui Dei cultum in idola cōſerunt.

ἀδικίου.) Nomen actionis, cū quis non ſoluit quod debet. idq́; ſimplum penditur, ſi ante nonum Senatus conuentum ſoluatur: ſin minus, duplum.

Omne uitium, pernicioſum.

ἀδικία.) Iniuſticiam Plato morbū animi eſſe dicit. Quòd ſi nullus animi morbus eſt utilis: omne uitium ei nocet, penes quem eſt. Iniuſticia igitur res noxia eſt, cum naturam ipſam lædat, * cui ſua non tribuit, & aliena ſibi uendicat. Præterea, quia cùm ciuilem ſocietatē, tum contractus omnes corrumpit: & aduerſa, & contra naturam eſt hominibus, qui naturà ſunt ſociabiles.

ADMETI melos, & Harmodij. De rebus facilibus & expeditis. nam talia ſunt carmina, quæ σκολιὰ, id eſt obliqua dicuntur.

Scolia.

Mendaciū.

ἀδόλως.) Mendacium perplexum eſt, & dolo plenum.

Diſciplina militaris.

ἀδοξῆσαι.) Iniuſſu Imperatoris uincere, non probatur apud Romanos, ſed ignominioſum habetur.

παράδοξα.

ἀδοξότατος.) Admirabilia ſunt probatis contraria: nec tamen eiuſmodi, quæ fieri nequeant.

ἀδώνειοι (κῆποι, horti) καρποί.) Adoniæ fruges, dicuntur horti penſiles.

ADONIS & Byblus in Libano luctu ſolenni deplorabantur.

ADONIDIS horti conſtabant lactuca & fœniculo, quæ in teſtis ferebant. Vtuntur prouerbio, de rebus immaturis, aut intempeſtiuis, & leuibus, non radicatis, non diuturnis, & in ſuperficie tantùm hærentibus.

* ἄδων τὴν σπιθαμὴν τοῦ βίου πρὸς ἄνηθον.) Cantās uitæ ſpithaman ad anethum. De tenacibus & ſordidis.

ἄδωρα.) Sophocles, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα: Hoſtium munera non ſunt munera, neq; proſunt. Sententia eſt: ne maxima quidem inimicorum eſſe concupiſcenda, amicorum autem uel minima. Et Aelianus. Vterq; infauſto puellæ potitus fato, ſuopte in lecto (ut Tragicus poeta diceret) ſeſe iugularunt.

ἀδρανής.) Dedicauit hoc, ſenectutis tremitus imbecillitatem. Item, maiorem iuuentutis partem tranauit, imbecillitate ſenectutis uictus. Senectus.

ADRASTIA dicitur Nemeſis, ſeu uindicta diuina, ultrix ſuperborū & petulantium uerborū: uel ab eo, quòd nemo illam poſſit effugere: uel ab Adraſto Talai F. rege Argiuorū, qui principiò felix, tandē calamitoſus factus eſt, quod inſolēter Thebanos exagitaſſet, qui Nemeſeos fanū extruxerant. Itaq; cū Epigoni, hoc eſt eorū liberi qui ad Thebas occubuerant, bellū cōtra Thebanos renouaſſent, ſolus Aegialeus, Adraſti filius, in eo cecidit. Demetri⁹ Scepſius ait: Adraſtiā nō aliud eſſe quàm Dianā: indito nomine ab Adraſto, qui eā conſecrarit. Antimachi de ea uerſus huiuſmodi extant:

Adraſtus. Epigoni. Aegialeus. Adraſtia. Diana. Antimachi uerſus.

*Eſt q̄dā Nemeſis dea maxima, cui tribuerūt*
*Omnia Dÿ ſuperi: ſed primus condidit aram*
*Fluminis Aſopi propè ripam Adraſtus: ab illo*
*Nomen Adraſtia tenuit, cultumq́; ſacrorū.*

ADRIANVS Romanorū Imperator, filius fuit uiri ſenatorij & prætorij, nomine Afri. Natura fuit doctrinæ & utriuſq; linguæ amans: ac ſcripta quędam ſoluta oratione, & poemata omni genere carminū reliquit. Nā ſupra modū æſtuabat ambitione: qua fiebat, ut omnia etiā minutiſſima ſuſciperet tractanda. Nā & pingebat, & fingebat: neq; quicquā erat uel paci, uel bello aptū, uel regiū, uel priuatū, quod nō ſcire ſe ꝓfiteret̄. Et hoc quidē nihil incōmodabat hominib. ſed acerrima inuidia, qua ꝑſequebat̄ oēs qui aliqua re excellebāt, impulſus, multos artifices depreſſit, multos occidit. Nā cū ipſe uellet oēs in omnib. ſuperare, uiros prǽſtātes oderat. Eo factū eſt, ut & Galatā Fauorinū, & Mileſiū Dionyſiū rhetores deprimere ſtuderet, cùm alijs reb. tū uerò aduerſarijs eorū, hominib. partim nulli⁹, partim minimi precij extollendis. Hic quanquā in Epiſtola quadā, præter alia magnifica uerba, illud ēt iureiurādo cōfirmat, Se neq; publicā utilitatē uſquā * neglecturū, neq; ullū ſenatorē occiſurū, ſibiq́;, ſi qcquā ſecus egiſſet, exitiū imprecat̄; tamē multa ei crimini data ſunt.

Adriani P. Afer. Ingenium inexplebile. Ex ambitione inuidia, ex inuidia crudelitas. Fauorinus. Dionyſius. Facta dictis contraria.

Fuit

Fuit ſanè in congreſſibus ſuauis, & ſingulari quadam gratia præditus, & Græcè Latineq́; diſertiſſimus: ſed tamen clementiæ non magnam laudem eſt adeptus, & coaceruandæ publicæ pecuniæ fuit ſtudioſus. Eo fuit ingenio, ut non uiuentibus duntaxat, ſed mortuis etiam inuideret. *Homerus.* Homeri quidem certè gloriam extenuare, & *Antimachus.* Antimachum illius loco celebrare inſtituit: cuius etiam nomen prius multi ignorabant. Hæc igitur in eo reprehendebantur, & nimia ſolicitudo, *Adriani uirtutes.* & ſuperuacanea curioſitas. Sed hæc uitia corrigebat & pēſabat diligentiā: cæteris in rebus prudentia, magnificentia, dexteritate. Nam neque bellum ullum concitauit, & exorta repreſſit, nec per iniuriam cuiquam quaternos opes eripuit: multisque tum Rebuſpublicis, tum priuatis hominibus multa eſt largitus. *Superſtitio.* Superſtitioſiſſimus fuit in uaticinationibus, cæterisq́; ſpecioſis nugis obſeruandis. *Antinous.* In delicijs habuit Antinoum quendam, cuius nomine populoſam urbem condidit. Ac tandem ſtellam quandam & ipſe uidere ſe dicebat, quæ Antinoi eſſet, & familiares ſuos ita fabulantes libenter audiebat: quòd ex Antinoi anima, utiq; illa ſtella facta eſſet, ac tum primùm conſpecta, & quendam Soranum Batauum celebrauit. Is, cùm in Pannonijs Danubium armatus tranaſſet, Barbaris admirationi fuit.

** Locus eſt mutilus, & corruptus. Sed puto de Sorano hic agi, cuius Epitaphium in hiſtoria Batauica Gerardus Nouiomagus recenſet: quod propter elegantiam: & rei admirabilitatem aſcribendum cenſui. Eſt autem huiuſmodi.*

EPITAPHIVM SORANI BATAUI, Aelio Hadriano Auguſto autore.

*Ille egō Pannonijs quondam notiſſimus oris,*
*Inter mille uiros primus, fortiſq́; Batauos,*
*Hadriano potui qui iudice uaſta profundi*
*Aequora Danubij cūctis tranare ſub armis:*
*Emiſſumq́; arcu dum pendet in aere telum,*
*Ac redit, ex alia fixi, fregiq́; ſagitta:* (quam,
*Quē neq; Romanus potuit, neq; Barbarus un*
*Non iaculo miles, non àrcu uincere Parthus:*
*Hic ſitus, hic memori ſaxo mea facta ſacraui.*
*Viderit, an ne aliquis poſt me mea facta ſequa*
*Exēplo mihi ſum, primus qui talia feci.* (tur.

*Ariſtides.* ADRIANVS rhetor, Herodis diſcipulus, ſub Marco Antonino floruit, & æmulam Ariſtidi rhetori ſcholam Athenis habuit. Docuit etiam Romæ, & à Commodo * id muneris eſt conſecutus, ut exempla literarum in codicem referret. ** ἀντιγραφεὺς.* Scripſit Declamationū & Transformationum libros ſeptem, de Formis orationum libros quīnque, de Statuum proprietatibus libros tres, Epiſtolas, & Demonſtratiui generis orationes, Phalaridem, & Conſolationem in obitum Celeris.

ADRIANI, urbs Myſiæ, quę nunc Bithynia dicitur.

*ἀδρίας.*) Adria, pelagus. Quæ re in uoce Arethuſa. Adria urbs, & iuxta ipſam ſinus Adria, itemq́; fluuius, ut tradit Hecatæus. Regio illa pecudibus bona eſt: adeo ut (*αἱ αἶγες* capræ) bis in anno pariant, & gemellos: ſæpè etiam ternos & quaternos: interdum & quinos hœdos, & plures. Ferunt & gallinas bis in die oua ponere: ſed omnibus auibus (*πασῶν ὀρνίθων* omnibus gallinis) eſſe minores. Ciuis & accola, Adrianus: & Adriaticum pelagus.

*ἀδύνατα*) Impoſſibile eſt, quod non admittit ueritatem: id eſt, quod uerum eſſe nequit: ueluti, Terra uolat.

*ἀδύνατα θηρᾶς.*) Impoſſibilia uenaris. Prouerbium, de ijs qui maiora uiribus ſuis aggrediuntur.

ADYNATI, hoc eſt corpore mutilati. *Curatio pauperum.* Athenis, ſi à Senatu quingentorū approbati eſſent, quotidie (ut quidā aiunt) binos: (Vel, alij binos, alij ſingulos) ut alij, ſingulos obolos ex ærario accipiebant: Philochoro autore, nouenas drachmas in menſem.

*ἄελπτον.*) Aiax apud Sophoclem: Nihil eſt deſperandum. *Nil deſperandum.* Nam & ſanctum iuſiurandum expugnatur, & durus animus. Ariſtophanes:

*Quàm multa inſperata ſunt in longa uita?*

*ἀελπέοντες.*) Cum deſperarēt, ſe Græcis fore ſuperiores:

*ἀείναος.*) At Iuſtinianus in ſingulos dies uaſtabat pro expilabat ſuos ſubditos.

*ἀεργηλή.*) Daphnis tibicen tremulo ſenio feſſus, manus ignauas hancce onerantem Pani ruricolæ paſtoralem dedicauit clauam.

*ἀέρα δέρειν.*) Aerem cedere.

*ἀεροβατεῖν.*) In aere ambulare. Socrates apud Ariſtophanem: In aere ambulo, & contemplor Solem: ne trahat humorem in naſturcia *ἀερονηχεῖς νεφέλας.* In aere natantes nubes.

*ἀέσαμεν.*) Noctu quieuimus, quamuis

uis animis æſtuantes atque ſoliciti.

ἀετιδῆς.) Pulli aquilaru: imò eſt, regum & principum filij.

ἀέτειον πτερὸν καὶ κρέας.) Aquilina ala & caro.

AETIVS, Syrus Antiochenus, Eunomij magiſter, pauperibus & uilibus parentibus natus. Pater eius infelicior cæteris ad militiam delectis obijt, hoc admodum puero relicto: qui extrema conflictans inopia, in aurificinam ſe cōtulit, & ſummus artifex euaſit. Cum autē eius ingenium maiora ſtudia deſideraret, diſciplinas eruditas amplexus, ad Paulinū ſe confert, recēs Antiochiam Tyro profectum, Conſtantino adhuc regnante. Hunc audiens, uires impietatis ſuæ ſatis euidenter demonſtrabat in quæſtionibus, quæ cum aduerſarijs agitabantur: neq; iam à multis ei reſiſti poterat. Poſt Paulini obitum, cum Eulalus uiceſimus tertius ab Apoſtolis ſedem teneret, multi eorum qui ab Aetio arguebantur, indignati ſe ab homine opifice & adoleſcente ui exagitari: conſpiratione inita, eum Antiochia expulerunt. Expulſus Anazarbum peruenit: & iam celerrimè omnibus uiribus inſtructus, ſubinde maiores quàm pro datis occaſionibus reportabat fructus: neq; deſiſtebat unquā uel aduerſarios cōuincere, uel uili amictu & uictu uti. * Hic hæreſiarcha fuit, Impius cognominatus, ſub Cōſtantino Magno. Etſi autē idem ſentiebat quod Atius, eiusq; opinionem ſtabiliebat: tamē ab Arianis diſcernebatur. Fuit prius etiam homo hæreticus Aetius, magno ſtudio defendendi Ariani dogmatis incitatus. Nam cum Alexandriæ pauca didiciſſet, Antiochiā, unde oriundus erat, profectus, à Leontio, qui per id tempus epiſcopatum Antiochenū tenebat, diaconus creatur. Statim igitur euocabat ſuos auditores, ex Ariſtotelis Categorijs diſſerens, ut in litigioſis orationibus probe uerſatus: & literas componebat ad Cæſarem Conſtantium. Etſi autem Arianam doctrinam tradebat: tamen à ſuis, propter perplexitatem rationum, quas illi non intelligebant, hæreticus habebatur is, qui illis aſſentiretur. Itaq; illorum eccleſia expulſus, alienus ab illis eſſe putabatur: & adhuc ex eo ſunt, qui tū Aetiani, nūc Eunomiani dicūtur. Nā Eunomius, notari⁹ illius, & ab illo eruditus in hæretica dictiōe, factioni illi pfuit.

*Ex aurifice hæreticus.* *Paulinus.* *Aetius Antiochia pulſus, Anazarbum petit.* *Ariani acumen Aetij ſuffragatores ferre nequiunt.* *Aetiani. Eunomiani.*

ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις.) Aquilam uolare doces. In eos qui docere inſtituunt alios, ipſis doctoribus doctiores.

ἀετὸν κάνθαρος μαιεύσομαι.) Aquilæ ſcarabeus ego ero obſtetrix. De ijs qui potentiores, laceſſiti iniuria, ulciſcūtur. Fertur enim ſcarabeus aquilæ oua perdere.

ἀετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης.) Aquilæ ſenectus eſt corydi adoleſcētia. Nam aquila etiā ſeneſcens, omnibus auibus præſtat.

ἀετὸς ἐν νεφέλαις.) Aquila in nubibus. De ijs qui non facilè capiuntur: quòd aquila in nubibus non capitur.

AZIOTAE, Troica gens, ab Azea dicuntur & azei.

ἄζηλος βίος.) Vita non inuidioſa: id eſt, uilis & miſera. E fortunatis ærumnoſam uitam agentes, te conueniunt.

ἀζήμιος.) Ariſtophanes: Ita'ne putas te nobis deluſis impunè abiturum?

ἀζηνία.) Municipium tribus Hippothoontiæ: unde ἀζηνιεὺς, popularis.

ἀζησία.) ἡ ἀμαία τὴν ἀζησίαν μετῆλθεν, Ceres Proſerpinam quærit. De ijs qui diu quæritant aliquid.

ἀεὶ.) Sapientem ſemper decet ſui eſſe ſimilem: in acribus doloribus, amiſſis liberis, in longis morbis. qualis fuit Apollonius Tyaneus.

*Conſtantia uiri ſapientis.* *Apollonius.*

ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.) Semper bene cadunt Iouis teſſeræ. Prouerbium hoc alij de ijs qui merito ſuo & ſemper felices ſunt: alij de ijs qui iuſtas pœnas luunt, interpretantur.

*Succeſſus. Vltio.*

ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.) Semper ruſticus in ſequentem annum eſt diues. De ijs qui ſpe aluntur, fore ut è calamitatibus euadant, ſed in eaſdem ſubinde recidunt.

ἀειδέστερον.) Aes informe atq; obſcurius acceptū, informant & expoliūt. Adeóne improbum facinus me cōmiſiſſe putas?

ἀειδής.) Anima non cernitur.

ἀεικὲς.) Itane rurſus præter meritum in calamitates incidis?

ἀειεστὼ.) Antiphon æternitatem ſic appellat, quòd ſemper in eodem ſtatu permaneat: ſicut εὐεστὼ felicitas dicitur, quòd bonus ſtatus ſit.

ἀεικῶς.) Qui ſit adeò indignè & miſerabiliter interfectus: miſerabiliter, quòd per inſidias & uim: indignè, quòd eum ſecuri per ignominiam percuſſerunt.

ἀεὶ λογίαν προτείνεσθαι.) Semper paratū eſſe ad referendas rationes.

ἀεί με ποιοῦσι πολέμιοι διώκουσιν.) Sēper me

tales

tales hoſtes perſequantur. De hominib. effœminaris dici ſolet, ac nullius precij.

Furiæ uirgines.

ἀπαρθένους.) Semper uirgines appellant Furias, quòd nullis largitionib. corrũpi à maleficis poſſint, quò minus eos perſequantur. Sophocles:

*Adiutrices implore & ſemper uirgines*
*Furias, pedetentim incedentes.*

ἀειπλανα.) Nugacia uetulæ labia.

μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα.) Homerus: Ne mihi auferro ſuauiſſimum uinum.

ἀεί τις ἐν κυδωνίου.) Semper aliquis eſt in Cydonis ædibus. De hominibus ad ſuſcipiendos hoſpites paratis: quòd Cydon Corinthius maximè hoſpitalis fuiſſe perhibetur.

ἀεὶ τοῖς ἐρῶσι συνέσομεν.) Semper cum amatoribus ſumus. Ariſtophanes de auibus. Nam amatores ſuis amicis generoſas aues donare ſolebant. Pſitaci & ſimiles aues ſunt opportunæ amoribus.

ἀειφυγία.) Succeſſura illis eſſe omnia ex ſententia, ſi homicidam ab exercitu perpetuò relegaſſent.

ἀηδόνιος ᾠδή, καὶ ἀηδόνειον μέλος.) Luſciniæ cantus. Nec quantum luſciniæ dormiunt. De uigilantibus Iouis uerò nuncia phibetur Luſcinia, quę uer ſignificet.

ἀλλ' ἐμέγ'.) Cum animo meo cõgruit gemebunda uolucris, quæ ſubinde ityn mœſta deplorat, nuncia Iouis Sappho:

*Veris nuncia, luce uociferans Luſcinia.*

Viciſſitudo rerum.

ἄημα.) Vehemens etiam flatus uentorum ſopit gementem pontum: & omnia domans ſomnus, quibus compedes iniecit, eos ſoluit, nec ſemper captiuos tenet. Nos uerò cur nõ diſcam⁹ modeſtiã? Ego aũt nũc ſanè intelligo, cũ eſſem inimicus, inimicitias ita eſſe moderandas, quaſi rurſus eſſem amaturus: & aduerſus amicum obſequijs atq; officijs eò uſq; progrediar, quaſi non ſemper manſurus ſit amicus. Pleriſq; enim mortalibus infidus eſt amicitiæ portus.

Amicitia incerta.

ἀήσσατος.) Semper inuictus maneo, ex quo natus ſum.

Der hexen nebelkappe.

ἀΐδης.) Orcus, id eſt ſepulchrum.

ἀΐδος κυνῆ.) Orci galea. Prouerbium, de ijs qui præſtigijs quibuſdam ſeſe occultant. Huiuſmodi enim eſt Orci galea, qua Perſeus uſus Gorgoni collum præcidit. Refertur etiam ad eos qui pro miſſam comam alunt.

ἄιδρις.) Ego ubique ſurdaſter & omnium ignarus neglexi. Theologus: Senex equidem ſum, & multorum malorum gnarus.

ἀΐξας.) *Inſiluit in nidum pullos tegentem Et partu matrem priuauit ingens ſerpens.*

ἀΐοντος.) Polybius: Ferunt Marcum Porcium Romę audiris Scipionis rebus geſtis, rogatum ab alio, Quid audiſſet? reſpondiſſe:

Scipio.

*Hic ſapiens unus: reliqui ſimulacra uagãtur.*

ATHAMAS coronatus inducitur, iã quam uictima propter Phryxum immolandus: ſed liberatur ab Hercule uiuere Phryxum affirmante. Quo exemplo uſus Ariſtophanes, ſe æquè perterritum eſſe ait, atque Athamantem iamiam ſa-ſacrificandum.

ATHANARICHUS S. Nicerã, id eſt Vincentium excruciauit, & magnũ Chriſti martyrem effecit.

ἀθάνατος.) Immortalis, de animatis: ἄφθαρτος, corruptionis expers, de inanimis uſurpant philoſophi Plato, cũ immortalẽ eſſe dicit animã, ſubiungit: nõ propriè ſic dici, quòd immortale & eſſentia & actione ſit immutabile. Animã uerò natura quidẽ ſtatuit immutabilẽ, non aũt etiam actione. Sic cœleſtia quoq; corpora non propriè immortalia dixeris, nam & ipſa, quamuis nõ eſſentiã, locũ tamen mutant. Affectio quædã eſt uitæ, & accidens, immortalitas. Vide plura, in uoce ἀΐδιος. Qui uerò immortalitatem definit, priuationem mortis, errat, neque enim priuatio mortis eſt immortalitas: ſed ſita eſt in habitu & diſpoſitione (ἐν στερησει, ἕξει, διαθέσει)

Plato de anima.

ἀθάνατοι.) Immortales dicebãtur, decẽ millia Perſarũ, cuiuſmodi Xerxes Darij filius habuit. Hos Ardaburius ſub Theodoſio imperatore cecidit, & deleuit.

Perſæ immortales. Ardaburius.

ἀθέμιστος.) Piaſus Theſſalus, Lariſſã filiã ſuã inceſto, & infelici amore deperijt.

Piaſus.

ἄθεον.) Impiũ, & Dei cõtemptus eſt, immortalitatẽ animi nõ tueri, nec eam ad Dei ſimilitudinẽ reducere, & cũ Numine firmiſſimis & indiſſolubilib. uinculis copulare: aut è contrario, id quod in nobis diuinum eſt, detrahere & deprimere, ad terreſtrem & nefarium & Gigãteum atq; Titanicum carcerem.

Diuinitas humani animi tuenda.

ἀθηνᾶ τὸν αἴλουρον.) Mineruæ felem. Prouerbium, in eos qui propter paruã ſimilitudinẽ deteriora cũ prę́ſtantiorib. cõparant: ut ſi quis propter glaucos oculos, felem Mineruæ conferat.

Iniqua comparatio.

ἀθηνᾶς ἄγαλμα δόρυ κρατεῖ.) Mineruæ ſimulacrum haſtam tenet, ad ſignificandam conſtantiam, & fortitudinem: clypeum item, quòd omnes inſidias ſapi-

Sapientia per Mineruam ſignificatur.

entia repellat. Minerua enim, & Mens, idem ſunt. Galeam porrò illi tribuũt, eo quòd ſapientiæ altitudo ſub aſpectum non cadit: & oleam, ob naturæ puritatẽ. Lucis enim materia eſt olea: & Gorgonem in eius pectore collocant, ob mentis celeritatem. Nam τὸ γοργὸν uelocitatẽ ſignificat.

Conuiuiorũ deſcriptio.

ATHENAEVS Naucratita grãmaticus, uixit tempore Marci. Scripſit librũ Dipnoſophiſtarum, in quo cõmemorat eos, qui inter ueteres ſplendidi conuiua

Alexandri cõuiuium.

tores habiti ſunt. Alexãder Magnus, nauali prælio uictis Lacedæmoniis, muro Piræeum circundedit, hecatomben immolauit, omnibus Athenienſibus epu-

Alcibiades.

lum præbuit. Alcibiades cum Olympia uiciſſet, totum conuentum cõuiuio ex-

Leophron. Empedocles.

cepit. Idem & Leophron fecit, Olympiæ uictor. Et Empedocles Agrigentinus, qui cum Pythagoricus eſſet, & animalibus abſtineret, Olympiæ uictor, bouem è thure, myrrha & precioſis aromatibus confectum, inter eos qui ad ludorum celebritatem conuenerant, diſtribuit. Et

Ion.

Ion Chius, cum Tragœdiam Athenis uiciſſet, unicuique Athenieñſium dedit ua-

Tellias.

ſculum Chij uini. Tellias Agrigentinus, homo hoſpitalis, cum aliquando 500 equites hyberno tempore apud eum diuertiſſent, unicuiq; dedit tunicam, & uas

Epicharmi dipnologiæ.

uini. Epicharmus Syracuſius, ad ſingula conuiuiorum fercula uerſiculos, & adagium adiecit. Id carmẽ Clearchus Solenſis Dipnologiam, alij Opſologiã, Chryſippus Gaſtronomiam, nominibus ab epulis, delicijs, & uentre factis, alij luxuriam uocant. In Platonis conuiuio, conuiuæ fuerunt XXVIII.

Minerua propitia.

ἀθηναίων δυσϐουλία.) Athenienſium temeritas. De ijs dici ſolet, qui præter ſpẽ, & contrà quàm par eſt, rebus ſecundis utuntur. Nam Athenienſes in malè conſulendo ſuis rebus, exercitati erant: ſed Minerua eorum mala conſilia ad felicẽ exitum perducere ferebatur. idq; dictũ apud eos uſitatum fuit, ὦ πόλις, ὡς εὐτυχεῖς μᾶλλον, ἢ καλῶς φρονεῖς; O' urbs, ut fortuna maiore quàm prudentia uteris? Et Ariſtophanes in Nubibus: *Aiunt temeritate præditam eſſe hanc urbem: Sed Deos tamen ea quæ uos peccetis, conuertere in melius.*

ἐπ αὐτόχθονες.) Indigenæ ſiue Aborigines, & Athenienſes dicebantur, & Arcades & Aeginetæ & Thebani, uel quòd primi terram coluiſſent, uel quòd aduenæ non eſſent.

ἀθήνη.) Athene, urbs Laconiæ: Athenæ, urbs Atticæ.

ATHENODORVS, miles Athenienſis. Eſt & alius diſcipulus Dionyſij Areopagitæ: ſcripſit uaria. & alius Sophiſtes, frater Gregorij Thaumaturgi.

Athenodorus, Stoicus philoſophus, ſub Octauiano Romanorũ Imperatore, * Sub quo aliter fieri nõ potuit, quin imperij licentia ratione deſtituta, cõmunis eſſet calamitas. Ab eo tẽpore Athenodori potiſſimũ cõſiliis auſcultauit. Cum

Adulatores ſub Tiberio honorati.

aũt Tiberius Auguſto in Imperio ſucceſſiſſet, adulatores ab imperatore muneribus & honoribus affecti, maxima imperia inuadebant. Viri autem boni & quieti, qui uitam eandem non amplectebantur, nõ iniuria dolebant eadẽ ſibi nõ tribui. Ita fiebat, ut urbes ſeditionib. & tumultib. implerentur: & gubernacula muneraris magiſtratibus cõmiſſa, uitam in pace moleſtã hominib. elegantiorib. redderent, & rei bellicæ ſtudiũ debilitarent. Iis temporibus quoq; ſaltatio Pantomi-

Luxus.

morum introducta eſt, antè nòn uſitata: multaq; præterea, quæ multorum malo-

Athenodorus alius.

rum cauſæ extiterunt. * Athenodorus omnibus rebus cùm naturæ, tum rectæ uoluntatis, fuit ad Philoſophiam inſtructus *, uiuente Proclo ſplendidè præerat diſcipulis: quem Salluſtius ob ſtudiũ

Bonus doctor igni ſimilis.

admiratus, eum hominem igni ſimilem eſſe dicebat, propinqua omnia incẽdenti.* Tamẽ perſuaſit Athenodoro, ut nõ philoſopharetur.

Perditi homines.

ἀθληταῖς.) Effecit, ut non hæc tantum cis ineſſent, ſed in áliis iniurijs atque flagitijs ſtrenuè ſe exercerent. A' quibus enim flagitijs, à quibus facinoribus erant alieni? Quid honeſti, quid probi, non incis deſiderabatur?

ἀθλητὴς.) Romani uirũ in bellis exercitatum, aduerſus Hannibalem mittunt.

ATHMONIA, municipium eſt trib. Cecropiæ: unde Athmonenſis.

ἀθῷος.) Prouerbiũ, Laui manus meas inter innocentes: hoc eſt, innocentiæ ſtudui, nec facinorum fui ſocius.

Viciniæ potentiorum noxia.

ἄθως καλύπτει πλευρὰ λημνίας βοός.) Athos obumbrat Lẽniæ bouis latus. Prouerbium, de ijs qui aliquib. moleſti ſunt, aut incõmodant. Nam bouem, quæ Lemni eſt ex albo lapide facta, mõs Athos umbra ſua tegit.

ἀθρήνιον.) Athreniũ, id eſt abſq; fletu, eſt Muſarum locus.

ATHRIBIS, urbs Aegypti.

ἄθρυ-

*Modus optimus.* ἄθρυπτος.) Damaſcius: Victus rationē ſortitus eſt moderatā,& uirilē, quæ nec affligeret ob paupertatē: neq; ob diuitias luxu corrūperet: ſed mediā,& elegantem,& planè Dorio modo concinnam.

*Grauitas.* ἄθυρμα.) Non decet uiros ludicris puerorum immorari.

*Loquacitas.* ἀθυρογλωττία, καὶ ἀθύρωτον, ἢ ἀπύλωτον στόμα.) Lingua ſine foribus, & os ſine ianua: id eſt, lingua effrenis & petulans.

*Hecademus.* ACADEMIA, gymnaſium fuit Athenis ſuburbanū & nemoroſū, in quo Plato uerſabatur, ab Hecademo quodā heroe nominatū. Olim enim Hecademia uocabatur. Ariſtophanes in Nubib⁹: Deſcendes in Hecademiā, ſub caprificis decurres, albo calamo coronatus, cū *modeſto ęquali, milacem redolens, & ociū, & populū, folia protrudentē, uerno tēpore: gaudens cum platanus & ulmus reſonuerit. Fuerunt præterea duo gymnaſia, Lyceum & Cynoſarges. Academia, dicitur ſchola philoſophorum.

**Sophrone.* *Lyceum. Cynoſarges.*

*Impurus.* ἀκάθαρτος.) Impurus, id eſt, peccator, homo ſceleratus & flagitioſus. Improb. enim impuro eſt animo: purus uerò, ꝓbus homo.

ἀκακήσιον.) Acaceſiū, nomē montis, & urbs Arcadiæ, ab Acaco filio Lycaonis. unde Acaceſius, & Acacenſis.

ACACIVS, patriarcha Cōſtantinopolitanus, uir, ſi quiſquā alius, uenerandus. Nā cū ὀρφανοτρόφος, id eſt pupillorū educator fuiſſet, & res eorū probè adminiſtraſſet, omnib. acceptus fuit: & familiaritate cū Leone imperatore contracta, ſupra modum illi placuit: adeò ut is de reb. tum publicis, tum priuatis, eum primùm conſuleret: & quando Senatū conuocabat, etiā hunc accerſeret, & totius deliberationis initiū ab eo caperet. Hic Acacius, animaduerſa Leonis Macellæ in eos, à quib. offenſus eſſet crudelitate, eiusq; ingenio exquiſitè deprehenſo, ꝙ id à ſolis laudantibus capi poſſet: operā dabat, ut omnia eius & dicta & facta miraretur. Itaq; facilè cum dicto audientē habuit, atq; eius iracundiā facilè repreſſit: & multis, quibus princeps offenſus erat, ſaluti fuit, & perpetuò exilio damnatos in patriā reuocauit. Hic poſt obitum Gennadij patriarchæ Conſtantinopolitani, ſtudio Zenonis ſacerdos deſignatus eſt, ut aptus gubernationi. Cum igitur omnes eccleſias in ſua poteſtate haberet, ſolicitam curam impendit ijs qui eis præerant: quorū ſagaciores eius imaginem in templis conſecrarunt. Cū igitur uniuerſe omnib. in Eccleſijs eius imagines oſtenderentur: opinati quidā ſunt, eum ex ambitione dedicationem illam imperaſſe. eamq; ſuſpicionem nō parū cōfirmabat pictura tēpli iuxta naualε (τὴν ἐκ ψηφίδων γραφὴν δημιουργηθεῖσαν) è calculis elaborata. Cum enim totum opus ſub Gēnadio fuiſſet perfectum, in inſigni templi loco eum effinxerunt, & inter hunc, Seruatorem Gennadio dicētem: Soluito templum hoc. & Acacio: Poſt te hunc excitabō. Ob tales igitur imagines Acacius, quamuis benignus & officioſus, opinionem inſanæ cupiditatis gloriæ eſt conſecutus.

*Acacius Leonem imperatorem tractat.* *Laude Leo capitur.* *Acacij imagines.*

ACACIVS, orator uehementiſſimus ſub Iuliano & Libanio rhetore, qui incuſabat Iulianum, & eius iudicia reprehendebat: unà cum Tuſciano Phryge, qui & ipſe orator erat uehemens.

ἀκαλανθίς.) Genus auis, aut canis: fortaſſe ꝙ notis blandiatur, ignotos allatret.

ἀκαλήφη.) Pherecrates in Trāsfugis:

*Aedepol permoleſta res eſt malè canentem*
*Audire. Malim equidem interim*
*Vrticis eſſe coronatus.*

ACAMANTIA tribus, una è X. ab Acamante Theſei F.

ἄκανθα.) Spinas peccata uocat Dauid: ut inutilem ſtirpem, & pungentem.

ACAMATIVS Heliopolita, reliquis ciuibus humanior: ſed ita rudis, ut cum neque antè neque pòſt in ullo diſciplinæ genere quicquam didiciſſet, tamen ſe Philoſophum uocari uellet, & hoc ſe nomine apud omnes uenditaret: neque Heliopolitarum quiſquā eum aliter cognominabat, quàm Philoſophum. Hoc igitur probrum eſto humanæ inſcitiæ. Cum aūt nos Heliopolim perueniſſemus: commentum hoc philoſophiæ Acamatij penè extinctum erat. Voluit prætetea etiā unus eſſe ex haruſpicibus. Verùm hoc ueniam meretur, quòd uteunque talia conſequi potuit, præſertim apud homines imperitos.

*Philoſophus ſine doctrina.* *Fucum facere imperitis facile eſt,*

ἄκανθα.) Bellua (cetus) cū magno impetu irruiſſet: uincula dirupit ſpina.

ἀκάνθιος τέττιξ.) Acāthia cicada. Prouerbium de mutis, & à Muſis alienis.

ACANTHVS, urbs Thraciæ, ultra montem Athon: uel quòd ſpinis circūdata ſit, uel ab Acantho quopiam.

ἀκαρής.) Ariſtophanes. Neſcio qmdo te inſinuaris. Qui cum multis domineris, nihil inde fructus capis, præter pexiguū illud,

illud, quod fers: idq́; ſubinde tibi tanquam oleum paulatim inſtillant, uiræ. tibi propagandæ cauſa. Volunt enim te pauperem eſſe. Et, Nudus paulo momẽto foras elapſus ſum. Plutus queritur, ſe à prodigo homine exiguo tempore eiectum, id eſt, opes conſumptas eſſe.

*Vita breuis.* ἀκαρίδιος.) Breuiſſima eſt, uita hominũ, nec mulro pòſt oẽs iacebim⁹ extẽti.

ἀκαρπότερος ἀχίππου.) Minus fructuoſus oleaſtro. De pauperrimis dicitur.

ἀκαρπότερος.) Sterilior Adonidis hortis. De iis, quæ nihil præclarũ gignunt. Sic aũt appellantur herbæ quæ in teſtis plantantur *Vvurtz ſcherben.*

Acas, poeta Tragicus.

*Veritas. Importunitas.* ἀκατάβλητος λόγος.) Ratio quæ euerti non poteſt. Acatæus, equus celeber.

ἀκάτειρα.) Acatira, nomẽ urbis, & Acatiri, gentile: ut & * Saraguri pulſi, ſedes quærentes, ad Acatiros Hunnos ſe contulerunt.

ἄκαιρος εὔνοι', οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.) Intẽpeſtiua beneuolentia nihil ab odio differt. Sic Hippolytus Phędræ, ſe amore illius flagrare dicenti, reſpondiſſe fertur.

ἀκενόσπουδον.) Marcus imperator philoſophus, ait à Diogneto ſe didiciſſe contemptum inanium rerum, & animaduerſionem diligentem.

ἀκέων.) At ſedete, & tacitè epulamini.

ἀκερδὴς χάρις.) Beneficium lucri expers: id eſt, quod datur cum non decet.

ἀκέραιον συνειδός.) Damaſcius: Nihil rerum humanarum eſt cum bona conſcientia comparandum. *Conſcientia.* Eſt autem agendũ cum hominibus uti decet. Ac tametſi id quod habetur bonum, uero bono contrarium fuerit, nunquã tamen illud huic eſt præferendum, neque pluris quidquã faciendum quàm ueritas: neque periculum detrectandum orto certamine, neque laborioſum munus ex ignauia recuſandum. *Veritas uincat.* Veritati cedat & iniuſtæ laudis fructus, & amicitiæ neceſſitudo, & cognationis neceſſitas.

ἀκέραιον.) Ex M. Antonini ſcripto: Etiã ſi annorũ tria millia uicturus eſſes, & toties dena millia: tamẽ memẽto neminẽ amittere uitã aliã, niſi eã quã degit: aut aliã degere, quàm eam quã amittit. *Neq; præteritũ neque futurum cuiquam poteſt eripi.* Eôdem igitur recidit & longiſſimum & breuiſſimum uitæ ſpacium. Id enim quod adeſt, par & æquale eſt omnibus: & qđ amittitur, * non par: eaq́ue ratione puncti inſtar, quod perit, habendum. Neque enim præteritum, neq; futurum amittit quiſquam. Quod enim non habeas, id tibi quis eripiet?

ἀκεσίας ἰάσατο.) Aceſias medicatus eſt. *Imperitus & infelix medicus.* De iis quorum curatione morb. ingraueſcit. Apparet Aceſiam aut imperitum aut infelicem fuiſſe medicum.

Aceſius Nouatianorum epiſcopus, qui à magno Conſtantino rogatus, an decreta concilij admitteret, & limitem fidei, & definitionem feſti Paſchalis? (ὁ ὅρος τῆς πίστεως. ὁ ὁρισμὸς τοῦ πάσχα.) aſſenſus eſt. Imperatore autem denuò interrogãte, cur ſeipſe ſegregaret? quæ ſub Deciana perſecutione eueniſſent, edocuit: & acrimoniã auſteri canonis protulit, non oportere ijs qui poſt baptiſma, peccarũ (quod ſacræ literæ mortale uocant) in ſe admiſiſſent, diuina myſteria cõmunicari: *Canon ſeuerus Deciana perſecutionis.* ſed ad pœnitentiam quidem illos eſſe cohortandos: ſpem uerò remiſſionis non à ſacerdotibus, ſed à Deo expectandam, qui peccatis poſſet dare ueniam. *Aſcendant in cœlum curioſi.* His ab Aceſio dictis, reſpondit Imperator: ô Aceſi, ſcalis appoſitis tu ſolus cœlum conſcendito. Horum neq; Euſebius Pamphilus, neque quiſquam alius mentionem fecit. *Eccleſiaſtica hiſtoria mutila.* Nam illi quidem multa prætermittunt, ſiue affectu aliquo, ſiue reſpectu perſonarum. Sic ait Socrates in Eccleſiaſtica hiſtoria.

ἀκέσματι.) Fuit in Galeotide quidã, q & morbos uerbis ꝓpulſare, & anni tẽporũ intemperiẽ & ſterilitatẽ, & penurias ꝓfligare ſacrificijs quibuſdam poterat: *Galeoticus medicus.* & mutationes excogitarẽ, atq; efficere: & demonſtrare bonas parandarũ opũ rationes. Hunc in Cretam munerib. à Minoe pellectum ferunt, ut celebrem illũ Glauci interitum inueſtigaret. *Minos Glauci interitum inquirit.*

ἀκέφαλος.) Secta ſine capite, cui Seuerus præfuit.

ἀκέφαλος μῦθος.) Sine capite fabula. Prouerbium, de ijs qui nihil ſolidi narrant.

Ace, urbs Phœniciæ: alij Ptolemaidem aiunt olim ita dictam. Demetrius uerò non ipſam urbem, ſed eius arcem ſic appellari dicit.

ἀκηδής.) Sepulchrũ ſine reuerẽtia & miſericordia deſtruit, deq́; ſaxis illis turrim cõſtruit: unde urbs capta eſt. *Sepulturæ reuerentia.* Cõſpicat⁹ naufragi cadauer inſepultũ, & neglectũ, prętetire nõ ſum auſus: ſed mortuũ ſepelij, & ſpectaculũ Soli minimè gratũ humano inſtituto, occultaui. Romani hoſtes ſuos iacêre inſepultos paſſi nõ ſũt.

ἀκηδεῖς, τὸ ἄλυπον.) Illa quidẽ peracerba lupis, ſed grata capellis.

ἀκιδα-

*Orpheus.* ἀκιδαλία.) Acidalia,nomen fontis.

ἀκήλητον.) Epigrāma de Orpheo: Hic & implacabilis grauē Clymeni,i. Orci animum,& mentem aſperā lyra deliniit.

*Balnea. Mare. Oleum.* ἀκήματα.) Balnea ſunt remedia laborum. Defatigatio mari diſcutitur, neruis cōmodiſſima. Cæterùm relaxata muſculorum compage,inungunt oleo corpora,ne aqua conſperſa rigeſcant.

*Viri boni candidi.* ἀκιβδήλους.) Synceros eſſe aiūt uiros bonos,& cautos, & res ſuas poſſe efficere meliores ea præparatione, qua & mala tegantur:& bona quæ eis inſint,abſq; oſtentatione cōſpiciātur. Nihil enim eos habere fictū,neq; in uoce, neq; in uultu.

ἀκηρυκτεί.) Qui hoſtes adire uolebant, ſecuritatis cauſa caduceū gerebāt. Eos em̄ lædere nefariū & impiū habebatur.

ἀκιδνόν.) Homerus:

*Homo.* *Nihil imbecillius homine tellus alit.*

*Aſinum Scythæ lautiæ.* ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον.) Scytha recuſans aſinum. De ijs qui uerbo quidē aliquid auerſantur, reipſa uerò cōcupiſcunt. Quidam enim aſini cadauer conſpicatus: Scytha,inquit,ecce paratam tibi cœnam. Is uerò in præſentia quidem aſpernatus eſt,pòſt uerò epulatus.

*Temeritas.* ἀκίνητα κινεῖν.) Mouere non mouenda: cuiuſmodi ſunt ſepulchra, aut altaria. De ijs qui excedunt modum.

*Curioſitas.* ἀκληρώμασι.) Hac potiſſimùm de cauſa in calamitates incidiſſe mihi uidetur, quòd omnia tentauit,& omnibus rebus ſeſe immiſcuit.

ἀκληρίας.) Is uerò putabat, ſe rationē inuenturum,qua calamitates ꝓpulſaret.

*Amicitiæ fiducia.* ἀκλητὶ κωμάζουσιν ἐς φίλους φίλοι.) Inuocati comeſſatum ad amicos ueniunt amici. Sic,

*αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν ἀγαθοὶ ἐπὶ δαῖτας ἴενται:*
*Vltrò bonorum boni ad conuiuia tendunt.*

*Præſtò bonis, Deus eſt.* ἄκλητος ὁ θεὸς καὶ καλούμενος παρέσται.) Et inuocatus Deus,& uocatus aderit. Hoc oraculum redditū eſt Lacedæmonijs. Neque enim negligit Deus uirtutis ſtudioſos,ſed prǫſtò eſt abſq; omni ſenſu. Neq; enim uocē requirit, ut edoceatur quid ſit opus: neq; aures,ut cognoſcat.

*Opportunitas.* ἀκμαῖος.) ἐν ἀκμῇ καιροῦ, per ſummā occaſionē, in ipſo tēporis articulo: ἐν ἀκμῇ καὶ ὀξύτητι κινδύνου. In ſummo diſcrimine.

ἀκμαιότατος καιρὸς ὁ πρωϊνός. reb. gerēdis aptiſſimum tempus eſt matutinum.

*Modus. Vigor.* ἀκμῇ.) Iſocrates: κράτιστον τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν. Seruare modū eſt optimū. In Epigrāmate: Sine macula, ſine rugis, lanugine recens natis par, frondoſis adhærens adhuc ramis. Et: Quanta in Heroibus olim fuit ira, cuius pars adhuc inimica in inanimis reſtat ramis?

*Occaſio.* ἀκμὴ καλεῖ, καιρὸς καλεῖ.) Ipſum tempus atque occaſio uocat. Ipſum imperium in acie nouaculæ erat adhuc. Procopius: Summam ille occaſionē in præſentia amiſit,quam pòſt recuperare nūquam potuit.

*Maledicentia. Inuidentia.* ἀκμὴν ἔτι.) Iam nobis non eſt opus multis uerbis: Ne, ſi me adeſſe cognouerit, fallacia excidam.

ἀκόλαστος.) Aelianus: Homo Arcas Euteliades nomine, eo morbo laborabat, ut & petulanti atq; effreni lingua malediceret omnibus: & eos, quibus ſecundæ res eſſent, odiſſet.

ἀκόλῳ τὰ χείλη οὐ σύκῳ βύσαι.) Fruſto panis labra,non ficu ſunt obturanda. Monet hæc oratio,res ſtrenuè adminiſtrandas eſſe.

*Conſequens. Repugnans.* ἀκόλουθον.) Finis ſuperiorib. factis fuit conſentaneus. Cōſequens eſt,quod ineſſe alteri neceſſe eſt. Repugnans, quod non ineſſe,neceſſe eſt.

*ἀτροφία.* ἀκόνην σιτίζεις.) Cōtē paſcis. De iis qui cibo quidē utūtur,ſed corpus nō augēt.

ἀκονιτί.) Sine puluere: id eſt, abſq; labore & certamine. Sumptum à pugilibus.

ἄκος.) A' Deo remediū petunt: eiſq; oraculum redditur, inferias eſſe faciendas Aetolis per iniuriam interfectis.

*Auditus quomodo fiat? Aqua aurib. incommodat.* ἀκούει καλῶς.) Auditus fit non exterioris aeris in aurem ingreſſu, ſed per contactum aeris auribus inſitum. Argumento eſt, quòd audimus in aqua, aqua in aurem non ingreſſa. Nam ſi quidē ingreſſa fuerit: corrumpit, & expellit aerem inſitum, qui auditui inſeruit. Quòd ſi abſq; medio meningem attigerit, lædit eam ictu: atq; etiam cauitatibus inſinuata, corrumpit & lædit organum auditus. Nam ea res multis incommodauit.

*Genealogiæ ex æneis tabulis.* ACVSILAVS Cabæ F. Argiſilaus è Cercade urbe prope Aulidē, hiſtoricus antiquiſſimus, deſcripſit genealogias ex æneis tabulis, quas pater eius quendam ædium ſuarum locum fodiens reperit.

*Pecunia Reipub. donata.* Acuſilaus Athenienſis, Agathocliæ F. Athenis eloquētiam adamauit, & ſub Galba Romam profectus Rhetoricam docuit: & locupletatus, Athenienſibus moriens reliquit centū millia drachmarum, ex uſuris.

*Fatua.* ACCO mulier ob ſtulticiā famoſa, quā aiunt, cū ſe in ſpeculo contueretur, ſecū ipſam eſſe collocutā, quaſi cū altera, & ſpon-

ἀκκιϛόμ.

& ſpongia clauum percuſſiſſe. Verbnm aũt ἀκκίζεσθ,non modò ſtulticiæ ſignificationem habet: ſed etiam de ijs uſurpatur,qui aliquid uerbis auerſantur, quod reipſa cupiunt.

*Subitus interitus.*

ἀκραντον.) Antequã ea uerba prorſus eſſet elocutus,ſagitta uolucris eum celeriter abripuit ad immortales.

*Incontinentia. Intemperantia.*

ἀκρασία.) Incontinentia turpiter agit, contra uoluntatem ſuam: ἀκολασία intẽperantia,ultrò & uolens.

ἄκρατον.)Sparſa ſama eſt à Macedonibus,aquilam aduolantem,alis expanſis, & Solis ardorem & pluuiæ uim ab eo auertiſſe.

ἀκραιφνής.) Fabius magiſtratu abiens, monebat Aemylium,ut bello ducendo, incitatum & indomitum Hannibalis ingenium frangeret.

*Iuſta paupertas.*

ἀκραιφνῦς, ἀκηροφανῦς.)Epigrãma: Ex paupertate,ut ſcis, innoxia & iuſta, Venus hæc accipe dona Leonidæ.

*Sententia boni uiri.*

ἀκριβής.)Exquiſita ſententia, & accurata dicitur,quæ cõficitur ex neceſſariis. Vir bonus autem, etiam de ijs quæ fieri poſſunt,ſententias habet. Itaq; rectius ita dicitur: Omnem boni uiri ſententiam & perſpicuam eſſe,& diſtinctam,& uerã. Perſpicua etiam eius ſententia eſſe poteſt,qui quid ſentiat,ipſe exponit: ut de uoluptate. Liceat etiam uirum bonum, curioſum dicere, quòd res cœleſtes & naturales inquirit: ſi φιλοπραγμοσύνην, πολυπραγμοσύνην interpreteris.

*Io. Baptiſtæ cibus.*

ἀκρίς.) Genus animaleculi. Præcurſor ueſcebatur locuſtis, & melle ſylueſtri: quod ab arboribus collectum, Manna uulgò dicitur.

*Danae Acriſij F.*

ἀκρισία.)Cum mulier quædam nomine Danae, ægrè iudicio ſe ſiſteret,ſapiẽs quidam ad eam ex tempore dixit: κρίθητι καὶ σὺ, οὐκ εἶ Δανάη, ἡ ἀκρισίου θυγάτηρ: Iudicium de te fiat. neq; enim es Danae Acriſij filia. Acriſios autem dicitur Græcè, quaſi abſq; iudicio.

*Eruditi ſermones loco Muſicæ.*

ἀκροατής.)Damaſcius: Audiebat ueterum ſermones,eruditione quadam temperatos. Eaq; cõſuetudo adhuc durat apud eos,nõ ſecus atq; aliqd qđ delectatiõis cauſa auditur,ut fiſtula aut cithara.

ἀκροθίνια πυγμαίων κολοσσῷ ἐφαρμόζειν.) Spolia Pygmæorũ coloſſo accõmodare. Prouerbiũ,de ijs qui fruſtrà laborant.

ἄκρον λάβε,καὶ μέσον ἕξεις.) Extremo prehenſo,tenebis mediũ. Prouerbiũ, de rebus explicatu & intellectu difficilibus.

*Munitiones ſæpe hoſtibus quàm ciuibus utiliores.*

ἀκρόπολις.)Damaſcius: Munitiones clariſſimæ ſunt eâdem ferè natura. quod ita intelliges,ſi,quid arcibus accidat,conſideraris. Quæ cum ad defenſionem contra hoſtes,& ſecuritatem facere plurimũ uideantur iis,apud quos ſunt,& ad libertatis conſeruationem: ſæpenumero ſeruitutis exiſtunt cauſę,& euidentium malorum,ut ait Polybius.

*Hunni equites.*

ἀκροσφαλεῖς.)Inuadi iuſſit Hunnos carentes pedibus, & in ambulando uacillantes. Hunnus enim ſine equo haud temerè terram attigerit.

*Vigilandũ ſemper ob Fortunæ inconſtantiam.*

ἀκροσφαλεῖς.)Vt omnia atrocia & periculoſa ſunt hominũ? ut & bene cũ eis, & malè agatur. Decet autem, dum extra calamitatem es, proſpicere aduerſa. Et dum bene uiuis,tum maximè uidere,ne bearitudo illa pereat,te imprudenre.

ἀκροχειρίζεσθαι.)Prehendebãr ſummas aduerſarij manus,easq; frangebant: nec dimittebant prius, quàm eum defatigatum eſſe animaduerterent.

ACRON (ſummũ Latinè dicere poſſis) Agrigentinus medicus, F. Xenonis, (docuit) ſtuduit Athenis unà cũ Empedocle. Antiquior itaq; eſt Hippocrate. Scripſit de arte medica lingua Dorica: de ſalubri uictus ratione lib. I.* Eſt & hic ex ijs qui quædam de uentis notarunt. Extat de hoc Epigramma Empedoclis ridiculum:

ἄκρον ἰατρὸν ἄκρων' ἀκραγαντῖνον, πατρὸς ἄκρου, κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης: uel ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

*Sũmũ medicũ Acronẽ Agrigentinũ, Acri F. Tegit præcipitiũ ſummũ patriæ ſummæ*: uel, *Sũmi cacuminis ſepulcrum Sũmum detinet.* Hoc quidam Simonidi tribuunt.

*Montium partes.*

ἀκρώρεια.)Mons in tres diuitur partes: in ἀκρώρειαν, cacumen,ſeu iugum: ὑπώρειαν, latera montis: τέρμα ἢ πόδας, finem & radices.

ἀκταίη.)Ranarũ turbã uidi littoraliũ.

ἀκταίων.) Vna eſt de Actæonijs canib. quæ ſcilicet dominum ſuum lacerarũt. Dici poteſt de infidis ſeruis.

ACTE, ꝓpriè pars quædã Atticę maritima,unde Actites lapis. Sic aũt uocarũt Atticã, uel ab (Actæo) Actæone rege,uel quòd pleraq; mari adiacet.

AQVILA philoſophus, Cõmentarios Logicos ſcripſit, de ſyllogiſmis.

Aquila Grammaticus, Muſicus.

AQVILEIA, urbs Italię populoſa, ad mare porrecta: cuius ciues Aquileiẽſes dicuntur.

ἀλλὰ γὰρ.) Eupolis; Homines timidi nũ quam

quam de hoſtib. triumpharunt. Prouerbium, in eos qui ob animū degenerem nihil præclari gerere poſſunt.

ἄλλα δ' ἀλλαχῦ καλά.) Alia ſunt alibi pulchra.

ἀλαζονεία.) Pleroſque inuaſit infelix æmulatio ex aliorum inſolentia, & importunitate.

ἀλαζονοχαυνοφλύαρος.) arrogās, inflatus nugator.

ἀλαζών.) arrogans, qui ſibi tribuit, & plura de ſe iactat quàm debet, & præſtare poteſt. ἀλαζόνας propriè uocant mendaces, cum ſe de rebus quas ignorant, dicturos profitentur.

*Luctus irritus.* ἀλαλκεῖν.) Quid defunctos gemimus ob filios? quando repellere à liberis Orcum ne Dij quidem poſſunt?

ἀλαλκόμεναι.) Alalcomenæ urbs eſt, quā audio neq; edito atq; arduo tumulo ſitam eſſe, neq; mœnibus circūdatā.

ALALCOMENIVM, urbs Bœotiæ, ab Alalcomeneo: qui & Mineruā Alalcomeneidem dedicauit.

ἄλλα μέν.) Alia quidem Leuconis aſinus, alia Leucon geſtat.

ἀλλ' * αὐτίκα.) At huic ancoræ reſflauit Deus. De rebus ex inſperato factis. Nautæ enim ſæpe iacturi ancorā, aut appulſuri, retroaguntur.

*Ludibriū hoſtile.* ἀλλαντοπώλης.) Trophæi loco ſtatuerūt Imperatori ſignū, & ſuſpenſis de eo farciminibus, hoſtib. cum riſu inſultarunt.

*Auxilium diuinum.* ἀλλὰ νῦν ὦ θεοὶ πατρῷοι συγγένεσθε.) At nunc, ô Dij patrij, adeſte nobis.

*O fatuum paraſitū.* ἀλλαστάμενος.) Mutilari ſe infelix homo, mero impulſus, ſuſtinuit: fuitq; exēplo & documento omnibus, ne ſimilia lucra affectarent.

οὐ δ' ἀλαοσκοπίην εἶχε.) Prouerbiū Homericum, Non cæcum ſpeculatorē adhibuit, uel egit.

*Oratorum mordacitas.* ἀλλ' ἅπαντα γένοιτ' ἂν ἤδη.) At omnia fieri iam poterunt. Prouerbium illud uetus laudo: Nam ſub lapide omni ſcilicet eſt, ne orator mordeat, circumſpiciendum. Prouerbium autem eſt: Sub ſaxo quolibet Dormit ſcorpius, caue.

*In periculis uigilandum.* ἅλας ἄγων καθεύδεις;) Salem cū uehas, dormis? Prouerbiū, de ijs qui in magno periculo dormiunt, & ceſſant. Nam mercatori cuidam, qui ſale nauē onerarat, accidit ut ſentina aſcendente, ſal liqueſceret. Vnde & illud Prouerbium: Salis onus unde uenit, eò tedijt. *Sal redit, unde uenit.*

ἅλασιν ἀλλᾶσιν ὕει.) Sale uel farciminib. pluit. Prouerbium, de magna felicitate.

ἀλλ' ἔστιν ἡμῶν μεγαρική τις μηχανή.) At nobis eſt Megarica quædam machina. Improbitas enim obiiciebatur Megarēſibus, qui alia dicerent, alia facerent. *Bilingues.*

ἀλάστωρ.) Alaſtor acerbus, & ſanguinarius dæmon, ea ulciſcens & edens facinora, quorum non liceat obliuiſci.

ἀλλὰ ταῦτα μὲν ῥεῖ κατ' ὕδωρ.) At iſta quidem ſecundo & uento & flumine procedant. Tibi autē dico, ut ſis in alios improbus, mihi uerò uerū ſemper dicas. *Nemo ſe ſolo lauit.*

ALBANI, nomē gētis Galatarū. quorū terrā felicē eſſe aiunt, & frugiferā: gignere item uinum & ſuaue, & multum.

ἄλγησις.) Ariſtophanes in Cerealibus: O ſenex, ſenex, inuidiæ uituperationem audiui, ſed nullum ex ea dolórem ſenſi.

ALAEENSIS, nomen municipij.

ALEAS, urbs Theſſalica: ūde Aleēſes.

ἀλέγω.) Homerus: Non magis curo, quàm ſi me fœmina inuaderet. Opem feres & uiro & paupertati.

*Aſini dyſuria.* ἀλέκτωρ.) Gallus bibit, & non mingit. Myxus non bibit, & mingit. Dicitur hoc carmen aduerſus dyſuriam aſini.

*Argenti concoctio.* ἀλεκτρυόνος.) Galli gallinacei me uentrem habere dixit: nam citò concoxiſſe argentum.

ALEXANDER Philippi & Olympiadis F. regnū Macedoniæ ſuſcepit anno ætatis decimooctauo: obijt 33. Hic & pulcherrimus fuit, & laborioſiſſimus, & ingenio acutiſſimo, & fortiſſimus, & honoris auidiſſimus, & bellicoſiſſimus, & numinis ſtudioſiſſimus, ac in corporeis quidē uoluptatib. cōtinentiſſimus: laudatarū uerò animi uoluptatū prorſus inſatiabilis, acutiſſimus iudex, quid in reb. adhuc incertis facto eſſet opus, ſagaciſſimus cōiector è præſentibus futurorū, & exercitus ordinandi peritiſſimus, & ad omnia pulchra & honeſta aptiſſim'. Præterea fuit humanus & religioſus. nā cū aliquando Thebanis tātopere iratus eſſet, ut & ciues ſub haſta uenderet, & urbē ſolo æquaret, pietatē erga Deos in occupatione urbis non neglexit: ſed ſumma diligentia cauit, ne uel ab inuitis ullum templum aut lucus uiolaretur. *Alexandri ætas.* *Virtutes.* *Religionē obſeruantia.*

*Magniloquētia.* ALEXANDRI Magni magniloquētia in periculis, nō tam ſuperbiæ quàm fiduciæ tribuenda uidebatur. *Roxanes coniugium.* Roxanen, Oxyartæ Bactriani filiam, quam pulcherrimam inter Aſianas mulieres, poſt Darij uxorem, ſibi uiſam eſſe dixerunt Alexandri comites, adamauit. Eam cū aſpexiſſet Alexander, ſtuprare noluiſſe ſe

*Vxor Darij formoſiſſima non uiolata ab Alexandro.*

runt, quamuis amore captum, ut captiuam: ſed uxorem ducere nõ dedignatũ eſſe. ob quod Alexandrũ ego laudo magis, quàm reprehendo. Nam Darij quidẽ uxoris, quæ pulcherrima in Aſia dicebatur, uel amore captus nõ fuit: uel ſibi imperauit, quãuis & iuuenis, & in ſummis ſucceſſibus, cũ homines maximè ſolent inſoleſcere At is uerecundatus eſt, & magna modeſtia uſus, unà cum gloriç nõ abſurda cupiditate. Itaq; fertur eunuchus quidã, uxoris regiæ cuſtos, fuga elapſus ad Dariũ ueniſſe: quẽ ut uiderit Darius, primùm quæſiuiſſe, an ſui liberi, uxor & mater uiuerent? Vt aũt audierit uiuere, & reginas uocari, & honorificè tractari, & pudicitiam tueri uxorẽ ſuam: Darium manib. in cœlũ ſublatis, ſic eſſe precatũ: Ar ô rex Iupiter, cuius curæ diſtributio regnorum commiſſa eſt, tu maximè quidem mihi Perſarum & Medorũ conſerua imperiũ, cui id largirus es. Sed ſi omnino me diutius Aſiæ regem eſſe non ſinis, nemini alteri niſi Alexandro meum imperium tradito. Sic ne ab hoſtibus quidem modeſta facta negliguntur. Et hæc Arrianus tradit. Nearchus autem ſcribit, ab amicis, qui ægrotantem curarent, eum obiurgatum, quòd in prima acie dimicaret: militis enim id eſſe munus, non imperatoris. Quæ uerba moleſtè tulerit Alexander, quòd & uera eſſe intelligeret, & meritò ſe reprehendi agnoſceret. Et tamen ob impetũ animi in prælijs, & gloriæ cupiditatem, ut ij qui alia quapiam uoluptate uincuntur, pericula uitare noluerit.

*Darij uotum pro Alexandro.*

*Alexãder ſæpe militem egit, ſe ducem eſſe oblitus.*

*Alexandro nemo reb. geſtis & laudibus par.*

ALEXANDER Macedo admirabilẽ uitã egit: teſtimonio ſunt res eius bello geſtæ. Neq; .n. in toto terrarũ orbe uir unus reperiri poteſt, qui tantis ſucceſſibus & rectè factis excelluerit. Nã & optimorũ uirorũ cõſuetudine uſum, & eruditione ijs parẽ fuiſſe cõſtat, qui ſummã laudẽ ſunt aſſecuti: & rem bellicã aggreſſus, ea geſſit, quæ plus reperiant admirationis quàm fidei. Bello enim Dariũ regem adortus, ſumma ui deuicit: qui pacem petens, nuptias Roxanes filiæ ei obtulit. Idem omnibus gentib. triumphatis, animo corruptus eſt: & in ſtudiũ corporearum uoluptatum delapſus, & Perſica ſtola induta, decies mille iuuenum cuſtodia munitus, & trecentis pellicib. utens, omnem Macedonicorũ regũ conſuetudinem Perſica cõmutauit, & ſuorũ quoſdam in calumniã adductos fuſtulit. Pòſt in Indiam profectus, à Candace regina priuati hominis habitu cõprehẽſus eſt, quç ei dixit: Rex Alexander, imperium mundi ſuſcepiſti, & captus es à muliere. Cum ea pacem fecit, & regnũ eius inuiolatum cuſtodiit. Idem in octingentos uiros incidit, qui olim in Græcia capti à Perſis, & præciſis manibus mutilati erãt: quos humaniſſimè excepit, & magnis muneribus conſolatus eſt. Cum in paludem Alexandrinam perueniſſet, diadema amiſit: & imbre uehementi delato, ægrè ad terram enatauit. A` Caſſandro, duce ſuo, ueneno propinato, conuulſus eſt: & ſic poſt tantos ſucceſſus uitam cum morte commutauit. Alexander, ſi quiſquam alius, Muſicis audiendis eſt delectatus. nam Timotheus tibicen ante eum ſtetit: qui cum aliquando ſonũ, qui Mineruæ arduus appellatur, fiſtulaſſet, uſque adeò Alexandrum cantilenis perculit, ut inter audiendum ad arma concitaretur, ac diceret: Talem eſſe oportere cantum regium. Venerat autem is Timotheus ad eum, magno ſtudio accerſitus.

*Luxuriant animi reb. plerumq; ſecundis.*

*Captus Alexander à Candace.*

*DCCC. Græci mutilati à Perſis.*

*Naufragij periculum.*

*Caſſander ueneficus.*

*Timothei fiſtula claſſicum Alexandro.*

ALEXANDER Mammeæ F. unà cũ illa imperauit, & eius arbitratu adminiſtrauit omnia: quç undiq; imperiũ cuſtodiebat, eique perſuadebat ut longiſſimo tempore ius diceret, quò illa occupatione diſtractus, tempus nõ haberet ad peccandum. Fuit natura mitis, & mãſuetus, & ad humanitatem propenſiſſimus. Itaque cum imperium ad annos quatuordecim tenuiſſet, ſine cædibus regnauit: quamuis aliqui in ſumma crimina incidiſſent: adeò ut poſt Marci obitum, Alexandri imperium ſit admirationi. Querebatur de matre, & moleſtiſſimè ferebat eius auariciam, quòd ea malis artibus fiſcum augeret: à qua coactus, multa faciebat. Nam mater ſummum in eũ exercebat imperium, quæ eum à turpibus rebus, & Imperatori indecoris arcebat, & omnium diſciplinarũ magiſtros clàm accerſebat, cum ille palæſtris & gymnaſiis magnoperè delectaretur, & magiſtros repelleret: eò denique impulſus, ut omnes ſcenicos, & in publicis theatris celebres ad ſũmos magiſtratus eueheret. Qua de cauſa ciuibus inuiſus fuit.

*Occupationes abſtrahunt à peccando.*

*Alexandri clementia.*

*Mammea imperatoris imperatrix.*

*Scenici euecti.*

Alexãder Mileſius, qui & Polyhiſtor, & Cornelius cognominatur, propterea quòd captus, Cornelio Lentulo fuit uẽditus, eiusq; pçdagogus factus eſt, & poſtea manumiſſus. Fuit autem Romç Syllæ tem-

læ temporibus. Laurenti perijt, ædibus, in quibus erat, flãma cõſumptis. quo e- ius uxor audito, laqueo ſibi conſciuit ne cem. Fuit aũt grãmaticus, Cratetis diſci- pulus: & libros ſcripſit innumerabiles, & de Roma libros quinq;, in quibus ait: Hebræam fuiſſe mulierem, Moſo nomi- ne, cuius ſcriptum ſit lex Hebræorum.

*Moſem in Moſo mu liere transformat.*

Alexãder, Hierapolis epiſcop⁹, & mar tyr, nouem capitibus cõſcripſit, quid no ni Chriſtus in mundũ intulerit. quæ ora- tio reconditis ſententijs eſt referta.

*Christi no ua.*

Alexander, Antiochenus epiſcopus, temporibus Ioannis Chryſoſtomi, uitã egit ſummo ſacerdotio congruentẽ. Nã cum ante epiſcopatum in ſpirituali palæ- ſtra ſe exercuiſſet longiſſimo tẽpore, ut ſtrenuum pugilem ſe conſpiciendũ pręe buit, tum concionibus populum erudi- endo, tum conciones uita confirmãdo. Hic Porphyrio ſucceſſit, ac ille quidem ſapientia præcellebat: Alexander autem exercitatione: & eruditione, & inopi ui- ta, & flumine linguæ, & infinitis alijs gra tiæ prærogatiuis.

*Vita doctri na ſimilis.*

*Porphyrius.*

Alexander Aetolus, ex urbe Pleuro- ne, Satyri & Stratocleæ F. grammaticus. Hic etiam tragœdias ſcripſit, & inter ſe- ptem Tragicos recenſetur, qui Pleias co gnominabantur.

*Pleias tra gica.*

Alexander Aegæus, philoſophus Pe- ripateticus, præceptor Neronis Cęſaris, unà cum Chæremone philoſopho filiũ habuit nomine Cælium. Hic Neronem uocabat lutum ſanguine maceratũ. Ma- lorum diſcipulorum, ut opinor, peiores fuerunt magiſtri. Virtus enim doceri, & uitium excoli poteſt. Fuit & alius Alexã- der Aphrodienſis, philoſophus, & alius Numenij F. rhetor. Rhetor item alius co gnomento Claudius: & alius rhetor Ca ſilonis F. frater Euſebij rhetoris, Iuliani diſcipulus: & alius Alexãder, Alexandri cauſidici F. Cilix, Seleuciẽſis rhetor, qui πηλοπλάτων, id eſt luteus Plato cogno- minabatur.

*Nero mae li cerum a bum eum.*

ἀλεξίκακον, ἀλεξιφάρμακον, ἀντιφάρμα- κον.) id quod uitium expurgat, & curat, malaq́; depellit.

ALEXIS Thurius (Thurij, Sybaris o- lim dicti) Comicus, Menandri Comici F. edidit comœdias 245. Filium habuit Stephanum, qui & ipſe Comicus fuit.

ἀλέξασθαι.) Xenophon: Multum inter- erat, utrum ſe defenderent prouinciam tenentes? an interet proficiſcendum, hoſti lem impetum propulſarent?

ἀλεξόμενον.) In priuatis iniurijs legũla tores & iudices, quicquid damni datũm fuerit, non propulſanti uim, ſed iniuſtẽ impetum facienti, expenſum ferunt. Itẽ: Optabat Cyrus ſe tamdiu eſſe ſuperſti- tem, dum & bene & malè merentes refe renda gratia ſuperaret.

*Defenſio conceſſa legibus.*

*Cyri uotum.*

ἀλλ' ἕπου χώρας τρόποις.) Mores cuiuſq; regionis, in qua fueris, ſunt imitandi.

ἀλλ' ἴσθι ἐλθὼν τὰς μεγακλέους κίονας.) A- bi, & Megaclis columnas ede. In eos qui decoxerunt, neq; ſibi quicquã reliqui fe cerunt de uetere opulentia, præter ua- cuas ædes, & inanes nobilitatis titulos.

*Nobiles decoctores.*

ἀλλ' ἔς' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία.
ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα.)
*Verum eſt quod uulgò iactitant prouerbium:*
*Hoſtile munus nil habere muneris,*
*Malis refertum.—*

*Hoſtilia dona.*

ἄλλ' ἀπὸ μείζονος ἀνδρὸς.) Caue uirum maiorem.

ALEVADAE, familia Lariſſæ Theſſã licæ nobiliſſima, à rege Aleua oriunda.

ἀλειπής.) Alipes, id eſt, perennis (ut o- pinor) fons Epheſi.

ἀλείπτης τ᾽ ἀρετῆς.) Theologus, id eſt Grẽ gorius Naziãzenus, ſic eos appellat, qui ad uirtutem alios exercent.

ἁλιεῖς σοφιστοὶ, ἀντὶ τοῦ ἁλιεῖς.) Sophiſtæ pi- ſcatores: id eſt captatores uerborum, & aucupes ſyllabarum argutuli.

ἀλλ' εἴ τις ὑμῶν.) At ſi quis ueſtrûm eſt initiatus in Samothracia: nunc precari tempus eſt, ut eius qui cochleare petit, diſtorqueantur & frangantur pedes, ne huc redire poſſit. In Samothracia fuerũt initia quædam, quæ ad certa pericula ꝓ- pulſandá conferre putabantur. Ibidem & Corybantum myſteria, & Hecates, & Zerinthum antrum, in quo canes immo labant. Qui autem ſacris illis initiati e- rant, ſe & ex ærumnis, & è tempeſtatibus euaſuros putabant.

*Samothracũ ſuperſtitio.*

*Canum immolatio.*

ἀλνήψας.) Ad tolerantiã exercens eos, qui iniurias accipiebant.

ἀλλ', ἡ παλαιή.) Neminem ille putabat ſe fortitudine ſuperaturum: & eò uſq; iam error eius inualuerat, ut habitu Achillis ſumpto, itaq́; conſcenſo equo in circo equeſtri ſuperbiret.

*Ardelios*

ἀλλ' ἦ.) Plato: At, poſt feſtum, quod a- iunt, uenimus, neglecta occaſione.

*Ceſſatio.*

ALLEGORIA, metaphora, cũ aliud ſcribitur, aliud intelligitur. Allegorica ſomnia, quæ alia per alia declarant: The orematica, ſic à contemplatione dicta, quæ id quod uiſum eſt, repręſentant.

*Somnia allegorica, Theorematica.*

*Nouum teſtamentum.* ἄλλη δόξα ἡλίου.) Alia eſt gloria Solis. Solem appellat nouũ Teſtamẽtũ, ut quod perfectum habeat lumen Solis iuſticiæ.

*Veritas.* ἀλήθεια.) Veritas eſt rerum diuinarum & humanarum dux.

*Sagra. Locrenſes Epizephyrij. Crotoniatæ.* ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ σάγρα.) Veriora quã quæ ad Sagram geſta ſunt. De reb. quæ ueræ cum ſint, non creduntur tamen. Sagra locus eſt Locridis. Locrenſes autem aiunt Epizephyrios bellum cum finitimis Crotoniatis gerentes, auxilia petiiſſe à Lacedæmoniis. Cum uerò illi ſe habere exercitum negaſſent, & Caſtorẽ ac Pollucem dare illis dicerent: Locrenſes è ſcommate augurio capto, naui auerſa precatos eſſe Geminos, ut nauigarent unà. Cum itaq; eodem die uiciſſent, eodemq; die uictoriæ ex Italia famæ, Spartam uſq; perlatę, primùm abrogata fuiſſet fides: re deniq; comperta, dici ſolitũ hoc de rebus ueris illis quidem, ſed non creditis: Veriora ſunt hæc igitur ijs quæ ad Sagram geſta ſunt.

*Amor ſapientiæ.* ἀληθινὸς ἔρως.) Verus amor, qui pulchritudine corporis nõ eſt attonitus. Vetus in eo philoſophiæ amor excitatur. Proinde omnib. terrenis uinculis abruptis, & omni honorum & pecuniæ ſpe conculcata, ſe confert ad Proclum.

*Honeſta uita, mors.* ἀλλ' ἤ.) Sophocles: Homini generoſo aut eſt honeſtè uiuendum, aut honeſtè moriendum. Omnem rem audiſti.

ἀλληλεσμένον βίον.) Vitam molitam: alij de ijs qui glandibus uictitant, accipiunt: alij de ijs qui facilimè agitant, ut intelligatur uictus paratus & promptus, copiæq; rerum neceſſariarum. Aliud prouerbium: Neq; enim ſpinæ, inquit, ſunt. Videtur autem refricare memoriam uitæ mutatę, quę agreſtis & ſpinoſa fuerit, priuſquam ratio terræ & ſationis haberetur. A' ſecuta igitur pòſt diligentiã, dictam eſſe uitam molitam.

Allelvia, ualet Hebraicè, Lauda te Dominum, aut, eum qui eſt.

ἄλλων.) Aliam exhaurimus, affluit alia. De iis quorum labor eſt irritus: ductum à nauis ſentina.

ἄλλων δρυῶν βαλανιζε.) Aliã excute quercum. De ijs qui ſubinde aliquid petunt, aut ab ijſdem perpetuò mutuò ſumunt. Eſt & aliud prouerbium: Satis quercûs. De iis qui cibis lautiorib. inuentis, faſtidiunt eos quibus non delectantur.

*Terra mariꝗ commutatio.* ἄλιξ.) Alex, nomẽ loci. Hic eſt Halipedum, uolutabrũ equorũ, planicies maritima, id qđ hactenus mare fuit: & rurſus in campũ mutatũ, aratro proſcinditur.

ἀλίβας.) Vel mortuus, uel fluuius apud inferos: uel acetum, quòd non libetur, cum ſit uinum mortuum. *Acetum.*

ἀλίβυις ζεῦγος.) Bigæ, ſeu iugales Olim Hamippi dicebantur equi duo, collo coniuncti, quorum alteri auriga, alteri armatus inſidebat.

Aligernes, propriũ nomẽ Gotti cuiuſdã, cuius ſagittæ ſtridore multo & incredibili celeritate ferebãtur: ut ſi in lapidẽ aliquẽ, aut aliquid aliud durũ & ſolidũ incidiſſent, id omne ui impetus rũperetur. Is igitur Romanũ quendã thoracatum cõſpicatus, è ſuperiore loco telo cõiectò, ſtatim uirũ cum ipſo thorace & ſcuto transfixit. adeò & robore cæteris præſtabat, & tam robuſtas ad trahendũ arcum manus habebat. Agathias. *Sagittarius.*

ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει.) Piſcator ictus ſapiẽ. Piſcator captos piſces manib. tractãs aliquãdo ictus: Sapiã, inquit. Prouerbiũ ſimile eſt illi, Factũ & ſtultus intelligit.

Halizones, Bithyni: quod terra eorũ eſt mari diſiuncta, & quaſi peninſula, Euxino Ponto & propontide inter uenientibus. Ephorus Halizonas habitaſſe ait intra Myſiã, Cariã, & Lydiã. Fortaſſis autem propter diuitiarum inſolentiam ſic dicti ſunt, quaſi ἀλαζόνες, arrogãtes & inſolentes.

Halimon, herba inſtar arboris, iuxta mare naſcẽs, quę & lac & ſemẽ gignit.

Alimvs. Vnde Alimuſius: municipium eſt Leontiæ tribus.

ἀλίπεδον.) Maricampus. Locus in quo olim mare fuit, ſurſusq; terra factus eſt.

ἀλίπλαγκτος.) Erromarinus. Sic appellatur Pan, ſiue ꝙ Athenienſib. in nauali prælio tulit opẽ: ſiue ꝙ Typhonẽ retib. cepit: ſiue ꝙ piſcatores Pana, ut paſtoralẽ deũ, uenerantur: ſiue ꝙ in choreis inſtar maris reboat: ſiue quòd Echonem amat (uocis imaginem.)

Halirothios, filius Neptuni. Et de Homero: Sacroſanctũ os Mundi uniuerſi Maritima, ô hoſpes, occulit arena.

ἅλις.) Satis aphyę. Diſtentus enim uẽter eſt edendo.

ἀλιτήριοι.) Vexeo dicebãtur, ꝙ cũ fame laboraretur Athenis, paupes molẽtiũ farinas diripuerũt. Ab obſeruatiõe eorũ q̧ molerẽt, factũ eſt uerbũ. Quî fieri potuit ne homo iſte mal⁹ q̧ſpiã geni⁹ exiſteret?

ἀλιτεῦ.) Nunc à quopiam deo, & animo conſcelerato hoc eſt ortum.

Althaea, genus agreſtis maluæ,

ſecun.

ſecundum medicos: quæ diſſipat & maturat tubera, purgat & alphos. Eius uerò ſemẽ lapides cõminuit. Eſt & nomen proprium, & urbs Olcadum, gentis Hiſpanicæ, quæ uicina eſt Carthagini, quã & nouam urbem uocant.

Althaenvs, nomen fluuij.

ἀλϑηφιάς.) Vitis Althephia, & Anthedonia, & Hyperia: ab Althephio, & Hypero, & Anthedone ſic appellata. Oraculum: Bibe uinum feculentũ, quia non habitas Anthedone, nec in ſacra Hyperea, ubi uinum defecatũ bibiſti. Alcamenes, nomen uiri Lemnij.

Alcanes Ephrajmiticæ tribus ciuis mediocris, cuius nomẽ in principio libri Regum * Hercanas ſcribitur, Harmathaim urbem incolens. Is cum duas haberet uxores, Annam & Phenennam, ex hac ſuſceperat liberos, illam uerò ſterilem conſtanter amabat. Alcanę aũt Siloam, qua in urbe tabernaculũ Dominõ fixum erat, cum uxoribus ad rem diuinã faciendam profectõ, & in conuiuio partes uxoribus & liberis diſtribuente: Anna liberos alteri aſſidere utrinq; conſpicata, in lachrymas erupit, orbitatemque ſuam & ſolitudinem deplorauit: mœſtitiaq; uiri conſolationem ſuperante, in tabernaculum abijt, ſupplicatura Domino, ut liberos largitus, matrem ſe faceret: pollicita ſe primum partum miniſterio diuino dedicaturam; qui uictus uſitata ratione non uſurus eſſet. Eli ſacerdos interuenit, & ut ebriã abire iuſſit. Illã uerò, aquã ſe bibere dicentem, & propter orbitatẽ mœſtam, ſupplicare Deo: bono animo eſſe iuſſit, quòd Deus ipſi filium daturus eſſet, quem illa Samuelem (quaſi Adeodatum, aut Deoptatũ dicas) appellauit.

Helcana.

Anna uotum.

Samuel.

ἀλκαία.) Logotheta in S. Marcelli uita: Draco ingenti magnitudine leonem cauda feriebat: Leo uerò, etſi dolebat, tamen arrecta cauda ſe ad ultionem incitabat.

Alcaevs, filius Herculis & Omphales, homo procerus & fortis, & ſtrenuus bellator.

Alcæus Athenienſis tragicus, quem nõnulli primũ tragicũ fuiſſe perhibent.

Alcæus Mitylenæus: deinde Athenienſis, comicus antiquæ Comœdię quintus, Micci filius, ſcripſit fabulas decem.

Alcetas, Moloſſorum rex: ſed & alius, tribunus Alexandri.

Alcides, ἀλκίως παῖς.) Hercules, nomine ab auo ducto. nam Alcei filius fuit Amphitryon.

ἀλκή.) Heſiodus:

*Vires Aeacidis dedit alti rector Olympi,*
*Mentem Amythaonidis, Atridis diuitiasq́.*

Polybius: Eloquentiæ uis & mortem cõtemnere ſolet.

Aeacidæ, Amythaonidæ.

Eloquentia.

Alcibiades, Clinię F. Periclis è ſorore nepos, Athenienſis philoſophus & orator: diſcipulus primũ Sophili, deinde Socratis, cui (ut quidã ferũt) in deliciis fuit. Sed & ſeruo natũ quidã tradiderũt. Is Athenienſiũ Imperator cũ fuiſſet, magiſtratũ ſibi abrogatũ moleſtè ferẽs, ob Mercuriales ſtatuas cõfractas, ad Tiſſaphernẽ Perſam defecit: belloq; aduerſus Athenienſes cõcitato, ijſdẽ reconciliatus eſt. Cęterũ Pharnabazo, apud quẽ diuerſabatur, eum occiſuro, in Phrygiæ pago, meretriculæ cõſuetudine utẽs, tale ſomniũ uidit. Putabat ſe ueſte amicę indutũ, cõburi abſq; capite. Itaq; ſatellites tabernaculo eius incẽſo egredi coactũ, in fuga uulnerant, & caput eius Pharnabazo afferunt. Hic olympię uictor, omnes eos qui ad ſpectaculum conuenerant, conuiuio excepit. Alius fuit Alcibiades huius proauus: quem, & paternum item auum, bis oſtraciſmo eiectum ait Lyſias.

Alcibiadis periturı ſomnium.

Alcibiadis proauus.

Alcidamas Eleates Aſianus, Dioclis F. eius qui Muſica ſcripſit, diſcipulus Gorgiæ Leontini.

Alcimachvs dux, ex Anagyrãſio municipio: alius uerò fuit Macedo, cuius meminit Hyperides.

Alcimenes Megarẽſis, tragicꝰ. Eſt & alius Alcimenes comicus, Athenienſis.

Alciphron philoſophus è Magneſia, quæ ad Mæandrum eſt.

Alcman Lacon (ἀπὸ μεσσόας) Meſſoates: ſecũdũ uerò Craterũ * Proontem, Lydus Sardianus, lyricus, filius Damantis, ſiue Titari. Vixit aũt 27 Olympiade, Ardie Halyattis patre in Lydia regnante. Cũ aũt eſſet magnus amator & ſeruili genere ortus ſcripſit carminũ libros 6, & * Naiades: primus autor, ne Hexametri ad lyrã canerentur. Vſus eſt aũt Dorica lingua ut Lacedęmonij. Eſt & aliꝰ Alcmã, unus è Lyricis, quẽ Meſſena genuit.

Alcmanicvm genus, quo crebrò uſus eſt Alcman, utrinq; uerbo inter nomẽ collocãdo. Vt & apud Homerum:

*Vndas quà Simois cõmiſcuit, atq; Scamãder.*

Alcmaeonidae, genus illuſtre, & ſplendida familia quædam Athenis, ab Alcmæone, qui Theſei tempore uixit:

 xit:

xit:nt Actæonidæ, ab Actæone:

ἀλκτῆρες.) diuinæ & deſideratæ amicitiæ cuſtodes.

Alcyonii dies, ſereni. De numero controuerſia eſt. Simonides enim in Quinquercionibus, undecim eos eſſe dicit, itemque Ariſtoteles in hiſtoria de Animalibus: Demagoras Samius VII. Philochorus IX. Fabulam aūt de ijs Heſander in Cōmentarijs ſic narrat: Alcyonei gigātis filias fuiſſe, Phthoniam, Anthen, Methonen, Alcippā, Palenen, Drimo, Aſteriā: quæ ſe poſt obitum patris de Canaſtræo, Pellenę promōtorio, in mare præcipitarint, & ab Amphitrite factæ ſint aues, Alcyones à patre cognominatæ. unde dies ſereni & tranquilli dicuntur Alcyonij.

Alcyonum genus.

ἅλμη.) Salſedo non ineſt illi. De homine inſuaui & inſulſo.

ἁλμυρὸν.) aqua ſalſa calidior eſt dulci.

ἀλογεῖν.) Falingis, arma & uiros bellicoſos negligere ſtatuit: ſed ſcortorū & ſcurrarum uti conſuetudine.

ἀλογιστία.) Polybius: Pleriq; refragabātur, quorū alij incogitantiā, alij inſaniam eſſe dicebāt, temere in acie uerſari, & uitā quaſi ꝑ ludū & iocū in diſcrimē adducere. Idē alibi: Humanū genus nō minus ꝑ incogitantiā, quā ꝓpter naturā peccat.

ἀλογίου δίκη.) Actio quæ in eos datur, q geſti magiſtratus rationē nō reddūt.

ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται.) Aliū noctua, cornix aliū ſonū edit. Prouerbiū in eos qui inter ſeſe nō conſentiunt.

ἄλογοι ἐρανισταί.) Sodales aut largitores qui portionē ſuā nondū cōtulerūt, ex ordine in orbem redeūte, cum nomina in ſtipe ſoluenda proferuntur.

Aloe, medicamenti genus, primo gradu calefaciens, tertio exiccās, amica ſtomacho, abſtergēs, & diſſipans, & aluū purgans. Lota uerò minus quidē abſtergit, ſed magis fouet ſtomachū.

Halones, parua inſula Aegei maris.

Inſomniæ pœna.

ἀλοώμενος.) Cicuri elephanto eū ſubiecerunt, ut metuens ne à beſtia cōcul caretur, ſomno abſtineret.

Alope, Cercyonis filia, è qua & Neptuno eſt natus Hippothoon: à quo tribus Hippothoontia nomen habet.

Pruſias.

ἀλλοπρόσαλλος.) Non modò timidus fuit Pruſias rex: ſed & in rebus aduerſis ab alio ad alium defecit.

ἄλλος βίος.) Alia uita, alia uictus ratio. Prouerbium, in eos qui uitam mutant in melius.

ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς.) Alter hic eſt Hercules. Prouerbiale, de ijs qui ni aliquid agunt. Primùm de Theſeo dictum, ſiue de Dactylorum Idæorum Hercule, ſiue de Alcumenæ filio accipiatur.

ἄλλοτε.) *Ipſa dies aliquando parens, aliquādo nouerca eſt.*) De ijs, quibus res aliàs ꝓſperæ ſunt, aliàs aduerſæ.

ἀλλότρια βάλλειν.) Aliena iācere. De ijs qui in ludenda alea aberrant.

ἀλλότριον.) Alienam meſſem metis. In eos qui rebus alienis fruuntur.

ἀλλ' οὐ γάρ.) Neq; enim eſt impudentib. naturā mulieribus quicquam peius ad omnia, niſi aliæ mulieres.

ἀλλ' οὐδέ.) At ego proſtratus non iacebo: hoc eſt, Non deſpondebo animū, nō me angoribus dedam.

ἀλλ' οὐδέ γ'.) At nec proloqui fas, quod factu eſt nefas.

ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἐν τῷ ποδὶ πρὸς τὴν λύραν ἁμαρτίαν.) At non propter pedis erratū ad lyram. Prouerbium, in eos qui alterius criminis rei aguntur, quàm quod ipſi defendunt.

ἀλλ' οὐ θέμις πλὴν τοῖς μαθηταῖς λέγειν.) At nefas eſt hæc cuiquam dicere, præterquā diſcipulis. Hoc perſtringendi & criminādi cauſa inſerit. Alienū eſt enim philoſophis celare & inuidere, cū eorū ſit liberaliter omnia cōmunicare.

ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ.) Vulpecula denuò nō capitur laqueo. &, Vulpecula ſemel in laqueum.

ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.) At nihil ineſt remedij annulo, nulla incantatio, contra ſycophantæ morſum. Qui amuleta uendūt, aliud ad aliud prodeſſe dicūt: & medicatū annulū appellāt, qui faſcinū & uenena propulſet: enim ſycophantæ morſus ſit ſerpentib. nocētior.

ἀλλ' οὐ λαχών.) Athenienſes literis ſortiebantur de decem tribubus, quarum primæ litera erat α, ſecundæ β: & ſic ordine uſq; ad κ. Nam cum decem eſſent tribus, deni deligebantur iudices. Cui ergo α obtigerat, is primus dicebatur, & reliqui eodem modo.

ἀγοῦ με.) Duc me hoſpes, ſiue ancillā, ſiue uxorem mauis. Euripides in Andromeda.

ἁλῷα.) Arealia, feſtū eſt Athenis, qđ ait Philochorus inde dictum eſſe, quòd homines tum in areis uerſentur: idq; celebrari menſe Decembri.

ἁλῶν ὁ φόρτος ὅθεν ἦλθεν, οὐδ' ἴσχ.) Sateina ſalis undę uenit eò abiit. In eos q ſuis facul-

facultatibus ipſi utuntur, nec de ijs quicquam alijs impertiunt.

Religio. ἀλῶναι.) Maximè cauens, ne periurij conuinceretur.

ἀλώνητον ἀνδράποδον.) Sale emptũ mancipium. De hominibus nihili, ac barbaris: quòd mercatores, ſale in mediterrànea importato, mancipia emebãt. Thraces item ſale mancipia uendebant.

ALOPECE, Municipium tribus Antiochiæ.

ἀλωπεκίζειν.) Vulpinari. De ijs qui fallere inſtituunt.

ALOPECONNESOS, Vrbs eſt Helleſpontiæ Cherſoneſi, ex Oraculo condita: quo iuſſi eſſent, quo in loco uulpinos catulos uidiſſent, eo in loco urbem condere. Aenum. Tradunt Aenum Thraciæ eſſe urbẽ, in quam Græci primùm Alopecõneſios habitatũ miſerint: deinde Mitylenis & Cumis habitatores acceſſierint.

ἀλώπηξ.) Vulpes munerib. non capit̃. De ijs qui nõ facilè munerib. flectuntur.

ἀλώπηξ.) Vulpecula bouẽ agitat. Prouerbium, de eis quæ nulla ratione eueniũt. κερδοῖ συνὤν γε κερδοσύνην προσδόκα: Vulpeculæ familiaritate utẽs, uulpinam calliditatem expecta.

ἄλλως.) Ad hæc quid dicitis, q Prouidentiã errare temerè, & eſſe fabulã dicitis? &: Cętera philoſophis & egẽtib. impțiebãt gratis, ob bonitatẽ & liberalitatẽ.

ἄλλως ᾄδεις.) Fruſtrà canis. De ijs qui fruſtrà laborant.

ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ.) Fruſtrà conſumis aquam. In eos qui fruſtrà ſtudẽt eloquentiæ. Translatum ab ijs, qui in iudicijs ad aquam dicebant.

Diligentia. ἁλωτόν.) Quicqd inueſtigat̃, capit̃: effugit, qđ negligit̃. Euripides: Ne unquã deprehẽdar in facinore, uel calamitate.

ALPES, mõtes lõgè porrecti, quos natura quaſi murũ Italię excitauit, altitudine nubes ſuperãre: itaq; lõgè ,ptẽſi, ut totã Italiã diſtinguant, uſq; ad eas quæ fauces dicũtur. Sunt & Alpes mõtes, q Gallos & * Aeluros ſeparant: ubi accidit, ut crebra caſtella eſſent, quo loco Gotthi ab antiquo habitãtes, excubias agebãt.

Sal & oleũ. ἁλσὶ διασμηχθεὶς ὀνατ' ἂν ὑγιεσί.) Hic ſale deterſus iuuari poſſet. In deliros: trãslatio ſumpta à fictilib. uaſis & uino. Sal enim inijcitur, ne facilè uappeſcat, aut aceſcat. Nã eos q præ ebrietate quaſi deſipiũt, pfundere ſolem⁹ oleo ſale miſto. Nec utres tantũ ſic deterſi iuuantur, ſed & deliri meli⁹ habere incipiũt. Significatur aũt, hominẽ eſſe craſſũ, q uelut coriũ aruina inunctũ, extẽdi & molliri queat.

ἀλσίνη.) Herbæ gen⁹, refrigerãtis & humectãtis, cõſimiliter atq; helxine. Vnde ad feruores & inflammationes confert.

ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ὄναντο.) Alij laborarunt, alij fructum cœperunt. De ijs qui præter ſpem hæreditatem creuerunt.

ἀλλοίωσις.) Alteratio eſt, mutatio è ſpecificato in ſpecificatũ, eodẽ ſubiecto manente. ἀλλοίωσις. Cum autẽ paſſio bifariã dicatur; πάθος. ea quæ ad interitũ ducit, propriè dicitur paſſio & alteratio. Quæ uerò ad pfectionem, nõ propriè dicitur paſſio aut alteratio, ſed potius ortus ſeu generatio. γένεσις.

ἄλλοις μὲν γλῶττα, ἄλλοις δὲ γόμφοι.) Alijs lingua, alijs molares. Eo quòd alteri ſint loquaces, alteri uoraces.

ἀλυάττης.) Halyattes, Lydorũ rex, ut bello ſtrenuus: ſic adeò luxurioſ⁹, ut aliquãdo etiam ſororẽ ſuam ſtuprarit. Genuit autẽ Halyatten, qui adoleſcẽs fuit inſolens atq; intemperãs: ſed uir factus, tẽperantiſſimus & iuſtiſſimus & fortiſſimus euaſit. Correct. e pec cata adoleſcentiæ. Bellũ geſſit cũ Smyrnæis, urbẽq; cœpit. Smyrna. Hic genuit Crœſum. Bello autẽ Cariæ illato, ſuis denũciauit, ut exercitũ Sardis adducerent: atq; inter cæteros, Crœſo ẽt natu maximo filiorũ, & Adramyttij & Thebæi campi duci deſignato. Crœſus.

ἄλυτος.) *Male ſub fine ſenecta*
*Pauperies nobis membra uorans oritur.* Inops ſenectus.

ALPHA, Ab Hebræo Aleph. Sũt eñi ſacrę literę Abrahami inuẽtũ: quãuis aliter atq; aliter deluſi Gręci, ſibi eas adſcribãt. Abrahamus inuentor literarum.

ALPHEVS fluuius. Homer⁹: Latè per terrã Pyliã fluit. Hic ſtatim à fontib. occulit̃: & lõgo ſpacio ſub terra fluẽs, iuxta Lycoã Arcadiæ emergit. Nõ multũ autẽ à fontib. ad X ſtadia occultatus, rurſus exorit̃: ac deinceps Megalopolitanũ agrũ pfluens, initiò tenuis, deinde creſcit. & conſpicuè iam dictam regionẽ peruagatus, ad decẽ ſtadia, ad Lycoã puenit: iãq; Luſij aqs auctus, planè trãſiti neqt.

ALPHEVS fluuius Arcadicæ urbis, quæ ſita eſt ad Pelopõneſum: & per mare Adriaticũ penetrãs in mare Siculũ, & ſalſedine nulla infectus, in Sicilia inſula emergit ad fontẽ Arethuſam, quaſi eius amator. Arethuſa. Ar ita quidẽ iſte currit, quaſi Alpheũ ſpirãs: id eſt, adeò expeditè currit, ut Olympic⁹ curſor, à pręterfluẽte amne.

ἄμα.) Demoſthenes in oratione pro Oratoribus: Mors non eſt cordatis miſerabilis. Mors. Hæc enim à primo ſtatim ortu decreta eſt omnibus.

ἄμα δίδου καὶ λάμβανε.) Simul da & accipe. Prouerbium, in ingratos & infidos.

HAMADOCI duo fuerunt, pater & filius, q Philippo ſuppetias uenit in bello aduerſus Cerſobleptem.

ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον.) Dictum ac factum. Prouerbium, de rebus quæ citò ac ſubitò conficiuntur.

αὐτῆς ἀμάλλαις οἰστέα αὐτοῖς βάθροις.) Cũ ipſis frugibus. Prouerbiũ, in eos q internecione delentur: quaſi dicas, funditùs.

ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.) Simul ac miſeritũ eſt, occidit gratia. Prouerbiũ, in eos q beneficiorũ ſtatim obliuiſcũtur.

*Omnia ſunt ingrata: nihil feciſſe benignè, eſt.*

AMAZONIA ædes, quam Amazones condiderũt. Sic ſcribit Iſæus de conſecratione Amazonis. & Amazonũ cornu, locus Atticæ, ubi Theſeus Amazones ſuperauit. Sic & Cumæ dicebantur, ubi Amazones habitarunt.

AMAZONICVM, Bœotiæ locus: & Amazonia, Meſſapiæ urbs.

AMAZONES, feminea gẽs ad Thermodontẽ, quam nũc Sauromatidas aut Sauropatidas uocãt, à ueſcẽdis lacertis.

ἀμαθίσι.) Noctu agebat exercitũ, hoſtes ignaros eorum quæ agerentur, opprimere cupiens.

ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ, καὶ σαφέστερον. uel, σαφέστερόν μοι κἀμαθέστερον φράσον.

Rudius & planius mihi dicito.

AMATHVS, urbs Cypri antiquiſſima, ab Amathe Herculis filio, aut ab Amathuſa Cinyræ matre, in qua Adonis Oſiris colebatur: quẽ, quãuis Aegyptiũ genere, Phœnices & Cyprij ſibi uendicãt.

AMATHE, urbs Phœniciæ & Siciliæ.

AMALASYNTHA, uel Amalſuida, id eſt οὐρανοπλάτης, ἢ οὐρανόσοφος, cœleſti prædita ſapientia, mater Atalarichi, ſtudioſiſſima iuſticiæ, & uirago excellens: quandiu gubernauit urbẽ, neminem omniũ Romanorũ in corpore punijt, aut pecunia mulctauit: ac ne Gotthis quidẽ indulſit, ad eos uiolandos incitatis. Voluit & filium eo uictu, quo Romanorũ principes, uti: & Scholam literatoris frequẽtare iã coegit: tresq; ſenes è Gotthis delectos, quos omniũ prudẽtiſſimos & optimos eſſe norat, familiariter cũ Atalaricho uiuere iuſsit. Quæ Gotthis minimè placebãt, qui cupiditate iniurijs afficiẽdi populi, barbarico more, magis ab eo ſe regi uolebãt. *Barbari moderatum regimen ferre nequeunt.* Et cũ aliquando mater puero publicè delinquẽti, alapã impegiſſet: is lachrymis oppletus, inde in cõclaue uirile ſe cõtulit. quod cõſpicati Gotthi, grauiter ferebant: & Amalaſynthæ maledicẽtes, affirmabant, uelle eam puerum q̃ primùm è medio ſublatũ, ut ipſa marito alteri nupta, eſſet impij particeps. Itaq; cõgreſſi querebãtur, nec ſibi nec populo regẽ rectè educari. *Literæ & ſeuera educatio uidentur pugnare cum fortitudine.* Literas enim multũ à fortitudine abhorrere, & inſtitutionẽ ſenilẽ ad ignauiam & animi abiectionẽ plerunq; tendere. Oportere igitur eũ, qui in rebus gerẽdis audax, & illuſtris gloria futurus eſſet, magiſtrorum metu liberatũ, in armis exerceri: addentes, dũ flagellũ timeret, nunquã fore ut enſem aut haſtã contemnendã duceret. Itaq; Regina (inquiunt) Pædagogis iſtis ualere iuſſis, Atalaricho pueros familiares adiungito, qui eum, pari ætatis flore præditi, ad uirtutẽ, more patrio incitent. At Regina, non aſſenſit illa quidem: ſed metu inſidiarum ab illis, omnia conceſſit, quæ Barbari uoluerunt.

AMALTHEAE cornu. De copioſa, proſpera, feliciq; uitæ ratione: *ἀμαλθείας κέρας.*

*Hic ubi Amalthea uita eſt mihi diuite cornu.*

Amalthea enim nutrix Iouis: ab eo dicta, quòd non molliretur.

AMAN, regis Darij procurator, pollicitus eſt, ſe decies mille talenta regi collaturum, ſi Iudæos perdidiſſet. Quo impetrato, literæ omnibus gẽtibus ſcriptæ ſunt, ut uno die Iudæos omnes delerẽt. *Aman in crucem agitur, Mardochæo paratam.* Priuſquã uerò hæc conficerẽtur, Mardochæus per Eſtherẽ regi inſidias cõparatas detexit. Is igitur ſcriptis reuocatis, in crucẽ egit Amanẽ, Mardochæo ab illo paratam: plurimiq; ex inimicis à Iudæis ſunt occiſi, quib. ij dies feſti ac ſolennes ſunt.

AMMANITAE, Gens Nabatæorum Arabum, ab Ammano Lothi & filiæ minoris filio.

AMANVS mõs iuxta Ciliciã, à Tauro procedens: dictus Amanus ex eo, quod Oreſtes aſportata è Tauris Diana, unà cũ Iphigenia, in eo monte inſania liberatus eſt.

ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει.) Currus bouẽ trahit. Prouerbium, quando præſtantior à deteriore regitur:

*Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.*

ἀμαρτίδας.) Mulierũ peccata nõ modò in maritos recidũt, ſed liberos magis ẽt attingũt: q ob diuturnã cũ matribus cõſuetudinem, opinionẽ afferunt alijs, earum ſe fore ſimiles natura ac moribus. *Matrũ peccata recidunt in filios.*

ἀμαρυγαῖς.) Ariſtophanes. Quàm celeris eſt Muſarũ fama? inſtar impetus equorum. Verba enim alata ſunt. *Muſa alata.*

ἄμας

ἄμας ἀπήτων, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας.) Falces repetebā ego, illi uerò ligones negabāt. Prouerbiū, in eos q alia repetūt: alia ijs, à quib. repetunt, habere ſe negantib.

AMASIA, Vrbs Pontica, patria Strabonis, Stoici philoſophi.

*[Cyprus.]* AMASIS, primus mortaliū Cyprum ſubegit, tributo impoſito.

AMASTRIS, Vrbs Pōti, à Perſica muliere Amaſtride. Amaſtrianus, gentile.

*[Caſij.]* ἅμματα.) Nodi. In homines diſtortis ingenijs: à Peluſiotis, qui ad Caſium degūt, naturali arte nodos nectentibus, & plicas plicis cumulātibus. Epigramma.

*Aureus intactæ dirupit uincla puellæ,*
*Ferratis Danaes Iuppiter in thalamis.*

AMACHIVS, ſub Iuliano deſertore, ſiue tranſgreſſore, paruæ urbis Phrygiæ princeps, acer Ethnicæ religionis defenſor. *[Macedonius. Theodulus. Tatianus.]* Macedonius autē quidā, & Theodulus, & Tatianus, ſtudio Chriſtianiſmi incitati, cū tēpla aperirētur, noctu impetu in ædē facto, ſtatuas cōfringunt: eaq; de cauſa multos cruciatus & ſupplicia perpeſſi, tandē foco & cratati impoſiti, & igni uſtulati, fortitudinē ſuam declararūt: Si, inquiūt, Amachi aſsū deſideras, cōuerte nos in altera latera, ne ſemiaſſi palato tuo min⁹ ſapiamus. itaq; cōſumpti ſunt.

ἄμαχον κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.) Pindarus: Natura inſiti mores occultati nequeunt. Quiſq; ſuū opus repræſentare ſtudebat, cùm regem id incredibiliter urgere uiderent. Incredibili ſuperbia inflammatus, ſe iam eſſe hominem pœnitebat.

ἀμβάται.) Mors equorum non moleſta erat ſeſſoribus: comedebant eīm eos.

ἀμβλυώττειν.) Nec in adoleſcentia inſoleſcere, neq; in ſenectute torpeſcere.

ἀμβολία.) *Cum ſemel aſſuêris, ſemper ceſſatio creſcet.*

AMBRACIA, Theſprotiæ urbs eſt, in Ambracico ſinu: Corinthiorū colonia.

AMBROSIA, ſiccus cibus. Nectar, quaſi νέκταρ, potus deorū: illa ab immortalitate, hoc à cōferenda iuuētute dictū.

*Aſt hæc ambroſia gutta eſt, & nectaris almi.*

ἀμβρόσιον.) Fuit Amorum & Charitum illa puella, diuinum quoddam germen,

AMAEA perſecuta eſt Azeſiam: id eſt, Ceres Proſerpinā. De ijs qui longo tempore aliquid quærunt.

AMELIVS, Apamenſis philoſophus, diſcipulus [Plotini,] præceptor Porphyrij, æqualis Ammonij & Origenis.

ἀμετρί.) Qui placētas immoderatè edunt. Prouerbium.

ἀμηδεῖς.) *Aſt iras leni triſtes, neq; collige damna.*

ἀμειδητ@.) *Expertes riſus lemures Proſerpina quamuis. Sub terra moderaris.—*

AMIPSIAS, Athenienſis comicus.

AMEN, fideliter, uerè.

AMERIVM, Vrbs Italiæ: unde Amerinus.

ἀμησάμενος.) Multum nutricius planxit, aggeſto manibus multo puluere ſuper nubilum Andromaches caput.

ἀμήσαντος.) Nunquam in agro Corinthiaco meſſorem egit, nec unquā acerbæ paupertatis guſtum cepit.

ἀμήχανος.) Damaſcius: Deſiderio incredibili diuini afflatus, quaſi p diuinationem inuenienti ueritatē ſimilis erat.

ἄμμιγα.) Propter doctrinæ eruditionem, qua homo ſuauiſſimus ornabatur inter Muſas & Charites.

ἀμίλκας.) Hamilcar, qui & Phabeas, Carthaginenſium dux, ætate florens, robuſtoq; corpore: & (quod in re militari plurimùm ualet) eques optimus, & audaciſſimus. Huius Hamilcaris filiū fuiſſe tradunt Hannibalem, qui aliquot annis *[Hannibal.]* pòſt longo bello Italiam afflixit, maximumq; Romanis terrorem incuſſit.

AMNISVS, Cretæ fluuius.

ἀμνοκῶν.) Ariſtophanes, de Cleone, homine inquieto, & ſycophanta: obſeruas quis eiuis ſit ouillis moribus, & non improbus, & litium fugitans. Sunt enim qui ex ignauia & probitate morū mulctari malint, quàm ius ſuū perſequi. Tales igitur, inquit, Cleon perterritos metu negociorum, facilè exagitabat.

ἀμνοὶ τοὺς τρόπους.) Agninis moribus homines: id eſt, placidi, ſimplices, probi, ut agni: aut etiam molles.

ἄμμον μετρεῖν.) Arenā metiri. De rebus inanibus & quæ fieri nequeunt.

AMORRAEVS, Seō rex Amorræorū.

AMVS Aegyptius, adoleſcens uxorē ducere recuſabat. *[Caſtum coniugium & ſanctum diuortium.]* Cum autē è cognatis quidam urgerent, ne coniugiū deſpiceret, ſed uxorē duceret: obtēperat, & init matrimonium: multiſq; monitis uirgini perſuadet, ut ante cōgreſſum, uitæ mundanæ renunciaret. Quod ambo cum feciſſent, in Nitriç montē ſeceſſerūt: & exiguo tēpore unà exercitati, pòſt ſeorſim idem fecerunt. Huius Ami animū in cœlum recipi, uidit Antonius. *[Antonius Ami animū in cœlum recipi uidit.]* Idem Amus, nunquam ſe nudum uidit: Indecorū eſſe monacho dicens, uel ſuum ipſius corpus

pus conſpicere nudum. Fuit & alius monachus Didymus, qui cum XC uixiſſet annos, nullius hominis conſuetudine uſus fuit uſq; ad obitum.

*Didymus uerè monachus.*

ἄμυσοι.) Ariſtophanes: Muſis indignũ eſt, cõſpici poetam agreſtem & hirtum.

ἀμώμενοι.) Ariſtophanes: Alienas haſce ſpicas demetẽs, ligno alligatas ſiccat, & uẽdit. De Cleone, alienis fruẽte laborib.

HAMMON, Græcus ſiue Ethnicus deus. Ariſtophanes in Auib. Nos aues, ſumus uobis Hammon, Delphi, Dodona, Phœbꝰ Apollo, hęc oracula. Primùm enim percontati auẽ, id eſt augurijs conſultis, ſic rem gerendam ſuſcipitote.

AMMONIANVS Grammaticus, Syriani cognatione ornatus, atq; etiã innata ſimilitudine tam morũ quàm corporis, & (ut ait Homerus) *Et ſpecie & magnitudine, & ſtatura proximè ad illũ accedens.* Nam & corpore pulchro proceroq́; fuit uterq;: acceſſit ſanitas, & robur nihilo inferius reliqua bonitate naturæ, tã totius quàm partiũ: & cõfirmatus fuit animus ad res optimas in utroq;. Sed Deo charior Syrianus, & germanꝰ philoſophus: alter uerò enarrationẽ poetarũ, & gręcę dictionis correctiõe artẽ occupatã diligebat. Hic Ammonianꝰ ille fuit, cui cõtigit aſinũ habere ſapientiæ auditorem.

*Aſinus quadrupes philoſophaſter.*

AMMONIVS philoſophus Alexandrinus, cognomento Saccas, profanus è Chriſtiano factus, ut ait Porphyrius, Ammonij Alexãdri diſcipulus, qui & in ſchola ſucceſſit Ariſtarcho *prius quàm monarchia potiretur Auguſtus.

AMONTIANVS, Romanus ſenator fuit.

AMORIES, Piſæi nothus filius.

AMORIVM & Amôros, urbs Phrygiæ maioris. Amorienſis, nomẽ patriũ.

ἀμπεχόμενος.) Itáne infelix bobus amiſſis, albam ueſtem induis?

ἀμπλάκημα.) Placet Stoicis, paria eſſe peccata. Nam ſi nec uerum uero, nec falſum falſo magis eſt quicquã: ita neq; fraus fraude, neq; peccatũ peccato maius eſt. Nã qui C ſtadijs Canobo abeſt, & qui uno, ex æquo Canobi nõ ſunt: ſic & maius & minus peccatũ æquè abſunt à rectè facto. Alij, quorum & Heraclides Tarſenſis eſt, imparia eſſe peccata dicũt.

*Stoicis cur paria ſint peccata.*

ἀμπλακών.) Verſus Ibyci ueniebat in mentem: Ne quo peccato in Deos admiſſo, honorẽ ab hominibus conſequeretur. Refertur autem Ibycia hęc ſententiola ad ſacerdotium.

ἀμπωτις.) Virum bonum & ſapiẽtem nihil eorum quę mirabilia uidentur, mirari decet: cuiuſmodi ſunt fœda barathra, quæ Charonia dicũtur, & maris æſtus, & calidarũ aquarũ fontes, & igniũ eruptiones. Neq; etiã in ſolitudine deget uir bonus & ſapiens, natura ſocietatis amans, & actuoſus.

*Nil mirandum.*

*Conuerſatio.*

ἀμοιϐῇ.) Gratia ſanctiſſimis illis reſpõdens moribus, ei relata eſt, cum fortuna ubiq; ſecundiſſima uteretur: nec in ullo, qđ gerẽdũ ſuſcepiſſet, uoti impos fieret.

ἀμοιϐὸν.) Pœnas dabis malis facinoribus conſentaneas.

ἀμοιρῆσαι.) Malus homo infelicẽ exigat uitam.

ἀμυγδαλῆ.) Morſu difficiles ſunt amygdalæ.

ἀμυνάδαις.) Cratinus in Pylæis: Inſtituit eos urbs, & publicis impenſis aluit, ad pubertatem uſq;, ut olim peſtem depellerent à patria.

*Patriæ gratia referenda.*

AMYNIAS, legatus Pharſalum profectus, ibique cum ſolis Peneſtis, quum apud Theſſalos ipſe Peneſta eſſet nullo minor, congreſſus eſt.

ἀμυνόμενοι.) Fuit hoc Romanis in more poſitum, cauere ne unquã iniuſta inferre arma uiderẽtur: ſed potius propulſare bella, nec niſi neceſſariò ſuſcipere. Vident & me & te, itaq; ſentiunt: me re ipſa malè tractatum, uerbis te ulciſci. &, Nomine Domini ſum eos ultus.

*Romanorũ cautio in bellis mouendis.*

ἀμύξεις.) Prouerbium: Ne ſpina quidẽ punget bonos. In Epigrammate:

*Sta, ſpeculare, tuum pectus ſine fruge laceſſe.*

AMYRIS inſanit. Prouerbiũ in cordatos dicitur. Is enim à Sybaritis oraculũ de Reipub. fortuna percontatũ miſſus, cũ Apollo reſpondiſſet, tũ perituros Sybaritas, cum homines pluris feciſſent q̃ Deos: cõſpicatus ſeruum ad ędem ſacrã flagris cædi, ac pòſt, cũ ad monumẽtum patris eius à quo cædebatur cõfugiſſet, abſolui: oraculo intellecto, poſſeſſionibus ſuis in pecuniã redactis, abijt in Peloponneſum. Quod igitur ratione fecerat Amyris, id Sybaritæ uniuerſi inſaniæ tribuerũt. Tandem uerò illa inſaniæ opinio in admirationem eſt conuerſa.

*Sybaritæ homines pluris facientes quàm deos.*

ἀμύσσειν.) Cũ è ſuo exercitu prodijſſet, coruꝰ dextro uiri brachio inſidet, aduerſus Gallũ in certamine ruens: tũ unguib. malas & faciẽ eius laniando, tũ alis oculos obtegẽdo, roſtroq́; cædẽdoq;, effecit, ut Valeriꝰ ſine diſcrimine uinceret: & uictoria, & cognomento Coruini auctus.

*Valerij coruus.*

ἀμυστὶ πιεῖν.) Strenuè bibere, uno ſcili-

cet

cet ſpiritu, & oculis nõ conniuentibus. Commodus Romanorũ Imperator certamine defatigatus, è poculo * uxoris ſuę dulce uinũ frigefactum, ſtrennè bibebat. Quapropter id quod in cõuiuijs ſo- *Commodi ſirenas.* let dici, omnes acclamarũt, ζήσειας, id eſt, uel Viuas, uel Vixeris: hoc eſt, excedas è uita. Itaque fieri poteſt, ut hoc qui dicit, nõ tam bene precetur, quàm execretur.

ἀμφίχανε.) *Aſt illos mors atra abſorbuit omnes.*

*Sophiſtæ.* ἀμφήκες.) Ariſtophanes in Nubibus: Qualẽ educaui filiam? Ancipiti lingua illuſtrem?

AMPHIBOLIA, dictio binas res, uel plures ſignificãs: quod ad uocẽ attinet, ut eadẽ pluribus de rebus intelligatur.

ἀμφίδοξον.) Hi uerò non cenſuerunt *Cautio.* anceps ſibi diſcrimen adeundum, cum ſine dubitatione poſſent uincere.

ἀμφιδρομία.) Quintus ab ortu infantis dies, quo manus purgant, quæ partũ adiuuerunt, & infantem curſim circum ædes ferunt. Dona itaq; cognati mittũt, polypodes plerunq;, & ſepias. Decimo uerò die nomen imponunt puero.

AMPHICTYONES, ex urbibus & populis ſelecti iudices. Fuit enim cõcilium Græcanicum ad Thermopylas. Sic antẽ dicti ſunt, uel ab Amphictyõe filio Deucalionis, uel quòd circũ Delphos habitarẽt. Qui cum rex eſſet, hos duodecim populos conuocauit: Iones, Dorienſes, Perrhœbos, Bœotios, Magnetes, Achęos, Phthiotas, * Molienſes, Dolopes, Amanes, Delphos, Phocenſes.

ἀμφωρκία.) Cũ accuſator & reus, furti aliquos criminantes, iurant. Quod cũ ſæpe fruſtra fieri animaduerſum eſſet, legem tulerũt Athenienſes, in eos qui aliquos in carcerẽ ob furti crimẽ conijecerent, ut conuicti M. drachmas ſoluerent. Sed & ij qui bona ciuium tanquã publicata proſcripſiſſent, calumniæ conuicti, tantidem & ipſi mulctabantur.

AMPHION uetuſtæ Muſicæ inuen- *Iuliani epiſtolæ.* tor, de quo Iulianus apoſtata in Epiſtola quadã ait: Et ocio abundas, & uales ingenio, & philoſophiã diligis, ut qui maximè. Quæ tria inter ſeſe coniuncta, uel *Ocium.* Amphionẽ efficere poſſent, uetuſtæ Mu- *Ingenium.* ſicæ inuentorem: tẽpus ſcilicet, Dei ſpi- *Studium.* ritus, amor canendorũ hymnorũ. Neq; enim inſtrumẽtorum penuria his obſtare ſolet. nam & hæc, trium illorum compos, inueniet. An non enim hunc ipſum accepimus, nõ harmonias modò, ſed ipſam præterea lyrã excogitaſſe, ſiue diuini ingenij ui, ſiue diuino quodam munere atq; inexplicabili adiumento? Atq; etiam ueterum pleriq; in tria hęc maximè uidentur intenti fuiſſe, ſeriò philoſophati, nec aliud quicquam requirentes.

AMPHIPOLIS, prius Acra dicta, & urbs Martis, & Eion, & Myrica, & Crademna, & Anadræmus, urbs Thracię, quõdam nouem uiæ. Aiunt autem Amphipolin dictam, quòd is locus circumcirca habitaretur: uel, quòd eã Strymon flumen ambit.

AMPHIS, Comicus Athenienſis.

AMPHISSA, Vrbs Locridis, ſic dicta, quòd maribus circundetur.

ἀμφισβήτησις.) Exteri dicunt: Controuerſia referatur ad iudicium: iudiciũ in argumẽta inquirat; inquiſitiò, quod æquum eſt, definiat: definitio ſcribatur: ſcripta confirmentur ipſis rebus: & omnis concertatio ſopiatur, & amicitia refloreſcat. Neq; enim temerè iudicandum eſt.

ἀμφίστομος φάλαγξ.) Acies ſic inſtructa, ut manipulorum ſemiſſis terga ſibi inuicem obuertat.

AMPHITRVO, Filius Alcæi.

ἀμφιφορῆα) Epigrãma: Quis me Baccho fictã amphoram? Quis me animoſi nectaris ſuſceptricem, Cerere impleuit? Quę eſt Bacchi aduerſus me inuidia? Nũ penuria ſua generis ſpicarum, utrunque probro affecit? Spoliatus enim eſt Bacchus, Ceres uerò cum ebrietate familiaritatem non contrahit.

ἀμφιφῶντες.) Placentarum genus, quę tum parabantur, cũ ſol manè & luna ſupra terram apparebant: ſeu quòd eas ferebant faculis ardẽtibus circumcirca infixis, ut tradit Apollodorus.

ἀμφοτεροδέξιος.) Ambidexter, qui læuã pro dextra habet, (ἀῤῥωστοτέραν, quid ſi ἐῤῥωστοτέραν, id eſt robuſtiorem?) infirmiorem eam habet.

ἀμφοτερόπλουν.) Cum quis nauticã uſuram facit, ea cõditione, ut debitor hinc illuc nauiget, & illinc huc.

ἄμφω.) Non una manu donans, ſed utraq;. De ijs qui benignè & affatim omnibus largiuntur.

ἀμφωτίδες.) Vſq; ad ambas aures. Prouerbium, de nimium repletis.

ἀμφοῖν ποδοῖν.) Vtroque pede: id eſt, omnibus uirib. Ariſtophanes: Auolamus è patria utriſq; pedibus: pro, utriſq; alis.

ἀναβολή.) Aelianus: Apollo & Iupiter biennium diſtulerunt Phalaridis interitum, *Phalaris.*

tum, eò quòd humaniter Charitonē & *Melanippm.* Melanippum tractaſſet.

*Chariton.* ANAGALLIS, Corcyræa illa grammatica, quę Sphæræ inuentionem *Nauſicaa ſphæra inuentrix.* Nauſicaæ Alcinoi filiæ aſcribit.

Anagallis, genus herbæ. Eſt autē duplex: utraque abſtergens, ui tepidā & attrahente prædita, ut feſtucas attrahat, & mucum narium expurget.

*ἀναγκαία τράπεζα.*) Vilis & inops mēſa. Et Sophocles ait: O' here Aiax, ſorte ineuitabili non ullum eſt maius hominibus malum. *Neceſſe natura.* Neceſſarium bifariam explicant: aliàs, ea quæ naturæ ordine conſequuntur: ut ſi ignem neceſſariò rutilum dicamus, & albū lac: Aliàs de eo quod neceſſariò fit: ut & hic neceſſariæ fortunæ uis dicitur.

*ἀναγκαῖόν ἐστι.*) Neceſſarium eſt, quòd, cum uerum ſit, falſitatem non admittit: aut, quamuis admittat, res externę tamē ei aduerſantur, quo minus ſit falſum: ueluti, Virtus prodeſt. Nō neceſſarium autem eſt, quod & uerum eſt, & falſum idē eſſe poteſt, rebus externis nihil aduerſantibus: ueluti, ambulat Diō. *Democriti atomi.* Democritus Abderites, nihil ex eo quod non ſit, naſci ait, aut in nihilū recidere: & atomos infinitos eſſe & numero & magnitudine, ac ferri in mundo rotatos, atq; ita omnia concreta gignere, ignem, aquam, aerem, terram. Nā & hæc eſſe ex atomis conſtituta, quæ propter firmitatem nec patiātur, nec mutētur. Cæterùm omnia gigni neceſſariò, uertigine ſeu rotatione atq; agitatione efficiente ut gignantur: *Neceſſitas.* quam neceſſitatem dicit. Sic autem ea quæ ſunt diuidit, uel ut ſint, uel ut neceſſariò ſint: ut, quòd homo eſt animal. Nam quod omni adeſt, & ſemper adeſt, id neceſſariò eſt. Aequè neceſſarium eſt, Deum ęternum eſſe. Alia contingenter. & horum ipſorum contingentium alia plerunq; fiunt: ut hominem quinq; digitis eſſe prædirū, & in ſenectute caneſcere. alia rarius: ut horum contraria, hominē quatuor aut ſex habere digitos (*nā in his hæc ita ſe habēt) aut ſenem hominem non caneſcere, aut nō peregrè abire, aut lauare, aut non.

*ἀνάγκη.*) In Epigrammate: Vide, ut docuerit neceſſitas ſapientiſſima, etiā Orci reperire effugium.

*ἀνάγκη οὐδὲ θεοὶ μάχονται.*) Neceſſitati ne Dij quidem repugnāt. Prouerbium monet, ijs quæ adſint, contentum eſſe oportere. Simile illi: Si carnes non adfuerint, in ſalſamentis acquieſcendum.

*ἀνάγκης ἄτρακτον.*) Neceſſitatis fuſum appellat legum tabulam.

*ἄναγνος.*) An nō quiuis impurus eſt, ſi mihi erit exulandum?

*ἀναγωγία.*) Hæc illi accidebant ex corrupta diſciplina, cū exercitum haberet ebrietate & licentia neglectū atq; pditū.

ANAGYRVS, municipiū eſt Erechtheiæ trib. cuiꝰ municeps Anagyraſius.

ANAGYRASIVS dæmon, & lucus Anagyri, in municipio Anagyraſiorum. *Luci uiolatio pœna.* Anagyraſius dæmon, quòd uicinum ſenem lucum ipſius excidentem ultus fuerit. Anagyri herois quidam lucum excidit. Ille uerò pellicem illius impulit, filiū eius ut deperiret. Quæ cum puero perſuadere concubitum nō poſſet, eum intentati ſtupri criminata eſt apud patrē. is eum priuauit oculis, & obſtruxit. Deinde pater ipſe ſe ſuſpendit, pellex uerò in puteum ſe præcipitauit. Hoc refert Hieronymus in cōmmētario de Tragœdiarum ſcriptoribus, Euripidis Phœnicem his comparans.

ANAGYRVS flos, qui tritus olet. unde prouerbium, Anagyrum moues: de ijs qui ipſi ſibi mala acceſſunt. Eſt autem ea ſtirps præſtans remedium, fœtidum & acre, calidę & diſſipantis facultatis. Semen uerò tenuius eſt, & uomitum ciet. Quidam Onagyrum dicunt.

*ἀνάδικα.*) Irrita faciens ob ſordes decreta iudiciorum.

*ἀναδρομαί.*) Aſcēdatur, ſed ſine lapſu. Verſus hic perpetuò in promptu habendus. Sic leui momēto maximæ res labaſcunt, ſine iudicio adminiſtratæ.

ANAZARBVS urbs Cilicię, ab Azarba conditorę. unde Anazarbenſis. Nerua Romanorum imperator, terræmotu collapſa Ciliciæ Diocæſarea, ſenatorem *Diocæſarea, Cyinda.* miſit Anazarbum nomine: qui eam inſtauratam, cum olim Cyinda diceretur, deinde Diocæſaria, dē ſuo nomine Anazarbum dixit.

*ἀναθέσθαι ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον οὐκ ἔστι.*) Antiphon in ſcripto de Prouidentia: Tranſponere uitam tanquam talum nō licet. hoc eſt: De integrò uitā inſtituere, anteactæ ætatis ratione improbata.

*ἀνάθημα.*) Petenti Pelopi donarium agnæ aureæ, ut eius loco alia reponeret, reſpondit Apollo: Quod uolo, dato: ne dato, quòd nolo.

*ἀνακαλούμενος.*) Studebat ille recolligere ſuorum beneuolentiam, & excitare ani-

re animos poſt acceptam cladem.

*ἀνακαλυπτήρια ἢ ἐπαύλια.*) Dona quæ dantur ſponſis, tum à marito, tum à domeſticis, tũ ab amicis, cùm primùm reteguntur, ut à uiris conſpiciantur.

ANACAEA, Municipiũ tribus Hippothoontiæ.

*ἀνάκαιον, ἢ ἀνώγεον.*) Carcer in quẽ cõijciebantur improbi ſerui, & liberti patronorum deſertores.

Epaphroditi bibliotheca.

*ἀνακεχωρηκότων.*) Epaphroditus Chæronenſis parauit XXX. M. librorum, eorumq; bonorum, & minimè uulgarium.

*ἀνάκειον.*) Mons, aut Caſtoris & Pollucis ædes, & *ἀνάκτορον* dicitur.

*ἀνακλητικὸν.*) Marcus Antoninus: Expectato dũ receptui canatur. Id eſt: facilè relinqro uitã, ut neq; iureiurãdo, neq; ullius hominis teſtimonio ſit opus.

*ἄνακοι.*) Caſtor & Pollux.

ANACREON Teius, lyricus, ſiue Scythini, ſiue Eumeli, ſiue Parthenij, ſiue Ariſtocriti filius: ſcripſit Elegias & iãbos Ionica dialecto. Vixit tẽpore Polycratis Samij tyrãni, Olympiade 52. Alij ſub Cyro & Cambyſe eum ſtatuunt, Olympiade 45. XXV. Pulſus Repub. propter Hiſtiæi motum, Abdera Thraciȩ urbem ſe contulit, uitam in amoribus exigens & puerorum, & mulierum, & carminum: ſcripſitq; uitioſa carmina, & Iambos, & quæ Anacreontia dicuntur.

ANACYNDARAXVS, Rex Nini, Perſicæ regionis.

Veſtitus obſeruatio.

*ἀναλαμβάνειν.*) Philoſophis curæ fuit, ueſtem etiam modeſtè induere: quiq; id negligerẽt, eos deridebãt. Plato in Theȩteto: Poſſunt illi quidem expeditè & ſcitè quoduis obire miniſterium: ſed ita ueſtem dextrè induere, ut eſt dignum ingenuis, ignorant: neq; etiam, harmonia orationis adhibita, occurrere Deo. Alexis de ueſte ſic inquit:

*Vnum exiſtimo hoc illiberale*
*Eſſe, ambulare incompoſitè in uijs,*
*Vnde nunquam bonus exiſtit finis.*
*Nihil enim nos * neq; per alios accipere decet*
*Honorem tribuentes. Fert autem utentibus*
*Gloria quendam cumulum, uidentibus uerò*
*uoluptatem,*
*Et ornamentum uitæ. Huiuſmodi præmium*
*Quis nõ paret, qui quidẽ ſapere ſe pfiteatur?*

*ἀναλαμβάνειν.*) ἑαλωκέναι πρὸ τῆς μάχης, Captum eſſe ante pugnam.

*ἀναλέγεσθαι.*) κρατεῖν ἐξ ἐφόδου τῶν πολεμίων, Prima coitione uincere hoſtes.

*ἀναλήψεσθαι.*) Profitebantur, eã ſe cladem uirtute in poſterum correcturos.

*ἀναλίσκειν.*) Ariſtophanes Pluto:

*Delector parſimonia, ut ſi quis alius:*
*Rurſus ſumptibus faciundis, cum eſt opus.*

*ἄναλκις.*) Non modò magnum diſcrimen uirum imbellem non admittit, ſed & uir magnus in nullum certamẽ paruũ deſcendit: ſed ubi alij fuga ſaluti ſuæ cõſulunt ex ignauia, ibi ipſe periculum intrepidus adit.

*ἀνάλογον.*) Proportio magnitudines inter ſeſe confert, de quibus idem auferri poteſt. Quæ proportionem inter ſeſe habent, ea etiam ſimilia ſunt inter ſeſe. Proportio.

*ἀνάλυσις.*) Definitio, eſt oratio, quæ per reſolutionem abſolutè effertur de definito, & ſummarim. Definitio.

*ἀνάλυσις.*) Modorum figuræ in figurã reſolutio. Reſolui enim dicuntur ſyllogiſmi compoſiti, cum ad ſimplices reducuntur, & ad ꝓpoſitiones, unde cõſtant. Hinc Ariſtotelis Analytica dicuntur.

*ἄναμμα.*) Ignita, & aſtra cætera quidã ali putãt: Solẽ magno mari, qui ſit tardũ quoddam incendium: Lunã uerò aqua dulci, quȩ ſit aere miſta, & terrȩ finitima.

*ἀναμαστώμενοι.*) Vix iudices inquiſitione adhibita rem cognouerunt.

*ἀναμαχόμενοι.*) At is eũ redire iuſſit, & acceptã cladẽ iterato prælio corrigere.

*ἀναμετρήσαιμι.*) Ne quãdo Rhegiũ nauiges: neq; magnũ illud mare trãſmittas.

*ἀνάμνησις.*) Recordatio eſt, phãtaſmatis ſeu uiſionis inuentio, quæ auſpicata ab animo, penetrat uſq; ad uita præditũ corpus. Recordati enim terroris alicuius obiecti nobis, expalleſcimus: & nauigationis recordati, nauſeamus. Ac quomodo dicimus in recordatione ab animo proficiſci motum? An quaſi non ille ipſe recordetur? ſed ut de ſenſibus dicimus? Motus enim profectus ab ijs quæ ſentiuntur, ad illud uſq; trãſit, in quo iudicandi & ſentiẽdi ſita eſt facultas. Is uerò ſpiritus eſt. Eodem modo & de recordatiõe dicimus, à ſpiritu, in quo animus & principium motus ſit, in recordatione fieri ſecus, quàm in ſenſu. Vbi enim deſinit ſenſus, ibi principiũ eſt recordationis, quæ eſt uiſi inuentio, cum exiſteret in ſpiritu. In eo enim uiſa exiſtunt, in quo & ſentiens anima eſt conſtituta. Ab his igitur quæ in ſpiritu ſunt, qui animæ ſedes eſt, reliquijs, quæ uiſa dicimus, reliquias è ſenſuum apprehenſionibus tenet. Ab his principium motionis in recordatione oritur. Repetens igitur uiſum, Obſcura & intricata de recordatione diſputatio.

quod prius habuit, hoc eſt, cũ qui prius fuit in ſpiritu locum, recordatur, & per quod inſtrumẽtum id ſentiebat. atq; ita afficit̃ corpus unà cũ ſenſus inſtrumẽto.

ἀναμοχλεύοντων.) Eos ui graſſantes & fores amoliẽtes, ecce dracones maximi repreſſerunt.

ἄνανος.) Ananus zelotas in templum cõcluſos, præſidio impoſito, obſidebat.

ἀνανταγώνιστος.) Impetum Romanorũ nemo ſuſtinere ac propulſare poterat.

ἄναντες.) Iucunda quidem & delectantia dicimus facilia & expedita: Moleſta uerò, ardua, aduerſa, difficilia.

ANAXAGORAS, Anaximenis Mileſij diſcipulus, uir doctus, Hegeſibuli filius, Clazomenius, cognomẽto MENS, quòd materiam & mentẽ rerum omniũ cuſtodem diceret. Hic ille eſt, qui Solem ignitã eſſe maſſam dixit: hoc eſt igneum lapidem. Pulſus eſt autẽ Athenis, quamuis Pericle patrono: & Lampſacum profectus, annos LXX natus, inedia ſibi necem cõſciuit. Fuit autem ab Athenienſibus in carcerem coniectus, ut qui nouam de Deo, hoc eſt de Sole, opinionẽ afferret. Idem Anaxagoras, in Olympijs, cum minimè plueret, uellere tectus ſtadium ingreſſus, tempeſtatem imminentẽ ſic prædicere uoluit: aliaq; multa prędixit. Hic patria Clazomeni⁹, agros ſuos gregibus & camelis depaſcendos reliquit. de quo Apollonius Tyanenſis dixit, eũ ouibus potius quàm hominibus fuiſſe philoſophatũ. At Thebanus Crates opes ſuas demerſit, ut nec pecudib. nec hominibus eſſent uſui.

*Mens. Materia. Sol. Exilium. Obitus. Carcer. Prædictio ners. Apollony dictetum. Crates.*

ANAXANDRIDES, Anaxãdri F. Rhodius è Camiro, in ludis Philippi Macedonis uerſat⁹ Olympiade CI. Vt alij tradũt, Colophoni⁹. Fabulas ſcripſit LXV, uicit X. Hic primus amores & ſtupra uirginum in ſcenam produxit.

*Amores & ſtupra.*

ANAXIBIVS, dux Lacedæmoniorũ.

ANAXILAS, comicus poeta.

ANAXIMANDER, Praxiadis F. Mileſius philoſophus: cognatus, diſcipulus, & ſucceſſor Thaleris: prim⁹ æquinoctiũ inuenit, & ſolſtitia, & horologia, & terrã in medio ſitã eſſe docuit. Inuenit & gnomonem, geometriæ deniq; compendiũ edocuit. Scripſit de natura rerum, terræ ambitum, de ſtellis fixis, Sphæram, & alia quædam.

*Anaximandri inuẽta.*

Anaximander, Anaximandri F. Mileſius, iunior, hiſtoricus, uixit temporibus Artaxerxis cognomento Memoris. Scripſit Symbolorum Pythagoricorũ enarrationẽ, cuiuſmodi eſt: Staterã ne tranſgrediaris, Ignem gladio ne fodito, de integro pane ueſci noli, & reliqua.

*Symbola Pythagorica.*

ANAXIMENES Euryſtrati F. Mileſius philoſophus, diſcipulus & ſucceſſor Anaximandri Mileſij, quidam & Parmenidæ tradiderunt. Vixit Olympiade LV. cum Cyrus Perſa Sardibus captis Crœſum regno euertit.

Anaximenes Ariſtoclis F. Lampſacenus orator, diſcipulus Diogenis Canis, & Zoili, Amphipolitani grãmatici, eius qui Homerum inſectatus eſt, præceptor Alexandri Macedonis, quem & in bellis eſt ſecutus. Hic regem Alexandrũ Lampſacenis iratum, quòd Perſis ſtuderent, & atrociſſima quæq; minitantem, legatus à Lampſacenis miſſus, ut quorum & uxores & liberi & patria periclitarentur, tali arte circumuẽnit. Nam cum Alexander, cauſa eius aduẽtus cognita, p Deos iuraſſet, ſe contraria precibus eius facturum: Anaximenes, Hoc (inquit) Rex beneficium in me conferto, ut uxores & liberos Lampſacenorũ ſub corona uendas, & templa incendas, & urbem ſolo æques. At Alexander cũ has preces nulla arte, nulla ſolertia, iureiurando obſtrictus, eludere poſſet, uel inuitus Lampſacenis pepercit. Vltus etiã eſt Theopompum Damoſtrati F. Anaximenes inimicum ſibi: non quidem incallidè, ſed maxima cum inuidia. Nam cũ rhetor eſſet, & rhetorum uerba imitaretur, librũ ſcripſit ad Athenienſes & Lacedæmonios, hiſtoria maledica exquiſitiſſimè expreſſa: inſcriptoq; Theopompi nomine, in eas urbes librum miſit. Vnde inimicitiæ aduerſus Theopompũ tota Græcia exarſerunt. Nemo etiã ante Anaximenem dictionem extemporalem inuenit.

*Solertia Anaximenis circumueniẽtis Alexander. Calumnia in Theopompum.*

Ἀναξιοπαθοῦντες.) Indignati Cretenſes, eum, quippe ex adulterio natum, non receperunt.

ANAXIPPVS comicus, poeta nouę Comœdię, floruit ſub Antigono, & Demetrio Poliorcete, id eſt urbium oppugnatore.

ἀνάπαυλαν.) Quis cupit uenire in quietẽ è malis, & negocijs? Proclamat Charon: Quis in obliuionis campum? τίς εἰς αὐαίνου λίθον; τίς εἰς ὄνου πόκας;) Quis ad Auæni (ſicci) lapidẽ? Quis ad aſini floccos? Hæc dicuntur de rebus inutilibus atque inanibus. Nec enim aſini flocci quicquã proſunt.

ἀναπειρηρίαν.) Hyperbolus à Comicis perſtringebatur ut indoctus & rudis. Verbis magiſtrorum habetur fides.

ἐπαγγέλλονται.) Profitētur, ſe malarnm artium curam ſuſcepturos: ut in quibus potiſſimùm elaborent.

ἀνάπηρος ψυχή.) Mutilatus animns, cæſus, non ſanus, ſed afflictus atq; inutilis.

ἀναπίπτειν.) Thucydides: Parua clade accepta, deficiunt. uel, cum uincuntur: minimè ceſſant & trepidant.

ἀναπλάκητοι.) Sophocles: Atroces comitantur calamitates, atq; ineuitabiles.

ἀναπόδοτος ἐστὶ δόσις ἡ δωρεά.) Donum eſt, pro quo nihil redditur.

ἀναπλεῖ.) Aelianus: Solus marinus ſcarus paſtum ruminat, ſicut & balātia quæ ruminant.

ἂν ἀπολῇς τοὺς ὤμους ὕδωρ πτίσσων, ὁμοίως ὕδωρ μένει.) Etiamſi aqua tundenda hnmeros perdideris, tamē aqua manebit. De ijs qui laborem inanem capiunt.

ἀναρρηθῆναι.) Alios ꝓclamari & coronari iubet: alios perēni ſupplicio affici.

ἀνάριστος.) Vtiq; impranſus tam longū diem durare nequeo.

ἀναρριχᾶσθαι.) Tenuibus & longis funiculis paratis, per eos, manibus annitēs, arrepet in cœlum.

*Tempus.* ἀναρίθμητος.) Sophocles: Vniuerſa longum & innumerabile tempus, tam obſcura illuſtrat, quàm illuſtria obſcurat. Heraclitus: *Heraclitus.*

*Vnus homo tricies mihi mille, ſed innumeri*
*Nullus: & in campo ſic loquor Elyſio.* (ſunt

ἀναρρῶσιν.) Franciſcæ copiæ impreſſione facta in Romanos, pedeſtrem exercitum propellunt, & terga dare cogūt. Menander. Cum Abares non conferti deſcenderēt: uiſum eſt ducibus ſtatim eos inuadere, & ita eorum deſcenſum retrò agere.

Δεινὰ ἅμ' ἕπονται κῆρες ἀναμπλάκητοι.) Sophocles. Se comitem coniungit ineluctabile fatum.

*Vocabulorum peruerſio.* ἀνασεσυρμένην.) Facetum, appellant uenuſtum: urbanum, ingenioſum: ineptū, ſimplicem & apertū. quibus conſequēs eſt, ut & auſterus exiſtimetur ruſticus, & iuſtns innrbanus, & immanſuetus.

*Auaricia. Indulgentia. Ignauia.* ANASTASIVS Romanorum Imperator, mutatus in deterius, nniuerſum imperium Ariſtocratiam effecit, magiſtratibus omnibus uendendis, & delinquentibus ignoſcendo, inexplebili pecuniæ auiditate incenſus. Vnde factum, ut prouinciæ militaribus catalogis exhauſtis, ꝓuinciales rebus inſuetis & peregrinis percellerētur. Neq; enim armis infeſtos Barbaros propulſabat, ſed pecunia ſubinde pacem redimebat. Ad hæc, in bona defunctorū inquirebat, & communem omnibus paupertatē donabat. *Largitiones è rapinis.* Quorum enim ipſe rem familiarem auferebat, ijs paulo pòſt, pietatis nomine diſtribuebat: & quarum urbium incolas nudabat, earum ædificia renouabat, nt & patriam ſtudioſè exornaret, tribusq; coronis circūdaret. Sub hoc Libycæ urbes grauiter ſunt afflictæ, ab ijs qui Lazici dicebantur. *Lazici Africæ compilatores.* Præfecerat enim his nepotem ex filia Marinum, hominem adoleſcentem, leuiſſimoq; præditū ingenio: *Marinus.* rurſusq; poſt illum Baſianum * filium. ** puerum, τὸν παῖδα.* Is uerò ſuis factis quouis modo ſuperioris prætoris Intemperijs ſuperatis, effecit ut priorem ſtatum deſiderarent, quāuis & neces & ademptas ſibi opes recordarentur. Ita, ſi dicere liceat, Marini cognati, eius freti beneuolētia, ſupra modum Afrorum & Aegyptiorum opibus ſunt diſtenti.

Anaſtaſius Silētiarius, pòſt factus Imperator, hæreticus: ſub quo fuit S. Theodoſius cœnobiarcha. *Theodoſius cœnobiarcha.* Is Imperator longum murum ſtruxit LX milliaribus ante urbem, à Septentrionali mari uerſus meridiem milliaribus L extentum, latitudine pedum XX. *Lōgus murus.* Propugnacula etiā Iuliani portui oppoſuit. Idem & magnū triclinium in Blachernis extruxit, quod & hodie Anaſtaſiacum dicitur: & ciſternam Mociſiam. Hic ſub Euphemio patriarcha Cōſtantinopolitano, cathedra parata, cum quibuſdam cœtus agitabat. Verùm Euphemius minitabundus ei dicit: Vt aut, ſi frequētaret eccleſiam, cum ea conſentiret: aut nequaquam eam, ad peruertēdos ſimpliciores, ingrederetur. *Euphemius patriarcha coheret Imperatorem.* Sin ſecus (inquit) feceris: reſecta rua coma, te in triumpho ducam coram populo. Ex eo tempore quieuit, felicis illius gloriæ cauſa retinendæ.

*Mors. Reſurrectio.* ἀνάστασις.) Cum mors cōtra naturam ingreſſa eſſet: reſurrectio ſecundum naturam ſucceſſit. Nam Protoplaſtus ante lapſum immortalis fuit. Dicitur autē reſurrectio, quòd plaſma peccato perditū, per iuſticiam inſtauratur. Nam ſi Adam in mādato perſeueraſſet, uinus permanſiſſet. Reſuſcitatio igitur eſt ſecunda ſtatio, & patientiæ diuinæ finis.

*Templi ſtolligo.* ἀναστήσας.) Hominē templo reductum quæſtionibns ſubiecit. &, Eam in templū

profugam educere non auſa fuit.

Dubitatio. ἀνάστροι.)Nūqd rectè uiuimus,& in luce? An uerò ſine Luna & aſtris nauigamus?

Perpetuò aerumnoſi. ἀνάπαι τάδε πάντα λέπαργε.) Hæc omnia tibi,candide taure,imponentur.Prouerbiū,in eos qui nec poſt labores relaxantur.Metaphora ſumpta eſt à bobus,q cū ab opere ſoluuntur, ſolent agricolæ robuſtiſſimo iugum & uaſa imponere.

ἀναπτυρβακώς.) Atiſtophanes : Vrbe noſtra uniuerſa perturbata.

ANATOLIVS, magiſter Theodoſij Imperatoris, homo ambirioſus: qui dū res conficere ſtudebat,pecuniæ parcere non ſoleret.

ἀνατραπέντες.) Vino affatim & imperitè hauſto, collapſi temerè iacebant ſinguli,& ut caſus tulerat.

ἀνάπει.) Perſuadere tu quidē mihi cupis,ſed nondum illud dicis.

ἄναυδος.) Nihil ego arcani dixerim.Ille pudore calamitatis lachrymis opplet⁹, reticebat,qd ſibi accidiſſet eloq ueritus.

ἀναυμαχίου ὄφλημα.) Quemadmodum deſertæ militiæ & aciei pœnæ erant: ſic & naualis prælij deſerti conuicti, & ipſi & eorum poſteri ignominioſi erant.

ἀνάφλυστος.)Municipiū Antiochiæ tribus. Quidā tñ hiſtorici, Anaphlyſti tanquam urbis meminerūt.Fuerūt aūt Anaphlyſtus & Sphettus,Trœzenis filij.

Concordia collegarū. ἀναφοραί.) Quod ab alterutro iuſſum fuiſſet, ab utroq; iuſſum uideri, ne ad alterum quicquam referretur.

ἀναφρονήσαντες.) Igitur pleriq; ad ſe reuerſi,uites ſuas expendebāt, mutabātq; ſententiam.

Gnyrus, Caduia. ANACHARSIS Gnyri F.Græca matre nat⁹,Scytha,philoſoph⁹, Caduiæ Scytharū regis frater.Verſibus ſcripſit leges Scytharū. De frugalitate humanæ uitæ uerſus DCCC. Hic & ancorā, & rotā figulinam inuenit.Vixit tēporibus Crœſi. Cum autē in Scythia Græcanico ritu ſacra faceret,fratris inſidijs eſt interfectus. Sed quidam eum tradūt extrema ætate, cum ad C uixiſſet annos,deceſſiſſe.

ἄνδιχα.) Sis apud deos Anacreon,gloria Ionum, nec abſq; iucundis cōuiuijs, neq; abſq; lyra.

ANDOCIDES, Athenienſis orator, unus è X illis principib. Leogori filius, ex poſteritate Telemachi, filij Vlyſſis & Nauſicaæ, autore Hellanico. Aeſchines contra Timarchum. Deinde Mercurium Andocydis dictum, nō Andocydis, ſed Aegeiæ trib. eſſe donariū. Et ipſū Andocydē in oratiōe de Initijs, Aegeiæ tribus id eſſe donariū dixiſſe. Duris itaq; temerè illum Andocydis eſſe dicit.

ἄνδρα.) Arrianus: Virū eſſe ꝓpter adoleſcentiā audacē, ob imperitiā rerū, uæcordē: ob robur corporis, & in acie decertādi temeritatē, uulgò gratū. Iam'ne grauiſſimarū quidē rerum conſilia inter paucos familiares capi,ſed coram omni multitudine. Qui uerò refragentur, eos uinciri, & uinctos nihilo minus ſequi. Tyrannicū imperium.

ἀνδραποδοκάπηλος.) Mancipia ſunt perfida, diuq; captant occaſionem à dominis aufugiēdi, & nouos atq; ignotos dominos inquirendi. Serui autem à Græcis ἀνδράποδα dicūtur, quaſi pedes uirorum: quod ſerui ſubiecti ſint dominis, ut pedes toti corpori. Seruilis ingenia.

ἀνδραποδώδης θρίξ.) Seruilis pilus. De fatuis. Plato: Seruiles adhuc pilos in animo gerēs, prę inſcitia. Fuit & tōſura quędam peculiaris ſeruorū, quam Athenis manumiſſi mutabant. Audiebantur hęc è multis in conuentu, uiris ñec moderatis affectibus, & (quod aiunt) ſeruilē adhuc pilum præ ſe ferentibus.

ἀνδράριον.) Mirari Gotthos, horrere illos homūcionē. (Vel, ſe mirari, Gothos horrere hom.) in thalamo obſeruātem, in umbra atq; delicijs enutritum, in quo prorſus nihil uiro dignū conſpiceretur. Effœminatus princeps.

ἀνδράχνη.) Portulaca herba refrigerās in tertio gradu, humectans ſecūdo. Itaq; fluxiones expellit, ſuaq; uiſcoſitate ſtuporem dentiū, è rebus acidis contractū, lenit. Ob conſtipationem autem, dyſenterias & hæmorrhagias iuuat. Dentiū ſtuporis remedium.

ἀνδρεῖος.) Qui fortitudinem, timorū continentiam dicit, errat.

ἀνδρεία.) Nō ciuilis illa uirtus, ſed maior hac, eodem nomine, quæ iracūdiam animi domat.

ἀνδριάντα γαργαλίζειν.) Statuā titillare. De ijs rebus dicitur, quæ fieri nō poſſūt.

ἀνδρικῶς.) Viriliter irruite, & utraqne maxilla tuburcinamini. Nullus enim, ô ærumnoſi, candidorum dentium uſus eſt, niſi aliquid mandant.

ἀνδρὶ Λυδῷ πράγματα οὐκ ἦν, ὁ δὲ ἐξελθὼν ἐπρίατο.) Lydo nihil erat negocij, ſed is ultrò emit. De ijs q ipſi mala ſibi acceſſūt.

ἀνδρὶ πεινῶντι κλέψαι ἀναγκαίως ἔχει.) Homini eſurienti furari neceſſe eſt. De ijs qni aliquid neceſſariò faciunt.

ἀνδρόγυνος καὶ ὁ Διόνυσος.) Etiam Bacchus eſt ſemiuir: ut qni & agat quæ uiri ſunt, & patiatur quæ mulieris.

AN-

ANDROCLIDES Synesij Lydi Philadelphiensis filius, tempote Potphyrij philoſophi docuit. Meminit enim eius in opere De ſui temporis doctoribus.

*Pro uno interfecto tres capti.*

ἀνδροληψία καὶ ἀνδρολήψιον.) Cũ homo Atheniensis extra Atticam perierat, & ij apud quos cædes perpetrata erat, facinoris ſuſpectum non dedebãt: lege permiſſum erat, tres illius urbis ciues perducere Athenas, cædis pœnas daturos. Demoſthenes in oratione cõtra Ariſtocratem: Ad hæc, ipſa lex, ſi neq; pœnas ij irrogarint, apud quos facinus perpetratũ fuerit, neq; ſontes dediderint: in eos uſque ad tres pignora capere iubet.

ANDROMACHVS Rhetor, Syrus, Neapolitan⁹, Zonç aut Sabini F. Nicomediæ docuit ſub Diocletiano impatore.

ἀνδρὸς γέροντ☉ ἀσταφὶς τὸ κράνιον.) Hominis ſenis uua paſſa eſt calua. Ex parte totum intelligitur. De ijs qui nullã ad rem ſunt idonei, eo quòd totum corpus ſit infirmũ. Et: ἀνδρὸς γέροντ☉ αἱ γνάθοι βακτηρίαι. Hominis ſenis maxillç ſunt baculi. De ijs qui in ſenectute multum comedunt. Et, ἀνδρὸς γέροντ☉ μὴ ποτ᾽ εἰς πυγὴν βλέπειν. Hominis ſenis nates intueri noli. De ijs qui ad quædam ſunt inutiles. &, ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντ☉ ἐκποδὼν φίλοι. Viri calamitoſi amici diffugiunt. De ijs qui ab amicis in reb. aduerſis deſerũtur.

ANDROTION; Andronis F. orator Athenienſis, & demagogus, diſcipulus Iſocratis.

ANDRON, fuit unus de CCCC.

** Antronius.*

*ANDRONIVS aſinus. De magnis & ignauis corporibus: quòd ibi permagni & ſegnes aſini naſcerentur.

ἀνδρωνῖτις.) Quod prouerbio dicitur, relicto uirili domicilio in gynæceum ſe comeſſatum contulit.

ἀναίμονες.) Logotheta de S. Daniele. Incruenta ſiti, hoc eſt, angelica. Nam ſanguinẽ angeli nõ habẽt: unde nec edunt.

ANAEA Vrbs Cariæ, ercgionè Sami, ab Anæa Amazone ſic dicta. Menelai Peripatetici, & Melanis hiſtorici patria. Vnde Anæus, & Anaites. Eſt & Phrygiæ urbs Anæa: unde Anæçus & Anæeus. Gaudent enim Phryges hac terminatione in εύς.

*Fœdus Punicum.*

ἀναιρεθεὶς.) Scipioni cũ Carthaginenſibus ita conuenerat, ut obſides darent, & elephantes ſuos, & triremes: ut neq; milites conſcriberent, neq; mercenarijs militibus uterentur, neq; aduerſus quẽquam, abſque conſenſu Romanorum, bellum ſuſciperent.

ἀναισίμου.) Mulieres ſuffocatũt, ne frumentum abſumerent.

ἀναίσχυντ☉.) Homo impudens, & ferreus. De ijs qui frontem perfricuerunt, & mores non mutant.

ἀνεβάλλετο.) Arrianus: Reliqui agri uaſtationem differebat, exiſtimans ceſſuros eſſe Athenienſes.

*Regibus uaticinari nõ tutum.*

ἀνέγνωσαν.) Herodotus: Coniectores crucibus affixit, qui ei perſuaſerant ne Cyrum occideret.

ἀνεδήσατο.) Is ea quç agẽda erant, rectè adminiſtrãs, multis uictorijs eſt ornat⁹.

ἀνεδίδοτο.) Is uerò conuocatis amicis, deliberandũ ꝓpoſuit, q̄d agendũ eſſet?

ἀνέμβατ☉.) γυιοβόροις βελέεσσιν ἀνέμβατ☉ ὁ πρὶν ἐρώτων. Membriuoris telis imperuius antea Amorum.

ἀνέλπιστον βίον.) Vitam ſpei expertẽ, pulcherrimã dicũt Athenienſes: in qua nõ à ſpe pẽdemus, ſed bonis paratis fruimur.

*Ventiſopij.*

ἀνεμοκοῖται.) Qui uẽtos ſopiunt: cuiuſmodi familiam Corinthi fuiſſe tradunt.

ἀνέμου πεδίον.) Venti campus. De hominibus inconſtantibus, & leuibus.

ἀνέμους γεωργεῖς.) Ventos excolis. De ijs qui nullũ ſui laboris fructum capiũt. nam uentus quidem omnia producit, & auget: nihil autem aufert niſi paleas, nullius prætetea rei particeps.

ἀνέμῳ διαλέγῃ.) Vento loqueris. De ijs qui non exaudiuntur.

ἀνέμων στάσεις.) Populares non modò uentorũ, ſecundũ ꝓuerbiũ, ſtatiões, ſed & ſuorũ hominũ mores optimè norũt.

ἀνεμώνη.) Herba, cuius duo ſunt genera, ſylueſtris & hortenſis: & hæc quidem fert florem rubrum, illá uerò puniceum. Vtraq; autem uim habet acrem, abſtergentem, attrahentem & aperientẽ. Itaq; & phlegma prouocant, & lepras remouent adhibitæ, & lac detrahũt (ꝓuocãt.)

*Securitas periculoſa.*

ἀνεννόητον.) Non temerè agendũ in uita, quaſi ludas aleã, nulla pugnæ cogitatiõe ſuſcepta, aut barbaricç neceſſitatis.

ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι.) Patẽt Muſarũ fores. De ijs q alacriter uel imptiunt, uel accipiũt pulcherrimã quamq; doctrinã.

ἀνεπίδικα.) In eorũ qui teſtamenta nõ fecerunt hæreditatẽ agere, ſinit lex genere proximos: & in bona, quæ aliquis aut filius, aut nepos defuncti ſibi uendicat.

ἀνεπισήμαντον.) Indecorum fuerit, Haſdrubalem, uirum fortem, nõ prædicare:

*Libertas.*

ἀνεπιστάθμευτους.) Polybius: Permittere Philippum regem, ut Thaſij neque præ-

 ſidio

ſidio teneantur, neque tributa pendant, neq; præfectos habeant.

ἀνεπισκέπτητον.) Nõ decet huiuſmodi rẽs inconſideratas præterire.

Initiatio. ἀνεπόπτευτον.) Demetrio peculiare qddam præter cæteros contigit, ut ſolus & initiaretur ſimul, & arcana intueretur, & præfinitum tempus à maioribus nõ obſeruaret.

ἀνεπτεροῦτο.) Cratinus: Animo eſſe uolatico: hoc eſt, in bonam ſpem erecto.

ἀνερίνας(ος.) Incaprificatus. Prouerbiũ, in eos q ea quæ cœperint, nõ cõſeruãt.

ἀνερρίφθω.) Iacta eſt alea: hoc eſt, diſcrimen aditum.

αἱ ἀράχναι ὑφαίνουσι καὶ τὰς ἐναερίους ὁδούς.) Araneæ telas ſuas etiam in aere texunt.

ἀνέρρωσε.) Nicanor ægrotauit, ſed Deus ſæpe eum confirmauit.

Ex metu pœnæ rebellio. ἀνέσειον.) Cretenſes pœnam metuentes, populũ incitabant: hortãtes, ut libertatem ab omni æuo traditam retinerẽt.

Abari. ἀνεσόβησαν.) Abari duris & tumidis animis ꝑditi, cõtẽtiões inter ſeſe excitarũt.

ἄνευ ξύλου μὴ βαδίζων.) Sine baculo nõ ambulans. De Cleomene duce Athenienſium, qui præter mala cætera, inſaniam quoq; ſimulabat. Nam cum ſe ciuibus inuiſum eſſe ſciret: baculum ferẽs ambulabat, quo propulſaret eos, à quibus impeteretur.

ἀνέφερεν.) Partim metu exanimatus, partim diuino mandato confirmatus.

Deo placens ilum. ἀνέφερεν.) Non ad popularem atq; inanẽ gloriã, uitã ſuã referebat: ſed omnia Deo mandãs, illius nutu agebat omnia.

ἀνεφρόνησε.) Cum ad ſe rediiſſet, ac facinus reputaret, & ſacrilegiũ conſideraret, duplices illi cogitationes ſubibant.

ἀνέχει.) Thucydides: Copiæ pecuniæ bella ſuſtentant.

ἀνέχει.) Laborum tolerantiſſimus, ac duræ uitæ atq; aſperæ aſſuetus.

ἀνέχομαι.) Nõ fero ſolem nudo capite. Fero tuam audaciam. Medicus fœtorẽ tolerat. Falſam orationẽ non ferebat.

Oraculum bello Xerxis datum Athenienſibus. ἀνεῖλεν.) Lacedemonij muniebãt iſthmum. Athenienſes uerò percontantes oraculum, Apollo primùm fugere iuſſit, atq; inſtantibus reſpondit:

*Murum Mineruæ ligneum dat latè proſpiciens Iupiter: qui ſolus ſit inexpugnabilis, teq; liberosq; tuos defendat. Neq; uerò tu equitatum expectato, & pedeſtrẽ, qui eſt magnus, ex Aſia exercitum quietus: ſed recedito, tergo obuerſo. Nam aliquando etiam aduerſus eris. O' diuina Salamis: tu uerò perdes filios mulierum, uidelicet cũ Ceres diſſipatur, aut congregatur.*

Themiſtoc deamore priuatio. Hæc enarrauit Themiſtocles Neoclis filius (qui propter profuſionem (uel licentiam) libertatem abdicatus fuit) hoc modo: Murum ligneum eſſe naues: Salaminem uerò Apollinem non dicturum fuiſſe diuinam, ſi liberos Græcorum perditura eſſet: ſuaſitq;, ut iuxta Salaminem claſſe pugnarẽt. Proptereaq; ſapiens eſt appellatus, & Imperator deſignat⁹. Vtq; inimicitias, quę cum Aeginetis intercederent, deponerent: & urbe relicta, uxores atq; liberos Trœzeniorum & Aeginetarum fidei cõmitterent, monuit. Alibi. Miſerunt Spartani conſultum Oraculum, indignationẽ numinis placare cupientes. quibus ſic Apollo reſpõdit: *Parem equidẽ & Delum & Calauriam ſtatuo. Et Pythonem diuinam; & Tænarum uentoſam.* ἀνειλεῖν autem pro uaticinari capitur, ſiue quòd ſupernè accipiat ſpiritum, & impleatur Deo uates: ſiue quòd tollatur ignorantia. Idem uerbũ & de interfectione uſurpamus, ſiue quòd ſupernè capiatur ſpiritus uiri, qui in ꝓfundo eſt: ſiue ex contrario, ꝙ cognitio tollatur.

ἀνερύσω.) Si me ut è morbo eripuiſti, ſic etiam ex inuiſa paupertate liberaueris: capellam tibi immolabo.

Narſes. ἀνεῖτο.) Cũ Narſes Italiæ dux in omnibus prudẽtia magnificentiam temperaret, eiusq; prudentiæ Roma eſſet particeps, totusq; penderet à Deo, neq; tamẽ idcirco ad iniuriã declinaret: ſtatim flumen cum * exercitu traiecit.

ἀνεῖχε.) Charietton, qui prius etiã *clarus eſſet, atq; inuictus, & inſigni audacia terribilis, omnes latrocinio prohibuit. * φοβερὰ, formidabilis.

ANETHVM, genus herbæ, qua in cõdimentis utuntur.

ἀνήκει.) Dicendi facultate non ita quidem excellentes, ut magnum quiddam & ſplendidum per eam ad alliciendam multitudinem præſtare poſſent: ſed frugalitate uitæ, & morum ad moderationem conformatione, magna prędicti autoritate, non exiguas turbas hi quoque ſibi aſciſcebant. Vitæ ſanctimonia potior uerbis.

Illiteratus princeps. ἀνήκοος.) Liberalis inſtitutionis, & doctrinæ rudis. Nã dum ſcholam frequentaret, nihil aliud didicerat, niſi literas, easq; malas malè pingere.

αἰ ἡ λεοντῆ μὴ ἐξικνῆται, πρόσαψον καὶ τὴν ἀλωπεκῆν.) Si leonina pellis non ſuffecerit, etiam uulpinam aſſuito. Senſus eſt: Si aperto Marte uim propulſare nequiueris

ris,calliditate utere.Et Homerus:

*Siue dolo,ſeu ui uel apertè confice, uel clam.*

*ἀνήνασθαι.*)Homerus *αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι.* Veriti quidē ſunt negare,ſed & polliceri non auſi.

*ἀνὴρ δ' ὁ φεύγων οὐ μένει λύρας κτύπον.*) Vir fugiens non expectat lyræ ſtrepitū.Prouerbium, de ijs quibus celeriter omnia conficienda ſunt.

*Lucullus. Pompeius.*

*ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφέρει.*) Vir uiro præſtat. nam Luculli exercitu,crebras mouente ſeditiones: Pompeius accepto milites dicto andientes habuit.

*ἀνὴρ ἔοικε ναῦς ἱκετεύειν πέτραν.*)Perinde facit homo,ac ſi nauis rupi ſupplicaret. De ſtupidis prouerbiū dicitur:metaphora ſumpta à naui, quæ ſcopulo alliditur.

*Haſdrubal. Barca.*

*ἀνίβας.*) Carthaginenſes ducem deſignarunt Haſdrubalem,Barcæ generū. Is uerò nō ita multo pòſt arte imperatoria factum celebrem Barcæ filiū, uxoris ſuæ fratrem,in Hiſpaniis adoleſcentem cum haberet,belli amantem, & exercitui charum,ſibi legauit. Magnam itaq; partem Hiſpaniæ ad ſe traduxit, cum & eloquentia polleret,& adoleſcēre ad ea quę uim poſtulabant,uteretur. Erat autem natura bellicoſus Hannibal,& ſemper inquierus. Tādem deliciis deditus fuit inſuetis,& amicam habuit homo agreſtis.Statim itaq; paulatim illi uertebantur omnia. Tradit & Polybius,Hannibalē,adoleſcentem quidem fuiſſe: ſed impetu militari plenum, conſiliis pollentem, iam olim ad Romanorū inimicitias incitatum.Hannibali ab Ammone prędictum tradunt,eum mortuum terra Libyſſa tectum iri.Is itaq; ſpem conceperat,ſe Romano imperio euerſo,in Libya deceſſurum.Sed cum Flaminius, Romanorum imperator,eum comprehendere uiuum ſtuderet:ſupplex ad Pruſiam cōfugit: ab eoque repulſus, dum in equum inſilit, ſtricto enſe digitum uulnerat. Stadia uerò non multa progreſſum,& febris inuadit ex uulnere,& mors occupat. Locum autem,in quo mortuus eſt,Nicomedēſes Libyſſam uocabāt. Athenienſes etiā oraculo Dodonæo iuſſi fuerunt Siciliā condere Neque procul ab ipſa urbe tumulus eſt Sicilia,non magnus. At illi, uerbo non intellecto,longinquas expeditiones & Syracuſanum bellum ſuſceperunt.Mirabili quodam & ad imperandum nato uirum eum fuiſſe ingenio, & in gerendis rebus multum aliis præſtitiſſe,illud argumento maximo eſt,quòd

*Hannibal. Deliciis eneruata uirtus. Polybius. Hammonis oraculum. Ambigua oracula. Sicilia. Sicilia. Ingenium Hannibalis mirabile.*

XVII annis ſub dio exactis,plurimasq; gentes,easque barbaras peruagatus, & plurimis peregrinis auxilius uſus ad deſperatos & inopinatos conatus,à nemine ultrò deſertus eſt eorum, qui ſemel ad eum ſe contulerant, deditionemque fecerant.* id quod etiam nunc uiget. Idem Hannibal magnitudinē ſuæ de Romanis uictoriæ, & hoſtium calamitatis ob oculos ponere ſtudens,tres medimnos Atticos,aureis annulis plenos,in Libyam miſit, quos equeſtris & Senatorij ordinis uiris inter legendum ſpolia detraxerat. Quidam Carthaginenſes ab Hannibale ad hoſtilem exercitum explorādum miſſi,à Romanis excepti fuerūt. Quos ad ſe perductos,Publius nullo incommodo affecit: ſed circuire iuſſos exercitū, cœnatosq; dimiſit incolumes; Hannibali renūciaturos, quæ ratio eſſet exercitus Romani.

*Victoria Cannenſis. Scipionis fiducia.*

*ἀνιδρωτί.*) Abſq; ſudore ad prandium nō ueniebant Cyri milites: quo & ſuauius cibū caperent,& rectius ualerent. *Labor ante cibum.*

*ἀνίει.*)Nec à quæritādo deſiſtebat, nec accipiendo ſatiabatur. *ἀπληστία.*

ANNICERIS,Cyrenæus philoſophus,Epicureus fuit, quamuis Parabatæ diſcipulus,qui Ariſtippū audierat.Fuit Anniceridi etiā frater,Nicoteles nomine,philoſophus, cui⁹ diſcipulus illuſtris fuit Poſidonius. Ab hoc ſecta Anniceria dicitur.Fuit autē * ſub Alexandro.

*Epicurus. Parabates. Nicoteles. Poſidonius.*

*ἀνίπτοις ποσίν.*)Illotis pedibus tectū conſcendens: hoc eſt, ſine ulla cura & præparatione. Prouerbium, in eos qui inſcitè ad opera & actiones aliquas accedunt.Homerus:

*Illotis pedibusq; & humi recubantes.*

*ἄνισον.*)Sciendum, quædam contraria; priuatione alterius dici:uelut impar, cōtrarium quidem eſt pari, ſed nomen priuans.neq; enim ſuam quandam naturā ſignificat:quemadmodū malum, quod eſt bono contrarium:ſed negationē cōtrarij in eo,quod utrunque recipere ſolet,ſignificat. Impar enim non par eſt in magnitudine, quę paritatem ſolet recipere.Eodemque modo diſſimile, in ijs quæ ſimilitudinem recipiunt. Tale quiddam igitur eſt priuatio. Negatio enim in ijs eſt, quæ habitum admittere poſſunt:non tamen prorſus priuatio eſt diſſimile,ſed contrarium,illud pari,hoc ſimili. Differunt autem à priuationibus propriè dictis,quòd à priuatione reuerſio non eſt ad habitū; hæc uerò mutari

*Cōtraria priuantia. Priuatio. Negatio.*

poſſunt in oppoſita. Nam & impar fieri poteſt par:& diſſimile,ſimile.

*αἰθημιδῶν.)* Lucus hic, ô Diana,etiam Gratijs currentib. poſſit in floribus ſymbola leuia collocare.

*Violatus præco.*

ANTHEMOCRITVS, Athenienſis præco à Megarenſibus interfectus, cum eis ſacræ terrę cultura interdiceret. Iſęus in Oratione aduerſus Calydonem: Balneum iuxta ſtatuam Anthemocriti, hoc eſt,ad portam Audacem.

ANTHEMVS,urbs Macedonica. Eſt & Syriæ urbs.

*αἰθίμων.)* Zeuxis pictor in æde Veneris Cupidlnem pinxit elegantiſſimum, roſis coronatum.

*Grues ſolertia.*

*αἰθ' ἕρματος.)* Grues uolantes in ore ferunt calculos, firmandi ſui cauſa, ne à uentis aliò rapiantur.

HERMIONE, Peloponeſi oppidum eſt,Cereris & Proſerpinæ aſylũ, ubi ſupplices defenſionem habent.

*ἀνθεστηριών.)* Octauus menſis apud Athenienſes, Baccho ſacer:quem ſic dictũ ferunt, quòd tum pleraq; terra naſcentia * defloreſcant.

*ἄνθεια ἢ ἄντεια.)* Nomen urbis, & meretricis,& epitheton Iunonis.

ANTHEDON, urbs Bœotiæ, unde Anthedonium uinũ. Homerus: & urbs prope Gazam,unde Anthedonites.

*—Extremamq; Anthedona.*

*ἀνθηρά.)* Xenophon: In Muſicis nona & florida placent. Aues * utiles & floridas in ædibus alimus: non floridas comedimus. Ariſtophanes: Vidiſti ô cũcta ciuitas,cordatũ uirum, præſtanti ſapientia, quẽadmodũ icto fœdere,poſſit merces uendere:quarũ aliæ domi ſunt utiles alias deuorare tepidas decet.

*Phalanx Macedonica.*

*ἀνθομολογησόμεθα.)* At ille coram quibuſdam Romæ poſt hæc confeſſus eſt,ſe nihil uidiſſe terribilius atq; atrocius phalange Macedonica.

*ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς ἦσαν.)* Carbones theſaurus erãt. Prouerbium, in eos qui bona ſperant, ſed ijs rebus affliguntur, unde bona expectabant.

*Explicatio ſomnij.*

*ἄνθρακι βαίνειν ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.)* Per carbones incedere, ſignificat damnum ab inimicis. ὀνειροκριτικόν.

*ἀνθρώπινον.)* Meretricẽ quibuſdã perſequentibus in caſam confugiſſe, quam ille humanitatis cauſa ſuſceperit.

*Felicitas inſolens, Calamitas diligens.*

*ἀνθρωπίνως.)* Polybius: Atq; accidit, ut in rebus ſecundis humaniter uti poteſtate non poſſent: in aduerſis autem cauti eſſent,atque prudentes.

*Dæmones in corporibus humanis.*

*ἀνθρωποδαίμονες.)* Dæmones cũ eſſent, humanũ corpus ſubierũt: factiq; anthropodæmones,hoc modo uniuerſum terrarum orbem concuſſerunt.

ANTHROPVS, proprium nomẽ pugilis Olympionicæ,cuius in Ethicis meminit Ariſtoteles.

*ἄνθρωπος.)* Homo homini Deus. Prouerbium, de ijs qui ex inſperato ab homine cõſeruantur (eoq; illum celebrãt) & ob eum celebrantur. Et,Homo Euripus:&,Fortuna Euripus:&, Animus Euripus:de hominibus qui facilimè mutãtur,& inconſtantibus.

*ἄνθρωπος λυπηρολόγος.)* Homo alijs maledicendo moleſtus.

*ἄνθρωπος παράδοξος.)* Qui te non ſatis expenſa opinatur.

*ἄνθρωπος φιλοπραγματίας.)* Homo curioſus.

*Quibus modis homo fiat melior.*

*ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτίων γίνεται.)* Homo (tribus) quinq; rationib. fit melior, quàm prius fuit. Primùm collocutione cum Deo. neceſſe eſt etenim, ad Deum qui accedit, cum illo tẽporis articulo ab omni ſeparari improbitate, & ad Dei ſimilitudinem pro uiribus ſeſe conformare. Deinde benefaciendo. Dei enim hoc eſt, & diuinæ imitationis. Poſtea in morte. nam ſi animus uiuente animante aliquantulum à corpore ſeuocatus, ſeipſo fit melior,atq; etiam in ſomnis per ſomnia, & in raptu ex morbis diuinat: multo fit utiq; præſtantior, cum prorſus à corpore ſeparatur.

*Ex obſcuro clarus.*

*ἄνθρωπος.)* Homo qui aui ſui nomen dicere non poſſet, ac ne patris quidem, niſi ex cõiectura: è ſpecula piſcatoria in principalem currum inſiliit.

*Homo & callidiſſimus, & nequiſſimus.*

*ἄνθρωπος.)* Hnmanum genus cũ callidiſsimum eſſe uideatur animaliũ multis rationib. ſummæ nequicię conuincitur. Nam cæteræ quidẽ animantes corporis ſui cupiditatib. ſeruiẽtes, ob eas ſolas impingunt. At hominũ genus etiã opinionibus corruptum: non minus ex incogitantia, quàm natura peccat.

*ἂν μὴ παρῇ κρέα, ταρίχῳ στερκτέον.)* Si carnes nõ adfuerint, ſalſamẽta boni conſulenda erunt. Monet prouerbiũ, ijs quę adſint, contentos eſſe nos oportere.

*ἀνόδοντον.)* Pherecrates in Coriannis: *Homo ſenex, ſine dentibus molit.*

*Amens libido.*

*ἀνοία.)* Væcordiam appellarunt res ucnereas, & libidines: fortaſſe, quòd uæcordes atq; amentes reddunt.

*ἀνοήτῳ.)* Sophocles: Corpora uaſta,

atq;

atq; inutilia, in grauia mala diuinitùs incidere, dixit uates. De Aiace fit ſermo.

ἄννος κρίβανον.) Prouerbiũ, de iis qui nouum aliquid repererunt. nam Annus Aegyptius ſurnum ad coquendos panes inuenit.

ἄνω κάτω.) Surſum deorſum: Omnem mouere lapidem.

ἀνώμοτος.) Vir hic etiam abſq; iureiurando eſt fide dignus.

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
*Iurauit lingua, mentem iniuratam gero.*

ἄνω ποταμῶν.) Aduerſus fontes fluunt amnes. De ijs quæ contra rationẽ fiunt, aut dicuntur. Cuiuſmodi eſt, ſi homo impudicus modeſtum uocet impudicum. (nam flumina è ſuperiore loco defluũt) Hoc eſt, de ijs qui ſua peccata atq; errata in alios conferunt.

ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες.) Bona pro bonis. Prouerbiũ, de iis quibus pro acceptis beneficiis gratia refertur.

Refractio.
Vu derbal, Gegenſchein.

ἀντανάκλασιν.) Quod per refractionẽ ab alio traducitur. Fit aũt hoc à uoce, cũ reſonat: & in ſolari luce, cũ in leue quiddam, aut lympidiſſimã aquam incidit.

Moderatio.

ἀντιμελύνσει.) Quamuis grauiſſimè afflictus, & paternis ædibus per iniuriã expulſus: tamen iram repreſſit.

ἀντεπιχειρεῖν.) Apud Ariſtotelẽ dicitur, non afferre inſtantiam aduerſus ea quæ dicuntur. ſed argumentari per alia quædam, & uiciſſim ratiocinari, cur id quod oſtenditur, uerum nõ ſit. Nam quæ ratio demonſtrare conatur, animũ nõ eſſe immortalem, eo quòd forma ſit materiæ coniuncta: nullam autem formam materiæ coniunctam poſſe à materia ſeparari: ei rationi ſi quis non aduerſans, per alia demonſtrare ſtudeat, interitus expertem eſſe animam, ſiue quia id ſũmat, doctrinam eſſe recordationẽ: ſiue quòd per ſe moueatur: is contrà argumentatur, non facit inſtantiam,

Animæ mortalitas.

Immortalitas.

Anteros.

ἀντέρως, qui & Apollonius, Alexandrinus grãmaticus, Romæ docuit ſub Claudio, qui poſt Caiũ imperauit: * ſub quo etiam Heraclides Ponticus fuit, auditor Apionis Mochthi. Feruntur eius libri de Grammatica duo: & celebratũ hoc nomen Anterotis in ijs extat, pro mutuo ipſorum amore. Nam Chariton & Melanippus amore mutuo correpti fuerũt. ac Chariton amator erat: Melanippus uerò amaſius, erga diuinitùs afflatum amicum animo incenſus, parem deſiderij ſtimulum præ ſe tulit.

Heraclides.
Apollonius.
Mochthus.
Chariton.
Melanippus.

ἀντ' εὐεργεσίης ἀγαμέμνον' * ἄτιμον ἀχαιοί.) Pro beneficio Agamemnonẽ mulctarunt, aut deſpexerunt Achei. Prouerbiũ, in eos qui bene meritos cõtemnunt, aut contumeliis afficiunt.

* ἴτισαν.

Antigenidas, filius Dionyſij, celeberrimus tibicen.

Antigenides Satyri filius, Thebanus Muſicus, aulœdus Philoxeni. Hic calceis Mileſijs primus uſus eſt; & in Cõmeſſatore, crocorum palliũ induit. Scripſit carmina.

Antigoni clementia in Spartanos,

Antigonus, appellatus fuit Euergetes, id eſt benefactor. nam Cleomene rege Lacedæmoniorum pugna uicto, etiam Sparta potitus, cum ſuo arbitratu & de urbe & de ciuibus ſtatuere poſſet: tantum abſuit ut in uictos ſæuiret, ut patria Reipublicæ forma & libertate reſtituta, maxima beneficia publicè priuatimq; cõferret in Lacedæmonios. Nec eo tantùm tempore benefactor eſt habitus, ſed & defunctus ſeruator.

ἀντίδοσις.) Si qui publicum aliquod obire munus, ſibi mandatum, paupertatem excuſantes, recuſabant: ſuam rem familiarem cum illorum permutaturi, dicebãt: ſe illorum opibus acceptis, id munus obituros. Itaq; ij quibus id mandatum erat, aut id obire cogebantur, aut permutare facultates.

ἀντίθεσις, καὶ ἀντίθετον.) Figura orationis eſt, qua inter ſeſe contraria opponũt, uel ex parte, uel uniuerſè.

ἀντὶ κακοῦ κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς.) Pro malo cane ſuem exigis. Prouerbiũ, in eos qui bona pro malis repetunt.

Proprium.

ἀντικατηγορεῖσθαι.) Proprium uiciſſim prædicatur cũ re, atq; conuertitur, quæ & ſoli ineſt, & ſemper, & omni: ut homini, ridendi facultas.

Oppoſitio quadruplex.

ἀντικείμενα.) Oppoſita quadrifariã opponuntur: Aut ut affirmatio & negatio, aut ut contraria, aut ut habitus & priuatio: aut ut ea quæ inter ſe cõferuntur, id eſt relatiua. Atq; in unaquaq; oppoſitione ſua quædã eſt cõſequentia, à qua cõſequentia præſcribitur quo pacto inſtituenda ſit cõfirmatio & confutatio. Verùm nõ omniũ oppoſitionũ eſt eadem conſecutio: ſed in contradictione cõſecutio uiciſſim cõmeat. Nam ſi bonũ ſuaue eſt: quod non ſuaue, non eſt bonum: non autem, non bonum non ſuaue.

Anticlides, ſcripſit * de reuerſionibus.

Anticyra, cognomentum ſcorti, & no-

& nomen loci cuiuſdam. Anticyræ duæ ſunt urbes:una Phocidis, ut Demetrius Callatianus tradit:altera Malienſium,ut Apollodorus. Ibi helleborum optimũ naſci perhibent. Fuit & uir quidam Anticyreus, à quo Herculem poſt inſaniam helleboro purgatũ fuiſſe aiunt. Hinc eſt gentile, Anticyreus & Anticyræus.

ANTIMACHVS Colophonius, Hipparchi filius, grãmaticus & poeta. Quidã Panyaſidis poetæ famulũ fuiſſe, falſò tradunt. eius enim & Steſimbroti auditor fuit. Vixit ante Platonem.

ANTIMACHVS alius Heliopolitanus, Aegyptius, qui Coſmopœiã, id eſt ortum ſiue condirionem mundi uerſib. heroicis 3780 deſcripſit.

Antimachus Pſecas, poeta Melicus, id eſt qui cãtilenas ſeu carmina ſcripſit. Cognomentũ ſortitus à minuta pluuia, ꝙ familiares diſſerẽdo paulatim quaſi irrigaret, atq; doctrina ſua aſpergeret. Fuit & alius Olympicus, ob hoc ipſum Pſecas cognominatus. Putabatur autẽ hic Antimachus decretũ fcciſſe, ut ne quis nominatim in ſcena pſtringeretur. Qua de cauſa multi poetæ nõ acceſſerũt, chori petendi cauſa. Vnde conſtat * multos ſaltatores eſurijſſe. Alij dicunt, eum, cũ bonus poeta eſſet, * malum fuiſſe choragum, & ſordidè tractaſſe ſaltatores.

*ἀντιμάχου καταπυγοσύνης ἀναπλήσει.*) Antimachi te mollicie & impudẽtia implebit. Hic enim ut effœminatus, ob formę elegantiã, & alius eiuſdẽ nominis, ob improbitatem, à Comicis perſtringebatur: & tertius Pſecas dictus, & quartus argẽtarius, & quintus hiſtoriographus.

*αὐτί νυ πολλῶν λαῶν ἐστιν ἀνὴρ, ὅντε ζεὺς κῆρι φιλήσει:*

*Pluribus anteſtat populis licet unus, amore*
*Quẽ Deus ex animo cõplectitur, autor honorũ.*

ANTIOPE, filia Nyctei, quam à ciue quodã corruptã, pater Lyco fratri miſit puniẽdã. Qui eã grauidã cõſpicatus, miſertus eſt mulieris. Itaq; Zethũ & Amphionẽ peperit, quos idẽ in montẽ abiecit. Sed uxor eius Dirce, Antiopen à marito amari ſuſpicata, eã in montẽ abductã, & tauri collo alligatam, ardentib. facib. ad cornua tauri additis, perditum ibat. Ea uerò flente, tumultuq; orto, concurſus eſt factus agricolarũ: inter quos Zethus & Amphion, matrem agnitam liberarunt, eodemq; ſupplicio Dircen affecerunt. Iidem Thebas condiderunt: ipſiq; & poſteri eorum, regnum uſque ad Laium & Iocaſtum, qui nomine mutato dictus eſt Oedipus, tenuerunt.

*Zethus. Amphion. Dirce. Thebarũ conditores. Laius. Iocaſtus. Oedipus.*

ANTIVM, oppidum ſtadijs 300 Roma diſtans.

ANTIOCHIA, urbs cõdita à Seleuco, nomine impoſito à filio Antiocho.

ANTIOCHIS, nomẽ trib. Athenis.

ANTIOCHVS rex, initiò uidebatur magnarũ eſſe rerũ cupidus, atq; audax, & in exequẽdis deliberatis ſtrenuus. Verùm progreſſu ætatis factus deterior, hominũ de ſe expectationem fefellit. Nam è pueris Alexandri Macedonis exiit radix peccatrix. Hic Epiphanes filius Seleuci Philopatoris, cum eſſet homo callidus, atq; auarus, multasq; rapinas feciſſet, & prædas egiſſet: magnã pecuniã coegit: atq; intẽperantia, & uæcordia inſigni mimis deditus, in conſpectu omniũ inſanis mulierum amorib. indulgebat. Magnaq; eũ multitudine, curribus, elephantis, & claſſe ingenti, Aegyptũ ſubegit. Vnde cum furore reuertens, etiam Hieroſolymis ui expugnatis, 180000 hominũ interfecit. Itaq; ſanctuariũ ingredi nõ dubitauit: erectoq; altari, & idolo, abominatione uaſtitatis, impoſito, tẽplũ impuris uictimis profanatũ, Iouis Olympij ædẽ appellauit: in altoq; ſolio ſedẽs, militib. armatis ſtipatus, ſatellites iuſſit, Hebręos ſingulatim arreptos cogere, ut ſuillas carnes, & idolis immolatas guſtarent: & à nefario cibo abhorrentes, per cruciatũ interficere. Multis igitur cõprehenſis, etiã Eleazar quidam è primariis ſcribis, homo prouecta ętate, inquinato cibo repudiato, flagris cæſus, cum VII liberis & matre Solomonide occiditur. Horũ & Theologus in ſermone de Maccabæis meminit. Cæterùm tyrannus obſtupefactus, maioreq; furore percitus, omnib. ſacris uaſis ablatis, totaq; urbe ſpoliata, & iumentis in fruſta cõciſis, & ingenti ſtrage hominũ edita, ſuperbè locutus, Antiochiã rediit: ac poſt bienniũ bello aduerſus Perſas ſuſcepto, pręfectũ miſit, qui ab Hieroſolymitanis urbibus tributa exigeret. Qui cũ adueniſſet, Hieroſolymitanos benignè allocutus, atq; in urbẽ receptus, magna eam clade effecit: muriſq; dirutis totam incendit, temploq; profanato & multis occiſis & captis, diſceſſit, præſide ad Iudęos excarnificandos relicto. Verũ enimuerò Matathias quidã ſacerdos, qui V filios haberet, quorũ & Iudas Maccabęus fuit, zelo plenus, impetu facto præſidem interfecit, &

*Bonus puer, ut malus. Antiochus Epiphanes. Aegyptus ſubacta. Cædes Hieroſolymis facta. Eleazar cũ liberis excarnificatur. Hieroſolymorum uaſtatio. Matathias patriæ libertatis uindex.*

cit, & Græcorum aras ſubuertit. Antiochus igitur magnis eũ cum copiis inuadit. Sed bello inualeſcẽte, Eleazar Iudæ frater pręclaris facinoribus editis, opprimitur ab elephanto, quem ſubierat, uentre illius enſe percuſſo, quòd eo tyrannũ uehi putabat. Antiochus aũt à Perſica expeditione, re malè geſta, reuerſus, infeliciter uitam finit.

*Eleazar ab elephãto opprimitur.*

*Antiochi interitus.*

ὅτι ὁ αὐτὸς ἀντίοχος.) Idẽ Antiochus Iudaicã gentẽ quæ ob (inſolita) cõſueta tributa, ſeditionẽ mouerat, ruriùs ſubegit tẽpliq́; donariis ſpoliatis, & omnib. peruestigatis, ſigillũ inuenit, librũ tenẽs manibus, promiſſa barba: cui & lucernula auro diſtincta aſtabat. Hæc ſuillo inũcta * ſanguine, in tẽplo reliquit: & Iudęis incolis, multis talẽtis mulctatis, quę tributi nomine pẽderẽt, in Syriã eſt reuerſus.

*Simulacrũ in templo repertum.*

ANTIOCHVS præpoſitus, apud Theodoſium iuniorem delatus, honore excidit: & publicatis bonis, in ſacerdotum ordinem cooptatus eſt, edicto ab Imperatore promulgato, Ne eunuchus inter patricios cenſeretur.

*Eunuchus ne ſit patricius.*

Antiochus transfuga, natione Cilix, principiò Cynicã ſectã præ ſe ferens, ea re militibus plurimum in bello profuit. Nam eos magno gelu afflictos cõfirmabat, in niuem ſe abijciens, ibiq́; uolutãs. Vnde & opes & honores à Seuero & Antonino eſt conſecutus. Quibus rebus elatus, cum Tiridate ſe coniunxit, atque ad Parthos transfugit.

*Cynicus cõfirmat milites.*

ANTIPATER Iolai, ſiue Iuli filius, ex urbe Macedoniæ Paliura, dux Philippi: deinde Alexãdri, & regni ſucceſſor: * diſcipulus Ariſtotelis. Reliquit epiſtolarum libros duos, & hiſtoriam, Perdiccæ res geſtas in Illyrijs. Fuit & tutor filij Alexãdri, qui Hercules dicebatur: ac ſolus ex Alexandri ſucceſſoribus, Deũ appellare Alexãdrum recuſauit, impiũ id eſſe ratus. Vixit annos 79. Succeſſorem reliquit filium Caſſandrum, qui matrẽ Alexandri Olympiadem ſuſtulit.

*Hercules Alexandri F.*

*Caſſander Olympiadem occidit.*

ὅτι τῶν ἀθηναίων.) Cũ Athenienſes Antipatro urbem dedidiſſent, Demagogi ſibi metuentes, ut qui ad rebellionẽ ciues incitaſſent, exulatum abierunt, ne in ſe culpa conferretur. Hos Athenienſes indicta cauſa condemnarunt (quorũ fuit & Demoſthenes orator, & Hyperides, & Himeræus) capitali in eos lata ſententia. * Nulla in re moderatiore fuit animo, quòd ingenium improbitati aſſuetum non mutatur, nec id edicto legum uincitur ſine ultimo ſupplicio (nam uires eius ſunt inuictæ, quocunq́; inclinarit) neque metu deterretur ab audacia, neque uerecundia obluctando ſatis uirium habet, ut ei legum obedientiam perſuadeat.

*Demagogi Athenienſes capitis damnati.*

*Improbitas inſanabilis.*

Antipater, ſuſcepto Macedoniæ regno, à Græcis Lamiæ in Theſſalia eſt obſeſſus. Sed Aetolis, primùm, deinde cęteris digreſſis, euaſit: ac uictor X Oratores poſtulauit, quos ei dediderunt Athenienſes: Demoſthenem, Hyperidẽ, Lycurgum, Polyeuctum, Ephialtem, Thraſybulum, Charetem, Charidemũ, Diotimũ, Patroclem, * Caſſandrum.

*X. Oratores dediti Antipatro.*

Antipater Nicolai Damaſceni hiſtorici pater, uxorẽ habuit Stratonicã, Nicolai matrẽ: qui clari fuere Damaſci, & temperantia, & reliquo ſplendore. Nam cum opibus plurimum excellerẽt, minimè ijs efferebantur: & gloria nemini ſecundi, parui id æſtimabãt. Antipater uerò etiã eloquẽtia præſtãs, nemini per eã nocuit: ſed & plurimum adiuuit nõ Rẽpublicã modò, ſed etiã ciues plurimos. Nã iuſticiæ, ut ſi quis alius, ſtudioſus, plurimas ciuium inter ipſos contentiones arbiter honorarius diremit: plurimas etiã patriæ cũ finitimis regulis. Quapropter ab omnib. colebatur. plurimas legationes obiit, tutelas geſſit, honorib. omnibus eius loci functus. Moriturus, Nicolao filio, & eius fratri Ptolemæo, diligentiſſimè mandauit, ut Ioui thuribulũ, quod prius uouerat illi deo, pararent ſe defuncto: ſignificans opinor, ſanctitatẽ erga deos etiam morientibus eſſe conſeruandam, quamuis nullum iam fructũ inde percepturis.

*Stratonica. Nicolaus Damaſcenus.*

*Voti exoluendi ſolicitudo. Epicureũ delyrium cũ ſuperſtitione cõiunctum.*

ἀντιπελαργεῖν, καὶ ἀντιπελάργησις.) Prouerbium, de ijs qui gratiam referunt. Ariſtoteles ea quæ de ciconijs ferãtur, uera eſſe affirmat: idemq́; facere etiam aeropodas. Itaque in ſceptris supernè ciconiam effingunt, infernè hippopotamũ: ut ſignificent, uiolentiam ſubiectã eſſe iuſticiæ. Nam ciconiæ quidem iuſtè agunt, & parentes ſenio confectos in alis geſtant. Hippopotamus autem animal eſt iniuſtiſſimum.

*Ciconia.*

*Aeropos.*

*Hippopotamus.*

*Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.*

ἀντὶ πέρκης σκορπίον.) Pro perca ſcorpium. De ijs qui deteriora melioribus præferunt.

ἀντιμιμηθεῖσα.) Polybius: Aratus, animaduertens Antigonũ uirum eſſe ſtrenuum, prudentem, fidei ſeruantem: & reges neminem naturâ iudicare uel inimicum,

*Aratus. Antigonus.*

micum,

*Rex natura inimici nemini.*

micum, uel hoſtem: ipſum regem alloqui, & amicitiã cũ eo iungere inſtituit.

*Craſſus. Pacorus.*

ἀντιῤῥόπως.) Craſſi & legionum ſtragi parem fuiſſe Pacori atq; exercitus eiuſdem interitum, tradunt.

*Magica. Cynicæ ſectæ autor. Diogenes pugione pro medico utendum cenſet.*

ANTISTHENES Atheniẽſis, ex oratore philoſophus Socraticus, primũ * Peripateticus uocatus eſt. Deinde Cynicũ egit. Fuit obſcuri patris filius, & Thraciæ matris. Conſcripſit tomos x. primũ Magicum, in quo narratio eſt de Zoroaſtre, illius doctrinæ autore: qđ opus alij Rhodoui, alij Ariſtoteli adſcribũt. * Hic Cynicæ ſectæ princeps fuit: ſic dictæ, quòd in Cynoſarge gymnaſio doceret, Diogenis canis & reliquorũ præceptor. qui qui dẽ longo & immedicabili morbo laboranti Antiſtheni, pugione porrecto: Si, inquit, amici eges officio. * Adeò ille mortem acerbam non putauit, ut infirmitas in delicijs ei eſſet.

ANTISSA, urbs Lesbia: ordine ſequens Sigrium: unde fuit Terpander Antiſſæus, celeberrimus citharœdus. Sic dicta eſt ab Antiſſa, Macaris filia. In ſcriptis Philonis eſt & Inſula una Cycladũ: & tertia in India: quam recenſet Philo, & Demodamas Mileſius.

*Dialectica. Rhetorica.*

ἀντιστρόφως.) Ariſtoteles Dialecticam Rhetoricæ ex altera parte quaſi reſpondere dixit, quòd utraque probabilia & pleriſq; probata tractet.

*Tactus.*

ἀντίτυπον.) Ariſtoteles: Cum omnes reliqui ſenſus in certo quodã genere uerſentur, tactus non habet unũ quoddam genus eorum quæ tanguntur.

*ἀντίτυπον, ſolidum, tactui obiectum.*

ὅτι καὶ αὐτή.) Tactũ etiã in uno quodã genere retũ, quæ tactu ſentiuntur, uerſari: ſed id nõ eſſe manifeſtũ uidet. Quódnã igitur illud eſt? Dicimus, ἀντίτυπον ſolidũ id eſſe, nõ illud quidẽ quod oppoſitũ molli, tactui uõ cedit: ſed quoduis naturale corpus, obuiũ tactui, & ſubiectũ: ut diſtinguatur à corporib. mathematicis, quæ neq; tangũt, neq; tactui reſiſtũt. Quicquid igitur quouis modo tactui reſiſtit, hoc ſolidum & conueniens genus eſſe rerum quæ tanguntur dicimus.

ANTIPHANES, Athenienſis comicus, iunior Panætio. Fuit & alius Antiphanes Caryſtius Tranus, temporibus Theſpidis.

Antiphanes, Demophanis filius, aut Stephani & matris Oenoæ, Cianus: uel, ut alij, Smyrnęus: ſecundum Dionyſiũ, Rhodius: mediæ Comœdiæ comicus, quibuſdam autoribus, ſeruili natus genere. Vixit Olympiade XCIII. ſcripſit comœdias CCCLXV. uel, ut alij, CCLXXX. Vicit XIII. Filiũ habuit Stephanũ, comicũ & ipſum. Obiit in Cio, annos natus LXXIIII, caſu pyro ictus.

*Themiſtocles.*

ἀντιφερίζειν.) Ariſtophanes: Tu Themiſtocli te æquas, qui urbem noſtram impleuit, cùm eam exhauſtam réperiſſet.

ἀντίφθογγον.) pica, dudũ & paſtorũ & lignatorũ & piſcatorum uoces imitata.

ANTIPHON Atheniẽſis haruſpex, & uerſificator, & rhetor, dictus Logomagirus, quaſi uerborum coquum dicas.

Antiphon, Sophili filius, Athenienſis, Rhamnuſius municeps: cuius magiſter qui fuerit, ignoratur: & tamẽ forenſis dictionis poſt Gorgiam principatum tenuit. Fertur Thucydidis fuiſſe magiſter, cognomento Neſtor.

Antiphon, Athenienſis coniector, de interpretatione ſomniorum ſcripſit.

ἀντλεῖν ἀμφοτέραις.) Vtraque haurire manu. Prouerbium, de ijs qui ſtudioſè aliquid faciunt.

*Auiculæ epitaphiũ.*

ἀντῳδή.) Sæpè quidem crepui uocalẽ, uelut Echo quædam, ludicram reſonantibus labijs harmoniam: nunc humi pro lapſa, elinguis & muta iaceo, imitatrice æmulatione repudiata.

*Iuramentum calumniæ.*

ἀντωμοσία.) actio contra aliquem iureiurando firmata, de iniurijs quas ſibi factas diceret. Scripta enim quædã deferebãt ad magiſtratus, tam actores quàm rei, de controuerſia, ex æquo utriq; iurantes: alteri ſe uerè accuſaturos, alteri ſe uerè eſſe reſponſuros.

*Pro imperatore graſſator. Amator Germanorum. Alexãder. Achilles.*

ANTONINVS, Romanorum imperator, Seueri filius, præter cæterã mala cædibus etiam gaudens. Itaque milites, uim faciendi & rapiendi poteſtate data, nulla iam te à latronibus differebãt. Talia cum ageret, & facinoribus ſuis agitatus, & moram in urbe peroſus, Roma diſceſſit, ut & legiones curaturus, & prouincias inſpecturus. Ad Iſtrum cũ perueniſſet, Germanos accolas ſibi conciliauit, ut & auxilia ab eis acciperet, & ſatellites, & eorum habitu uteretur. Sic & Barbaris & militibus erat charus, comis erga omnes: qui cõmilito potius ab eis quàm imperator diceretur. In Macedonia ſe Alexandrum uocauit. Pergamum ubi peruẽnit, & ad Achillis tumulũ, eo floribus & coronis ornato, Achillẽ imitabatur. Perq; Aſiã & alios populos Antiochiam profectus, & aliquãdiu ibi moratus, Alexandriã perrexit, urbis Alexãdri

dri deſideriũ cauſatus. Quã cũ omni exercitu ingreſſus, ſic eſt ab Alexandrinis ſuſceptus, ut nemo unquam imperator. Ad Alexandri monumentũ cũ ueniſſet, chlamydem quã geſtabat, & anulum, & cingulũ, & ſi quid aliud precioſum habebat, loculo illius impoſuit. Populus itaque animi illius ignarus, gaudebat. Cũ enim eos in ſe & matrẽ multa dicteria iecíſſe cognouiſſet, publico edicto pubẽ omnẽ in planicie quadã cõuenire iuſſit, ſe in Alexandri honorẽ phalanges inſtituturũ profeſſus. Quę cũ bona ſpe plena præſtò eſſet, ordine aſtantes contẽplatus, ipſe quidem abiit, ſed immiſſis militibus omnes trucidauit: tanta cæde edita, ut Nilus uniuerſus rubeſceret.

*Cædes Alexãdrinæ pubis.*

ὅτι Σεβῆρος.) Traditur Seuerus, omnibus rebus, ad animi corporisq́; uirtutẽ pertinentibus, Antonium ſtudioſe excoluiſſe: ut iam imperator quoq; & magiſtris uteretur, & magnam diei partẽ philoſopharetur. Vtebatur & ſiccis unctionibus, & ad 30 ſtadia equitando conficiebat. Adhæc natando etiam, in fluctu quoq; & tempeſtate, exercebatur. At ille his rebus aliquo modo quidẽ robur corporis auxit: diſciplinæ autẽ adeò eſt oblitus, quaſi ne nomẽ quidẽ illius unquã audiuiſſet. Neq; tamẽ indiſertus fuit aut imprudẽs: ſed & multa acutiſſimè perſpexit, & expeditiſſimè eſt elocutus. Nã & licẽtia poteſtatis elatus, & temeritate quicquid in buccã incidiſſet, incõſiderate eloquendi, & impudẽtia quiduis proferendi, ſæpe ſcopum attingebat.

*Naturæ improbitas inſtitutionis diligentia potentior.*

*Simulacra uirtutum.*

ANTONINVS, imperator optimus fuit, & Numæ, imperij adminiſtratione maximè cõparandus: ſicut Traianus Romulo uiſus fuit ſimilis. nã & priuatã uitã Antoninus optimè & honeſtiſſimè exegit, & in imperio melior etiã & modeſtior eſſe uiſus eſt: nemini aſper aut moleſtus, ſed aduerſus omnes bonus & lenis. In bellis gloriã æquitatis potius quàm emolumenti ſpectabat, prouincialiũ ſalutẽ amplificationi præferens imperij: ſummũ iuſticiæ ſtudium habebat: reipublicæ negociis bonos uiros pręficiebat: adminiſtrationem eorum honorib. apud ſeſe remunerans, improbos uerò ſine ulla aſperitate à republica remouebar. Itaq; non ſuis tantum, ſed & peregrinis admirationi fuit: ut quidã finitimorũ Barbarorum, armis poſitis, cõtrouerſias ſuas imperatori diſceptandas permittetẽt. Cum autem in uita priuata pecuniã ingentem habuiſſet, ſuſcepto principatu, ſuas opes omnes in militum & amicorum munera inſumpſit: in ærario autem publico copias omnis generis pecuniæ reliquit, & Pij cognomentum ex moribus primus eſt conſecutus.

*Antoninus Numæ, Traianus Romulo ſimilis.*

*Cognomentum Pij.*

ANTONIVS Saturninus, homo infamis & uxcors, à Veſpaſiano in Senatũ aſcriptus, per quàm ridiculo ſophiſmate. Dignitatem enim ei tribuit: improbitati præmio dato: quod quãuis lucri nihil afferret: præclarum tamen eſſet.

Antonius Alexandrinus, eloquentia minus perfectus atq; excultus, ſed ſanctiſſimus, & ueritatis amantiſſimus, animo ad Dei cultum ram uulgarem illum, quàm arcanum confirmato. Itaq; Gazã multo auguſtiorẽ fecit, quàm prius fuerat. Politica negocia aggreſſus, cauſam ſororis immoderatius egit, acerrimeq́; defendit, neq; tẽpori parcens, quod fruſtra cõſumebatur, neq; famæ ſecundioris habita ratione. Malè enim tum audiebat, non quidẽ ut iniurius: ſed ut iuris, id eſt litium nimis amans. Nam ob eam litem Byzantium quoq; profectus, æquo contentioſior eſſe uiſus eſt. Ac uictis ad uerſarijs, ſororem alteri uiro deſpondit: ipſe uerò ętatis reliquũ quietè & in ocio exegit, rarius in philoſophia, ſed frequẽtius in templis uerſans. Ingenio fuit ſimplici, propenſus ad benefaciendum, pręſertim in rebus ſacris. Atq; ego etiã plurimũ illi me debere fateor: ac ut dij gratiam illi in Beatorũ inſulis referant, quorum contubernio fruitur, precor.

*Contentioſus*

*ἔκαστα καὶ νῦν ἐχ ὡς ἀδίκων, ἀλλ' ὡς φιλοδικῶν.*

*Beatorum inſulæ.*

ANTRONES, urbs Theſſaliæ, quæ maximos aſinos habuit: unde Antronius aſinus. Zenodotus uerò ſcribit, Maritimam Antronã.

ANTYLLVS, orator.

ἀντιάζω.) Prouerbiũ *αἰ οἶνον αἰτῇ, κονδύλους αὐτῷ δίδου.* Vinũ ubi petierit, tu colaphũ illi dato. Prouerbiũ, de ijs qui bona petentes, accipiũt mala. Phrynichus: Hiſtoria de Cyclope ſumpta uidetur, q uinum petens excæcatus eſt.

ἀνύπερχον) Pindarus: *τί δέ τις; τί δ' οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Quid uerò aliquis? Quid nullus? Vmbra ſomnium homines.* Homerus: *Nihil homine terra nutrit imbecillius.*

ἀνυπόστατα.) Polybius: Vnum ingeniũ quibuſdam temporib. plus efficit, quàm uniuerſa multitudo. ut Archimedes Syracuſis plus præſtitit, quàm multi (Syracuſani) Romani.

é ANT

ANYTVS, Anthemionis filius, orator Athenienſis.

ἄξιστος.) Xenocles Carcini filius, perſtringebatur ut impolitus poeta, & allegoricus.

ἀξία ἡ κύων τοῦ βρώματος.) Dignus eſt canis iſto cibo. De ijs quibus aliquid meritò contingit.

ἀξιόμαχος.) Neq; multitudine uirorũ neq; ulla re alia pares nobis in certamine.

ἄξιον.) Ariſtophanes: Vt impingatis, tamen è precioſo ligno. alludens ad prouerbium. E' pulchra arbore uel ſuſpendi libeat. Hoc igitur dicere uult: Præſtat ſtrenuis uti ducibus, & probatis, quàm ignauis. nam ſi quid patiendum eſt, præſtat pati à forti, quàm ab ignauo. *Leo me uel deuoret.*

ἀξιόχρεως.) Tanta fuit autoritate, ut cũ Athenis iniurato teſtimoniũ dicere nõ liceret, huic id ſoli pmitterẽt Athenięſes. *ἦθος ὅρκου πιστότερος.*

ἄξιος.) Sophocles: Mulier iracunda, itemq; uir, caueri facilius poteſt, quã homo taciturnus.

ἄξιον τριχός.) Pilo dignum. De re uili, & nullius precij.

ἄξιος οὐδ' ἑνὸς μόνου.) Ne uno quidem dignus: id eſt, nullius precij. De alea ſumpta locutio.

ἄξιος ὀβελίσκου, καὶ ἄξιος τοῦ παντός.) Dignus obeliſco: &, Quantiuis precij. De ualde honoratis & precioſis.

*Dei munus pax & libertas.* ἀξιοῦμαι) Polybius: Senes à rege petũt, ne à dijs ſibi data eripiat: hoc eſt, perpetuam pacem & libertatẽ. Is uerò per interpretem lecta epiſtola, poſtulatis eorum annuere ſe dixit.

*ἀξίωμα.* AXIOMA pronunciatũ, è propoſitione recta uel obliqua ortũ habet: eſtq; uel uerum, uel falſum: aut res perfecta, quæ, (quantum in ipſa eſt) uel negari poteſt, uel affirmari. ueluti, Dies eſt, Dion ambulat. Eſt autem axioma dictũ à philoſophis, ex eo, quòd uel admittatur, uel repudietur. Nam qui diem eſſe dicit, poſtulare uidetur, eſſe diem. Quæ ſi ſit, uerum ſit axioma propoſitum: ſi non ſit, falſum. *Axioma.* Differt autem Axioma ab Erotemate & Pyſmate. Eſt enim axioma imperans, adiurans, imprecans, conditionale, appellatiuũ. Nã axioma eſt, quod cũ efferimus, uerum eſſe aliquid aut falſum pronunciamus. *ἐρώτημα.* Interrogatio uerò, eſt quidẽ res perfecta, ut & axioma, ſed reſponſum poſtulãs: ueluti, Eſt'ne dies? hoc uerò neq; uerum, neq; falſum. itaq; Dies eſt, axioma: Nunquid dies eſt? erotema. *πύσμα.* Pyſma uerò, res ad quam ſymbolicè non licet reſpondere ut in interrogatione, *næ: ſed dicendum, in hoc habitare loco. Reliqua ſunt perſpicua axiomata. Sic Ariſtoteles eas quoque propoſitiones appellat, quæ demonſtrationem requirunt, & quæ non demonſtrantur: ut fert eius conſuetudo.

ἀξίωσιν.) Iudicio eripuit eum ficta modeſtia, & dignitatis amplitudo, & ſociorum facinoris apparatus.

ἄξονες.) Axes dixerũt Athenienſes Solonis leges, quod ligneis tabulis inſcriptæ eſſent. Fuerũt rotũda figura: ſed ut ad anguſtias anguli, inclinati, triquetri apparerent. Aſſeruabantur autem in Prytaneo.

*Inaſpectabile quadrifariam dicitur.* ἀόρατον.) Inuiſibile ſeu inaſpectabile quadrifariam dicitur. Vel id quod prorſus uideri nequit: ut ea quæ alteri ſenſui ſunt ſubiecta: ſicut neq; uox neq; odor cerni poteſt, & ſimilia. Vel qđ cerni quidẽ poteſt, ſed nõ cernitur, id quod eſt in priuatione: ut quod facultate perſpicuũ eſt, remoto lumine. Vel quod ita inuiſibile dicitur, quòd incõmodius uideatur. tale autem eſt, uel quod ob exuperantiã ſplẽdoris uiſum corrumpit: uel * quod propter obſcuritatẽ nõ agit in ſenſum. Apprehendit igitur uiſus τὸ ἀόρατον, non id cuius natura eſt non cerni. nam τὸ Nõ cerni, ratio eſt quæ iudicet per inſtrumẽtum ſenſus, * non tamen ipſe ſenſus. Id uerò quod per priuationem ἀόρατον dicitur, ſenſus apprehendit. Iudicant enim oculis etiã animalia rationis expertia, quod tenebræ ſint, per accidens, eò quòd nõ patiantur à rebus uiſibilibus: ideoq; in cauernis quieſcunt. Videndum autẽ, ne fortè etiam, id quod priuatione inaſpectabile eſt, phantaſia ſit quæ iudicet, & non uiſus: ſiquidem ſenſus in iis quæ patiuntur, iudicium habẽt. Cum autem in tenebris nõ patiuntur, ſunt inefficaces: quare ſolo actu contemplantur. Cũ uerò nihil agunt, quo modo iudicent?

ἄορνος πέτρα.) Arrianus: Ingens rupes eſt in India. Eſt & lacus (Auernũ Latini dicunt) hoc nomine. Hanc Alexander cepit, quã etiã Herculi fuit imperuia.

ἄπαγε.) Eijce hoſpitem in tempeſtate. Prouerbiũ, de hominibus importunis.

ἄπαγέ με εἰς τὰς λατομίας.) Abduc me in Latomias. Prouerbiũ, de ijs qui indignitates nõ ferũt. Aiunt enim Philoxenum Dithyrambopœũ, Dionyſij cõſuetudine utentẽ, inepta illius poemata nõ laudare ſolitũ. Quare tyrannũ iratũ, hominem abduci in Latomias, ac deinde reuocari *Philoxenus. Dionyſius.*

uocari iuſſiſſe, ſperantē, ab eo laudaũ illa iri. Quæ cum is probare non poſſet, his uerbis uti ſolitum.

ἄπαγε μόθον (μῦθον ἢ μόθωνα.) ἀπὸ κώπης. Aufer bellum (fabulam uel ſaltationē) à remo. Prouerbium in homines importunos, & ſerias res agentibus moleſtos.

ἀπαγορεύειν.) Magiſtratib. palàm interdicta auaricia. &: Id Simon Petre negas, quod mox tibi accidet.

ἀπᾴδει.) Repudiatum fœdus, tanquã maieſtate Romanorum indignum.

*Comitas magiſtratus & philoſophi.*

ἀπαθίζεται.) Placabilem eſſe decet, ac tolerantem idiotarum, & ab oſtentatione alienum: atq; omnibus ſeſe accommodare: ut quauis adulatione acceptior ſit eius congreſſus: comem & uenerabilem omnibus: neq; unquam ſpeciē iræ præbere: amantiſſimum ac placidiſſimum, abſq; ſtrepitu.

*Sapientis tranquillitas.*

ἀπαθῆ.) Perturbatione uacuũ eſſe aiũt ſapientem, eò ꝙ in nihil eorũ quæ nolit, incidat: uacare alium perturbatione, hominē nihili ſcilicet, qui ſit durus atq; inexorabilis. &, Valetudo extra periculum magis eſt in morte, quàm in uita.

*Homo inquietus.*

ἀπαλλάξας.) Xenophon: Superuacanea uaſa remoueamus. Orabat populus ut quàm longiſſimè ab Armenia pelleretur Iocomes: quòd nunquam futurũ eſſet, ut is nouis rebus moliendis abſtineret, ſi in prouincia eſſet.

ἀπαλγοῦντες.) Polybius. Acarnanes, cũ aduerſus ſe aduētare Aetolos audiſſent: partim rebus deſperatis, partim animis iritatis, audax quoddam facinus ſuſceperunt. &, Eos præ magnitudine frigoris deſperantes confirmauit.

ἀπαλέξασθαι.) Nos hæc propulſare nullo modo poſſumus, ſine te, Rex.

*Veritas tēporis filia.*

ἀπαληθεύειν.) Is aliquanto tēpore pòſt eſt deprehenſus, omnia retegente, & ueritatem aperiēte: hoc eſt, doli illius ſunt animaduerſi.

ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, ἁβροὶ μαλθακευνίαις.) Molles calidis balneis, teneri mollibus lectulis. De ijs qui luxu & mollicie diffluunt.

*Ebrietas operta recludit.*

ἀπαμφιεῖ.) Reteget ſimulationem incallidã hanc meam, quamuis latêre ſtudeam, ebrietas aliquando.

ἀπανθήσαντα.) Ariſtophanes: ó me beatiſſimam, cui caput unguentis optimis eſt delibutum. Nã hæc in capite permanent longo tempore. Cætera omnia defloruerunt, atq; auolarunt.

ἅπανθ' ὅμοια, καὶ ῥόδωπις ἡ καλή.) Omnia ſimilia ſunt, etiam formoſa illa Rhodôpis. Significat, omnes mortales æquè caſibus eſſe obnoxios. *Morte æquamur.*

ἅπαντα γάρ τοι βρωτὰ πολιορκουμένοις.) Omnia ſunt eſculenta in obſidione. De re neceſſaria dicitur. Qui enim obſidentur, ſæpe etiam tetris rebus ueſcuntur.

ἀπαντᾶ.) primo diluculo ædes dominorum frequentant.

ἅπαντα τόλμης πλέα κ' ἀναισχυντίας.) Omnia plena ſunt audacia atq; impudētia. De petulantib. & inuerecundis.

ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ θεός.) ſemel elocutus eſt Deus: hoc eſt, omnino fiet quod dixit.

ἅπαξ πυῤῥὸς καὶ δέκατον χλωρός.) Semel ruber, & decies pallidus. Prouerbium, de ijs qui æs alienum contrahunt.

ἅπαξ ἀλώπηξ εἰς πάγην.) ſemel uulpes in laqueum. Simile eſt illi: At nõ denuò uulpes in laqueum.

ἀπαξιῶν.) Appianus: At populus Martiũ, conſulatũ petentē, nõ fecit conſulē: non quin eo honore dignũ putaret, ſed quòd ferociam hominis metuebat,

ἀπαράκλητοι.) Liberi Thraces rapiendi cauſa ſequebantur non uocati.

ἀπαῤῥάξειν.) Vt, ſi hos de tumulis deieciſſet, & ipſe loca ſuperiora teneret, facilius eos qui in planicie eſſet cõfecturus.

ἀπαραιτήτως.) Obuios omnes per iracundiã, repudiatis precibus, occidebãt.

ἀπαρτί.) Ariſtophanes Pluto: Homines dextros & modeſtos deinceps locupletabo.

*Definitio.*

ἀπαρτιζόντως.) Definitio, eſt oratio quę per reſolutionē ſic effertur, ut neq; deſit quicquã, neq; redundet. Herodotus: Pythio Lydo Xerxes ait: Ne 400 myriadibus 7000 deſint.

ἀπάρχεσθαι.) Sume de re tenui tenue donũ. Si uerò dederis plura, Deus, multas primitias offeremus.

ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφίασται.) Omnes ſuàs opes induit. De ijs qui nihil quicquã poſſidēt præter ueſtes, quib. ſunt induti.

ἅπας ἐχῖνος τραχύς.) Omnes echinus eſt aſper. Prouerbium, in homines difficiles & moroſos.

ἀπατούρια.) Feſtũ publicũ, quod mēſe pyanepſione, (uel Iulio uel Octobri) triduo celebrabatur ab Athenienſib. quo in ciuitatē aſcriptus fuit Sitalcę filius, Thracũ regis. Vocãt aũt primã diē Dorpiã, ꝙ Curiales ueſperi unà cõuiuarentur: alterã Anacruſin, à ſacrificãdo: tertiã Cureotin, eo quòd adoleſcentes & puellas in curias inſcriberent. Cauſa feſti eſt huiuſmodi. *Δορπία. ἀνάῤῥυσις. κουρεῶτις.*

modi. Bellum fuit Athenienſibus aduerſus Bœotios de Celænis, loco quodam in cõfinijs. Cũ autẽ Xanthius Bœotius ad ſingulare certamẽ Thymœtẽ, Athenienſiũ regẽ, prouocaret, idq; ille recuſaret: Melanthus Meſſenius, qui tum fortè aderat, à Periclymeno Nelei filio oriundus, pactus regnũ, cõditionem accipit. Dum uerò inter ſe dimicarent, apparuit Melãtho à tergo Xanthij, quidã nigra caprina pelle indutus. Eũ igitur iniuſtè facere dixit, qui cũ altero aduenirer: itaq; illũ reſpicientẽ interfecit. Ex eo & feſtũ Apaturia dicit̃, ab impoſtura: & Bacchi Melanægidis ædes eſt extructa. Alij dicunt, à patribus propter inſcriptionẽ filiorum conuenientibus, ἀπατέρια uocari, quaſi ὁμοπατέρια.

Xanthius. Thymœtes. Melanthus. Strategema. Bacchus Melanægis.

ἀπ' αἰγείρυ θέα.) Ab alno ſpectaculum. De ijs quæ eminus ſpectantur. Nam ſupra theatrum erat alnus, ex qua ſpectabant, qui locum non habebant.

ἀπαιδευτότερ@ Φιλωνίδου τ̃ μελιτέως.) Indoctior Philonide Melitẽſi. Is Philonides cùm magnus erat, tum indoctus, & homo porci inſtar. Ariſtophanes eũ perſtringit, ut paraſitos alentem, & ob Laidis amorem Corinthi degentem. Suillus aũt cum ſodalibus ſuis dicitur, quòd illos appellaret apros: Laidem Circen, quòd amatores ueneficijs irretiret.

Philonides.

ἀπόμιον.) Ex eadem gente Turcorum uiri adfuerunt, quos malorum depulſores eſſe perhibebant.

Auerruncatores malorum.

ἀπαιθεριάζει.) Ariſtophanes: Nam quid agit Iupiter? Aut nubibus pulſis cœlum ſerenat, aut idem nubibus obducit.

ἀπαιτιῶν.) Phocylides: Debitor improbi uiri eſſe caue, ne ubi dederit, moleſt⁹ ſit intempeſtiuè repoſcendo.

ἀποδειλία.) Polybius: At Perſeus cũ id unũ ſibi ꝓpoſuiſſet, aut uincere aut mori: tunc animo fractus, metu cedebat: ſicut * ij qui eminus equites conſpiciunt.

* Speculatores equites, uel equitum.

ἀποδοκιμάζει.) Deniq; modeſtis morib. præditos, & uitę ſuę rationẽ habẽtes improbabat: ſumptuoſos aũt, & uino atq; aleæ deditos, honorabat atq; euehebat.

Luxurioſus princeps.

ἀπίθανεν.) Obiit .i. eò abiit unde fuit.

Obire. Abire.

ἀπίχευτ.) Palmarum glandes, quales in Græcia cernimus, famulis reponebãtur: heris uerò ſepoſitæ, erant ſelectæ.

Auicula.

ἀπιχορύφυ.) Artaphernes, Hyſtaſpis F. Sardium præfectus, hæc apertè illis edicebat: ſiquidẽ Athenienſes Regi Dario terram & aquam darent: eum ſocietatẽ cum eis paciſci. Sin id recuſarint: ſolum cos uertere iubere.

ἀπεκτόνασι.) Oderunt quidem Thraſonem, pater: ſed non occiderunt.

ἀπέθρισε.) Tuum caput feles præmordit, cæteraq; rapuit omnia, nec tamẽ inuidas maxillas ſatiauit.

ἀποκαρτήρησε.) Lycurgus in Cretã ꝓfectus, necem ſibi cõſciuit inedia: ne leges quas tulerat, ſolueret.

Lycurgus.

ἀποκαυθῆναι.) Multis præ frigore manus & pedes aduſti perierunt.

Rigor.

ἀπολαύομαι.) Sic ij impurũ & materiæ concretum ſpiritum animis expulerũt.

ἀπελλαῖος) Apellæus, apud Macedones menſis December.

APELLES (Cous) Colophonius, ab Epheſijs in urbem aſcitus, pictor, diſcipulus Pamphili Amphipolitani, & ante hunc Ephori Epheſij, Pythij filius, frater Cteſiochi, qui & ipſe pictor fuit.

ἀπελλικῶν.) Apellicontis Teij bibliothecam nactus eſt Sylla.

Bibliotheca.

ἀπολείπει.) Maximam apud Barbaros de ſe iuſticiæ opinionem reliquit.

ἀπολωβηθῆ.) Sophocles: Furore noctu correptus inclytus Aiax, cladẽ accepit.

ἀπενιαυτῆσαι.) Apollonium Tyaneum ferunt, ob fruſtrationem amatoriã, annum in Scythia exegiſſe. Et Herculem, cum, ut lex iubet, annum exulaſſet, luſtratusq; eſſet, Athenas redijſſe.

Apollonius. Hercules.

ἀπιστοῦν.) Romani loca ſyluoſa propter inſidias ſuſpecta habebant: in cãpeſtribus & apertis bene ſperabant. At Romani labore Inſerorum & res Orci inquirendi defuncti, iuxta Comara caſtellum caſtrametati ſunt.

Romanorum prudentia.

ἀπέραντ.) Choſroes pacẽ quæ infinita dicebatur, euidẽter fregit Ioſephus: Iram in eũ qui læſiſſet, effundere ſe ꝓfeſſus. Alibi: In una occaſione ſpẽ ſuam omnem figere, non utile eſſe duxit.

Pax infinit.

ἀπερίγραπτον.) Quod circũſcribi aut definiri nõ poteſt: idq; triſariã, loco, tẽpore, cõprehẽſione. Ac Deus quidẽ harũ rerum nulla circũſcribi poteſt. Quæ uerò ſenſu ꝑcipiũtur, circũſcribi etiã poſſũt.

Deus.

ἀπεριεσάλπιγκτοι.) Quos tuba non circũſonuit, rudes, indocti.

ἀπερυθριάσαι. Ariſtophanes: Prę ſtitiſſet tum perfricuiſſe frontem, quàm credita pecunia uexari negocijs. De ijs qui mutuam dant pecuniã. Alibi: Semel rubicũdus, & non decies pallidus.

Aes alienum.

ἀπείρονος.) Neq; puer Agamemnonides, nec qui apud Acherontẽ imperat Deus, inultũ iſtud facinus patietur.

ἀπείρ-

ἀπέῤῥιψεν.) Ille qui & dicacior eſſet atque altiloquus, uerba quædam ſuperba & audaciora effutiit.

ἀπεγραῦντα.) Mittũtur à rege literæ, quæ Barbarorum aggreſſionem inhiberent.

ἀπῤῥωγώς.) Ab amabili cõiugio auulſus. τ̃ ἐμῶν μένεων ἀπηρωεύς.) Homerus: Meorum conatuum interpellator.

ἀποσκευάζειν.) Res precioſas, plurimis adhibitis, illic depoſuit.

ἀποσκολλυμαίῳ.) Capillum uerticis nõ tondebant, dijs conſecratum.

ἀποσκύθιζον.) Cutem capitis unà cũ pilis Scythæ reſecabant.

ἀπέσπασαν.) Spartani ad Tænarum ſupplices ſedebant, incolumitatem orãtes. At illi crudeliter auulſos peremerunt.

ἀπεσπούδαζεν.) Nec Epicuri diſputationes contemnebat.

ἀπεστέρει.) Eunapius. Nõ abſtinebat cognomẽto Leonis. Nã ſic & animal iſtud facere ſolet. Sophocles. Magnus erat * caluus, modo caneſcente capite. Neque multum à forma tua abhorrebat.

ἀπεσταύρουν.) Lapidibus & laterib. utentes, & arbores cædentes, & materiã aggerentes, ſicubi opus erat, obſtruebant.

ἀπέστησεν.) Polybius: Illum neq; tenebrę, neq; magnitudo tempeſtatis unquã ab inſtituto deduxit: ſed & hæc, propulſando, & aduerſam ualetudinẽ, exercendo, ſedebat, perpetuis ſucceſſibus uſus.

ἀπέστην.) Eucrates, dux Athenienſiũ, qui Styrax uocabatur, homo auarus & proditor, à XXX tyrannis interfectus. Alij cicutam bibiſſe aiunt.

ἀπίσω.) Socrates de iis qui philoſophari uellent, dicebat, ὕπνος δ' ἀπίσω γλυκύθυμος ὀμμάτων. Somnus animo iucundiſſimus, recedat ab oculis.

ἀποχοίνιον.) Cũ Senatus funib. includitur: cæteri omnes excluduntur.

ἀπιτάφρευεν.) πόνος ὄκνῳ πόλεμος. Labor eſt pigriciæ inimicus & inuiſus. Menander. Antea Romani uallũ nõ iaciebant: neq; adeò rẽ illã norant, priuſquã Mauricius Pauli F. orientalis belli dux fieret. Is uerò pręturã adeptus, quæ illi ad imperiũ obtinendũ dux fuit: illud opus, per ſocordiam intermiſſum, in integrum reſtituit. Romani enim ab eo ita abhorrebant, ut in obliuionem ueniret.

ἀποτεμών.) Cum in Sinopenſium Iſthmum penetraſſet: quo minus coirẽt, incolas interclusit.

ἀπέτισεν.) In epigrãmate. Vitulo fera icta pro ſanguine ſanguinem rependit.

ἀπηλείψαντο.) Nõ ſingula modò crimina refutarunt, ſed & honorificè domum redierunt.

ἀπηγρεύετο.) Si hoc certamẽ Herculi ꝓpoſuiſſet Euryſtheus, ualde eũ afflixiſſet.

ἀπ' ἐχθρῶν πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοί.) Ab inimicis multa diſcũt ſapientes. Nã cautio ſeruat omnes. Ac ab amico quidem iſtud nõ diſces, ſed inimicus ultrò extorquet. Menãder: Nõ'ne ab iiſdẽ, per quos perijmus, conſeruabimur, inimicos? Nã dum hoſtes timemus, ab eis iuuamur, & ab inimicis multa edocemur utilia ad cuſtodiã & prouidentiã. urbes certè quidem ab inimicis, non ab amicis didicerunt, & alta mœnia extruere, & naues parare longas: quæ diſciplina conſeruat liberôs, familiam, pecuniam. *Inimici malo ta docent.*

ἀπηθῶν.) Aelianus: Romani ubicũq; in hoſtes incidebant, ibi utiq; pugnabant, ſiue aduerſa eſſent loca illa, atq; aſpera: ſiue cõmoda ad recipiendas legiones, atq; campeſtria. *Romani nuſquam detrectant pugnã.*

ἀπηθῶ.) Cui & quercus paruerunt, & inanimis rupes comitem ſe præbuit. *Orphei Lyra.*

ἀπηροκαλία.) Romani iã uictores faſtu efferebantur, ſua potẽtia ad Libyã uſq; illius propagata. At ſum ineptus qui peruulgata narrem denuò.

ἄπηροι γῦπες.) Infiniti egentes uultures. De iis qui propter hæreditatẽ aut lucrum alicui aſſident: quod uultures ad cadauera aduolant. *Hæredipetæ.*

ἀπέφθου χρυσίου.) Aurũm ſæpius excoctum fit obryzum.

ἀπηφλαύριζεν.) Is uerò aduerſabatur, & ea quæ dicerentur, contemnebat.

ἀπηχθησόμενος.) Norat Antenor, ſe regij filij inimicitias ſuſcepturum.

ἀπείχον.) Relata eſt uobis gratia, ſi qua debita fuit. Et, Fratri ſeniori debetur obtemperandi officium.

ἀπείχομαι.) Vtinam Adamus arbore ſcientiæ abſtinuiſſet.

ἀπεχώρησε.) Ad Mannũ ſe contulit, uiolata fide regi data, & conculcato iureiurando, quod iurauerat.

ἀπεχρήσαντο.) Ariſtophanes. Lemniæ mulieres maritos, ſobolem procreãtes, interfecerunt. Et, Ira'ne non ſatis habuit uiciſſe hoſtes: ſed & Apollinis ædẽ ſpoliauit?

ἀπεψηφίσμην.) ψευδόπτωμα, id eſt, falſus ſeu mendax caſus dicitur: cum lapſi reſurgentes abſtergunt puluerem, ne arguantur cecidiſſe. Ariſtophanes: Abſterſiſti nobis populum, & è turpi feciſti pulchrum:

chrum: quemadmodum Medea fertur Bacchi nutricibus iuuentam reddidiſſe. At Senatus de actis ſententiã ferẽs, hominẽ abſoluit, quòd illud piaculum, eo uim non inferente, ſed propulſante, cõmiſſum eſſet. E ducibus duo ante iudicium exulatum abierunt: Cononẽ uerò * repudiarunt (*abſoluerunt.)

ἀπεψηφισμένοι.) Suffragiis reiecti dicebãtur, qui in albũ ciuitatis per fraudẽ inſcripti, ciues non erant.

ἀπεῖδεν.) Imperator cũ ardẽs ita Getã toruè aſpexiſſet, eũ morte mulctauit.

ἀπεῖπεν.) Abnegata patria, Thutius eſt proclamatus. Interdixit, ne quis omniũ uel cibũ uel ſomnũ caperet, aut thoracẽ deponeret. Repudiato beneficio & munere propter fractam fidem.

ἀπείρηκα.) In extremo uitę itinere uerſans conſenuerat: & laboribus cõfectus uidebatur. Propterea Medi parati, fœderis ſatietate affecti, denuò belli cupiditate exarſerunt.

ἄπλοος.) Publicarũ nauiũ Athenis altera Salaminia dicebatur, altera Paralus.

ἀπέχει.) Quantum abeſſet ab admiratione regis & faſtus: eo declarabat, quòd ne aſpectu quidẽ digna eſſe illa cenſebat.

Philoſophiæ odium. ἀπῆγε.) Saluſtius à philoſophia dehortabatur adoleſcentes, alterutra de cauſa: ſiue ut magiſtros offenderet, illorumque odio philoſophicis ſcholis inſidiaretur: ſiue quòd magnitudinem illius uitæ inſtituti reputans, omnes eo mortales inferiores ducebat.

ἀπηγόρευον.) Cum labore deficiebant, ſe refocillabant.

ἀπηλλάγημεν.) Laborioſo morbo ſumus liberati.

ἀπήλαυον.) Neq; Cleon neq; Braſides quãuis calamitatis illius autor, maledictis appetitus eſt, quaſi iraſcente ſcriptore. Marcellinus de Thucydide.

ἀπήλγησε.) Populus uniuerſus, ſtatim cladem illam miſeratus, clamorẽ ad cœlum uſq; ſuſtulit.

ἀπηνέστερον.) Nõ eſt preceps, neq; etiã periculoſus ſaltus: & fecit quod dixerat.

ἀπήνη.) Præter corporis & currus ornatum, etiã caniſtra & pocula, & cætera ad ſacrificiũ pertinentia, argentea & aurea omnia, in ſolennibus progreſſionibus Aemyliam, Scipionis uxorem, conſequebantur.

ἀπηνθρακίζε.) Ariſtophanes: Integrũ taurum aſſabat.

ἀπηξιωμένοι.) Omnes eius conſilij ſocij, dedignati ſunt arma capere. uel, omnes ſenatores recuſarunt.

ἀπηρέμησε.) Is in ſumma deſperatione, tandem tali cuidam ſpei in præſens innixus eſt inopiæ depellendæ.

ἀπῄρε.) Nauticus exercitus, ubi promontoriũ, multũ in flumen prominens, nauigationẽ ab itinere nõ prohibebat, iuxta exercitum nauigabat.

ἀπήρυκε.) Is ſolus ſubſtitit, & depulit belluam. Moles continuas ingerendo, obſtabãt quò minus muri lęderẽtur.

ἀπηχῶς.) Non contumelioſè reprehẽdendi ſunt, qui barbarũ aliquid aut abſonum protulerunt. Inuſitatam & deteſtabilem expectans mortem.

ἀπήχθη.) Apollonius lingua utebatur Attica: neque eius uox Ciliciũ pronunciatione corrupta eſt, cum Tarſi uerſaretur.

ἀπηνθηκὼς.) Cũ ethnici defloruiſſent, res Chriſtianorum procedebant. Chriſtiani. Ethnici.

ἀπίασιν.) Omnia ei, uti prædicta fuerant à uatibus, euenerunt. Nec tamen euenerunt ea quæ ſperarat.

ἄπιν κρατῶν τις, ἀπεχῶ τῶν ἐλπίδων.) Apidem ſi quis tenet, ſpe ſua fruſtratur. Explicatio ſomnij.

Appianus, Romanã ſcripſit hiſtoriã, quæ Imperatoria dicitur. Ac tres ei primi libri ea cõtinent, quæ Romani cõtra Italos adhuc de imperio & principatu certantes geſſerunt. Alia uerò, quæ Galli & Afri in Italia & egerunt & perpeſſi ſunt: & ſicubi quæpiam Italiæ pars uel neceſſitate, uel inſidijs uel errore ad eos ſe contulit, in Gallica & Libyca hiſtoria referuntur. Conſcriptum ibi quoque extat, ut in bellis Romanorũ ciuilibus, Italia in factiones diuiſa fuerit. Atque etiã res geſtas aduerſus Celtas, hoc eſt Germanos Rheni accolas: & Galatas, hoc eſt Gallos & cauſas bellorum, & fœdera uel uiolata uel conſeruata, & tumultus Celtarum uſq; ad Caium quartus liber continet. Si quid autem Celtæ nõ ſuo nomine, ſed uel aliquib. Italis opẽ ferentes, uel mercede cõducti geſſerunt, id in eorũ hiſtorijs refertur: ac tantum admonendi ergò illorum meminit Appianus. Scripſit Romanos libros 9. Appianus hiſtoric. Germani. Galli.

Appia uia, ab Appio Romano Cenſore ita dicitur, qui eam lapide molari conſtrauit, & aquæductus fecit.

Apides dij fuerũt, qui colebãtur ab Aegyptijs, nõtã habẽtes in cauda & lingua, qua cognoſcebãt, eos eſſe Apides: qui cũ gignerẽtur ex interuallo (ut ferebant) Apis Lunæ ſacer.

bant) è Lunæ lumine, feſtum magnũ eis inſtaurabant: & ſacerdotes quidã nato illo boue immolabãt, omnis generis epulis appoſitis, eum quaſi conuiuio excipientes.

APIS, Deus Aegyptius, qui nomine Lunæ colebatur. Acis bos ita Lunæ ſacer erat, ut Mneuis Soli. Apis Aegyptius medicinam primus in Græciam trãsruliſſe dicitur. Ochus Apidẽ occiſum coquis tradere uoluit in fruſta diſſecandũ, & in cœnam coquendum.

*Mneuis Soli ſacer.* *Ochus.*

APICIVS, Romanus lurco, magnas opes in uentrẽ inſumpſit, dum Cinturis Galatiæ mulris ſquillis (longè enim ibi maiores ſunt, quàm Smyrnæ) & gammaris Alexandriæueſcitur. Cum autẽ in Libya naſci grãdes ſquillas audiuiſſet, nullum diẽ moratus ſoluit. Sed cũ eas eſſe paruas uidiſſet, gubernatorem ſtatim in Italiã reuerti iuſſit, nec appellere ad terram. M. Apicij nomen, ob luxũ & profuſiones & delicatã uitã, cæteraq; flagitia, celeberrimum eſt. Cõſules erant Iunius Blæſus & Lucius. Blæſus igitur ad cõuiuiũ inuitatus, ueluti lembũ adducit Aſconiũ Pędianũ inuocatũ. Licebat enim cõuiuis, etiã alios tanquã umbras adducere. Itaq; Apicius opes ſuas & in amicos, & in ignotos effundebat. Audiui autẽ ei cõcęnationi, quendã nomine Iſidorũ, in palæſtris attritũ, interfuiſſe: hominẽ ſenẽ illũ quidẽ, & prouectæ ætatis, annos unũ & nonaginta natũ: ſed firmũ & mẽbris integris, robuſtis laterib: & toroſis brachijs, * ſummisq; manib. q & acutũ cerneret, & facilimè audiret, ut nemo cũ annos LX natum crederet, & ſcypho * in callis ebibẽdo certaſſe cũ adoleſcẽtibus, & in uoracitatis & bibacitatis certamẽ deſcẽdiſſe, itaq; iuueniliter egiſſe. Vna uerò eũ re uictũ eſſe dicũt, q citius à cœna diſceſſerit. Senes uerò & alij dicebãt, artẽ palæſtricã in cauſa fuiſſe: atq; etiã Iunius Blæſus. q cũ hoc diceret, natus eſſet annos LX. Lõga ætate uſum fuiſſe. Cõſulẽ quoq; Seruiliũ audio: q cũ ad annũ XC. uixiſſet, toto corpore fuiſſe incolumis phibẽt, & oẽs ſenſus integros ſingulari quadam felicitate conſeruaſſe.

*Gulæ mancipium.* *Vmbra.* *Iſidori uegeta ſenectus.* *Seruilius Cos.*

ἀπίων.) Apion Pliſtonici filius, cognomẽto Mochthus, id eſt labor, Aegyptius: ſecũdũ Heliconiũ, Cretẽſis grãmaticus, diſcipulus Apollonij Archibij. Audierat & Euphranorẽ ſenẽ, & ultra centũ annos natum, Didymi magni alumnus. docuit Romæ ſub Tiberio Cęſare, & Claudio: ſucceſſor Theonis grãmatici, æqualis Dionyſij Halicarnaſſei. Scripſit hiſtoriam de ſingulis gentibus, & alia.

ἄπλαστος.) Vnà cum his ſuauis quædã grauitas, & uerecũdia germana affatim ornans philoſophum: iam notum etiam adoleſcentem illi faciebant.

ἀπεκτόνασι.) Odere quidẽ, pater, Thraſonem, ſed non occiderunt.

ἄπληστος πίθος.) inexplebile dolium, illud apud inferos pertuſum. De ijs qui multum comedũt: à Danaidum fabula, quę aquam in id dolium hauriebant. Iuxta id dolium cruciantur eorum animę, qui ſacris initiati non ſunt.

*Profanorũ animæ.*

ἁπλῆν θύλακον πάτει.) Simplicẽ ſaccum calca De rebus aut hominibus uilibus.

ἁπλότης.) Simplicitas eſt duplex: alia cordata & iuſta: alia uęcors & iniqua. Ac ingenij uarietas alijs inſita eſt cũ iuſticia & prudentia, alijs cum iniuria & inſcitia.

*Simplicitas duplex.* *Calliditas.*

ἁπλῶς λέγω.) Apud Ariſtotelẽ dicitur quod abſq; adiectione prolatũ, uerum eſt. Nam Aethiops alicubi albus, dentibus ſcilicet, non etiam ſimpliciter albus eſt. Quod uerò, ut uerum ſit, adiectionẽ requirit: id nõ eſt ſimpliciter uerum Nã Aethiops non eſt albus, ſine adiectione: cum uerò ſecundum quid adijcitur, uerum fit. dẽtibus enim eſt albus. Sed & boni uiri quidàm dicũtur ſecundũ aliquid. Nec nuda tantum uerba fecerunt ſed & tribunal ſublime excitatum eſt · & in eo Neronis ſtatuæ collocatæ.

*τὸ κατά τι.*

ἄπλωτα πελάγη τὰ ἀτλαντικὰ.) Maria Atlantica ſunt innauigabilia.

ἄπνους.) Aiũt Empedoclem Pauſaniæ tradidiſſe apnun, hoc eſt ſpiritu carens medicamentum: quod ſit huiuſmodi, ut XXX dies cõſeruet ſine potu, ſpiritu & cibo corpus. Fuit autem magus, deque ſe dicit:

*Apnus medicamentum.* *Empedoclis magia.*

*Medicamenta quæ & mala & ſenectutẽ propulſant*
*Audies: tibi enim ſoli ego iſta omnia conficiã.*
*Et ſedabis indefeſſorũ uẽtorũ uires, qui in terram*
*Ruentes flatibus rura corrumpũt.*
*Et uiciſſim, ſi uoles, reduces uentos adduces,*
*Et efficies ex imbre nigro tempeſtiuã ſiccitatẽ*
*Hominibus, & efficies ex æſtiua ſiccitate*
** Flumina fœcunda, quæq; in æſtate ſpirant,*
*Et reduces ex Orco defuncti animam uiri.*

** Flumina.*

Cum aliquãdo Eteſiæ ita uehemẽter flarẽt, ut fruges læderẽt: iuſſit aſinos excoriari, & utres fieri, eosq; in promõtorijs extendi, ut uentũ exciperẽt. Quo ſopito, appellatus fuit κωλυσανέμας, quaſi

*Ventorum auerſio.* *κωλυσανέμας.*

 Veti-

Vetiuentũ aut ꝓhibitorẽ uẽtorũ dicas.

ἀποβάτης.) Deſultor. Equeſtre quoddam certamen, à deſcendendo ſic dictũ, quo (ut Theophraſtus lib. 20 de legibus ſcribit) ſoli Græcorum Athenienſes & Bœoti utuntur.

ἀπὸ βαλβίδος.) A' repagulo : hoc eſt, ab initio.

ἀπὸ βραδυσκελῶν ὄνων ἐφ' ἵππους.) A' tardigradis aſinis ad equos. De ijs qui è tenui re ad maiora perueniunt.

ἀπόγνοια.) Thucydides. Nauigia cremarunt, ut deſperatis cæteris omnibus terram occuparent.

ἀπογράφειν.) Qui Reipublicæ pecuniã debebant ex mulcta, nec nono ſenatus conuentu perſoluerãt, in carcerẽ includebantur, repudiatis etiam ſpõſoribus.

*Deſcriptio Auguſti.*

ἀπογραφή.) Cæſar Auguſtus monarcha uiros XX ꝓbatiſſimę uitę delectos, in oẽs ꝓuincias miſit, per quos & homines & opes deſcripſit: edixitq́;, ut inſtã in de parte in ærariũ inferrent. Hæc deſcriptio prima facta eſt, cũ ij qui eũ anteceſſerũt, qd nõ poſſeſſorib. eripetẽt? ut locupletibus publico eſſent crimini diuitiæ.

ἀπόγραφος.) Oneſicritus ſecundũ locum obtinet, ut exemplum exemplaris. Xenophon intelligendus eſt.

ἀποδέκται.) Receptores. Magiſtratus ſorte lecti decẽ pro numero tribuũ, qui accipiebant & aſſeruabãt tabulas ærariorũ. Deinde ęs alienũ inquirebant, & perſolutã pecuniam cũ ſenatu diſtribuebãt in expenſas neceſſarias : delebantq́; eos qui perſoluerant quod debuerant.

*Demõſtratio. Definitio.*

ἀπόδειξις.) Demonſtratio à definitione differt. Ac primum quærendum, una'ne ratio ſit, qua omniũ rerum definitiones cõtineantur, an multæ? ſi una, quæ'nam ea ſit? ſin multæ, quot & quæ? Quòd ſi & tot & tales deſcriptione aut definitione inueneꝛimus, alia mox nobis occurret inquiſitio : quibus methodis, quibus in rebus ſit utendũ? eoq́; animaduerſo, cũ definitio ex generibus ſit, & differentijs: quod rei propoſitæ ſit genus, quæ differentiæ? Vt differẽtijs, quæ rẽ conſtituũt, cũ genere cõiunctis, definitionem eius explicem⁹. Eſt & alia difficultas. Cui enĩ primùm aliqd ineſt, id per ſe quoq; eſt. Per ſe aũt eſt, cuius eſt ſubſtantia. Nõ aũt ſi quid per ſe eſt id etiã primùm eſt. Nã animal quidẽ homini per ſe ineſt, nõ aũt primùm: eo quòd etiãſi homo nõ ſit, animal tamẽ erit. Animal igitur homini nõ primum ineſt. Eodẽq́; modo figura ineſt triangulo per ſe quidẽ, ſed nõ primùm. Propria uerò & germana demonſtratio fit ex ijs quæ per ſe & primùm inſunt, & (paucis ut dicã) q̃ ex cauſis effectus probat, τεκμηριώδης demõſtratio dicit̃: id eſt, abſoluta. cuiuſmodi eſt, ſi ex illuminatione lunæ oſtendatur, eã eſſę globoſam. Si enim eo ꝙ globoſa eſſet, ita eã illuminari oſtẽderetur: ea ꝓptiè demõſtratio fuerit, cum è cauſa effectus demõſtraretur. Cæterùm ea oſtenſione hic nõ utimur, quòd effectus, quantũ ad nos attinet, naturâ eſt euidẽtior, q̃ cauſa. Abſoluta etiã demõſtratio eſt, cũ è fumo ignis inuenitur, atq; deprehenditur. Ac tũ quidẽ τεκμήριον, hoc eſt argumentũ dicitur, cũ omnino effectũ cauſa ſequitur. Argumẽtum autẽ eſt ſignũ irrefutabile. Sin non omnino ſequatur : ſignũ quidẽ dicitur, ſed argumentũ non eſt, eo ꝙ irreſutabile non eſt. cuiuſmodi ſit: Pallida eſt, quia peperit. neq; enim pallorẽ partus omnino ſeqtur. Demõſtratio autẽ eſt methodus, quæ * p ratiocinationes colligit, cũ ex ueris & primis ratiocinatio cõficitur.

*Materia germana demonſtrationis.*

ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων.) A' bis ſeptẽ fluctibus. Translatio eſt ab ijs qui propter cædes factas luſtrãtur. Hi etenim bis ſeptem undis ueſtes ſuas eluunt.

ἀποδοκιμάσας.) At Hannibal prima eorũ armatura improbata, ſimulac prima pugna uicerat, ſtatim Romanorũ armis ſuas copias exornauit.

ἀποζῶν.) Ea re familiari contentus, unde uictitare liceat.

*Mors. Naturæ opus, coniunctio cum Deo.*

ἀποθανεῖν.) Si quis mortẽ ipſam per ſe tantũ intueatur, & diſtinctione cogitationis, ea quę in ipſa apparẽt, reijciat: nõ iam aliud eã exiſtimabit, q̃ naturæ opus. Naturæ autẽ opus qui timet, puer eſt. Et quidẽ nõ naturæ modò mors eſt opus, ſed & ei cõducibile. Nam quomodo attingit homo Deum, & qua ſui parte?

*Parſimonia temporis.*

ἀποθῆσαι.) Cum nullũ ſibi tẽpus iners abire uellet, ocium hybernũ in res quaſdã utiles ac neceſſarias cõferre inſtituit.

*Mortis cõtemptio, uitæ conſeruatio.*

ἀποθνήσκοντας.) Occũbere in bellis eos uideo, qui uitã plurimi faciũt: & eos euadere, qui uitam pro nihilo putãt. Itaq; & ego pugnabo tanquã moriturus, meq́; uictorem fore ſcio. Lacon enim ſum à primo ortu, & noui quid magiſtratus ad Leonidam ſcripſerint: Pugnãto, ut mox morituri: & non morientur.

*Leonidæ ſcriptæ.*

*Suſpectæ cur cauendæ.*

ἀποθραυσθῆς.) Aedes ſaltatricis ne ingreditor, ne fortè iacturam exiſtimationis facias.

ἀπὸ

ἀπὸ ἵππων ἐπ' ὄνους.) Ab equis ad aſinos. De ijs qui ad deteriora ſe conuertunt.

ἀπὸ καλοῦ ξύλου.) De pulchro ligno uel pendêre libeat. Sentẽtia eſt, præſtare generoſis uti ducibus, & probatis, quã improbis. Nam ſi quid mali ſit ferendũ: ferendũ potius eſſe à bono, quàm malo.

ἀπὸ καταδυομένης ὅ, τι ἂν λάβῃς, κέρδος.) E` naue ſubmergenda quicquid eripueris, in lucro deputandum.

ἀποκήρυκτον.) Qui abdicatos dicit eſſe improbos, omnino dicere uidetur, neceſſariò tales eos eſſe. Nec tamen res ita ſe habet. Fieri nanq; poteſt, ut abdicatus aliquis non ſit talis. Themiſtoclem certè quidem dicunt abdicatum fuiſſe, qui tamen improbus non fuit. Alij dicunt, ἐκποίητον eum dici, qui à naturali patre in aliam familiam ultrò transfertur: ἀποκήρυκτον, qui pœnæ cauſa eijcitur.

ἀποκναίειν.) Menãder in Inuiſo: Cur nõ dormis? Es mihi moleſtus obambulando. Alibi: Sub Iuſtiniano à tributorum exactoribus afflicti homines, & uſuris debitorũ perennibus uexati, mortis cupidi uitam inuiti traxerunt.

ἀποκτιννύναι.) Cratinꝰ in Bubulcis: Aduerſus cœlum etiam uelitando, minis occidit.

ἀπολαβόντες.) Exercitũ anguſtis conuallibus & aditu difficilibus circumuentum, turpem facere pactionẽ coegerũt.

ἀπόλεμος.) Imbellis erat, ac prę podagra neq; manus eius neq; pedes officiũ faciebant. De ijs uſurpatur, qui cum nullam belli cauſam haberent, hoſtilia tamen fecerunt.

ἀπὸ λεπτοῦ μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι.) A` tenui filo pendêre uitam. Eorum qui in tali pelago nauigant, uita, à filo tenui pendet. Prouerbium, de ijs qui in extremo diſcrimine ſunt conſtituti.

APOLLINARIS, ex Laodicæa Syriæ, temporibus Conſtantini & Iuliani Parabatæ, uſq; ad Theodoſiũ maiorem, æqualis Gregorij & Baſilij, Cappadocũ illorum admirabiliũ. Fuit autẽ notus utriq;, & Libanio ſophiſtæ, & alijs. Hic nõ modò grãmaticus & poeta dexter, ſed multo magis etiam in philoſophia fuit exercitatus, & orator inſignis. Soluta oratione contra impiũ Porphyriũ ſcripſit libros XXX, & uerſibus heroicis totam Hebræorũ ſcripturã perſecutus eſt. Epiſtolas itẽ ſcripſit, & multos in ſacrã Scripturam cõmentarios. Apollinaris etiam Philoſtorgius in ſua hiſtoria mẽtionem fecit, hoc modo: Apollinaris, inquit, ijs tẽporibus Laodiceæ Syriacę florebat, & Baſilius Cęſareæ Cappadocię, & Gregorius Nazianzi, qui eiuſdẽ Cappadociæ locus eſt. Hi tres uiri tũ Homouſion cõtra Heterouſion defendebant: lõgo interuallo ſuperiores ijs omnibus, qui & priùs & pòſt, ad meã uſq; ætatẽ, cauſam eandem egerũt, ut puer præ ijs iudicaretur Athanaſius. Nã & in profanis hi literis maximos progreſſus, & ſacræ Scripturæ lectione, expromptaq́; memoria, magnum habebant uſum: præſertim Apollinaris, qui & Hebręam linguã intelligeret. Atq; etiã quilibet eorũ in ſuo genere plurimum ſtylo ualebat. Apollinaris ſcribẽdis cõmentarijs longè præſtabat: Baſilius in genere demonſtratiuo erat ſplendidiſſimus: Gregorij aũt cũ utroq; cõparata oratio, altiorem tenebat locũ. nam & Apollinari dicẽdo uberior, & Baſilio grauior erat. Cum autẽ tanta eſſent & dicendi & ſcribendi prę diti facultate: ijs etiã fuêre moribus, quibus oculi multitudinis maximè allicerentur. Itaque & aſpectu, & oratiõe, & ſcriptis paſſim editis in ſuã ſentẽtiam & familiaritatẽ pertrahebant omnes, q ulla ratione pertrahi commodè poterãt. Hæc de ijs obiter Philoſtorgius Arianus ſcripſit.

APOLLINARIS poſt Paulũ Samoſatenũ præſes Laodiceæ, alterius delyrij autor. Nã cum Ariani prorſus inanimẽ Domini carnem dicerent: hic carnẽ anima uitali præditam aſſumpſiſſe dicebat Dominũ, mentẽ uerò noſtrã non admiſiſſe. Neq; enim opus fuiſſe ait illi carni humana mente, quæ à diuino uerbo, qđ illã ſubijſſet, gubernaretur: ac ne admittere quidẽ aliam uim, pręter diuinã. Hoc fundamento iacto, unã eſſe naturã contendit uerbi & carnis: ut quæ imperfecta ſit ad hominẽ conſtituendũ, eoq́; nefas eſſe * naturã dici. Poſt hũc extitit Theodorus Mopſuheſtiæ Ciliciæ præſes. Fuerũt autẽ duo Apollinares, pater & filius: pater Alexãdrinus, qui Laodiceæ in Syria ducta uxore, filiũ habuit Apollinarẽ. Floruit uterq; cum * Epiphanio rhetore, eumq́; florẽtem eſt amplexus. A` quo cum eos Theodorus Laodiceæ epiſcopus nullo pacto poſſet auellere: utrunq; * ob conſuetudinẽ illius mulctauit. Quã rem contumeliam ratus Apollinaris filius, & ſophiſtico fretus acumine: & ipſe nouam hæreſin inſtituit, quæ nunc uiget, inuentoris nomine celebris. Alij dicunt,

ἰμοίσιον. ἑτεροίσιον.

Genera dicendi diuerſa, Apollinaris, Baſilij, Gregorij.

Mores.

Apollinariana hæreſis. Arriani.

Theodorus. Duo Apollinares.

* Libanio.

Theodotus.

* à communione excluſit.

Ingenia præſtantia non irritanda.

Apollinaris ſcripta.

Philoſtorgius de Apollinari.

cũt,cos à Georgio diſſenſiſſe, quem abſurda quædam docere uiderent. Hic Apollinaris gradus in natura diuina ſtatuere nõ dubitauit, & fabulas quaſdam diuinis promiſſionibus adiunxit.

*Xantippus.* Ἀπολογισμός.) Polybius: At Xanthippus facto prælio cũ aduenisſet, magiſtratibus rationes euidentes expoſuit, quibus de cauſis nunc cladem accepiſſent, & quo pacto poſſent hoſtem uincere.

Ἀπόλογος ἀλκίνου.) Apologus Alcinoi, de nugatoribus & loquacibus.

APOLLODORVS Athenienſis comicus fabulas fecit XLVII, uicit V.

Apollodorus Gelous comicus, Menandri comici ęqualis. Eius fabulę ſunt, Apocarteron ſiue Adelphi, Deuſopœi, Hieria, Grammatodipnus, Pſeudeas, Siſyphus, Aeſchion.

Apollodorus Tarſenſis, tragicus, cuius fabulæ ſunt, Acanthoplex, Tecnoctonos, Hellenes, Thyeſtes, Hicetides, Vlyſſes.

Apollodorus, Aſclepiadis filius, grãmaticus, unus ex Panætij, Rhodij philoſophi, & Ariſtarchi grammatici diſcipulis, genere Athenięſis, primus autor uerſuum qui Tragiambi dicuntur.

APOLLOPHANES Athenięſis, comicus antiquus: cui⁹ ſabulæ ſunt, Dalis, Iphigeron, Cretenſes, Danai, Centauri.

APOLLO Patrous, Pythius, quem publicè paternum uenerantur Athenienſes ab Ione. *Ion.* Qui cum (in Atticam colonos duxiſſet) Atticam incoluiſſet, Athenienſes ab eo dicti ſunt Iones, & Apollo paternus appellatus.

*Apollo Iouis miniſter.* ὅτι ὁ Ἀπόλλων.) Apollinem eſſe miniſtrũ patris, & ab eo accipere oracula, & reddere hominibus, tradunt. Hinc Iouis fama, id eſt oraculum. Virgilius:

*Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo.*

Homer⁹: Iouis nũcia ſama edocuerat.

*E' plebeia muliere regina.* APOLLONIAS, Attali, patris Eumenis regis, uxor: quæ plebeia cum eſſet, regina euaſit, eamq́; dignitatẽ uſq; ad extremum uitæ diem retinuit, non meretricijs illecebris, ſed modeſtia & urbana grauitate atq; integritate. Filios peperit quatuor, quos omnes inſigni beneuolentia & pietate uſq; ad obitum eſt proſecuta quamuis nõ paruo tempore marito ſuperſtes. Cæterùm Attalus & fratres cum domi eſſent, bonã famam ſunt conſecuti, dum conuenientem gratiam & honorem matri tribuunt. *Filiorum pietas in matrẽ.* Ducentes enim matrem utraq; manu inter ſe mediam, in templa & per urbem ibant cum ſuo comitatu. Quibus de cauſis ſpectatores magnopere ꝓbabãt adoleſcẽtes, & uenerabãtur: & Cleobidis ac Bitonis factũ commemorãtes, horum inſtitutũ & inſignem alacritatem regiæ excellentiæ faſtigio æquabant. Hæc Cyzici geſta ſunt, pace cum Pruſia conſtituta.

APOLLONIVS LACVS. Attalus Aſiæ rex, Nicomedis Monodõtis regno *Nicomedes. Vnidens.* armis potitus, cum ille Romanorum opem implorasſet, id reſtituit: matremq́; ſuam Apolloniadem defunctam, in maximo Pergami templo condidit, quod ipſe extruxerat: uicinumq́; lacum illius nomine appellauit.

APOLLONIVS Alexandrinus, Sillei filius, poeta Epicus, id eſt uerſus heroici ſcriptor, Rhodi commoratus, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis, & Euphoriõis, & Timarchi, ſub Ptolemæo, cognomento Euergeta: ſucceſſor Eratoſthenis in Alexandrinę Bibliothecæ curatione.

Apollonius Tyaneus, philoſophus, Apollonij filius, matre ciue illuſtri natus: quo grauida mater, dæmonẽ aſtantem uidit, qui diceret, ſe eum eſſe quem illa geſtaret in utero. Eſſe autẽ ſe Proteũ *Proteus ſe Apolloniũ eſſe dicit.* Aegyptium: unde Protei filius eſt habitus. Floruit ſub Claudio, Caio, & Nerone, uſq; ad Neruã, ſub quo deceſſit. Mo- *Ἐχεμυθία σιωπῶσα.* re Pythagorico tacuit quinquennium. Pòſt in Aegyptum abijt: inde Babylonẽ *Peregrinationes.* ad Magos, inde ad Arabes, & ex omnibus illis locis infinitas illas & celebra- *Scripta.* tas præſtigias coegit. Scripta eius ſunt: Initia, ſiue de ſacrificijs: Teſtamentum, Oracula, Epiſtolæ, Pythagoræ uita. Huius uitam philoſopho dignam deſcripſit *Philoſtratus.* Philoſtratus. Hic Apollonius modeſtia *Sophocle temperantior.* Sophoclem ſuperauit. Is enim ſenex, ab agreſti & furioſo domino ſe profugiſſe dixit: at Apollonius, pro uirtute & temperantia ſua, ne adoleſcẽs quidem à rebus uenerijs ęſt uictus. Eundem ſcribit Philoſtratus, diuinius Pythagora ſapientiam tractaſſe *, & imperia ſuperaſſe: & cum temporibus fuerit neque antiquis, neq; recẽtibus, ignorari ab hominibus, in quàm uera philoſophia, quàm philoſophicè prudẽterq́; ſit uerſatus. Ac alius *Non philoſophi nomẽ adimendum ijs qui Magos adierunt.* aliud in eo uiro commendat. alij uerò, quia magos Babyloniorũ & Indorũ Brachmanes, & Aegyptios Gymnos adijt, magum eum cenſent, & ut inſipientem

impe-

imperitè criminantur. nam & Empedocles ipſe, & Pythagoras, & Democritus, magorum uſi conſuetudine, multaq́; diuina effati nondum illa arte cenſentur. Plato item in Aegypto uerſatus, multis prophetarum & ſacerdotũ dictis in ſua ſcripta relatis, & pictoris inſtar rudi delineatione coloribus illuſtrata, magus nõ habetur, quamuis maxima omniũ propter ſapientiam ſuſcepta inuidia. Neque etiam, ob præſenſionem & multas prædictiones rerum futurarum, doctrinæ illius inſimulari debet, niſi eodem crimine Socrates etiam cõdemnetur, & Anaxagoras: qui Olympiæ ſereno cœlo, penulatus ſtadiũ eſt ingreſſus, ad imbrem prædicendum. cui cum alias quoq; tribuant prædictiones, Apollonium negãt è ſapientia uaticinatum eſſe. Operæprecium itaq; mihi uidetur, non negligere uulgi amentiam, & accuratè uirum hũc deſcribere, tum quibus temporibus aliquid dixerit aut fecerit: tum quibus ſapientię rationibus id fuerit conſecutus, ut admirãdus ac diuinus habeatur. Collegi autem illa partim ex urbibus, quæ illum adamarunt: partim è templis, quæ ritibus uiolatis, ab illo inſtaurata ſunt: partim è ſcriptis aliorum ad illum, aut ipſius ad alios. Scripſit autem regibus, ſophiſtis, philoſophis, Eleis, Delphis, Indis, Aegyptijs: de Dijs, de moribus, de legibus * quicquid tandem egit omiſſis eius actis. Certiſſima uerò ex Damide audiui. Hic Apollonius Tyaneus memoria, ut ſi quis alius, ualuit: taciturnus, plurimæ lectionis, ac iam centenarius, memoriæ firmitate Simonidem ſuperauit. Extat & hymnus eius, quem Mnemoſynæ cecinit: in quo ſcribit, Omnia quidẽ tempore marceſcere, ipſum uerò tẽpus, Mnemoſynæ beneficio, & ſenectutis & mortis eſſe expers. Huius Apollonij oracula uide in uoce Timaſion.

*Platonis propheticæ dicta.* *Vaticinationes Socratis, Anaxagoræ.* *Apollonij memoria.* *Hymnus in Mnemoſynen.*

APOLLONIVS alius Tyaneus, philoſophus iunior, ſub Adriano Imperatore, ut tradit Agreſphon in Synonymis.

Apollonius Alexãdrinus, cognomento Dyſcolus, id eſt, Difficilis, pater Herodiani, Technographi grãmatici, qui hæc ſcripſit: De partitione orationis partium libros IIII. De conſtructione partium orationis, IIII. De uerbo ſiue uerbalib. V. De uerbis deriuatis in μι deſinẽtibus, I. De uerbalibus uerbis ſeu nominalib. I. De nominibus ſecundũ dialectum. (.I.) De fœmineorum nominum caſu recto, I. De denominatiuis, I. De comparatiuis & dialectis Dorica, Ionica, Aeolica, Attica. De figuris Homericis. De ementita hiſtoria. De paſſionibus. De tonis coactis lib. II. De tonis curuis librũ I. De accẽtibus, V. De elemẽtis. De præpoſitionibus. De Didymi probabilibus. De compoſitione. De diuulſis biſariam enunciatis. De particula τὶς, id eſt quis. De generib. De ſpiritibus. De poſſeſſiuis. De coniugatione.

Apollonius, Archebuli ſiue Archebij filius, ſcripſit de Homericis dictionibus ordine alphabetico.

Apollonius Aphrodiſienſis, põtifex & hiſtoricus. Scripſit hiſtoriã Caricam, de Trallibus: de Orpheo, & eius ſacris.

APOLLINIS ſimulacrũ, citharã manibus tenens fingũt: quòd ſol ſit harmonia uniuerſi, & cum cæteris ſtellis commiſtus * & condat, & animalia gignat. *Apollinis ſtatua.*

ἀπολοίμην.) Vtinam pereat, malicia.

ἀπὸ λύκου θύρας.) A' lupi uenatione (θύρας ianua.) De ijs q ſtatim re infecta abeunt. Alij, de crudelibus atq; agreſtibus.

ἀπολυμαίνεσθαι.) θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. Aqua marina, natura purgatrice eſt prędita. Itaq; redũdãria excremẽta in mare nõ redundãs abijcim⁹.

ἀπομάττεσθαι.) Fabulantur, Bacchum à Titanibus malè acceptum, & gypſo inunctum fuiſſe, ne agnoſceretur. Aeeum quidem morem eſſe obſoletum: pòſt autem ſolitum luto inungi, ritus cauſa. *Bacchus, Titanes.*

ἀπὸ μηχανῆς θεός.) Deus à machina. De rebus mirabilibus, & inopinatis. Nã tragici poetæ, cũ in ſcenam introducebant facinus, quo ſpectatores aut percellerẽtur, & miſerarentur calamitoſos, tanquã indigna fortuna uſos, aut facinoroſos atq; nefarios odiſſent: deos ſolebant introducere, nõ ex ipſa ſcena progredientes, ſed ſupernè ex machina aliqua, quã prius quidẽ uiderãt ſpectatores: ſed quę illo die agitata, Dei uultũ exhiberet, ut eo pacto turbæ fabulæ ſedarentur.

ἀπὸ μισθωμάτων.) Vnicuiq; deo aliquot agri iugera aſſignabant: è quorum locatione ſumptus fiebant in ſacrificia. Neq; enim è religione, ſed è locatione tẽ diuinam faciebant.

ἀπόμοιρα.) Pars exercitus, utres geſtantes, cinere & fauilla plenos, pugiunculis iſtos perrumpentes, aerem turbidum reddebant.

ἀπὸ Νανάκου.) A' Nannaco. De rebus aut hominib. antiquiſſimis & uetuſtiſſimis.

ἀπὸ

ἀπόναυσθαι.) Non illi contigit, ut imperio frueretur. nam ſeptimo eius die, ex morbo deceſſit.

* ἀπονέμου τῆς ἁμάξης, τῶν δὲ ὄνων οὐδὲν μέλει.) Curato currum, aſini nihil ad nos. De ijs qui ſua curant, neglig ũt aliena: eo quòd qui proprium currũ habent, aſinos conducticios negligunt.

ἀπονομή.) Partem eorum, quæ è fodinis eruebantur, accipiebat reſpublica: aut unicuiq; mercenario pars quædam tribuebatur.

ἀπ' ὄνου. ἀπ' ὄνου καταπεσών.) De aſino delapſus. De ijs qui rem equeſtrem aggreſſi, ne aſinis quidem uti ſciunt. Plato autẽ philo- ἀπὸ νοῦ. ſophus effert, quaſi ἀπὸ νοῦ eſſet, non ἀπ' ὄνου. Sic, inquit, & non quaſi ore indomito præditus, quòd ui orationis incitatũ (ſecundum prouerbiũ) mente excidat.

Venetorum inſolens habitus. ἀπόνοια.) Procopius: Homines iniurijs affecti, ad uæcordiam conuerti ſolẽt: id quod & Venetis accidit ſub Iuſtiniano. Ac primùm factioſi, nouam capillorum rationem inierunt. Radebant enim eos ſecus quàm alij. Nam myſtacem & barbam nuſquã attingebant, ſed quàm pro- Perſici & Maſſagetic capilli. miſſiſſimam ſemper alere, more Perſico, ſtudebãt. Capillos uerò anteriores uſq; ad tempora detondebant: poſteriores quàm longiſſimos dependêre, nulla ratione, ut Maſſagetæ, ſinebant. Qua de Hunnica tonſura. cauſa tonſura illa Hunnica dicebatur: ueſteſq; precioſas geſtabant. Iulianus: Nõ Prouidẽtia. præuidere in re gerenda, quid fieri, quid non fieri poſſit, extremæ dementiæ ſignum eſt.

Gallici gladij. ἀποξυρῶνται.) Polybius: Gladij Galatarum ita ſunt parati, ut primo impetu unam plagam inferant: deinde ſtatim ita curuantur & inflectuntur in longitudinem & latitudinem, ut niſi ſpacium recedendi & pede corrigendi dederis, celeriter alter ictus illorum ſit irritus.

ἀπόπατημα.) Eupolis in Chryſogene: Quid ẽm is eſt? excrementũ uulpeculæ.

ἀποπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαις.) Ablegate ad XI temos. Eſt celeuſma nauticum, hoc nomine.

ἀπὸ πέντε ἅλλεσθαι πετρῶν ἐς κῦμα.) De quinq; rupibus in fluctum inſilire. De ijs qui tædio malorum, difficultatem aliquam non recuſant.

ἀπόπειρα.) Damaſcius: Verè fiebat, ut Germani philoſophiæ amatores adoleſcentes, tanquã aurum igni ſpectarẽtur.

Plebi uacare. ἀποπηδᾶν.) Reſilire prudentem orationem à populo non poſſe.

ἀποπληξία.) M. Verus Antonini frater, inopinato interit, multa ſanie & flatu ſpiritu intercluſo. Quem morbum filij medicorum apoplexiam uocant.

ἀπορραγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον.) Rũpetur tenſus funis. De ijs qui aliquid ui & neceſſitate agunt: uel ad agendum alios cogunt.

ἀπορρῶγες.) Rupes undique prærupta ſuberat, nec ullus patebat aſcenſus. Timon erat extorris: inacceſſis obſtaculis incluſus: Furiarum propago: qui hominum oſor dicitur. Hunc ait Euanthes de pyro delapſum, factum eſſe claudum: & cum medicos non admitteret: putrefactione eſſe mortuum. Ac poſt obitum, eius ſepulchrum quoq; adiri nõ potuiſſe, à mari abruptum, in uia quæ à Piræeo Simium ducit.

ἀποσαφοῦντες.) Iſidori oculi celeritatem ingenij declarabant.

ἀποσεμνυνόμενος.) Aeſchylus grauitatis cauſa diu tacebat, ingreſſus theatra: & in principijs fabularum, præſtigijs quibuſdam utebatur.

ἀπόσιτος.) Ieiunus dies & noctes duas ſæpè manebat, & paſchatis diebus cibo abſtinebat, exigua uictitans aqua.

ἀποσκεδαζόμενος.) Scribit, ut quouis modo è medio tollat Alcibiadem. Periculum propulſant, re ipſa probantes, ſe Romanos eſſe.

ἀποσκευή.) Poſt hæc, copias omnes & uaſa cum his coniunxit: ut in præſentia commeatus eis ſuppeteret. Nam in futurum, impedimenta, & lixas atq; calones non curabat. Cogitabat enim, ubi hoſtilem agrum attigiſſet: ſibi uicto nõ opus fore commeatu. Sin uictor exiſteret: cõmearum non defuturum.

ἀπόσπονδον.) Omiſſa inuiſa iſta ebrietate, & omni cœno alienigenarum cantionum. Piſides.

ἀποσκορακίζει.) τὸ ἐς κόρακας: Ad coruos, contumelia fuit apud ueteres.

ἀποσκυθίσαι.) More Scythico, unà cum pilis cutem incidere capitis.

ἀποστασίου δίκη.) Actio in libertos, patro- Clientela deſerta. norum deſertores, aut ad alium patronum ſe conferentes: aut ea quę leges iubent, non facientes. Ac cõuictos, ſeruos eſſe oportet: uictores uerò, deinceps planè liberos.

ἀπροστασίου δίκη.) Habebat & inquilinus Inquilinorum patroni. quilibet patronum, unũ ex ciuibus, per quem & cenſum ſolueret quotannis, & cætera gereret. Si quis igitur inquilinus patro-

patronum nō habebat, aut cenſum non ſoluebat, aut ſe pro ciue gerebat, falſò in ciuitatem aſcriptus: quilibet actionē in eum habebat, quæ ἀπροστασίου δίκη uocabatur. Dabat autem actionem Polemarchus ἀποστασίου καὶ ἀπροστασίου, & hæreditatū & pupillarium cauſarum.

*Eleemoſynæ.* ἀποστέρησις.) Cum eleemoſynam indigentibus nō præbemus, æquè atq; fraudatores punimur.

*Cōſuetu recedere durum.* ἀποστῆναι.) Diſcedere à ſuo quemq; ingenio, ſemper eſt difficile. Quanquam multis id accidit, ut aliorum ſententijs inducti, mutarent mores.

*Apoſtolica uita.* ἀποστολικὴ πολιτεία.) Apoſtolicæ uitæ ratio hæc eſt: oculorum diligentia, linguæ continentia, corporis ſubactio, animus humilis, cogitationis puritas. Cum uerberaris, ultrò te offer: cum ſpoliaris, ne litiga: inuiſus, dilige: cum expelleris, tolera: malè audiens, benè precare. Mortuus eſto peccato: unà cum Chriſto ſis crucifixus: omnē dilectionē transfer in Dn̄m.

ἀποστοματίζειν.) Cratinus: Equidem literas non didici, neq; ſcio: ſed ex tempore dicam tibi. Satis enim memini.

*Cimonis cū Elpinice inceſtum.* ἀποστρακισθῆναι.) Teſtulę ſuffragio pulſum eſſe ab Athenienſib. Cimonē ferūt, quòd cum ſorore Elpinice rē habuiſſet.

*Pyrrhus de uirtute Fabricij ſenſit.* ἀποσυγγῦντες.) Fabricio, duce belli aduerſus Pyrrhū deſignato, cum è regione caſtra haberent exercitus, quidā noctu ꝑ occaſionē eum adijt, ſe ueneno Pyrrhū necaturum pollicēs, ſi pecunia daretur. Quem Fabricius ob id facinus peroſus, uinctum Pyrrho remittit. Quod factū is admiratus, exclamaſſe fertur: Vnus Fabricius is eſt, qui difficilius à ſua uirtute dimoueatur, q̃ Sol à cōſueto ſuo curſu.

ἀποσυκάζειν.) Olim ficus in precio fuerunt apud Athenienſes, quas ſi quis furari diceretur, puniebatur. Vnde ſycophanta, ab accuſando propter ficus.

*Odontomantes Iudæi.* ἀποτιθρίαχειν.) Odontomantes, gens Thraciæ, læuigabant & pilis nudabant, & præcidebant pudenda. Quidā Iudęos eſſe dicunt.

ἀποτειχίζων.) Ventrem ita obſepſi, ut nullo ueneno poſthac lædar, quamuis affatim hauſto.

*Pupillorum & matronarum cautio.* ἀποτιμηταί.) Qui pupillorum rem familiarem à prætore conducebant, pignora locarionis exhibebant ijs quos ille mittebat, qui ἀποτιμηταί, id eſt ęſtimatores dicebātur. ſic etiam uxoribus de dote cauebatur, ædibus aut fundis tanti precij pignori oppoſitis.

ἀπότιμος.) Sophocles inhonoratam deam appellat Famem, quòd, cum deorum ſit de hominibus bene mereri, illa perdat atq; occidat. *Fames.*

ἀποτίσεις χοῖρε γίγαρτα.) Perſolnes porce racemos: hoc eſt, plus repēdes quàm deuoraſti. De ijs qui pœnas dant maiores delicto.

ἀποτρόπαιοι.) Vel odio digni, uel depulſores malorū. Putabantur enim eſſe, qui id præſtarent.

ἀποτροπιαζόμενοι.) Solēt in eorū quos occiderūt capitibus abſtergere gladios, quaſi auerſantes & expiantes facinus in cæde perpetratum. *Homicidarum mos.*

ἀποτρύειν.) Non eſt tibi bona ſpes deſerenda. Neq; enim rex omnia gubernans Iupiter, mala hominibus quæ leniri nequeant, decreuit. *Sperandū.*

ἀπότρωκτον ἄλφιτον.) Farinam eſculentā primus inueniſſe fertur Epicharmus.

ἀποφαντικὸς λόγος.) Pronunciatū, Oratio quæ ſenſum rectum effert, ſiue affirmando ſiue negādo. Speciatim uerò ea, qua quis non aſſentitur, ſiue inficiatur. Legēdum uidetur ἀποφατικὸς, in ea ſignificatione.

ἀπόφασις καὶ ἀπογραφή.) Scriptis declarandum eſt in permutatione fortunarum particulatim, quas quiſque habeat facultates..

ἀπόφημα.) Lingua indocta & rudis, cùm alia tum & hac ratione mala attrahit: atq; etiam in maledicta prolabitur.

ἀποφθίμενον.) Teucer cadaueri Aiacis dicit: Vides ut te Hector tandem etiam mortuus fuerit interfecturus. *Mortuus occidit uiuum.*

ἀποφράδες.) Dies atri, quibus defunctis inferias offerunt, & ad res gerendas inauſpicati. Polybius. Magna hęc Romanis clades fuit, tum propter multitudinē & dignitatē, tum ob nobilis familiæ internecionē. Ac diem illū atrum ducunt.

ἀποψηφισθέντες.) Si quis peregrinus, & nō ciuis eſſe uidebatur, eum populares in municipiorum ſuffragijs repudiabāt. Deinde in ius uocatus, peregrinitatis accuſabatur. Cōuictus uænibat, ut peregrinus: abſolutus, pro ciue habebatur. *Peregrinitatis actio.*

ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ.) Perdidiſti uinum, inſuſa aqua. De ijs qui ſuperiora rectè facta paruo quopiam malo euertunt: ant de ijs etiam, qui dona ſua adulterant, nec ſyncera largiuntur. Prouerbiū hoc, autore Chamæleonte libro de Satyris, natū eſt de Cyclope Ariſtij. *Delictum. Corruptela.*

ἀπώμοτον.) Eupolis in Vrbibus: Quid *Licentia potentum.*

eſt qđ licere ſibi nō putēt Athenienſes?

*Vltio.* ἀπώνατο.)Temeritatis ſuæ pœnas dedit,intempeſtiuè de Theudeberto Francorum rege locutus.

ἀπωτέρω.) Inquiram in iſtud ſcelns,idq́; ulciſcar, nō propter remotiores tantum amicos,ſed & mei ipſius cauſa. Nā quiſq̃s homicida ille fuit: fortaſſis meipſum quoq; manu eadem ſublatum uolet.

*Seruile ingenuum exilio dignum.* ἀπωστὸς.)Sophoclis Teucer:Patria deniq; pulſus eijcerer: qui non liberalнter, ſed ſeruilem in modum locutus eſſem.

*Stoicorū uir bonus.* ἀπραγμοσύνη.) Ocium, quidam dicūt eſſe plantā, quæ in Academia naſcatur. Allegoria eſt,ſignificans,philoſophiam non ingerere ſe rebns alienis, ſed ſuum agere negocium.

ἀπράγμων.) Viros bonos quietos eſſe decere,cauereq́; ne quid cōtra officium faciant: ac uino quidem ad hilaritatem uſuros,nec tamen ebrios fore, neq; etiā inſanos: obiectum tamen iri uiſa abſurda ex melancholia uel delyrio, non quidem ratione rerum expetendarum, ſed præter naturam.

*Vindicta.* ἄπρακτα.) Nō inulra iſta præterirl poſſe, cum dij nullum facinoroſis ſuppliciū irrogarint.

*Caſus bellici.* ἀπροαιρέτως.) Polybius: Ea quæ in bellis præter animi ſententiā eueniunt, nō res geſtæ, ſed caſus atq; euētus dicēda ſunt.

*Subita mors.* ἀπροϊδής,) Orci improuiſus contexit receſſus.

ἀπρόσιτον.) ἀκατάληπτον, Imperceptum eſt,quod indagatū & inquiſitum nequit percipi,ut maris profunditas. ἀπρόσιτον, Inacceſſum: quod ne inquiſitionis quidem initium admittit,ut natura Dei.

ἀπτία.) Ei uidebatur, rem ſuſcipiendā eſſe, priuſquā cæteri quoq; ad nouarum rerum ſtudium impellerentur.

*Muſarum & Sirenum contentio.* ἄπτερα.) Aptera,urbs Cretæ,à Muſarū & Sirenū cōtentione,in Muſeo (q locus eſt iuxta urbē,& ad mare) facta.ubi cum Muſę uiciſsēt in arte Muſica,Sirenes prę dolore abiectis alis, factæq́; * populi arbores,ſe in mare abiecerunt. Vnde urbs Aptera: id eſt, ſine alis, & uicinæ inſulæ populi ſiue albę.Alij à Glauco Cyrenęo dictam putant.Ciuis, Apteræus.

** albæ.*

*Viuentes lugendi.* ἀποίμωξον.)Me uiuentē deplorato potius quàm triobolum. Ego enim pereo. & Aeſchylus in Myrmidonibus: Antiloche, me uiuentē deplorato potiꝰ, quàm illum mortuum.

*Defunctis parcendū.* ἀποιχόμενα.) Morls antiqni fuit, defunctis non maledicere.

*Zeno.* ἄπυρα.) Zeno uictu ſine igni uttebatur, & tenui pallio.

ἀπφῶ.) Eliſæus propheta ait: Vbl eſt occultus iſte Eliæ Deus? Aquā eñ Eliæ uellere cū percuſſiſſet,ea dluiſa nō erat.

ἀράξης.) Araxes fluuius Armeniæ, & Theſſaliæ. Sic eñ & Peneus uocabaẽ,ab Araxante. Hinc fit locale,Aqua Araxia.

*Arabici ſagittarij.* ἄραβες.) Arabes uirtute multum præſtant alijs, ſagittis utentes uiri longitudine: arcumq́; intendunt nō manibus, ſed neruo pedibus inſiſtentes.

*Tibia ſpreta.* ἀράβιος ἄγγελος.) Arabius nuncius, ſicut Arabius tibicē: de quo Prouerbiū, Nunquid ego Arabiā cōmoui tibiam? Ponitur de ijs qui continenter garriunt. Olim antē, ut aiūt, ingenui tibia norı́ diſcebāt,quòd ſordidū id haberetur. *Mancipia barbara.* Mancipia uerò pleraq; barbara atq; Arabica fuerūt: de quibus Prouerbiū: Drachma quidē una canit,quatuor deſinit. Cātharus in Medea: Citharœdus Arabius excitauit gregem iſtum.

*Deſperatio.* ἀράγη.) Nūq̄d ego iſtud unquā uiſurus ſum? id eſt: Nū tā pręclarè mecū agetur?

*Aristophanis F.* ARAROS, filius Ariſtophanis comici, & ipſe comicus, qui primùm fabulas edidit Olympiade CI. quarum ſunt Cæneus, Campylion, Panos partus, Hymenæus, Adonis, Virguncula.

*Munus quo amplius, eo difficilius.* ἄραδον.) Quò magis ſucceſſionis amplitudo uerbis augebaẽ, eò minꝰ ille ſua ſionib. mouebaẽ: ꝙ id onus maius eſſet, q̃ quod ſui humeri ſuſtinere poſsēt. *Sacerdotium.* Etenim ſi me qs, inqt, ad ſacerdotiū uocaret: faterer eqdē, rē eā eſſe Deo gratiſſimā atq; ſanctiſſimā. & tñ timorē imbecillitatis meæ nō diſſimularē. Itaq; me ſubmitterē, & uerecundās, ꝓpter ingentē ſacerdotij maieſtatē, cederem (nō ſecundum Pindarū) de deteriore: ſed (ſecundū meipſum) de præſtātiore. ἀφίσταμαι, οὐ μέντοι τοῦ χείρονος, ἀλλὰ τοῦ κρείττονος.

ἀρασσόμενα.) *Nunc ſonitu crebro faciem ſine fruge laceſſis.*

*Aratus politicus & callidus magis quàm fortis & bellicoſus.* ἄρατος.) Aratus dux, ut Polybius ait, cætera qdē uir pfectus in reb. gerēdis. nā & eloquētia, & cōſilio, & (decretis cælādis) cōſtātia pollebat. In ferēdis itē ciuilibus diſſenſionibus mitis, & amicis cōciliandis & ſocijs adiūgēdis nulli ſecundus. Præterea ad actiones, fraudes, inſidias contra hoſtes comparandas, & patiētia ſua atq; audacia ad exitum perducendas, ſolertiſſimus. Sed idē cū ſub dio agendum erat, ut ſegnis in conſilijs, ita (timidus in rebus gerēdis, & piculorū)

audax

audax in inſidijs: cæterùm periculorum fugitans. Vnde factum, ut trophęis contra ſe ſpectantibus Peloponeſum impleſrit, eaq; ratione ſubinde ab hoſtibus facilè ſubigeretur. Ita naturæ hominū, nō in corporibus modò, ſed in animis etiā, & multo quidem magis, uarietatem habent: ut idem uir non tantum in diuerſis parum ſibi cōſtet, in his dexter & ſolers, in illis ſiniſter atq; ineptus: ſed in eiuſdē etiam generis actionibus idem ſæpe & ſagaciſſimus ſit, & ſtupidiſſimus, itemq; audaciſſimus & ignauiſſimus. Neq; uerò hęc admirabilia atq; abſurda ſunt, ſed conſueta potius, & nota ijs qui animum aduertunt. Nonnulli enim in uenationibus audaces ſunt ad ſternendas feras, ijdēq; in armis & aduerſus hoſtes formidoloſi: atq; etiam in eadē re bellica uiritim qdē atq; ſeorſim alacres & ſtrenui, publicè uerò & turmatim inefficaces.

*Nō uni dat cūcta Deus.*

*Sunt qui et in rebus diuerſis, et in ijſdem ſibi parū conſtent.*

ARATVS Solenſis, è Cilicia (eſt enim & Cypri urbs Soli) Athenodori filius. Fratres eius fuerunt, Myris, Calondas, Athenodorus. Auditor fuit grammatici Epheſij Menecratis, philoſophi Timonis & Menedemi: natus Olympiade CXXIIII, temporibus Antigoni regis Macedoniæ, cognomento Gonatæ, filij Demetrij Poliorcetæ: eiuſq; familiaritate uſus eſt, & apud eū obijt: æqualis Antagoræ Rhodij & Alexandri Aetoli, uerſus heroici ſcriptor. Compoſuit libros hos: Phænomena, quorum initium mirabile eſt, æmulatione Homerica: Hymnos in Pana, Spondophoros, Ludicra, Aſtrologiam & Aſtrotheſiam, commodam Pharmacorum theriacorum compoſitionē: Anthropogoniam, id eſt ortum hominum: Epithyticum in Theopropium, id eſt, carmina, re diuina peracta: De Antigono, Ethopœias, Epiſtolas: Epigrammata de Phila Antipatri filia, uxore Antigoni: Anatomen in Pauſaniam Macedonē: Epicedium Cleombroti, Correctionem Odyſſeæ, Epiſtolas item ſoluta oratione.

*Soli Ciliciæ, Cypri.*

*Antigonus Gonatas. Demetrius Poliorcetes.*

*Phænomena.*

ARAPHENIVS, Municeps Aegeiæ tribus.

ἀράχνης νῆμα, ἢ ἀραχναῖος μίτος.) Araneia tela, ſeu filum. De re ſubtiliſſima.

ἀράχνη.) Cratinus in Pityne: Araneарū plenum habes uentrem.

ARACHOSII.) Nomē gētile, & Arachoſia, prouincia. Arachoſia, urbs non procul à Maſſagetis: à Semiramide condita: quę & Cophen, dicitur: cuius incolæ Arachoſij & Cophenij dicuntur.

ARBAZACIVS Iſauius, ſub Arcadio imperatore, quem ōb rapacitatem Harpazacium appellabant. fuit enim tribus hiſce affectibus * quaſi firmiſſimis & Vulcanijs uinculis conſtrictus, in ijſque conſtanter perſeuerauit: inſano amore, ebrietate, auaritia. Adeò porrò ſummū ſtudium ſuarum illarum, ut putabat, uirtutum habuit, ut in ijs ita exercitatū eſſe, non experto incredibile uideretur. Pſaltrias enim tot in conuictu ſuo habuit, quot neq; ipſe, nec alius quiſquam è miniſtris numerare potuit. ac ratiocinatores eius militarium operum, militū quidem numerum norant, multitudinē uerò ſcortorum ne ambabus quidem manibus ipſe numerare potuiſſet. Sicut igitur Orontes P[illegible] dixiſſe fertur, minimū manus digitum & decies mille & unum ſignificare: ſic etiam illi ſcorra & ſingulatim, & per dena millia numerabant.

*Harpazacius, pro Arbazacio.*

** uelut quaſi quidam.*

*Imperator ſcortorum, non militū.*

*Cy. uis Perſæ dictum.*

ARBACES, rex Medorum, tempore Sardanapali, uir & modeſtia uitæ & rebus gerendis præſtans, in uenationibus & bellis uerſatus: qui cū & antè res magnas geſſiſſet, & maiores animo concepiſſet: audita uita & moribus regis, cum animo ſuo reputans, Aſiæ imperium in hoc eſſe ſtatu: quòd uiro ſtrenuo careret: conſilium de toto principatu init.

*Dux ſtrenuus ig-auum regem euertit.*

ARBELA, ſiue Arbelæ, oppidulum Siculum, cuius ciues decipi facilè putabantur. Vnde prouerbiū: Quid non fies, Arbelas profectus?

ἄρβηλα.) Arbela, urbs Perſica, ab Arbelo, Athmonei F. cuius incolæ Arbelitæ dicūtur. Fœmininum, Arbelitis: poſſeſſiuum, Arbeliticus.

ἀργαλέον.) Euripides in Bacchis: Moleſtū eſt ſapienti, inter ſtultos multa loqui.

*Tacendum apud ſtultos.*

ἀργὰ ῥήματα.) Ocioſa uerba, quæ nullum animi fructum ferunt.

ARGANTHONIVM, mōs Cij inſulę.

ARGAEVM, Cæſariæ mons.

ἀργείου υἱός.) Argei filius, telū alio coniecturus, fratris ſui pectus infeliciter ferit, eumq; interficit.

ἀργείους ὁρᾶς.) Argiuos uides: (ἀργείως Argiuè, uel, Argi inſtar.) Prouerbium, de ijs qui fixis oculis & torue intuentur.

ἀργεῖοι φῶρες) Argiui fures: de manifeſtè improbis. Argiui enim ob furta malè audiebant. Ariſtophanes in Anagyro.

ARGINVSAE, inſulæ ergionè Leſbi ſitæ, ab Argino quodam.

ἀργυρέπεζ δίφρος.) Soliū argenteis pedibus

bus Xerxis regis,in quo ſedens prælium nauale ſpectabat. Repoſitum autem fuit in uirgineo Mineruæ thalamō.

ARGOLAE, genus ſerpentum,quos Alexander Macedo Argo Pelaſgico Alexandriā tulit, & in flumē ad aſpides tollendas cōiecit. Cū uerò Ieremiæ ꝓphetæ oſſa ex Aegypto Alexandriā tranſtuliſſet,illos idem propheta occidit.

ἀργὸν ἔτος.) Annꝰ ocioſus ſeptimusqſq; apud Iudæos fuit,æquè ac ſeptimꝰ dies.

*Explicatio ſomnij.* ἀργῶς κινῶσιν δυσυχεῖς ποσὶ τρίβους) Segnis motio calamitoſos facit greſſus. ὀνειροκριτικόν. (eldico.

ARGVSA,urbs EubϾ,in agro Chal

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου,καὶ πάντα νικήσεις) Argenteis lanceis pugnato, ſic omnia uinces.De iis qui monēt,ut res arduæ largitionibus conficiantur. Hoc enim oracula Pythia Philippo quaſi per ambages ſignificauit, eum proditionibus ſuperaturum eſſe Græciam. *Largitionibus pugnādum.*

ARGYRIPPA, urbs Apuliæ, à Diomede condita.

ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσι.) Argenti fontes loquūtur. De indoctis quidem,ſed propter ingētes opes liberius loquentibus.

ARDABVRIVS, filius Aſparis,generoſi animi uir,Barbaros Thraciam incurſantes ſæpè fortiter repulit. Huic igitur præmium uirtutis Imperator Martianus ducatum Orientalium legionum dedit. Cum autē ibi pacata eſſent omnia: dux ad ocium ſe deflexit, & muliebres delicias. Gaudebat enim mimis & præſtigiatoribus, & omnibus ſcenicis,ludicris:& huiuſmodi ineptijs totos dies exigēs, gloriæ inſignia prorſus negligebat. Cęterùm Martiano Imperatore,ſtrenuo illo quidem, ſed citius defuncto, Aſpar ultrò curauit,ut Leo illi ſuccederet. *Bello ſtrenuus, pace luxurioſus.* *Filio ignauo uir ſtrenuus præ-latus.*

ἀρδάνιον.) Vas aquaticum, quod pro forib. defunctorū collocabatur,ut ingredientes & egredientes ſeſe aſpergerent.

ἀρδεάται.) Ardeatæ,nomē gentis. Ardea eſt urbs Italiæ, ab uno ex filijs Vlyſſis & Circes ita dicta:q̄ & Troia uocabať. *Vnde ichbrū nen.*

ARDETTVS,locus Athenis ſupra ſtadium Panathenaicum, iuxta municipiū quod eſt infra Argyleos, in quo omnes Athenienſes publicè iuſiurandum Heliaſticum dabant. Nomen habet ab Ardetto heroe quodam,qui primus Athenienſes iureiurando adegit. Theophraſtus in libro de Legibus, cum morē abolitum eſſe refert. (lyricē. *Ἡλιαστ ὅρκος.* *Ardettus heros.*

ἀρδιαῖος.) Ardiæus, ab Ardia, urbe Il-

ἀραιτο.) Euripides: Nullum adeò dici atrox poteſt malum, neq; diuinitùs inflicta calamitas, cuius onus natura humana non admittat. *Homo omnibus Fortunæ telis expoſitus.*

ὧν οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἔχοντιν αἰγύπτιοι.) Quos ne c. quidē Aegyptij ſuſtulerint. Sępe ſcriptores Aegyptiorum tanquam baiulotum meminerunt.

ARETHVSA, fons Siciliæ inſulæ, in quem influit Alpheus, Elidis, Arcadicæ urbis fluuius, per Adriaticum mare pelagus ſubiens: neque ſalſedine imbutus, quaſi fontem illum deperiret.

ἀρεοπαγίτης.) Areopagita. De tetricis, & ualde ſeueris, ac taciturnis. Item ἄρεως νεοττὸς ἢ παιδίον, Martis pullus, & Martis filiolus:de hominibus audaciſſimis.

ARAENVS.) Nomen fluuij.

ἄρ' ἐνεστὶν ἐν σοί; ἡ γνώμη πλανᾷ: καὶ φημι κἀποφημι, κοὐκ ἔχω τί φῶ;) Nunquid eſt? Non ineſt: animus me decipit. Et aio,& nego,nec habeo quid dicam? *Dubitatio.*

ἀρετή.) Gloria & exiſtimatio. Virtus, affectio rationi conſentanea, & ipſa per ſeſe expetenda, non ob metū aut ſpem, aut externū aliquod commodū: in eaq; ſita eſt felicitas, ut quæ ſit animus ad totius uitæ conſenſionem comparatus. *Virtus per ſe expetenda debeat animum.*

καὶ διαστρέφεσθαι.) Ac peruerti rationis particeps animal, aliàs exterarum rerum probabilitate, aliàs autoritate familiarium. Nam naturam quidem facultates dare nō peruerſas: uirtutem autem eſſe perfectam, ut fortitudinem: eamq; aut extra contemplationē,ut eſt ſanitas: aut ſitam in contemplatione,cuiuſmodi eſt prudentia. Ac diſciplinabiles quidē eſſe, & contemplatrices,quæ è pręceptis cognitionis conſtent:ut eſt prudētia & iuſticia. Extra cōtemplationem uerò,quæ ita ſpectentur, ut extendātur ad eas quæ ex præceptis conſtent: ſicut ſanitas & uires. Nam hilaritati,quę contemplatione cernatur, accidere ut comitetur ſanitas, ad eamq; extendatur,ſic ut ſtructuræ fornicis robur accedat. Dicuntur aūt extra contemplationem eſſe, quòd non habeant aſſenſionem,ſed accedant extrinſecus: ut ſanitas & fortitudo. Virtutem autem aliquid ſubſiſtens eſſe,illud argumēto eſt,quòd Socrates,Diogenes, Antiſthenes, per progreſſiones facti ſunt tales. Itemq; uitiū, eò quòd uirtuti opponitur. Iam doceri poſſe uirtutem, ex eo perſpicuum eſt, quòd ex improbis fiunt boni. Sunt autem duo genera uirtutis: unum contemplationis,alterū actionis. *Peruerſitatis humanæ cauſa.* *Naturalis facultates & uirtutum diſcrimina.*

A lij

*Numerus uirtutum.* Alij tria ſtatuũt, rationem diſſerẽdi adijcientes. Poſidonius quatuor facit: quidam plura, nonnulli unam prudentiam. Principes uerò eſſe, Fortitudinem, Prudentiam, Iuſticiam, Temperantiam. reliquas his ſubiectas: magnanimitatẽ, continentiam, tolerantiam, ſolertiam, conſilium. *Viri boni officium.* Eadem eſt & uitiorum ratio. Decet autem uirũ uirtute prædítum, & contemplari & agere ea quæ ſunt agenda. *Agenda. Expetẽda.* Quæ uerò agenda, eadem & expetenda & ferẽda, cõſtanterq́; tuenda ſunt. Itaq; alia facienda ſunt optione, alia tolerantia, alia perſeuerantia. Eſtq́; idẽ prudens & fortis, & iuſtus & temperans. Verſatur autem unaquæq; uirtus in ſuo quodam genere: ut fortitudo in rebus tolerãdis, prudentia in agendis & non agendis, & neutris, itemq́; cæteræ.

*Virtutis definitio.* ἀρετὴ δέ ἐστι.) Virtus habit⁹ eſt optimus: ſeu habitus, per quẽ id in quo ea eſt, optimum fit, & ſuum munus rectiſſimè præſtat. Virtus ſecundum naturam eſt, uitium contrà.

*Virtutis diuiſio.* ὅτι οὐ πᾶσα.) Nõ q̃libet uirtus eſt ſcientia, cum ſit alia cognitionis, morũ alia. Quæ autẽ ad mores pertinent, in cognitione non conſiſtunt.

*Stoici progreſſiones uirtutis tollunt.* ὅτι φασὶν οἱ.) Stoici negant quicquam inter uirtutẽ & uitium eſſe interiectum. Peripatetici uerò, progreſſionem dicũt intercedere. Nam ut lignũ, Inquiũt Stoici, aut curuum aut rectum: ita hominem aut iuſtum aut iniuſtum eſſe oportet. & ſic in reliquis.

*Virtutis ciuilis effectus.* ὅτι αἱ πολιτικαὶ.) Ciuiles uirtutes nos ornant, melioresq́; reddunt, definiendis & moderandis cupiditatibus atq; affectibus, & falſis opinionibus ſimplici ueritate tollendis. Nam & definitæ ſunt, & immoderata atq; indefinita reſpuunt. Ciuiles uirtutes Plato alibi purgatiões dicit.

*Comites uirtutum.* τέσσαρες ἀρεταί.) Virtutes ſunt quatuor. Prudentiam enim ſequitur conſilium & intelligentia: Temperantiam, modeſtia & ornatus: Iuſticiam, ęqualitas & gratia: Fortitudinem, conſtantia & grauitas.

*Attributiones uirtutũ.* ὅτι ἀποβλητή.) Virtutem ebrietate aut inſania poſſe amitti: ob firmam aũt perceptionem non poſſe amitti, atq; etiam ſeipſa contentam eſſe dicunt. Alij uerò hoc negantes, eam egere uiribus & ualetudine & facultatibus affirmant.

ὅτι ἀρετή.) Virtus eſt rerum oppoſitarum. Oppoſita uerò ſunt, quæ tollendis contrarijs conſtant: cæcitas, uiſus: affirmatio, negatio, & ſimilia.

*Romanorum uirtus.* ὅταν ἀπίδοι τις.) Si quis Romanorũ diſciplinã intueatur: uirtutis eſſe munus, non fortunæ donum, cognoſcet.

*Virtus. Deſperatio.* ἀρετῶ.) Virtutis ſtudio teneor. Procopius: Vtriq;, alteri deſpatiõe uitæ, ſtudio uirtutis alteri, magno impetu irruebant.

*Arianorum ſectæ.* ARIANI. Sciendum, apud Arianos etiam ſectas fuiſſe, tali ex cauſa. *Nimis altercando ueritas amittitur, diſſidium augetur.* In dies ſingulos apud eos cõtentioſis quæſtionibus ſermones eorum in abſurda quędam deducebantur. Cũ enim in Eccleſia credatur Deus pater eſſe filij uerbi: quęſtio inter eos incidit, An poſſet etiã, priuſquam extitiſſet filius, Deus uocari pater? Nam cum Dei uerbum non ex patre gigni, ſed (ex ijs quæ non ſunt) nõ ex ijs quæ ſunt extitiſſe opinarentur: in primo & ſummo capite lapſi, non immeritò in abſurdam de nudo nomine contentionem inciderunt. Dorotheus enim ab ijs Antiochia accerſitus, negabat patrẽ eſſe, aut uocari poſſe, ſi filius nõ extitiſſet. *Dorotheus. Marinus.* Marinus uerò, quem ante Dorotheum è Thracia uocarant, articulo tẽporis arrepto (dolebat enim ſibi prælatum eſſe Dorotheum) cõtrariam ſententiam defendebat. Itaque fit inter eos, ob modò dictam dictiunculam, diſſidium: & ſeorſim uterq; conuentus agitat. Qui autem patrem nõ orto filio eſſe aſſerebant, Pſathyriani dicebantur, quòd Theoctiſtus quidam Pſathyropola (ſiue placentarũ ſiue diuinarum imaginum uenditor) Syrus, uehementer hanc ſententiam defenderet. eosq́ue ſecutus eſt etiam Selenas *Selenas.* Gotthorum epiſcopus. Sed & hi paulo pòſt diſſenſerunt, Marino cum Agapio *Agapius. Ambitio, non ueritatis amor.* contendente, quem ipſe Epheſi epiſcopum deſignarat. Hi uerò non de religione, ſed de principe ſede, puſillis animis inter ſe litigabant. Ac diſſidium iſtud ad annos trigintaquinq; durauit, uſq; ad iuniorem Theodoſium.

ARIVS, hæreſiarcha ſub Conſtantino magno, ex cõſecratis presbyteris unus, cum perturbare omnia uellet, condemnatus à Nicenæ ſynodi trecentis & octodecim ſacris patribus, inſolito & nouo genere mortis interijt. *Mors fœda & inſolita.* Nam in urbis foro, uentris onere urgente, cum ad cloacam ſeceſſiſſet, unà cũ ſtercoribus inteſtina omnia effudit.

ἀρία.) Aria & Arium, Perſica regio: cuius incolæ, Arij & Arienſes. Ariania, gẽs finitima Caduſijs.

ἄρειος πάγος.) Arius pagus, id eſt, tumulus Martius, prætorium Athenis, in quo

duo ſenatus erāt: unus Quingentorum, qui ſingulis annis ſorte creabantur: alter Areopagitarum, perpetuus, qui cauſas capitales diſceptabat, & alia Reipublicę negocia, magna grauitate adminiſtrabat. Areopagus autem dictus eſt pagus, quòd in tumulo & edito loco ſitū eſſet id prætorium: Arius à marte, ſiue quòd is cædibus præeſt, quæ ibi iudicabantur: ſiue quòd haſtā is ibi defixit, in iudicio aduerſus Neptunū de Halyrrothio, quē occiderat, cum Alcippæ, filiæ ipſius & Agrauli, Cecrope natæ, uim intuliſſet, ut refert Hellanicus lib. r.

*Areopagitæ.*

ἀρήιος.) Alcæus: *ἄνδρες πόλεως πύργος ἀρήιοι.* Vrbis turres, uiri mauortij.

ἀρήτιον.) Aretini, nomen gentis.

ἀρρηφορεῖν, ἢ ἀρρενοφορεῖν.) Quatuor uirgines nobiles deſignabātur, ſed duæ eligebantur, quæ auſpicarentur texturam pepli Mineruæ, & eorum quæ ad id pertinebant, candidam ueſtem geſtantes. Quòd ſi auro ornarētur, ſacrum id erat.

ἄρης.) Quaſi ſine uerbis, Mars: ꝙ in bello nō dicto, ſed facto eſt opus. Homer⁹:

*In bellis opus eſt manibus, uerbiſq; ſenatu.*

ἄρης τύραννος.) Mars eſt tyrannus. De ijs qui rem ui peragunt. Aiebat, iuuentutem eſſe ſelectam, & Mauortijs armis ſeptam.

ARCHESIVS Monachus, adoleſcētes qui deliquerant, non ſegregabat, ſed eos qui profecerāt. Dicebat enim, adoleſcentem ſegregatum fieri cōtemptorem: eū uerò qui profecerit, maturè ſentire ſegregationis dolorem.

*Adoleſcentes nō excludendi è cœtu.*

ἄρρητον.) Quo pacto dicam ea, quæ dicenda non ſunt?

ARRIANVS, Poeta heroicus, qui Georgica Virgilij uerſibus reddidit: & Alexandriadem ſcripſit, de Alexandro Macedone libris XXIIII. & poemata de Attalo.

*Georgica Virgilij græcè uerſa.*

Arrianus Nicomedienſis, Epictetęus philoſophus, cognomēto nouus ſeu iunior Xenophō: Romę fuit ſub Adriano, Marco & Antonino Imperatoribus: ad conſularem uſq; dignitatem euectus, ut Heliconius ait, ob eruditionis excellentiam. Scripſit libros quàm plurimos.

ARIBARZANES, à Xerxe rege, à quo ſatrapa Phrygiæ creatus fuerat, defecit. Miſſis itaq; copijs, illum rex, in poteſtatem redactum, in crucem egit.

*Supplicium apoſtatæ.*

ARIGNOTE Samia, diſcipula Pythagoræ maioris, & Theanûs, philoſopha Pythagorica: ſcripſit Bacchica, atq; etiā Cerealia, ſiue epigrammata de Cereris myſterijs. Inſcribitur id opus & Sacer ſermo. Scripſit & Initia Bacchi, & alia philoſophica.

*Philoſopha.*

ἀριθμῷ.) Pythagorei omnia numerū eſſe dixerunt. Numerus autem denario completur. Denarius porrò ex quaternario cōponitur. Quapropter numerū omnem quaternionem eſſe dixerunt.

*Quaternio.*

ἄριμα.) Arima montes. Homerus. In Arimis, ubi aiunt Typhoii eſſe cubilia. Alij eſſe in Cilicia: alij in Syria: alij in Pythecuſis fabulam illam extitiſſe dicunt, iuxta Tyrrhenos. Dicuntur & Arimi.

ἀριμασποί.) Arimaſpi gens Hyperboreorum. Vnde Arimaſpêus.

ARION Methymnæus Lyric⁹, Cyclei fili⁹, Olympiade XXXVIII. Quidā etiā Alcmanis fuiſſe diſcipulum tradiderūt. Scripſit cātica, ꝗ Prooemia dicūtur, uerſib. circiter 2000. Ferī & tragici modi Inuētor extitiſſe, & primus chorū inſtituiſſe, & dithyrambū ceciniſſe: itaq; nominaſſe id qđ à choro canereī: & Satyros induxiſſe, qui uerſibus loquerentur.

ARISBE, urbs Bœotiæ.

ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ.) Optimè claudus ſubat. Prouerbium, de ijs qui ſua mala bonis alienis præferunt.

*Claudi.*

ARISTARCHVS, natione Samothrax, Alexādrina ciuitate donatus, Ariſtarchi fili⁹, uixit CLVI Olympiade, ſub Ptolemæo Philometore, cuius etiā filiū erudijt. Ferī ſcripſiſſe ultra DCCC libellos, Cōmentariorum tātum. Diſcipulus fuit Ariſtophanis grammatici, & cū Cratete Pergameno grammatico plurimas cōtentiones habuit. Diſcipuli eius grāmatici ad XL fuerūt. In Cypro, cū aqua intercute laboraret: inedia ſibi necē conſciuit. Vixit annos LXXII: relictis liberis Ariſtarcho & Ariſtagora: qui ambò ſimplices fueruut, adeò ut Ariſtarchus uenderetur, quem tamen Athenienſes redemerunt.

*Filij degeneres.*

ARISTARCHVS Tegeates, poeta Tragicus, cum ex morbo quodā ab Aeſculapio recrearus, gratiam pro ſanitate referre iuberetur, tragœdiā ſibi cognominem edidit. At uerò Dij pro ſanitate mercedem nunquam uel repetent, uel recipient. Quomodo enim? cum nobis maxima quęq; benigno & bono animo gratis largiātur, ut & Solem uideamus, & Dei tāti ſine mercede radijs omnia illuſtrantibus fruamur, & aquæ uſum, & ignis opificis infinitas acceſſiōes, & uaria ſimul

*Dij gratuito benefici, gratos tamē nos eſſe uolunt.*

ſimul atq; utiliſſima adinmenta: & ut aerem trahamus, eiusq; flatu uitam ſuſtentemus. Volunt itaq; hiſce paruis neque ingratos eſſe nos, neq; immemores: & per hæc ipſa nos reddunt meliores. Hic Ariſtarchus æqualis fuit Euripidis: qui primùm ad eam quę nũc eſt, prolixitatẽ tragœdias extendit. Tragœdias edidit ſeptuaginta, uicit duabus. Vixit ultra cẽtum annos.

*Euripides.*

ARISTARCHVS Athenis acceſſitus, dictaturam Epheſi tenuit. Vocarunt autem eum populares, quòd præclarè fideliterq; annos quinque ipſis præfuiſſet. Athenis diſceſſit, cum Harpagus Cyrum, Cambyſis filium, unà cum Perſis ad defectionem impuliſſet.

*Ariſtænus & Philopœmen Achæorum duces.*

ARISTAENETVS, ſiue Ariſtænus. Philopœmen & Ariſtænus Achęi, ita inter ſe iuncti fuerũt, ut nec eodem eſſent Ingenio, nec eadẽm Reipublicæ ſectam ſequerentur. Nam Philopœmẽ quidem & animo & corpore ad omnes bellicos uſus ab ipſa natura factus erat: alter autem ad Reipublicæ gubernationem, & deliberationes quæ eloquentiam poſtulabant. Iam ſecta Reipublicæ ita inter ſe differebant. Nam cum Romanorũ amplitudo iam & Philippicis & Antiochicis temporibus prorſus cum Græco imperio implicaretur: Ariſtænetus Rempublicam ita temperabat, ut quicquid Romanis accommodatum eſſet, alacriter faceret, interdum etiam iuſſa illorũ anteuerteret. Interim tamen operam dabat, ut leges ſeruare uideretur, eamque ſpeciem prætendebat, ſi qua illatũ, Romanorum literis apertè refragaretur. At Philopœmẽ, ſi quid eorũ quæ poſtulabãtur, conſentaneũ legib. erat: & ſocietati, cõcedebat omnia, & ſine detrectatione adiutabat. Si quid uerò præter illas mãdaſſent: adduci non poterat ut ultrò paréret: * ſed à magiſtratib. primùm id approbandũ, deinde iterũ petendũ eſſe aſſerebat. Quòd ſi ne ſic quidem perſuaſiſſent: tãdem uelut deos obteſtatus, cedebat, & imperata faciebat.

ARISTAEVS, ſiue Ariſtius, unus ex Gigantibus, quem in Aetna Siciliç mõte ſolum euaſiſſe ferunt, nec igni cœleſti tactum, nec Aetna oppreſſum.

ARISTEVS, ſiue Ariſtion, Samiᵘˢ, aut Platęenſis, ab adoleſcẽtia Demoſthenis amicus, ab eoq; recõciliandi cauſa miſſus ad Hephæſtionẽ. Meminit huiᵘˢ Hyperides, in oratione cõtra Demoſthenẽ.

*Ariſteæ anima Peripatetica, ut & Hermotimi Clazomenij.*

ARISTEAS Demochatidis aut Cauſtrobij filius, Proconneſius, qui Arimaſporum Hyperboreorum hiſtoriam libris tribus heroico uerſu deſcripſit, qui Arimaſpij dicuntur. Huius animam tradunt, cum uellet, exijſſe, & remeaſſe. Seripſit & ſoluta oratione Theogoniã, id eſt ortum deorũ, uerſibus mille. Vixit Crœſi & Cyri temporibus, Olympiade quinquageſima.

ἀριστερᾷ.) Sophocles de Aiace, Nunquam tu læua, Telamonis nate, fuiſti Mente prius.

ARISTIDES, Adrianenſis ſophiſta, (Adriani autem urbs eſt Myſiæ, quæ nũc Bithynia dicitur) Polemonis Smyrnæi rhetoris diſcipulus, filius Eudæmonis philoſophi, & flaminis Dialis in patria. Athenis Herodẽ audijt, Pergami Ariſto elẽ. Vixit ſub Antonino Cæſare, uſq; ad Commodum (Terminum apud neminem reperias.) Orationũ eius nullus finis reperitur. nã ſunt aliæ aliter cõfectæ.

ARISTIDES, Lyſimachi filius, cui quamuis pauperi, propter uitæ integritatẽ, iniurato, fides habebaẽ. Cũ aliquãdo Calliam reum ſibi condonari petijſſet, impetrauit. Qui cum aurum ipſi uiciſſim miſiſſet, eo repudiato: Calliæ quidem uita, inquit, Ariſtidis paupertate eget: ſed paupertas Ariſtidis, Calliæ opes cõtemnit. Hic aliquando Themiſtocli in Republica gerẽda aduerſatus, cũ unà legationem obirent: Inimicitias, inquit, intra patriæ fines deponamus, & Reipublicæ cauſa cõſentiamus. Fuit aũt uir adeò bonus, ut, cum oſtraciſmo pellendus eſſet, & ruſticanus quidã homo, qui non noſſet Ariſtidem, ei teſtulam inſcribendi ſui nominis cauſa obtuliſſet: rogarit, quare ab Ariſtide offenſus eſſet? illeque reſpondiſſet, inſigni eius bonitate: riſerit, nomenque ruſtici inſcripſerit. Idem relegatus, in Aegina uitam egit In eo exilio cum Xerxes Græciã inuadens, per legatos 3000 daricorũ ei obtuliſſet: negauit ſe, dum ea uictus ratione uteretur, Perſicas diuitias curare. Fortè autẽ tum pane cibario ueſcebatur. Fuit Miltiadi ſimilimus, uterque optimus. Ariſtides quidem iuſtus, Miltiades autẽ Marathoniæ pugnæ dux. Quæ pugna præcipuè memoratur, quòd reliquæ res geſtę toti Græciæ ſunt cõmunes, illa propriũ opus eſt Athenienſium.

*Aurum Calliæ repudiatum.*

*Inimicitiæ depoſitæ ob rẽpublicam.*

*Oſtraciſmus.*

*Xerxis aurũ repudiatum.*

*Miltiades. Marathonia pugna.*

ARISTIPPVS, Aritadæ filius, Cyrenæus philoſophus, Socratis auditor: à quo

*Cyrenaica ſecta.*

Mercenaria philoſophia. Verſatile ingenium. Arete F. Ariſtippus Metrodidactus. Theodorus. Antipater. Epitimedes. Parabates Hegeſias. Anniceris. Chronologia repugnat. Voluptarius. Pecunia abiecta.

quo ſecta Cyrenaica initiũ duxit. Primus Socraticorũ mercedẽ inſtitutionis exegit. Inimicus Xenophonti ſuit: ea dexteritate ingenij, ut & tẽpori & loco ſe accõmodaret. Ac ijs quidẽ quæ aderant fruebatur, uoluptatemq́; ſectabatur: ad eas uerò delicias fruendas, quæ non adeſſent, laborem nullũ capiebat.* Vnde canis regius à Diogene uocabatur. Scitè dicta eius plurima ſunt, & optima. Eũ aſſiduè filia eius Arete audiuit: cuius F. Ariſtippus minor dict⁹ eſt Metrodidactus, id eſt à matre edoctus. Hũc audiuit Theodorus, primùm cognomento Atheus, id eſt impius, ſiue abſq; Deo: deinde Theus, id eſt deus. Hunc Antipater, Antipatrũ: Epitimedes Cyrenæus, Epitimedem Hegeſias* Piſithanatos, id eſt, pſuaſor mortis, Hegeſiã Anniceris*, non is qui Platonem redemit.

Antiſthenes. Omnium horarum homo. Plato.

Ariſtippus Socratis diſcipulus, in rebus omnib. uoluptatem amplexus, & feſtiuus. Ferunt ſeruulum, qui de pecuniæ onere quereretur, iuſſum ab eo abijcere id quo premeretur. In nauigatione ꝓpter opes quas uehebat, inſidiis appetitus, eas in mare abiecit: Harũ, inqt, interitus, mea ſalus erit. Subinde ridebat Antiſthenẽ, ꝓpter ſeueritatẽ. Ad Dionyſiũ Siciliæ tyrannum profectus, potando uicit: indutusq́; purpura ſaltationẽ eſt auſpicatus. Plato uerò ſtola illa repudiata, cum Euripidis uerſus recitaſſet,

*Non poſſum fœmineam induere ueſtem*
*—Vir natus, & è uirili ſtirpe:*

Ariſtippus uerò ea accepta, cum riſu, ex eodem poeta ſubiecit,

*—Etenim in Bacchica inſania,*
*Animus ſobrius non corrumpetur.*

Aures Dionyſij in genibus.

Pro amico intercedens, cum nihil impetraret, genua tyranni eſt amplexus, notíque compos factus: Non ego, inquit, huius adulationis autor ſum: ſed Dionyſius, qui aures habet in genibus.

ARISTOGENES Thaſius medicus libros ſcripſit 24. Vnũ de ratione uictus. De facultate unũ. De uenenatis animalibus unum. De tuenda ualetudine unũ. Epiſtolas, Naturalium adiumentorũ cõpendium ad Antigonum.

Ariſtogenes Cnidius, medicus, Chryſippi philoſophi ſeruus, à medicinis fuit Antigono, cognomento Gonatæ.

Canis.

ARISTOGITON, Cydimachi, aut Lyſimachi filius, orator Athenienſis, matre libertina, cognomento Canis, ob impudentiam: occiſus eſt ab Athenienſib.

Orationes. Chronologia repugnat.

Orationes ſcripſit, defenſiões aduerſus Demoſthenẽ (oratorẽ) ducem, aduerſus Lycurgũ, cõtra Timotheũ, cõtra Timarchũ, contra Hyperidem, contra Thraſyllum, Pupillarem. De hoc Ariſtogitone quærito, nunquid ille ſit Harmodij ſodalis? (Chronologia repugnat.)

Fur in carcere. Præmorſus naſus. Ingratus animus. Soror uendita. Hyperidis accuſatio.

Ariſtogiton Cydimi filius, ſycophanta. Huius pater cũ eſſet ærarius, in carcere obijt. in quem poſtea hæres eius mulctæ Ariſtogiton eſt cõiectus, matre eius publicè uendita. In carcere furatus tabulam, & à captiuis condemnatus eius cui ea fuerat, naſum præmordit: & Zobiam, quæ eum è carcere fugientem ſuſceperat, ab eo iam in Republica potẽte, gratiã repetentẽ, ad inquilinorũ forũ duxit: ſororẽ ſuã uendidit, ut peregrè abduceretur. Hyperidẽ, ob decretũ poſt Chæronenſem cladem factum, legum uiolatarum reum egit: ſed non peregit.

Mollis cognomen.

ARISTODEMVS, Ariſtocratis filius Cumarum in Italia tyrannus, uir clariſſimo natus genere, Mollis dictus à ciuibus: progreſſuq́; temporis cognomentũ illud ipſo nomine celebrius habuit, ſiue quòd in pueritia fuiſſet effœminatus, & muliebria paſſus: ſiue quòd miti ingenio, & tardus ad iram eſſet. Ariſtodemus cõpendium uniuerſæ Herodiani doctrinæ ad Danaum ſcripſit.

* Siculus. Platonis & Homeri comparatio.

ARISTOCLES Meſſenius * Italus, philoſophus Peripateticus, cõpoſuit libros de Philoſophia X, utrũ Homerus præſtantior, an Plato? Recenſet aũt in ijs omnes philoſophos, eorumq́; opiniones. Scripſit etiã præcepta Rhetorica, & de Serapide, libros de moribus IX.

Ariſtocles Lampſacenus, philoſoph⁹ Stoicus, ſcripſit libros 4. Enarrationũ in libros Chryſippi, & de ratione ſingula eloquendi & cogitandi.

Ariſtocles Pergamenus ſophiſta, ſub Traiano & Adriano, ſcripſit Artem rhetoricam, Epiſtolas, de Rhetorica lib. V. Declamationes ad Imperatorem, ob auri diſtributionem.

Animus formæ dignitati nõ reſpondẽs.

ARISTOCRATES Rhodiorũ dux, aſpectu uenerãdo, & penè terribili. Quare Rhodij eũ ex omnib. planè parẽ imperio, & dignũ principatu iudicarant. Sed ſpe ſua fruſtrati ſunt. nã cum ad res gerẽdas tanqnã ad ignem uentũ eſſet, inſtar adulterini nomiſmatis, expectationi hominum de ſe non reſpondit.

ARISTOMENES Athenienſis comicus, ex ijs qui antiquã comœdiam ſecuti ſunt.

ti ſunt, belli Peloponneſiaci tẽpore, Olympiade LXXXVII cognomento Thyropœus, id eſt Ianuarum (uel, aſpiratione dempta caſeorum) factor.

ARISTONICVS, Alexandrinus grãmaticus, ſcripſit de notis in Theogonia Heſiodi: & de Verbis extraordinatijs in Iliade & Odyſſea Homeri.

*Effœminati plerique uecordes & ſcelerati.*

Ariſtonicus, Ptolemæi regis Aegypti eunuchus ille quidem fuit, ſed unà cum rege educatus à puero: ac progreſſu ætatis plus uirilis audaciæ atq; animi habuit, quàm pro eunucho. Nã & ingenio militari fuit, & in armis plurimùm ſeſe exercuit: nec in ijs minus quàm in congreſſibus ualuit, & ſenſu cõmuni (quod tarum eſt) prçditus fuit, & ad benè merẽdum de hominibus propenſus.

*Ariſtoxenum Ariſtotelis ob prælatũ Theophraſtum infeſtus.*

ARISTOXENVS, filius Mneſiæ, qui & Spintharus, Muſici, è Tarento Italiæ. Sed Mantineæ uerſatus, philoſophus euaſit, ac Muſicæ non infelicem nauauit operam: & patris & Lampri Erythræi auditor, deinde Xenophili Pythagorici, ac deniq; Ariſtotelis: quẽ defunctũ contumelijs inſectatus eſt, quòd Scholæ ſucceſſorem Theophraſtũ reliquiſſet, cùm ipſe magnam apud Ariſtotelis auditores autoritatẽ obtineret. Fuit Alexandri tẽporibus, & ſucceſſorũ, ut ſit ab Olympiade CXI, æqualis Dicæarcho Miſſenio. Compoſuit Muſica, philoſophica & hiſtorias, & in omni genere diſciplinarũ aliquid ſcripſit (& de numero.) Numerus librorum eius eſt CCCCLII.

*Omniſcius.*

*Lactucæ mulſæ.*

Ariſtoxenus Cyrenæus, præ inſignibus delicijs lactucas horti ſui uino mulſo ueſperi irrigabat, & uirides placentas ſibi remitti dicebat.

ARISTOTELES Nicomachi filius, & Phæſtiadis. Nicomachus autem medicus fuit, ex genere Aſclepiadarum, à Nicomacho filio Machaonis, ortus Stagira, urbe Thraciæ, philoſophus, diſcipulus Platonis balba uoce. Fratrem habuit Arimneſtum, ſororem Arimneſten. Filiã ex Pythiade, Hermiæ eunuchi filia: qui licet contuſis teſticulis, tamen eam genuerat. Nupta fuit tribus maritis filia Ariſtotelis: ſuſceptiſque liberis, deceſſit ante patrẽ. Habuit & filiũ Nicomachum ex Herpyllide cõcubina, quã poſt Pythiadẽ ab Hermia eunucho, quẽ in delicijs habuerat, abduxit. Is Hermias princeps Atarnei fuit, quç regio eſt Troadis, ſeruus cũ fuiſſet Eubuli Bithyni. Peripateticç ſectæ præfuit annos 13: inde dictę, quòd in ambulacro ſiue horto doceret: Academia, in qua Plato docuerat, relicta. Nat⁹ eſt Olympiade 99, Chalcide obiit, aconito hauſto, ꝙ ob hymnũ in Hermiã eunuchũ ſcriptũ, in ius uocatus eſſet. Alij morbo deceſſiſſe dicũt, anno ætatis 70.

*Aſclepiadæ.*

*Stagira.*

*Arimneſtus.*

*Filia.*

*Pythias.*

*Hermias eunuchus gignit ſi credere fas eſt.*

*Nicomachus.*

*Herpyllis.*

*Peripatum.*

*Mors Ariſtotelis.*

*Timæus in ſe ctator Ariſtotelis.*

Ariſtoteles. Timæus contra Ariſtotelẽ dicit, fuiſſe eũ leuẽ, audacẽ, petulantẽ, inſipientẽ, indoctum, hominẽ inuiſum, quiq; precioſam tabernã medicã clauſerit, & in quamuis aulam & ſcenam inſilierit: atq; etiam uoracem, lurconem, ad palatum omnia referentem. Quæ mihi uix à circulatore & ſcurra in iudicio uerba effutiente, ferri poſſe uideantur.

*Scriba naturæ mente pro atramento uſus.*

Ariſtoteles ſcriba Naturę fuit, calamũ mente imbuere ſolitus: quem fortaſſe nihil rerum utillum, quamuis artificioſius & accuratius elaboratum, recuſare atq; aſpernari decuit.

** Chronologia repugnat, niſi ſit alius ab eo qui inſectatus eſt Socratem.*

ARISTOPHANES Rhodius, ſiue Lindius (Aegyptium alij dixerunt, alij Camiriũ) ab Athenienſib. ciuitate donatus, Comicus, Philippi filius, in ſcenicis ludis uerſatus Olympiade * CXIIII, tetrametri & octametri inuẽtor. Filios habuit Ararotem, Philippum, Philetærum comicos. Quidam eum ſeruo natũ tradiderunt. Fabulæ eius LIIII. Nos aũt in quibus laborauimus, hæ ſunt: Acharnẽſes, Ranæ, Pax, Concionantes, Cerealia celebrantes, Equites, Lyſiſtrate, Nubes, Aues, Plutus, Veſpæ.

Ariſtophanes Byzãtius grãmaticus, filius Apellis, tribuni militũ, diſcipul⁹ Callimachi & Zenodoti (ſed hunc adoleſcens, illum puer audiuit) atq; etiã Dionyſij Iambi, & Euphronidæ Corinthij ſiue Sicyonij. Vixit Olympiade XLV.

*Multiplex eruditio.*

ARISTON Platonis pater. * Et Platonis, filij Ariſtonis, dogmatũ plenus eſt: neq; Timæus eũ fugit, quamuis in arte Grãmatica (geometrica contemplatione) maximè uarius, & naturæ motionũ indagator: neque Phædon, neque Gorgias, neque alius quiſquam elegantiori & ſolertiori facundia præditus, qualis eſt Parmenides.

ARISTONYMVS comicus. Ex fabulis eius eſt Sol algẽs, quã Athenęus in Dipnoſophiſtis citat. Vixit Ptolemæo Philadelpho regnãte, & ſucceſſore eius Philopatore. Ac poſt Apollonium regię Bibliothecæ præfuit annũ agens LXIIII. Cum aũt res ſuas compoſuiſſet, tanquã ad Eumenem ſe recepturus, in carcere ad tẽpus eſt cuſtoditus: ſed dimiſſus, ex

ſtran-

ſtrãguria deceſſit, anno ętatis LXXVII. Scripta eius permulta ſunt.

ARISTYLVS & Ariphtades ab Ariſtophane perſtringũtur, ut homines obſcœni & flagitioſi, &c.

*ἀρκάδας μιμούμενοι.)* Arcadum imitatores. Prouerbium, de ijs qui aliis laborãt. Nam Arcades cum bellicoſiſſimi Græcorum eſſent, priuatim quidem uicerũt neminem: aliorum uerò ſocij, multos. Sic Plato Piſandrum Arcades imitari dicit, quòd comœdias à ſe factas, inopia coactus, alijs traderet.

*ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὔτοι δώσω.)* Arcadiam à me peris: rem magnam petis, quam nõ dabo. De ijs qui magna & inutilia petunt.

ARCADIVS grãmaticus Antiochenus, ſcripſit de Orthographia, de Conſecutione partium orationis, Onomaſticum admirabile.

*ἄρκευθος.)* Iuniperus, gen⁹ ſtirpis ſpinoſę, cuius odorẽ omnia reptilia auerſãtur.

** ἄρκτου.*

**ἄρκτου παρούσης τὰ ἴχνη ζητεῖς.)* Vrſa præſente, ueſtigia quæris. De ijs qui ea ſe quærere ſimulant, quæ adſunt.

*ἀρκτεῦσαι.)* Apud Brauronios, mulieres ex oraculo, depellendæ peſtilentiæ cauſa, ob cicurem urſam interfectã immiſſæ, Dianæ initiabantur.

ARCTINVS, Telei filius, à Naute oriundi, poeta, diſcipulus Homeri, autore Artemone Clazomenio, in ſcripto de Homero: uixit Olympiade IX, CCCC annis poſt bellum Troianum.

*ἄρκτος.)* Vrſus uel urſa, animal: & ſidus quod perpetuò mouetur. Arcturus aũt dicitur & ipſe integer Bootes, & quę ſub eius cingulo eſt ſtella. Appellatur & Arctophylax.

*ἅρμα.)* Harma locus Atticę. Prouerbiũ *ὅταν δι' ἅρματος ἀστράψῃ*: Cũ per (Currũ) Harma fulgurauerit. De ijs quæ tardè fiunt.

*Crudelitas inuiſa.*

HARMATIVS plurimũ potuit apud Zenonidẽ imperatricẽ, & ipſum Baſiliſcũ. Eſt aũt occiſus à Zenone imperatore, ac cæde eius ciues admodũ ſunt gauiſi. Nam ſub Leone quoſcũq; Thraces, q̃ ſeditionẽ mouerant, cepiſſet, hos manibus amputatis dimiſerat. Cæterùm Onoulus quidã eũ interfecit, quẽ Harmatius pauperẽ & recèns à Barbaris ueniẽtem, humaniter ſuſceptum, Comitẽ primùm fecerat: deinde præfectũ Illyriorũ, & ad cõuiuia multo argẽto inſtruxerat. Sed is Barbarica perfidia, & ſanguinaria manu, gratiam illi retulit.

*Onoulus ingratus.*

*Adulteri cognati.*

HARMATVS. Cum Baſiliſcus imperator Harmato, ut cognato, liberũ aditũ ad Zenonidẽ uxorẽ permitteret: ac diutius cõſuetudo duraret: amboq́; forma inſigni eſſent, deperire inter ſe cœperũt. Hinc oculos in ſe inuicẽ cõijciebant, & uultus ſubinde cõuertebãt, & arridebãt inter ſeſe. Hinc dolor ex amore ortus, uultu tegebatur. Cũ uerò animos ſuos Danieli eunucho, & Mariæ obſtetrici aperuiſſent: uix ijs medicati ſunt coit⁹ medicina. Itaq; Zenonis Baſiliſco blandiri, ut amator principẽ in urbe locũ teneret. Cũ aũt Theodoricus uideret, Harmatũ ab omnib. coli, ſeq́; uinci ab adoleſcẽte, qui capillos tantum & alias corporis exercitationes curaret, indignabatur. At Harmatus cùm auri affluentia, tũ honorũ magnitudine inflatus, neminẽ ſibi fortitudine præſtare putabat: ac tantũ in eo uæcordia ualebat, ut Achillis habitu equo cõſcenſo, in Hippodromo ſe iactaret. Quò magis aũt ea glorioſę inſania teneretur, acclamationib. infimæ plebeculæ fiebat, quæ Pyrrhũ illũ appellaret. Quod ſi eò faciebat, quòd rubicunda eſſet facie: rectè dicebat. Sin ad laudẽ fortitudinis, deliniebat, ut adoleſcẽtem. neque enim heroes petebat, ut Pyrrhus: ſed mulieres deperibat, ut Paris.

*Eunuchus leno & obſtetrix.*

*Propicia uxone benignus Imperat.*

*Theodoricus.*

*Dux ſi fortuna ebrius uecors adoleſcens.*

*Paris, non Pyrrhus.*

ARMENII. Interiores Indi & Iberes & Armenij ſub Conſtantino Magno baptizati ſunt.

*Tyrannicidæ.*

HARMODII melos. Prouerbium, de rebus duris. Nam cantilenæ de Harmodio ſunt eiuſmodi. Harmodius & Ariſtogiton, Athenienſes, tyrannos aggreſſi, (Hipparchus) Hippiã ſuſtulerunt, cũ gladios myrti ramis inuoluiſſent.

*ὅτι ἡ ἁρμονία.)* Harmonia exiſtit ex iis quæ inter ſe apta ſunt. Oportet enim eſſe fides, deinde certa ratione intẽtas eſſe, & ſic exiſtere harmoniã. Non pugnat autem cũ ijs quæ apta ſunt, ſed illa ſequitur: itaq́; ſe habet, ut illa quæ apta ſunt, ſe habent. Harmonia eſt fidium concentus. Anarmoſtia uerò, eſt animati corporis morbus, & infirmitas, & turpitudo. Ac morbus quidẽ immoderatio elemẽtorũ: infirmitas uerò ſimilatium partiũ: turpitudo, inſtrumentalium.

*Morbus. Infirmitas. Turpitudo.*

HARMOSTAE, prętores, qui à Lacedęmõiis in ſubiectas urbes mittebãtur.

ARNE. Vrbs Bœotiæ.

*Agnus locutus.*

*ἀρνίον σοι λελάληκεν.)* Agnus tibi locutus eſt. Agnus in Aegypto, ut aiunt, uoce humana locutus eſt. Inuentus autem eſt *

regium

regium draconem alatum habere ſupra caput, longitudine IIII cubitorum, ac cuidam futura prædixit.

*Elicitus imber.*

ARNVPHIS Aegyptius philoſoph⁹, Marco philoſopho Romanorum Imperatori familiaris. Cum autem aliquãdo Romani ſiti laborarent, effecit ut ſubitò nubes obſcuræ exiſterent, & ingentem pluuiam effunderent, cũ tonitruis & fulgoribus crebris. Alij dicũt, Iulianũ Chaldæum hoc miraculum edidiſſe.

*Iulianus Chaldæus.*

ἀρχαία μάντις.) Ruſticana uates. De ſegnibus & ignauis. Eſt autem locuſta uiridis, admodum tarda, quæ Mantis dicitur: cuius motionibus quidam obſeruatis, diuinant, * rus habere pedes.

ἀῤῥώστημα.) Infirmitas à morbo differt. nã infirmitas morbus eſt cũ imbecillitate: morbus uerò opinio uehemẽs rei q̃ expetenda uideatur. & ut in corporibus δυσεμπτωσίαι quædam, id eſt incõmoda in quæ facilè inciditur, dicũtur, ut cathar⁹ & diarrhœa: ſic etiã in animo ſunt εὐκαταφορίαι, id eſt affectus procliues, ut Inuidentia, miſericordia, & id genus alia.

HARPYIAE, rapaces dæmones.

HARPOCRAS, familiaris fuit Ammonio, homo Aegyptius, ſub Zenone imperatore: quẽ cũ Nicomedes Ammonij doctrinã tenere audiſſet, properè cõprehendere ſtuduit. At hic, ſiue ab initio quid futurũ eſſet odoratus, ſiue præmonitus, ſubitò nuſquam comparuit.

HARPOCRATION Argiuus, Platonicus philoſophus, Cæſaris familiaris. Scripſit cõmentariorũ in Platonẽ libros 24. Vocabulorũ Platonicorũ libros 2.

Harpocration, Caius dictus ſophiſta. Scripſit de Antiphontis figuris, de Hyperidis & Lyſiæ orationibus, & alia.

Harpocration, Aelius dictus, ſophiſta, ſcripſit de ignoratis oratorũ dictionib. de iis quæ uideantur à Rhetoribus ignorata eſſe: & argumenta orationũ Hyperidis: Emẽtitam eſſe Herodoti hiſtoriam: De ordinib. ſeu aciebns apud Xenophõtem: De arte rhetorica: De ideis, ſeu figuris, ſeu dicendi generibus.

*Herodoti hiſtoria ementita.*

Harpocration, Valerius dictus, rhetor Alexandrinus: uocabula decem Oratorum, & Floridorum collectanea ſcripſit.

ARSACES Parthorum rex, in prælio haſta in latere ictus, occubuit: uir & corpore pulcherrimo atq; cõſpicuo, & animo planè regali, & rei militaris peritiſſimus: idẽq; ut erga ſuos clementiſſimus, ſic in euertẽdo aduerſario acerrimus, & Parthis maximè deſideratus.

Arſaces Parthus, Macedonib. qui Perſicum regnum annos CCXCIII tenuerũt, eiectis, Parthis regnũ peperit. Hinc Arſacidæ dicti ſunt Parthorum reges.

*Macedones pulſi ab Arſace.*

ARTAPHERNES, dux Perſarum.

ARTEMIDORVS Daldianus (urbs Lydiæ Daldis eſt) philoſophus, ſcripſit de interpretatiõe Somniorum lib. 4. de Auguriis, & manuum inſpectione.

Artemidorus Pſeudariſtophanes culinaria uocabula coegit.

ARTEMIVS, q & Anaſtaſius, Romanorũ Imperator, cũ Sarracenorũ claſsẽ petere urbẽ ſenſiſſet, Ioannẽ bello præfecit, magnæ Eccleſiæ diaconũ, ratiocinatorem tributorum, quem Generalem dicunt. Is cum Rhodum appuliſſet, orta ſeditione, à populo interficitur.

*Ioannes diaconus à ſuis militibus interfectus.*

ARTEMISIA pręclarè ſe geſſit bello Perſico, ut de ea rex diceret: Viros mulieres eſſe factos, mulieres uiros. Fuerunt aũt Artemiſiæ duæ, ambæ Caricæ nationis, & reginæ: quarũ prior (Lygdamidis) Damidis filia, bello Perſico interfuit. Iunior uerò, cuius & Demoſthenes in Oratione de libertate Rhodiorũ meminit, filia fuit Hecatomni, uxor & ſoror Mauſoli: cui⁹ obitũ, autore Theopõpo, ita luxit, ut tabe correpta, ex mœrore decederet.

*Vos i. uenes animos geritis muliebres, illa uirago uiri.*

*Hecatomnus Mauſolus.*

ARTEMISIVS, apud Macedones menſis Maius dicitur.

ἄρτι,) Modò, paulo antè, partẽ pręteriti tẽporis cũ eo cõiungit quod nũc eſt.

αὐτίκα, mox uel ſtatim, tempus futurũ cum eo coniungit quod nunc eſt.

ἄρτιος ἀριθμός.) Par numerus, XXXII. Pariter impar, qui ſtatim in imparem diuiditur: ut XIIII, cuius ſemiſſis VII.

ἀρτιδαῆ.) Hunc argenteum nummum in natalem tuum diem mitto qui recentem adhuc officinam ſpirat.

ἀρτιζόμενοι.) Homo callidus, & ad incertos Fortunæ caſus inſtructus.

ἄρτι μῦς πίττης γεύεται.) Modò mus picem guſtat. De ijs qui ſerò ſentiunt, quò ſint redacti.

ἀρτίστομος.) Ille jam ulno madidus, rectè eloqui non poterat.

ARTVS, tyrannus Meſſapiorum, cũ quo hoſpitium conſtituiſſe Athenienſes, ait Polemon.

ἄρτος.) Annus uel Anthropus clibanum, αὐτὸς ἢ ἄνθρωπος κρίβανον. De ijs qui nouum aliquid excogitarunt, prouerbiũ dicitur. Nam Annus Aegyptius, ad torrendos panes furnum inuenit.

ARY-

ARYBAS, Alcetæ filius, Moloſſorum rex.

*ἀρχαῖον τὸ κιθαρίζειν.*) Citharam pulſare, antiquũ eſt: hoc eſt, ineptum, nullius precij.

*Sancta inſcitia cum ſophiſtica nõ cõmittenda. Spyrido.*

*ἀρχαϊκόν.*) Sectatores pietatis, quã Spyrido ſimplex eſſet, & antiqua uirtute, atque etiã Græcarũ literarũ planè rudis: ꝓhibuerũt, ne prodiret in mediũ, & in Cõcilio cum ſophiſta congrederetur.

*Iouis tabulæ.*

*ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγεις.*) Antiquiora diphthera dicis. De ijs qui putida & antiquaria dicunt. Nam in uetuſtiſſima quadam membrana, Iupiter ea quæ facta ſunt deſcripſiſſe perhibetur.

*ἄρχε.*) Bellum adoleſcens, amicitiã ſenex debet auſpicari. *πολέμου ἄρχεσθαι δίκαιον τὸν νέον, φιλοφροσύνης δὲ τὸν πρεσβύτην.*

*ἀρχέγονες.*) Sepulturam illi negarunt, quam antiqua Natura lege ſanxit.

ARCHEDICVS comicus. Fabularũ eius eſt Theſaurus, & Fruſtratus: ut ait Athenæus in Dipnoſophiſtis.

ARCHEDICVS, comœdiarum ſcriptor, qui in Democharem Demoſthenis nepotem ſcripſit.

ARCHELAVS, Apollodori aut Midonis filius, Mileſius philoſophus, à ſecta Phyſicus appellatus, ex Ionia primus Phyſiologiã duxit, Anaxagoræ Clazomenij diſcipulus. Huius Archelai diſcipulũ fuiſſe tradũt Socratẽ, nonnulli etiã Euripidẽ. Cõpoſuit Phyſiologiã: ſtatuitque iuſtum & turpe non eſſe natura, ſed lege. Compoſuit & alia quædam.

*Socrates. Euripides. Archelai nefarium & impiũ dogma.*

*ὅτι Βασίλειος.*) Baſilius epiſcopus Irenopolis, uti nomine, ita & ingenio & exercitatione Baſilio Cæſarienſi ſimilis: ſcripſit contra Archelaum presbyterum Coloniæ.

*ἀρχέπολιτον.*) Sophocles: Ne me inhonoratum ex hac urbe ablegate, ſed diuitijs & autoritate conſpicuum.

*Principatus genera.*

*ἀρχή.*) Principatus alius naturalis eſt, ut leonis inter animalia, aquilæ inter aues: alius delectu conſtat, ut rex hominũ. Marinus: Principatus, inquit, nõ modò principiũ nobis extitit, neq; (ut prouerbio dicitur) dimidium totius, ſed ipſum potius totum & uniuerſum.

*Marinus.*

*Principia, Agens. Patiens.*

*ἀρχαί.*) Principia rerũ duo ſunt, Agẽs & patiens. Ac patiens eſt natura qualitatis expers, ut terra, materia: agens uerò, ea quæ illi ineſt ratio, Deus. Differunt autem principia & elementa, quòd illa quidem ſunt ortus & interitus expertia: elementa uerò in conflagratione mundi corrumpuntur. Illa præterea ſunt incorporea, & informia: hæc formata ſunt.

*Principiorũ & elementorum diſcrimen.*

*Anima principiũ animaliũ.*

*ἀρχή.*) Animam Ariſtoteles ait ueluti principium eſſe animalium, ut effectricem, finem, formam. Hæc enim propria principia ſunt. Atq; ut effectricẽ quidem, quòd moueat animal ſola uolũtate, nec aliquã molitionẽ deſideret: ut formam, quòd ea ſit quæ informet animal, atque omnino animata. Dicũtur enim animatæ formæ idipſum eſſe quod ſunt, ſecundum animam. Optimum enim quodq; in reb. animatis, earũ forma eſt. In animatis aũt, anima eſt optimũ. Vt finem porrò, quòd animæ cauſa eſt corpus. Nam id quidem alicuius gratia extitit: hæc uerò ea eſt, cuius gratia extitit. Vnde etiam inſtrumentales animalium partes aliæ atq; aliæ ſunt, pro animæ, qua quodque præditũ eſt, proprietate. Iam anima remotior cauſa eſt animaliũ, natura uerò propinqua. Eorum uerò quæ animã neceſſariò ſequuntur, partim ſequuntur ipſam, partim totum animal: hoc eſt, id quod ex anima & corpore cõſtat. Ac animæ quidẽ paſſio eſt intellectio: hæc enim eius propria eſt. Cæteræ uerò paſſiones, ſenſio, uiſorũ impreſſio, iræ concitatio, appetitio, & ſi quid eiuſmodi, communia ſunt corporis atq; animæ.

*Forma in animantibus optimum.*

*Anima cauſa eſt corporis.*

*Intellectio, animæ paſſio.*

*Paſſiones & animæ & corpori communes.*

*ὅτι πέντε*) Dixit quidã, principia rerum omnium eſſe quinq;, *οὐσίαν, ταυτότητα, ἑτερότητα, κίνησιν, στάσιν*: hoc eſt (ſi Græcorum licentiam ſequi liceat. Cur uerò docendi cauſa magis id illis, quàm Latinis liceat? Neque enim in concione Athenienſi magis ita loquebantur olim, quàm in ſoro Romano) eſſentiã, identitatem, alteritatem, motionem, ſtationem. Genera uerò dicebat non ut ea ſunt de quibus tractant Peripatetici, quæ alia ab alijs diuiduntur, cũ ab unoquoq; cathena quędam ſubalternorum generum & ſpecierum oritur: ſed quòd tam latè pateant, quàm ipſa natura rerum. Eſt enim in omnibus eſſentia, ſecundũ quam eſſe cuiuſq; eſt. Eſt & identitas, quòd ex uno rerum principio ſumus. Habemus & alteritatem: quoniam ea quæ ſunt, multitudo ſunt. Vbi autem multitudo, ibi diuerſitas. Eſt & motio in omnib. ijs quę ſunt. Motionem autem dico, nõ imperfectã, ſed efficacem cuiuſq; actionem. Omnia enim ſua quadã actione ſunt prędita, atque ipſa etiam inanima. Nam uicina ſibi uel calefaciunt, uel frigefaciunt, uel humectant, uel ſiccãt, aut aliquid huiuſmodi

*Genera.*

modi agunt. Etiã ſtatio cernitur in omnibus, qua nec inanima carent: nõ eò tantum quòd ipſum totum ſtat, ſed quòd & ipſa manſio in immobilitate, ſtatio eſt. Quatenus igitur mobilia manent, aut ſemper, aut ad certum tempus: hoc ipſo à ſtatione non ſunt aliena.

ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι.) Magiſtratus uirũ oſtẽdit. De ijs qui ante magiſtratũ boni fuerũt, in ipſo magiſtratu uiolenti. Apophthegma Solonis eſſe dicunt: Ariſtoteles uerò & Theophraſtus, Biantis.

ἀρχὴ ἥμισυ παντός.) Principium dimidium totius. De ijs qui aliquid auſpicantur, quod bene procedit.

*ἀρχῇ ἰάσθαι πολὺ λῷον, ἢ τελευτῇ.*

*Principijs obſta: ſerò medicina paratur.*

*Cum mala per longas inualuere moras.*

Significat prouerbium, malum atq; periculum facilius initiò propulſari, quàm auctum atq; conſummatum.

ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου· φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι.) Principiò non naſci, eſt terrigenis optimũ, neq; intueri radios acuti ſolis: natũ uerò, quàm celerrimè fores Orci intrare. De ijs qui uixerunt infeliciter.

ἀρχὴ Σκυρία.) Principatus Scyrius. De rebus uilibus, quæq; nihil habent emolumenti: eo quòd petroſa & aſpera, propterea q; inops eſt Scyrus, nec quicquã gignit memorabile. Alij Theſeum dicũt Lycomedis regno inſidiantem, & uxorem eius corrumpere ſtudentem, præcipitatum eſſe. Theſeum aũt oſtraciſmo pulſum fuiſſe Athenis, refert Theophraſtus in opere de Primis temporibus.

*Theſeus oſtraciſmo pulſus Athenis, in Scyro perit.*

Ἀrchiadas Cyprum Demetrio proditurus, deprehenſus, & in iudicium adductus, fune de quo aulæa pendebãt, ſe ſuſpendit. Verè enim prouerbio dicitur, uanos homines, uanas, propter cupiditatem, inire rationes. Nam & hic ſe D. talenta ratus accepturum, etiam ſuas opes & ſpiritum amiſit.

*Proditor ἀναίχοσ.*

Archias * Syracuſius, & Myſcelus Achæus, Delphos eodem tempore uenerunt, oraculum de urbibus, quas condituri eſſent, conſulturi, ut intelligerent uitam & ſibi & urbibus decretam. His ita reſpondit Pythia:

*Optio ſanitatis & opulentiæ.*

*Regionis & urbis habitatorẽ populũ habẽtes,*
*Adeſtis Phœbũ rogaturi, quã ĩ terrã ueniatis:*
*Enimuerò agite, cõſiderate bonorũ utrũ eligatis*
*Copiã ut habeatis opũ, ã ſuauiſſimã ſanitatẽ?*

Hæc cũ audiuiſſent: Archias, homo auãrus, opulentiã optat, neq; ſpe fruſtratus eſt. nã Syracuſana urbs opũ magnitudine oraculum cõprobauit. Myſcelus uerò, cũ ſemetipſum & urbẽ ſuã ualere uellet: fructũ uoti ſui tulit. Quàm enim Croton ſalubris urbs ſit, ex eo cõſtat, ꝙ & robuſtos habet incolas, & multos præſtantes pugiles genuit. Diuitiæ igitur & ſanitas ambæ dona ſunt. Sed robuſtus & ſanus animus eligit meliora. Id ꝙ & hi declararũt, quorũ alter prudẽtior fuit, alter nõ, prſus ingenu<sup>9</sup>. Humanorũ igiť bonorũ alterũ grauius eſt, alterũ ſecundariũ: ut & à Platone, & carmine qđ σκολιὸν, id eſt curuũ ſeu obliquũ dicitur, declarať.

*Syracuſæ diuites.*

*Crotoniatarum ualetudo.*

Archibius, Apollonij filius, grammaticus, epigrammatum Callimachi enarrationem ſcripſit.

Archibius Ptolemæi filius, Leucadius, ſiue Alexandrinus grammaticus, ex iis qui Romæ uſq; ad Traianum Cæſarẽ docuerunt.

Archigenes, Philippi filius Apamenſis, medicus, Agathini diſcipulus, qui Romæ ſub Traiano medicinam fecit. Vixit annos LXIII, multaq; medica & phyſica ſcripſit.

ἀρχιδάμιος πόλεμος.) Archidamiũ bellum. Sic belli Pelopõneſiaci primi anni dicebantur, ab eo ſcilicet, quòd Archidamus impreſſionẽ in Atticã feciſſet.

Archilochus: Virorũ bonorum dij ne poſt obitũ quidem obliuiſcũtur: Archilochi certè quidem (ſi quis obſcœnitatẽ eius & maledicentiã tollat, & uelut maculã eluat) cætera præſtantis, Pythius uel mortui eſt miſertus: idq; in bello, ubi Mars cõmunis eſt. Nã cũ eius interfector, nomine Calondas, cognomẽto Coruus, Deũ neſcio quid rogaturus, Delphos ueniſſet: Pythia illum, ut neſarium repulit: ea quæ uulgò circumferũtur, elocuta. At ille belli caſus excuſare, ac dicere, ſe diſcrimen aut faciendi aut patiendi adijſſe: petere à Deo, ne ſe odiſſet, ſi ſuo fato uiueret: adiurãs ſe potius nõ eſſe mortuum, quàm occidiſſe. His miſericordia commotus deus, eum abire in Tænarum iuſſit, ubi * Tettix ſepultus eſſet, ut Teleſicli filij animã leniret, & inferiis placaret. Cui mandato cũ ille paruiſſet, indignationem dei euaſit.

*Archilochus Apollini charus.*

*Mancipium cari.*

** Cicada.*

ἀρχίλοχον πατεῖς.) Archilochũ calcas, uel teris: id eſt, ſtudioſè legis. ut in illo, θέρι τὸν ἀίσωπον πεπάτηκας. Prouerbium, in maledicos & conuiciatores.

Archimedes, Trallianus philoſophus,

phus, commentarium in Homcrum ſcripſit, & Mechanica.

ARCHIPPVS Athenienſis, comicus antiquus, ſemel uicir Olympiade XCI.

*ἐννέα ἄρχοντες.*

*ἄρχων.*) Principes fuêre IX: Theſmothetæ ſeu Cẽſores VI, prętor, rex, polemarchus. Ac ante Solonis leges non licebat eis unà ius dicere: ſed rex ad Bucoleum ſedebat, prope Prytaneũ: Polemarchus in Lycæo: Prætor iuxta ſtatuas heroum, à quib. cognomina tribus habent, poterantq́; planè pronũciare de controuerſiis. Pòſt autem ex legibus Solonis, nihil aliud ab eis gerebatur, niſi quòd *aduerſarijs actionem dabant.

*Et magiſtratus populi, et populus magiſtratuũ rationem habere debet.*

*ἄρχων χρόνος πημάτων.*) Initium malorum tempus. Magiſtratui omnia ad populi utilitatem referenda ſunt. Sed Hegias æquum cenſebat, ut non magiſtratus populi tãtum rationem haberet, ſed uiciſſim ipſius etiam à populo ratio haberetur: quẽq; enim ſibi melius eſſe malle, quàm alteri. Iſidorus autem ait, ſe magiſtratui, ſi ſui etiã rationẽ habeat, ita parẽte, ut uni de ijs qui pareãt, & ipſi quoque curationẽ deſiderent. Magiſtratum enim, ſi ueritas ſubtilius limetur, nulla re egere. Quatenus autem homo ſit artifex, egêre: ut medicina medicũ, ſi ægrotauerit. Ipſa quidem medicina nũquam ægrotarit, nec meditus arti medicinæ cõformis. Itaq; ne magiſtratus quidem, quatenus arti gerẽdi magiſtratus eſt cõformis. Sed ſi ratio diſſerendi ſpectetur, ſic argumentandũ eſt. Relatiua non dici tantum de ſe inuicem, ſed affecta etiam eſſe inter ſeſe. Magiſtratus ergo cum populo, & populus cum magiſtratu eſt cõiunctus, nõ uerbo tantùm, ſed etiam reipſa. Itaq; ſi quid populo prodeſt magiſtratus adminiſtratio, ei etiam proderit, à quo is adminiſtratur.

*Magiſtratus, quatenus homo, curationis & ipſe eget: ut medicus ægrotãs, medicinæ.*

ARCHYTAS Tarentinus Heſtiæi filius, aut Mneſarchi, aut Mnaſagoræ, philoſophus Pythagoricus, qui Platonẽ cõſeruauit, ne à Dionyſio tyrãno occideretur: præfuit Italorũ Reipublicæ, dictator creatus à ciuibus, & circumuicinis Gręcis, ſimulq́; philoſophiam docuit, & celebres multos diſcipulos habuit, ac multos libros ſcripſit, & Empedoclis fuiſſe* magiſter non obſcurè perhibetur.

*Plato ab Archyta conſeruatus.*

* *diſcipulus,*

*ἀρχύτου πλαταγή.*) Archytæ crepitaculum: Prouerbium. eſt enim inſtrumenti genus, quod ſonum & ſtrepitum edit.

*ἀσσάρια.*) Numa, alter à Romulo rex Romanorum, primus ex ære & ferro factam monetam donauit Romanis: cum omnes, qui eum anteceſſerant, coriis & teſtis ad eam rem uterentur. Eam monetam, Tranquillo autore, numos de ſuo nomine appellauit.

*Moneta ænea, ferrea, coriacea, teſtacea.*

*Numus à Numa.*

HASDRVBAL Carthaginẽſium dux fuit, iactabundus & arrogans, rebusq́ue gerendis & imperatoriæ facultati minimè par. Signa uęcordię illius ſunt, quòd aliquando in Panoplia * purpura marina indutus, cum Guluſſa Numidarũ rege cõgreſſurus, decem gladiatorib. comitatus aduenit, & ad XX pedes ab eo receſſit, foſſa & uallo obiecto: regiq́; innuit, ut propius accederet, quo alter alterum audire poſſet. Cæterùm Guluſſa, homo ſimplex, more Numidico ſolus acceſſit, rogauitq́;, Quémnã timens armatus adeſſet? illo reſpondente, Romanos: * Non igitur, inquit Guluſſa, te in urbem cõtuliſſes, nulla urgente neceſſitate. Fuit autem natura carnoſus, abiectaq́; panoplia, uentrem etiam diſtenderat: & colore præter naturam aduſto, ut uideretur in ſolennibus ludis alicubi commoratus, taurorum ſaginatorum inſtar, & non tot malorum cauſa fuiſſe, quæ nemo dicendo exequi poſſit. Itaq; ſi reſponſa illius ſpectares, uirum admirarêre, & orationis magnificentiam: cum tractationem rerum, degenere & abiecto eius animo percellereris.

*Guluſſa.*

Haſdrubal, Carthaginenſium dux, cũ belli ſuaſor, difficulter ad rerum magnarum aggreſſionẽ perueniret: quicquid Romanorũm captiuorum habuit, in murum, quo loco Romani conſpicere poſſent, perduxit, & aliorum oculos, aliorum linguas, aut neruos, aut pudenda ferreis uncis euellit: aliorum plãtas ſuccidit, aut digitos execuit, aut cutem à reliquo corpore diripuit, & omnes adhuc ſpirantes præcipitauit. Acita quidem ille populum incitabat, ut in ſola pugna ſpem ſuam collocaret: ſed ea res longè aliter cecidit, quàm ipſe cogitabat. Nam Carthaginenſes, ex horum ſcelerum conſcientia, formidoloſi potius, quàm alacres fiebant: & Haſdrubalem, qui omnem clementiæ locum ſuſtuliſſet, oderant. Maximè autem Senatus in eum uociferabatur, quòd ſuperbè crudeliterq́ue feciſſet, in tot domeſticis calamitatibus. At ille quibuſdam è ſenatoribus occiſis, & iam in omnibus formidoloſus, pro tyrãno potius quàm pro duce ſeſe gerebat; quaſi hac una re tutus

*Crudelitas in captiuos.*

*Tyrannus pro duce.*

tutus futurus, ſi terrori ciuibus eſſet, eaque de cauſa difficilis aggreſſu.

ἀσωτ.) Ochus Perſa Mendeſiū hircum Fauno ſacrum, immolauit, eoq; uariè parato, ijs epulis ſaturatus eſt homo infelix: & magnam Aegyptiorum multitudinem, ab uxoribus & liberis auulſam, inclementer in Perſiam abduxit.

*Impij.* ἀσεβεῖς.) Impij, quorū religio aut multos, aut nullos habet deos, quiq; Deum ignorant.

ἀσέλγεια.) Selge, urbs eſt Piſidię, in qua homines malè uiuebāt, & promiſcua uenere utebantur. Cōmentarius Demoſthenis contrà, Pamphyliæ urbem eſſe dicit, in qua ciues omnibus uirtutibus ornati fuerint.

ἄση.) Tot ſordibus, tāta nauſea, & corpus meum & animus cōplentur, ut moleſtia illa me ad uomitum urgeat.

*Citharæ inuentio.* ASIA, regio Orientis. ἀσιάδος κρούματα, id eſt citharæ trichordis pulſatio: quæ primùm Aſiæ, quæ urbs Lydiæ eſt, in Tmolo ſita, inuenta eſſe dicitur.

ASINIVS Pollio Romanus, libros XVII. hiſtoriæ Romanæ compoſuit, primusq;, Græcorum res geſtas Latino ſtylo eſt perſecutus.

ἀσθένεια.) Fortunā, infirmitatē ſeu morbum dicunt, ſingulari quadam ratione: & infirmos eos, qui penuria laborant.

ASCALON, urbs Syriæ, à fratre Tantali, unde Aſcalonites.

ASCANIA, lacus Nicææ.

ἄσκευον.) Theologus: Vita ſine apparatu & luxu.

ASCLEPIADES Diotimi filius, Myrleanus (urbs hæc eſt Bithyniæ, quæ nūc Apamea uocatur) à prima uerò ſtirpe fuit Nicænus, grāmaticus, diſcipulus Apollonij. Vixit ſub Attalo & Eumene Pergamenis regibus. ſcripſit Philoſophicorum librorum correctiones. Docuit & Romæ ſub Pompeio Magno: & Alexandriæ ſub * Ptolemæo adoleſcens uerſatus eſt. Scripſit multa. *Myrlea. Apamea.*

ASCLEPIADAE, medici, ab Aeſculapio, qui ex eo nomē habet, quòd corpora integra & ſalua conſeruet.

*Pauſor. Irus.* AESCVLAPIVS, medicinæ inſpector, uel Pauſonem & Irum, uel alium quempiam inopum curabit.

ASCLEPIODOTVS, à puero acutiſſimus, & eruditiſſimus æqualiū habebatur, neq; unquā inquirere cauſas miraculorū tā naturæ quā artis opificiorū deſiſtebat. Itaq; breui tēpore colorū, qb. ueſtes tingūtur, miſtiones & ornamēta oīs generis prorſus cognouit. *Colores. Ornamenta.* Ad hęc lignorū infinitas differētias, quomodo eorū uenæ uel rectæ ꝓcedāt, uel implexæ ſint. *Ligna. Lapides. Herbæ.* Iam lapidū & herbarū uariæ facultates, & formæ tā earū quæ obuiæ ſunt, q̄ rariſſimarū, inquirebātur, & omni ſtudio reperiebātur. Multū aūt fatigabat cuiuſq; generis artifices, aſſidēdo frequenter, & de ſingulis accuratiſſimè inquirēdo: ſtirpiū uerò hiſtoriā, magni, & animaliū pluris etiā faciebat: ea quæ cerni poterāt, oculis perluſtrādo: quæ nō poterāt, audiēdo ꝓlixiſſimè perſequēs, & ueterū hiſce de reb. ſcripta lectitans. *Hiſtoria ſtirpium, animalium.* Fuit aūt genere Alexādrinus. Huius crebra experiētia, & bonū propoſitū cognoui: & patre, q̄d ad piā alacritatē attinet, & excitatā in Deū ardentēq; ſpē, nō multò inferiorē deprehendi, ſed philoſophia ſuperiorē, & reliquarum diſciplinarū præparatione ornatiorem. *Superſtitiones Aegyptiacæ.* Itaq; ſub eo Veneris urbs maiore ſanctitate refloreſcebat. Iam uerò etiā ultra fines arcana illa iura propagabat, cùm Alexandriā uſq; Oſiridis cultricem, tum in multa loca Orientis, Magis dedita. Cum autem urbanitate grauitas temperata eſſet, conſuetudine ſua familiares plurimū delectabat: & cum à puero uſq; ad ſenectutem ingenio ualeret, plurima ſacris contulit ingenij ſui inuenta, & rationes, tum ſtatuis ornandis, tum hymnos quibuſdam adijciendo. & ut homo rei familiaris & ruſticæ peritus, mortuo patre, debita multa diſſoluit: & quamuis iuſtum quæſtum faceret, plurima tamen impendit, cùm ob ſacrum inſtitutum, tum ob ciuilem ambitionem: quæ neceſſaria eſſe uidebatur, & familiæ ipſius uſitata. *Ex liberalitate obæratus.* Itaque tandem & ipſe patrimoniū relinquere filiabus obæratum eſt coactus. Hæc grati animi ergò, pauca pro multis reddēdo, à me ſcripta ſint.

ἀσκὸν δέρειν.) Vtrem excoriare. De ijs qui ſe aliquid ſummo ſtudio facturos pollicentur.

*Luxus. Frugalitas.* ἀσκὸς ἐν πάχνῃ.) Vter in pruina. Vter caleſcens fit laxior, & inflatus extumeſcit: in pruina dureſcit, & denſatur: ſic natura corporis luxu & deliciis diffluit & intumeſcit, diſciplinæ uerò exercitatione fit humilis & depreſſa. Cuius rei teſtis eſt diuus Paulus, ſe corpus ſuum coercere & ſubigere clamitans, ne, cùm aliis prædicarit, ipſe improbetur. *D. Paulus.* Eodem modo & Dauid propheta, perſequente Saulo (inquit Theodoretus) uincebat affectꝰ: *Dauid.*

pace uerò potitus, deliciarũ inſultus & noxã eſt expertus. Pòſt, corpore ſubacto legũ diuinarũ renouauit memoriam.

ἀσκὸν τίλλειν.) Vtrem uellere: prouerbium Atticũ, de rebus inanib. & nihili.

ἀσκὸς κτησιφῶντος.) Vter Cteſiphontis. Hũc ut uẽtroſum deridet Ariſtophanes.

ἀσκῷ μορμολύττεσθαι.) Vtre terrere. De ijs qui temerè & inaniter terrere conãtur.

*Virgilius. Mollibus in pratis unctos ſalire per utres.*

ἀσκωλιάζειν.) Aſcolia feſtum celebrant Athenĩẽſes, quo per caprinos utres, inflatos & unctos, in medio theatro, cùm ridiculi cauſa, cum delaberentur, ſaliebãt: tùm in Bacchi honorẽ: quòd caper uitibus ſit infeſtus. Vnde epigramma:

κἤν με φάγης ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοὶ τράγε θυομένῳ. (σω,

*Rode caper uitẽ: tamẽ hinc, cum ſtabis ad arã,*
*In tua quem fundam cornua Bacchus erit.*

ἄσκοπος λώβη.) Improuiſum malum: hoc eſt, mors.

ἀσώματον.) Incorporeum duplex eſt: aliud numero, ſicut angeli, ut Michael, Gabriel, diſtincti numero: aliud non, ut uniuerſalia.

ASOPVS, fluuius Thebarum.

ASOPODORVS, & Didymachias frater eius, ob paruitatẽ corporis perſtringebantur.

*Luxus. Sordes.*

ἀσωτία.) luxus. Vtrunq; ex æquo auerſandũ eſt, tam facere ſumptus, quos non oportet: quàm quos oportet, non facere, quorum hoc ſordium eſt, illud luxus.

ἀσπάλαξ τυφλότερος.) Talpa cæcior: quæ eſt animal muri ſimile, ſub terra degens, carens oculis.

ASPASIA, celeberrimi nominis, Mileſia genere, diſerta, quã Periclis & magiſtrã & amicã fuiſſe tradũt: duorũq; bellorũ extitiſſe cauſam putãt, Samij & Pelopõneſiaci. Ex hac Pericles nothum filiũ ſibi cognominem ſuſcepiſſe creditur.

*Vna meretrix duorũ bellorũ cauſa.*

ASPASIAE duæ meretrices fuerũt, quarũ unius cõſuetudine uſus eſt Pericles, & ob quam iratus decretum cõtra Megarenſes ſcripſit, ne Athenis reciperentur. Vnde illi ab Athenienſib. reiecti, ſe ad Lacedæmonios contulerunt. Cæterùm Aſpaſia ſophiſtria fuit, & eloquentiæ magiſtra. Pòſt etiam uxor eius facta eſt. Harpocration. Cum * Lyſicli demagogo nupſiſſet prabitorem habuit.

*Decretum contra Megarenſes.*

** Pericl.*

ASPASIVS, Tyrius ſophiſta & hiſtoricus, ſcripſit de Epiro & rebus Epiroticis, hiſtoriæ miſcellaneæ lib. XX. de Arte dicendi & alia.

Aſpaſius Demetriani critici mathematici filius, Rauẽnâs, ſophiſta ſub Alexandro Mãmeę: ſcripſit aduerſus maledicos & ad Ariſtonẽ orationes diuerſas. Audiuit Pauſaniã & Hippodromũ, & Romæ diu claruit docenda rhetorica.

*Fortuna.*

ἀστάθμητος.) Incertæ & inſtabili fortunæ non fidendum.

*Poſtpatem.*

ASTANDAE, tabellarij aliis alij ſuccedentes, qui & Angari dicuntur: nomina Perſica ſunt.

ASTARTE, à Græcis Aphrodite, à Latinis Venus dicit̃. Nomẽ ab aſtro factum eſt. eius enim eſſe Luciferum fabulãtur.

*Salomonis idola, uxores, concubinæ.*

Aſtarte dea Sidoniorum, & Chamos deus Ammonitarum, quos coluit Salomon. ductis peregrinis uxoribus: quę cũ Iſraeliticis fuerunt DCC. & concubinæ CCC. Ex his omnibus natus illi eſt filius Roboam, isq; ex peregrina, regno indignus. Neq; enim multitudo uxorum bonam gignit ſobolem.

*Roboam degener.*

ἀσταφίς.) Prouerbium: Viri ſeniscalua, una paſſa eſt.

ASTELEBE, urbs Lydiæ, cuius ciues Aſtelebæi.

οἱ δ᾽ ἀστεμφεῖς.) At pertinaces iſti, & eloquentiæ atq; poeticæ contemptores, nec deorum nec hominũ nolentes uſuri conſuetudine uidentur. * Inopia uerò ingenij ne ad parua quidem eis ſufficit.

ASTERIA, ſeu Aſteris, urbs Lydiæ; cuius ciuis Aſterius, ſeu Aſteriota.

ἀστέρων τέθριππος.) Stellarum quadrigæ, id eſt currus Solis.

ἀστεῖα λέγειν.) Vrbanum aliquid, & limatum loqui. Comica eſt complexio.

ἀστήρ.) Stella, q̃ capra dicit̃, fulgente, uehementes uenti ſpirãt. Vnde ἐπαιγίζειν.

ἀστὴρ ἄστρου διαφέρει.) ſtella, una eſt: aſtrũ, ſeu aſtrothetema, è plurib. ſtellis cõſtat.

*Explicatio ſomnij.*

ἄστρα βλέπειν κάλλιστον ἀνθρώποις στίλει.) Aſtra intueri res pulcherrima eſt uiris. ὀνειροκριτικόν.

*Manus in pariete.*

ἀστράγαλος.) Balthaſſar, Nabuchodonoſoris filius, cœnæ accumbens, in aduerſo pariete uidit aliquid humanæ manui ſimile, quæ Hebræo ſermone ſcribebat, quæ nemo intelligere poterat. Daniel uerò accerſitus, eam ſcripturam ſic interpretatus eſt. Digiti quos uidiſti, Dei uiuentis manus eſt, ac ſcripſit: Se mẽſam eſſe, & conſummaſſe regnum tuũ. Quo Balthaſar audito, afflictus eſt, & paulo pòſt à Dario Medo interfectus.

ASTRAMPSYCHVS ueterinarius, librũ medicũ de aſinorũ curatione ſcripſit, & ſomniorum interpretationem.

ἀστρα-

ἀστραπή.) Fulgur, incēſio nubium inter ſe attritarum, aut à uento ruptarum.

ἀστραπὴ ἐκ πυέλου.) Fulgur è pelui. De re nihili, quòd fulgores è fontib. & uaſculis nihil poſſunt.

*Aſtronomia inuentio. Zoroaſtres. Oſtanes.*

ASTRONOMIA, aſtrorum diſtributio. Primi Babylonij hanc per Zoroaſtrē inuenerunt, quē ſecutus eſt Oſtanes: qui animaduerterant, ea quæ natis acciderent, à cœleſti motu defluere. Ab his Aegyptij & Græci acceperunt, natosq; ad aſtrorum morum retulerunt.

ἄστροις τεκμαίρεσθαι.) Aſtris notare. De iis qui longum & deſertum iter faciunt, ac patriæ ſitum aſtris indagant.

ὅτι μαγεία.) Magia & Aſtrologia cœpit initium à Maguſæis. Nam Perſæ ab incolis Magog & Maguſæi dicuntur.

ASTYAGES grāmaticus ſcripſit artem grammaticam, de dialectis, de uerſibus, regulas nominū, & in Callimachū poetam commentarium.

ASTYANASSA, Helenæ, Menelai uxoris, ancilla: prima decubitus in coitu inuēnit, & de rerum uenerearum formis ſcripſit. Hanc poſtea imitatæ ſunt Philænis & Elephantine, quæ huiuſmodi nequiciam euulgarunt.

*Philænis. Elephantine.*

ASTYDAMAS maior, filius Morſimi, Philoclis nepos, quorum, uterq; fuit tragicus. Scripſit tragœdias CCXL. uicit XV. Hic cū auditor fuiſſet Iſocratis, ad ſcribendas tragœdias ſe contulit.

Aſtydamas minor, ſuperioris filius, tragicus & ipſe. Fabulæ eius ſunt, Hercules, Satyricus, Epigoni, Aiax furioſus, Bellerophontes, Tyro, Alcmene, Phœnix, Palamedes.

ASTYDROMIA, apud Afros ueluti natalis urbis fuit: & Theodœſia feſtū, in quo colebāt Bacchū & nymphas: innuētes opinor, ſobriā & bonā miſtionem.

*Baccbus Nymphis iungendus.*

ASTYNOMI decem fuerunt, V in Piræeo, & totidē in ipſa urbe: quib. curæ erant tibicinæ & pſaltriæ, & ſtercorū repurgatores, & ſimilia.

*Simplex in uiolabile.*

ἀσύγχυτον.) Impermiſti natura, neque à ferro deſtruitur, neq; igni cōſumitur.

*Aſſyrij. * F. non exig. Medi. Perſæ. * non Macedones.*

ἀσσυρία.) Aſſyria, uetuſtum imperiū, quod ad fabuloſa tēpora refertur, * exiguam Aſiæ partem tenuit. Deinde Medi cum, Aſſyrio deſtructo, non ultra quartam ætatem durauit. Perſæ uerò Medis deuictis, * amplius CC annis regnū tenuerūt. Macedonum uero principatus, Perſico regno euerſo, poſt Alexādri obitū uergere cœpit in deterius, ſub eiusq; ſucceſſorib. per ſe defecit, euerſus à Romanis. Nam Græcorū potentiā nō eſt operæpreciū cum eis cōparare: ſiquidem Athenienſes ſolā otā maritimam annos LXVIII tenuerunt. Lacedęmonii uerò & Peloponneſi & reliquæ Græciæ * non totos XXX potiti annos, ſucceſſores Thebanos habuerunt. At Romana Reſpublica uniuerſi orbis, quatenus nō inacceſſus eſt, annos * DCCXLV tenuit imperiū, uſq; ad conſulatū Cl. Neronis ſecundū, & Calphurnij Piſonis, cū nullū parem haberet aduerſarium.

*Athenienſes. Lacones. Thebani. Romani.*

ASSYRII, à quodā gigante Syro dicti, unde & regioni nomē eſt inditū. Ab Aſſyrius etiam Syri dicūtur: aut ab Aſſur filio Semi, nepote Noæ: qui Aſſur primus urbē magnam, Niniuen poſtea dictā, cōdidit. alij, Aſſyrios Perſas dicunt.

Aſſyrij, populus. Rebus omnib. tranquillis nihil obſtabat, quò minus plurimùm creſcerent. Pòſt aūt, multa & continentia bella exorta, & motus aliorum cōtra alios infiniti, & inteſtini tumultus extitêre. Hæc ſub Cæſare contigerunt.

ASPHALTITES lacus, ubi bitumen gignitur, pici ſimile, quo medici etiam utuntur.

ἀσφάραγος.) Herba eſt aſparagus, ad purgationes utilis.

ASPHODELVS, ſtirps eſt ſquillæ inſtar, longis folijs, & caule eſculento. ſemē quoq; eius frigitur, & radix cōciſa cū ficubus maximā habet utilitatem, Proſerpinæ & Manibus ſacra. Rhodij Proſerpinā & Dianā aſphodelo coronant. Heſiodus: Ignorant homines, quantū utilitatis ſit in malua & aſphodelo.

ἀσχαλίδασμα. Ille neglectum ſui ægrè ferens, & irritorum laborum pertæſus in pedes ſe quàm ocyſſimè coniecit.

ἄσχολος.) Noli abſq; neceſſitate dicere ad aliquem, aut ſcribere, te occupatū eſſe: neq; huiuſmodi excuſationibus ſæpius explere ſcribendi officiū apud familiares, urgentia negocia cauſando.

ἀτα.) Mortales quæ oculis cernunt, ueriora putant, quàm ea quorum probatio obſcura eſt: Damaſcius. Iſidorus poetica quædam meditabatur, nō pro facultate, ſed pro cupiditate ſua. Minimè autem illis afficiebatur, ut quæ ad eius animum non penetrarent: ſed ultra cogitationē & linguā non procederent.

ATTAGEN auis, lacuſtria loca & plana incolens, uarijs plumis: unde ſerui ſtigmatiæ, Attagenes dicuntur.

*Acaſtus.* *Peleus.* *Tyndaridæ.* *Iaſon.* *Iolcus.*

Atalanta, Acaſti uxor, Pelei amore capta, de coitu cũ appellat. Recuſantem, apud maritum deſert, ut pudicitiæ ſuæ inſidiatũ: ueritane ipſa prior accuſaretur. Is igitur inſidias Peleo parat. Qui, re animaduerſa bellum illi inſert, adiutoribus acceſſitis Tyndaridis & Iaſone, illius inimico, ſuo amico: quòd unà in Argo naui eſſent uecti: & Iolco expugnata, uxorem Acaſti interficit.

Atalarichvs, filius (Amalaſuithæ, Himmelſuueit.) Amalaſunthæ, rex Gotthorum. ὑραιοπλάτης, ἢ ὑραιόνοφος.

*Diuitiæ cum prudentia et audacia.* *Incommoda diuitiarum.* *Regni recuperatio.* *Attali uirtutes.*

Attalvs rex, frater Eumenis, cui nulla ad externum imperiũ ſubſidia ſuppetebant (ſi iungas, ὑδὲ τῶν ἐκτὸς: cui nihil rerum externarũ ſuffragabatur) præter diuitias: quæ cum prudentia & audacia tractatæ, omnino quęuis conatum multum iuuant. Sine his aũt, pleriſq; malorum & interitus ex parte cauſa eſſe cõſueuerunt. Nã & inuidiã gignunt, & inſidias, & ad perniciem corporis atq; animi uim magnã habẽt: ac pauci animi ſũt qui opulentiæ facultate hæc propulſare poſſunt. At hic ad nihil aliud inſtituit uti ſumptibus, niſi ad (regiã munificentiã) regni recuperationẽ, quo nihil mai⁹ aut pulchrius dici poteſt: ut qui eius inſtituti initiũ duxerit nõ modò à beneficẽtia in amicos, & gratia: ſed à bellicis etiã operib. Nã cũ regnarit, & uixerit annos 72 & ex his 44 regnarit: modeſtiſſimè uixit, & honeſtiſſimè, cum uxore & liberis. Fidẽ erga omnes ſocios & amicos conſeruauit, & his ipſis pulcherrimis operibus eſt immortuus: itaq; principatũ firmauit, ut ad liberos & nepotes regnum propagaret. Hic Attalus imperio potitus, ingenij atq; animi ſui ſpecimẽ edidit, Ariarathe in regnum reducto.

*Oraculũ Attalo maiori datum.*

ὅτι ἄτταλος.) Attalus Apolloniæ fili⁹, Aſiæ rex, ita deceſſit, ut Pythiæ oraculũ Attalo maiori redditum in eo compleretur, quod fuit huiuſmodi: (gio,

*Bono animo es T. auricorne, potiẽris honore re*
*Et filiorum filij, ſed horum filij non item.*

Atarnevs oppidulum è regionè Lesbi ſitum, unde Atarnites. uel, Atarna, oppidum intra Myſiam & Lydiã prope Lesbum, cuius ciuis Atarneus ut Vlyſſeus: fœmineum, Atarnis.

ἀπικμαρτον.) Ariſtophanes in Auib. Homo inſtabilis, incertũ quò uolitans.

*Inimico miſerabilis.*

ἄτη. Noxa, diabolus eſt aduerſari⁹. Sophocle : Equidẽ nihil ſcio : ſed me eius miſeret, quãuis inimici, calamitoſi tamẽ eo quod cum graui noxa conflictatur.

Attila, Scytharum dux.

Attis, apud Phryges maximè colitur, ut famulus matris Deũm.

*Atticorum ingenium.*

ἀττικάς.) Attici ut tardi, & negligere occaſiones ſoliti, perſtringuntur.

Attica fides, & Atticus teſtis. De ijs qui fidem inuiolatam ſeruant.

Atticae literæ, id eſt antiquæ. nã XXIIII elementorum grãmatica multo pòſt apud Ionas inuenta traditur.

*Euſtathij ſchola.* *Attic.* *Sermones.* *Diſsimulatio doctrinæ.*

Atticvs, epiſcopus Cõſtãtinopolitanus poſt Arſaciũ * qui ſub Chryſoſtomo procuratorẽ egit, genus duxit Sebaſtia, urbe Armenię. Ab adoleſcentulo in philoſophia erudit⁹ eſt à monacho Macedonicæ ſectæ. Qui aũt tũ Sebaſtiæ in philoſophia excellebant: ex Euſtathij ſchola ꝓdietãt: quẽ epiſcopũ & ducem optimorũ hui⁹ loci monachorũ cognouimus. Sed cũ ad uirilẽ ætatẽ perueniſſet, ad catholicã Eccleſiã tranſiit. Et quia ingenio magis quã doctrina ualebat: ad res gerẽdas fuit idoneus: ad inſidias & faciendas & ꝓpulſandas paratus. Moribus blandis, & beneuolẽtiã hominũ ad ſe allicientib. In ſermonib. Eccleſiaſticis mediocris: ut ij nec ſcriptiõe digni, nec planè indocti auditorib. uiderentur. Nã homo diligens, ſi quãdo ociũ dabatur, in celebertimis Græcorũ ſcriptorib. uerſabat̃: quorũ quia rudis eſſe putabatur, cũ (ex horũ ſcriptis aliquid proferebat.) de his diſſerebat: etiã doctos ſæpe latebat. Dicebatur ſecũ ſentientib. bonus, aduerſarijs formidabilis eſſe: facileq; cũ uellet, terrorẽ incutere, & rurſus benignum ſe præbere. Et hũc quidẽ talẽ fuiſſe tradũt. Hic Atticus poſt liberalẽ inſtitutionẽ, uerecũdus & prudẽs fuit. Vnde factum, ut Eccleſiæ ſub eo multũ creſcerẽt. Nec enim domeſticos fidei tãtùm in officio cõtinebat: ſed & ſectarios prudentia ſua percellebat: nec laceſſendos illos ullo modo ſtatuebat, ſed territos rurſus mitigãbat. Ac ne doctrinæ quidẽ & eloquẽtię negligẽs fuit: ut qui lectiõi ueterũ noctes etiã impenderet. Quare nõ * traducebatur à ſophiſtis ſapiẽtiæ amatorib. in cõgreſſib. iucũd⁹ & grat⁹, apud triſtes ſeuerus: oĩa deniq;, ut Apoſtolus pręcipit, fiebat omnib. Senex oratiões à ſe elaboratas memorię mãdabat: quas ꝓ cõcione haberet. Poſt aũt, unà cũ exercitatiõe parta audacia: ex tẽpore, & quidẽ ſplendidiſſimè docebat: & ſcriptione ualere iuſſa, ad exercitationẽ ſe contulit. Nec tamẽ tales erãt eius ſermones, ut ab auditorib. magnificerẽt, aut literis mãdarẽtur.

ἀτιμα-

ἀτιμαγέλης.) Cornu uaccimulgus tauri ſtegit, armentum deſerentis.

ἀτιμότεροι.) In Orco Therſites nihil honore cedit alijs.

ATLAS, terram & cœlum geſtare dicitur in fabulis: unde ferrei humeri illi tribuuntur. Prouerbium, ἄτλας τὸν οὐρανὸν ὑπεδέξω: Atlas cœlum ſuſcepiſti. In eos qui magnas res aggreſſi, in mala incidũt.

ATLANTICA maria, Occidentalis Oceanus, & Orientalis, & omnia maria innauigabilia.

ἄτολμοι.) Sunt omniũ animantiũ ignauiſſimi, timidis animis, fugę magis gnari.

ATOMA.) Sic nominarũt Gręci corpora partium expertia, uel quòd nihil patiantur, uel ob paruitatẽ: ut quæ nec ſectionem nec diuiſionem admittant. Sic uocãt tenuiſſima & minutiſſima corpora, quæ in radijs ſolis per feneſtras admiſſis ſurſum deorſumq; agitari uidentur.

ἀτοπίας πλέον πρᾶγμα.) Res admiratione plena. uel, abſurdiſſima.

ATOSSA, Cyri filia, Darij uxor.

ATRABATICAS. In feſtiuitatibus & triumphis, & legatis præſentibus, inducebant tunicas & chlamydas uarias ex auro & purpura, aut aliàs ſumptuoſas: in uulgarib. aũt cõgreſſibus, pullo colore.

ἀτρείως ὄμματα.) Atrei oculi, id eſt acres & duri. Nã Atreus ex criminatione ſuſpicatus, fratrẽ Thyeſtẽ rẽ habere cũ Aerope uxore ſua, filios Thyeſtis conciſos & coctos patri epulandos appoſuit: extremis mẽbris puerorũ tandem illatis, quo ille calamitatem ſuam intelligeret. *Thyeſtes. Aerope.*

ἀτρόμητος.) Tauri promiſſa palearia, & ferreos Atlantis humeros, & comam Herculis, grauemq; barbam, & Leontis oculos Mileſij gigantis, nec Olympius Iupiter ſine tremore uideret. *Formidabiles.*

ἀτροφήσασ' ἐμαράνθη.) Nutritione non admiſſa, emarcuit.

ἄτρωτος.) Ab huiuſmodi affectibus magis inuulneratus permanſit, quàm à ferro Aiax.

ἄτρυτος.) ſtudio literarum, & indeſeſſis laboribus incũbẽdo, gloriã eorũ qui & ingenio & ætate ſuperiores erant, ſuo nomine obſcurauit. Et: Iuſticia omnia intuens, peruigil eſt natura, & diuina & indefeſſa. &, Induſtriã eſſe indefatigabili.

ἀτυφία.) Sapiẽtem, expertem eſſe dicunt faſtus. Aequè enim affectus eſt erga gloriam & contemptum. *Sapiens.*

ἀοιδός.) Etiam cãtores & poetas olim fuiſſe modeſtos, & philoſophorum habitu præditos, ex eo apparet, quòd Agamemnon Clytemneſtræ talem caſtigatorẽ reliquit: qui primò uirtutes mulierum commemorando, uirtutis in ea ſtudium excitaret. Deinde cum in familiari conſuetudine iucundum ſe præberet, animum à prauis cogitationibus auocaret. Quapropter Aegiſthus illã nõ prius corrupit, quàm poetã occidiſſet. Demodocus autem Veneris & Martis cõgreſſum canit, non ob ſuauitatem, aut quòd facinus illud approbet: ſed ut illos in delicijs educatos, à prauis cupiditatib. deterreat (ſemper enim illis conuiuia & cithara cordi erant) & delectatione moribus eorũ conſentanea illos demulceat. Facit & Phemium canentem Senatui illorum. Sirenes item canũt Vlyſſi, ea quibus maximè delectaretur, quæq; eius & ambitioni & ſcientiæ multiplici eſſent cõſentanea: dicuntq;, quiſquis ſuos cantus audierit, cum & cũ delectatione recedere, & doctiorem. *Poeta loco philoſophi apud Clytemneſtram relictus. Demodocus. Phemius. Sirenes.*

AVGARVS, uel Agbarus, uel Abgarus, Edeſſæ rex, tẽporib. Traiani Imperatoris, cui illuc profecto munera obtulit.

AVGEAS, Athenienſis Comicus, mediæ comœdię. Ex fabulis eius ſunt, Agreſtis, Purpura, Bis accuſatus.

αὐγοειδές.) Illud etiam ex eo ſe audiſſe referebat Iſidorus, habere animum aliquid in ſe iubaris inſtar, quod uehiculũ dicatur, aſtrorũ ſimile atq; æternũ. Idq; alios intra caput, alios in dextro humero cõcluſum habere: id quod nemo aliorum tradidit. *Iubaris inſtar aliquid uel in capite, uel in brachio.*

AVGVSTVS Cæſar, Octauianus & Sebaſtus cognomine, de ſua uita & reb. geſtis libros ſcripſit XIII: & Aiacẽ atq; Achillẽ, tragœdias. Huic cũ uiſum eſſet numerare oẽs Romani imperij incolas, ut ſciret quanta eſſet multitudo: reperit myriades CCCCX. M. & XIII uiros.

AVGVSTVS Cæſar, nepos Iulij ex ſorore, à quo & menſis Auguſtus nomẽ habet. Dicuntur autem auguſta, precioſa, magna, inſignia. Nam ſub eo IESVS CHRISTVS, Deus & ſeruator noſter, carnẽ aſſumpſit è ſancta Deipara & ſemper uirgine Maria. *IESVS CHRISTVS.*

AVGVSTALE appellatũ eſt, quod Idib. Octobris prouinciarũ præſides, & miniſtri Auguſtales, in Auguſtali (largiebantur) ſaltabant, uelut in foro rerum uenalium, in honorem Tiberij. Eum locum ſic appellabant ab Auguſto. Collocauit & magnus Conſtantinus in aprico Daphnes,

phnes, ſtatuam ſuæ matris: unde locum Auguſtale appellauit. Auguſto Cæſare mortuo, Tiberius & Druſus in funere præceſſerunt, cadauer protſus nõ attingentes (id enim nefas erat principibus) teſtamentum uerò eius uirgines Veſtales aſſeruabant.

*Tiberius. Druſus.*

Auguſtus Cæſar, re diuina facta, percontabatur Pythiam, quis poſt ſe regnaturus eſſet? Cui illa reſpondit:

*Oraculum, de Chriſto.*

*Puer Hebræus iubet me, dys beatis imperans,*
*Hanc ædem relinquere, & in Orcum redire:*
*Iam abito tacitus ab aris noſtris.*

Auguſtus autẽ ab oraculo reuerſus, in Capitolio aram erexit, Romaniſq; literis inſcripſit, HAEC ARA EST PRIMOGENITI DEI.

*Ara Auguſti.*

AVDENAEVS, Ianuarius à Macedonibus dicitur.

AVDOD, Iudex Iſraelis, qui hoſtium DC. buri uno die occidit.

αὐαίνεται.) ὁ φθόνος αὐαίνοιτο, τὸν δέ γε κῦδος ἀέξοι. *Tabidus intereat LIVOR, tua GLORIA creſcat.*

αὐαίνου λίθος.) Auæni lapis, ſeu ſiccitatis, Athenis fuit. De mortuis autẽ & rebus nihili dicitur, eo ꝙ mortui ſicci ſunt.

ἀύης.) Zeno Citticus ſchola exiẽs impegit, digito pedis uulnerato. Manu igitur percuſſa terra, illud ex Niobe ait: ἔρχομαι, τί μ' ἀύεις; Venio, quid me uocas? ſtatimq; ſuppreſſo ſpiritu deceſſit, anno ętatis XC. uel, ut alij tradũt, LVIII, ęgrotauit nunquam.

αὔλωνας.) Cum ſol nunc ſolus omnem humiditatem conſumat: quid mali non perpetiemur, ſi uxore ducta, filium ſui ſimilem genuerit?

αὐθέντης.) Mithridates mãdauit, ut Romani tollerẽtur: miſitq; literas ad urbes, regio ſigillo munitas: iuſſitque uno die mandata exequi, ne qui, re præcognita, ſibi cauerent. Vt enim Romani omnes occiderentur, edixit, & pręmia non ipſis tantùm interfectoribus, ſed & populis apud quos cæderentur, pro numero cæſorũ propoſuit: cõtraq; magnas pœnas cõminatus eſt ijs, qui illis pepercillent.

*Romanorũ cædes in regno Mithridatis.*

αὖθι.) Perſa ſum, parẽtibus Perſicis natus. Perſa'ne indigena? Sic domine. Ignẽ autem inquinare, eſt nobis ſæua morte acerbius.

*Ignis reuerentia.*

AVLAEA. Polybius: Hæc omnia rex per aulæum audiens, ridebat.

AVLAE. Nauale Ciliciæ, prope Tarſum, cuius incolæ Aulæotæ.

αὐλητοῦ βίον ζῆν.) Tibicinis uitã agere. De ijs qui ex alieno uiuunt: eo quòd tibicines ſacrificantibus obſeruatis, immunes degunt.

AVLIS, urbs Bœotię, è regione Chalcidis: in qua Græci conuenerunt.

AVLVS Poſthumius, familiæ quidẽ & gentis præcipuæ fuit: ſed ſuapte natura garrulus & loquax, & inſigni nequicia. Græcã inſtitutionẽ & linguam à puero expetiuit, in eaq; re multus fuit, ac potius immodicus: ut iã propter illũ, etiam natu maioribus, & ſumma præditis autoritate Romanis, Gręcitas inuiſa eſſet. Deniq; poema ſcripſit, & hiſtoriam rerum inſtituit, cuius in Proœmio ueniam petitã lectoribus, ſi Romanus homo Græcam dictionem non aſſequatur, nec diſpoſitionem conuenientem obſeruet. Quod eſt magnarum ineptiarum argumentũ: perinde ac ſi pugil aut quinquercio, nómine ſuo in gymnicis ludis dato, in ſtadium progreſſus, cum pugnandum eſſet, ueniam à ſpectatoribus peteret, ſi labores & plagas ferre non poſſet. Perſpicuum enim eſt, talem hominem ridiculũ fore, ſtatimq; daturũ pœnas. Quod ipſum cauere decebat etiam iſtos hiſtoriographos, ne quid cõtra decorum auderet. Fuit & uoluptatis & laboris amãs.

*Oſtentator ueniam petens.*

AVXENTIVS Mopſuheſtię epiſcopus, ex ijs qui cõfeſſores nominãtur, homo illuſtris in exercitu Licinij imperatoris, & è ſcribarũ numero, quos notarios Romani uocant. Cõfeſſionis genus huiuſmodi fuit. Erat in quadam palatij aula fons aquæ, & in eo Bacchi ſtatua, & uitis ampla, totum complexa locum, atq; inumbrans. Quò cum Licinius, per cauſam delectationis, ueniſſet, Auxentio & alijs multis è comitatu ſequentibus: uitem intuens, uuam magnã & maturam è palmitibus dependentem uidit, eamq; Auxentium reſecare iuſſit. At ille ſtatim femori appẽſo pugione ſtricto, reſecuit, nihil ſuſpicans. Licinius autem: Ponito, inquit, uuã ad Bacchi pedes. At ille: Abſit, Imperator: Chriſtianus enim ſum. Tũ ille: Igitur apage te, relicta militia. alterutrum enim facias, neceſſe eſt. At hic nihil cunctatus, & zonam ſoluit, & ſtatim alacer palatio exceſſit. Ephori autẽ aliquantò poſt, cum Mopſuheſtiæ epiſcopum crearunt. Frater eius iunior Theodorus fuit, Athenis eruditus, cui & ipſi tandem Tarſenſis eccleſiæ epiſcopatus contigit. nam Aetius cum antehac ipſe Eudoxium ipſum, & alios magni precij homi-

*Licinius Imp.* *Zonæ depoſitio.* *Ephori, inſpectores.* *Theodorus.* *Aetius. Eudoxius.*

Eunomius. homines docuiſſet, poſteaquam Eunomium ad docendi munus promouerat, plerunq; ſuo loco ad docẽdos alios illo urebatur, eos præſertim qui perfectiorẽ doctrinã requirebant. Nã ille quidẽ principijs tradẽdis inſignis erat: hic uerò ijſdem elaborandis, & perſpicuè ſimul & magnificè explicãdis longè præſtãtior.

αὔξη.) Non concedendũ eis eſſe, ut ad magnã potentiam extollãtur: ſed incrementa eorum ſumma ui prohibenda.

αὔξεσθαι.) Augeri, propriè de animatis, & partes habentibus dicitur: nõ, ſi lapides lapidibus, grana granis cumules.

AVRELIANVS Imperator, in re militari exercitatiſſim9, animo indomito, & ad crudelitatẽ prono, multos illuſtres Zenobia. ciues à Zenobia conuictos, occidit, homo ſæuus, & ſanguinarius: & dux magis neceſſarius, q̃ optabilis impator, omni tẽpore difficilis & inacceſſus, ut nec domeſtico ſanguini pepercerit. Nã filij uxorem indicta cauſa occidit. Militariũ autẽ ordinum & euanidæ ac diſſolutæ diſciplinæ ſtrenuus inſtaurator fuit.

AVSONIVS ſophiſta, qui epiſtolas & alia quædam ad Nonnum ſcripſit.

Auſonius Pontus, mare Siculum, ab Auſone Vlyſſis & Calypſonis filio, qui ibi regnauit.

AVSONES REGES, ab audẽdo omnia: quò mandatis eorum ſatisfiat.

Sapientes auſteri. αὐστηρὸς.) Auſteros eſſe dicunt omnes ſapientes & bonos, quòd nec ipſi ad gratiam loquãtur, neq; blanditias aliorum admittant. Atq; etiam alium eſſe auſterum, qui perinde dicatur atq; auſterum uinum, quo quidem in medicamentis utantur, in conuiuijs non item.

αὐτάγγελος.) Comprehenſum in carcerem duci iubet, ne in caſtra reuerſus, ea nunciaret ipſe, quæ utilius cælarẽtur.

αὐτάρκεια.) Polybius: Vir laude & admiratione dignus, præſertim ob frugalitatem uitæ, & continentiam, quæ innata quædam illi philoſophia fuit, multis experimentis comprobata.

αὐταῖς ἀμάλαις.) Cum ipſis manipulis. De ijs qui funditùs pereunt.

αὐτερέται.) ijdem & milites, & remiges.

αὕτη ἡ ἡμέρα.) Hic eſt dies, quẽ fecit Dominus: hoc eſt dominicũ Paſcha, 25 Martij. Si igit̃ tertio die reſurrexit Chriſtus, ut ipſe dixit (oportere filiũ hominis occidi, & tertio die reſurgere) quamobrẽ octauus dicitur dies Dominicus? Terti9 dicitur à ſupplicio & cruce: octauus ab opificio & reſurrectiõe. Principiũ enim huius aſpectabilis mundi eo fuit, & uerum lumen, Chriſtus, eo reſurrexit.

αὕτη γε χρηστῶν ἐστιν ἀνδρῶν ἡ νόσος.) Hic bonorum uirorum morbus eſt. De ijs qui probri loco aliquid commemorant de quopiam, quod eſt laudandum.

αὐτὴ κάμινος, αὐτὸς εἵλκυσε καπνὸς ἢ τροχὸς.) Ipſe caminus, ipſe traxit fumus ſiue rota. De ijs qui conſimilia peragunt.

αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν.) Hoc quidem filum nihil attraxit. De ijs prouerbium dicitur, qui nihil impetrant. Metaphora ſumpta à piſcatoribus.

αὐτὴ νῦν ἡ σοφία ζῇ.) Ipſa nunc ſapientia niuit. De quodam uiro celebri.

αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ μοῦσα.) Ipſa nũc floret Muſa.* Simile priori, & de magis politico.

αὐτίκα καὶ φυτὰ δῆλα, ἃ μέλλει κάρπιμ' ἔσεσθαι.) Statim & plantæ conſpicuæ ſunt, fructum laturæ. De ijs qui à primo initio ad bonum finem tendunt.

αὐτὸ.) Ipſum in cõpoſitione philoſophi dixeruut, quod propriè diceretur, & ideam per id exprimebãt: ut cùm αὐτοάνθρωπον, id eſt, ipſum hominem dicebant.

αὐθεκάστης.) Rex moribus erat ſimpliciſſimis, ac potius ipſa ſimplicitas, & racens quędam æquitas: ad largiendũ propẽſus & incitatus: in rebus gerẽdis grauis atq; Induſtrius.

αὐτάδαξ τρόπος.) Ariſtophanes: Ingenia ueſtra ueritus, & mordaces mores.

αὐτὸ δείξει.) Res ipſa monſtrabit. Prouerbium.

AVTOCLIDES: Cedonides, & Therſãder, ut magni pædicões, pſtringebant̃.

AVTOCRATES, Comicus antiquus, Athanienſis. Ex fabulis eius ſunt, Tympaniſtæ. Scripſit & tragœdias multas.

Hoſtilia dona. αὐτοχθόνα.) Sic ab inimicis miniſtra cædis mittebãtur dona, p ſpeciẽ beneficij, ui letali prædita. De Aiace & Hectore.

AVTOLYCVS Areopagita, qui cum Chæronenſi bello domeſticos ſuos ablegaſſet, deprehenſus, & à iudicibus condemnatus eſt.

αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τῆς θύρας.) Ipſum ianuæ limen pulſaſti. De ijs qui ueritatem dicunt.

αὐτοπαθῶς.) Is cũ interrogaret̃, ſingulorũ rationẽ reddebat: ſed q̃ſtiões nõ ſpõtè & fortiter ſuſtinebat. Et, Hannibali, cũ uideret̃ ſimul & grauiter & uerè locut9, fides habita eſt. Et, Antioch9, cũ Hãnibal ſtudioſè & uerè cõtra Romanos dixiſſe uideret̃: priorẽ ab eo ſuſpitionẽ amouit.

αὐτὸν

αὐτὸν οὐ τρέφων, κύνας τρέφεις.) Cum te ipſum non alas, canes alis. De inopibus, qui ſe alios alere uelle pollicentur.

*Ipſe, de corpore.* αὐτός.) Ipſe, de corpore dicitur. Diſtinguunt enim animas & corpora. Homerus: Multas egregias animas. Sequitur: Ipſos uerò lacerãdos. & Ariſtophanes: Mens quidem foris eſt: ipſe uerò intus aſcendens facit tragœdias.

αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ) Ipſe ſe canit. De ijs, q in rebus gerẽdis demõſtrãt, quales ſint.

αὐτὸς γὰρ εὗρε τοῦ κακοῦ τὴν πητύαν.) Ipſe mali fontem reperit. De ijs qui ſibi mala acceſſunt.

*Diuinæ autoritatis ſimulatio.* αὐτὸς ἔφα.) Prouerbiale, à Pythagora philoſopho ad uitam trãslatum. Is enim ut orationi ſuæ & uitæ, autoritatem cõciliaret, in cõgreſſibus aiebat, Ipſe dixit: hoc eſt, Non meus, ſed Dei ſermo eſt.

αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς θεοὺς κάλει.) Ipſe nũc aliquid agito, deinde deos in uoca. Prouerbiũ ſimile iſti, σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει, Cum Minerua & manum moue: nõ debere nos opis diuinæ fiducia ſedere ignauos. Vſurpatur de mulierib. ijs præſertim, quibus aliqd operis ſaciendũ eſt.

αὐτόστιχος.) Qui in hac uita uult ætatem ſanctè agere: is ſui iuris eſſe uult, & ſuum agere negocium.

αὐτότατος.) Ipſiſſimus. Comico ioco dicitur. Nã * infinita nomina intẽdi non poſſunt. Quòd ſi pronomẽ pro ſubſtantia ponitur: incrementum, ut aliæ partes, non admittit.

αὐτοτελής.) Polybius. Hæc prudentiæ Romanorum gratia dicta ſint, & eorum uæcordiæ, qui exterorum cõſenſum negligentes, ſatis in ſuis copijs præſidij ſibi eſſe putant.

αὐτοσχέδιον.) Aelianus: Romani nec ſucceſſum contra leges, nec uictoriam partam, cuius nõ particeps fuiſſet magiſtratus, probabant ne quicquam temerè populus ageret. Et, Se magnis de rebus eſſe miſſum, quę obiter & temere cõfici nullo modo poſſent.

*Indigenæ.* αὐτόχθονες.) Athenienſes, indigenæ dicũtur: ſiue quòd terram ignauam primi coluerunt, ſiue quòd non fuerunt aduenæ. *Terræ filij.* Indigenæ uocabantur & Arcades, & Aeginetæ, & Thebani. Erichthonium & Vulcanum è terra extitiſſe ferunt.

*Cleonis importunus.* αὐτόχρημα.) Ariſtophanes: Paphlago decipi non poteſt. ipſe enim omnia perſpicit. nam alterum crus Pyli, alterum in concione habet. Cum autem eius paſſus tantum diſtent: hauddubiè eſt anus inter Chaones.

αὐτοῖς ταλάροις ἐσθίεις τὸν τυρόν.) Cũ ipſis calathis caſeo ueſceris.

αὔχημα.) Neq; de faſtu, quo nunc utuntur, quicquam remittent ultrò: neq; poteſtatem tibi dabunt, quicquid è re ipſorum eſſe cenſueris, agendi. &, E quo ſplendore & faſtigio primo, ad qualem finem & animi deiectionem peruenit?

ἀφανές.) Cum meridies tum eſſet, omnia erant nocte obſcuriora.

ἀφανὴς οὐσία.) Obſcurę opes dicuntur, quæ ſunt in nummis, mancipijs & uaſis: apertæ, q̃ in ædibus & fundis. Sic Lyſias.

APHAREVS, Athenienſis orator, filius Hippiæ ſophiſtæ & Plathanes, priuignus Iſocratis oratoris, cuius filius putabatur. Floruit Olympiade XCV, quo tẽpore & Plato.

ἀφαυανθήσομαι.) Ariſtophanes: Alienas metit ſpicas, easq; ligno alligatas ſiccat, ut uendat: hoc eſt, Cleon alieno labore, Demoſthenis ſcilicet, partam gloriã ad Sphacteriam, uerbis in ſe tranſmouet. *Cleonis arrogantia.*

ἀφαυροτέροις.) Neq; enim cũ imbecillus ſit, diuini & recti iudicij momẽta nouit.

ἀφεδρείας.) Heraiſcus cũ impuram mulierem loquentem audiebat, ſtatim dolebat caput: eoq; argumento eam menſtruis laborare intelligebat.

ἀφαιρεῖν κροκίδας.) Tollere fila. De ijs qui faciunt omnia per adulationem. *[illegible]*

ἀφαιροῦμαι.) Cum poteſtas ſanam ei mentem ademiſſet.

ἀφελές.) Clamitat ille barbarum ſanè quiddã, & ſimplex, ſed utile tamen: prius fugandas eſſe apes, ac tũ per ocium auferendum eſſe mel. *Fugandæ imprimis apes.*

ἀφέλεια.) Damaſcius ait: Iſidorũ unà cum ſimplicitate ueritatem etiam ſupra modũ amaſſe, atq; probaſſe: adeò ut palàm eloqueretur amplius quàm neceſſe eſſet, & nihil prorſus in ſe haberet ſimulatũ. *Candor.*

ἀφέλεια. μισῶ τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν.) Odi ſimplicẽ, odi nimis modeſtã.

ἀφέντες τὴν ὑπέραν, τὸν πόδα διώκουσι.) Omiſſo fune pedẽ perſequũtur. De ijs qui neceſſarijs prætermiſſis, ſuperuacanea pluris faciũt. ὑπέραι ſunt funes nautici, quibus antennarũ cornua traducuntur. πόδες, funes qui infrà uelum continent.

ἄφες ἀπὸ βαλβίδων.) Emitte carceribus me & iſtum.

ἀφέται.) Locus Athenis, ubi claſſis Xerxis cladẽ accepit, propter portuum incommoditatẽ. Vnde Boream Atheniẽſium adiutorem perhibẽt. nam Apollo *Boreas Atheniẽſium adiutor.*

eos

eos cognato uento ſacrificare iuſſerat. Cognatus autẽ eis eſſe dicitur, propter Orithyiam.

ἀφειδήσας.) Agathias: Hic, quippe adoleſcẽs, quiq; animi impetus nondũ prorſus inhibere & cohercere poſſet, ſed cupiditati gloriæ ultra modũ indulgeret, ac plus quàm prouidentię conſtantiæq; tribueret, hoſtes inuadebat.

ἀφίξομαι.) Aelianus. In ſomnis uidit ſibi effodi oculos, & ſupplicans ut excęcatio differretur dixit, ſe biduo pòſt uenturum: nec fefellit. Nam poſt tot dies interfectus eſt.

κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς.) Mouebo talũ q eſt in ſacra linea: Ad incitas mihi res rediit. In ludo talario linea eſt, quæ ſacra dicĩ.

ἀφιλότιμος.) Nemo erat adeò ſocors & iners, quin conſpecto Moſe, percelletur dignitate formæ illius.

ἀφιδρύματα.) Statim natu maximi ciuitatis aderant ſupplices, uetuſtiſſima deorum ſimulacra geſtantes.

Aphthartodocetes.) Sic ſecta q̃dã appellaĩ, ab opinione immortalitatis: ſiue, quòd nullã corruptionem eſſe ſentirẽt.

ὁ ἀφθὰς σοι λελάληκεν.) Aphthas tibi locutus eſt. Prouerbiũ. Fuit Aphthas uates quidam. Aphthas etiã Bacchus dicitur.

APHTHONIVS ſophiſta, ſcripſit in Hermogenis rhetoricã ꝓgymnaſmata.

APHVSIA, inſula quædã, in qua exularunt D. Theophanes poeta, & frater eius Theodorus, cognomẽto Scriptus ſiue pictus, uterq; confeſſor.

σχέτλιαι ἀνθρώπων ἀφρασύαι.) Miſera hominum incogitantia.

AFRICANVS (cognomẽto Sextus) Sextus dictus, philoſophus Afer, qui Ceſtos deſcripſit libris XXIIII. Sunt autẽ phyſica quædã, è ſermonibus & incãtamentis, & ſcriptis quibuſdã characterib: conſtãtia, remedia & alios effectus polliceentia. Cõtra hunc ſcripſit Origenes de libello Suſannæ, qui extat in Daniele.

*Carthago. Africa. Byrſa.* Africanus: Carthago, quæ & Africa & Burſa dicitur. poſt primam ędificationem finitimis Afris annos DCC dominata, euerſa eſt à Scipione Africano: qui cum id cognomẽ ab auo hæreditarium haberet, tum ſuapte uirtute & ſimilitudine rerum geſtarum id conſecutus eſt.

*Iupiter exoſus periuria rid. & amantium.* ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.) Iuſiurandum Venereum non eſt noxale. De ijs qui ob amorem ſæpe peierant.

*Pecten Veneris.* ἀφροδίτη.) Venus. Huius ſimulacrum fingunt pectinem ferens. Accidit enim aliquãdo, ut Romanæ mulieres prurigine peſtilẽti laborarẽt: & cũ omnes raderentur, nulli eis uſui pectines fuerũt. Sed uotis Veneri nũcupatis, receptisq; capillis, eã ſtatua honorarũt, pectinẽ ferente: *Venus barbata.* & barbata, ꝙ & maſcula & fœmina habeat inſtrumẽta, quippe omnis generationis præſes. Ac à lũbis quidẽ, & supernè uirũ dicũt, cætera fœminã. Fingunt & *Venus equeſtris.* equo inſidentem: ꝙ Aeneas filius eius, cum uſq; ad occaſum nauigaſſet, equo cõſcenſo tali ſtatua matrẽ ſit ueneratus.

AFRI, nomen gentis, Carthaginenſes: ab Afro Libyæ rege, filio Saturni, Phillyra nati.

APHYAE, duarum ſororum meretricum nomina apud Hyperidem.

ἀφύα εἰς τὸ πῦρ.) Apua in ignẽ. Prouerbium, de ijs quorũ finis eſt celerrimus, nam aphya citiſſimè coquitur.

*Rapum pro piſce.* ὅτι Νικομήδει.) Cum Nicomedes Bithyniæ rex apuam deſideraſſet: Apicius, delicatꝰ ille, piſciculũ eũ imitatꝰ, appoſuit ꝓ aphyis. Apparatio aũt huiuſmodi fuit. Gõgylidẽ (rapũ) fœminã in longa & tenuia fruſta diſſecuit, faciẽ aphyę imitatꝰ: affuſoq; feruẽti oleo, & ſale addito, ac papauerib. inſꝑſis, appetitũ regis ſedauit.

ἀφ' ὑψηλῶν μου καταγελᾷς.) E ſublimi derides me: id eſt, ꝓrſus cõtẽnis. Trãslatio ab ijs, qui è ſuperiore loco uerba faciũt.

ACHAZ, rex Hieroſolymorũ, argentũ quod in theſauris habebat, miſit Theglaphalaſari, Aſſyriorũ regi, petẽs defenſionẽ cõtra Syros & Iſraelitas. Itaq; ille Damaſcum obſedit: ubi cũ eo cõgreſſus *Ara Syriaca.* Achaz, arã ſpectauit magna cũ delectatione: cuius exemplũ Hieroſolyma ad Vriã ſacerdotẽ miſit, iuſſitq; ſimilẽ ibi quoq; extrui. Reuerſus, in ea Syrorũ dijs immolauit, clauſo Dei tẽplo. Huic in regno ſucceſſit filius Ezechias, Rabua Zachariæ filia natus, religioſiſſimus omnium.

*Mummius. Metellus.* ACHAIA, Gręcia. Mummius Conſul aduerſus Corinthios miſſus, Metello uictoriam in manibus habenti eripuit: & Achæos iam fatigatos, circa Iſthmũ aggreſſus, debellauit: Corintho totius Gręciæ tum principe urbe, primo impetu capta. *Corinthus.* Qua de cauſa etiam nunc Achaiam Romani Græciam dicere uidentur: ſubactæ genti, tũ Græciæ præſidi, totius regionis nomine indito.

ἀχαϊκὸν βέλος.) Achaicũ telũ. De ijs q ſagaciter iaculãĩ. nã Achæi fũditores tela in oppugnationib. ſolertiſſimè cõijciũt.

ACHANE mẽſura eſt Perſica, quemadmo-

admodum Artabe Aegyptiaca. Capiebat autem, ut tradit Ariſtoteles, medimnos Atticos XLV. Alij dicunt fuiſſe ciſtam, in qua miſſi ad ſpectacula, cõmeatum reponerent.

ACHAEA, Ceres, à ſonitu cymbalorum & tympanorum, in quærenda Proſerpina: aut à dolore.

ACHAEVS, Syracuſanus, tragicus iunior, ſcripſit tragœdias X.

Achæus Pythodori, ſiue Pythodoridis filius, Eretrienſis, tragicus, natus LXXIIII Olympiade, fabulas edidit XLIIII: alij XXX dicunt, alij XXIIII. uicit unã, paulò iunior Sophocle. Com muniter autem artem oſtentabant cum Euripide, ab LXXXIII Olympiade.

ACHERVSIA palus apud Inferos, quam traijciũt mortui. Numulus quem portitori dant, * Danace uocatur.

ACHERON, fluuius apud inferos fabuloſus: eo quòd doloribus fluat. Ariſtophanes in Ranis, Bacchum territurus: Acherontius, inquit, ſcopulus, cruore ſtillans.

Acheron, locus in medio uniuerſi, in quo aqua & exhauritur, & abſorbetur, uſq; ad paludem uniuerſi: tenebroſus, & lucis expers: purgatorio ſimilis, & non ſupplicio, abſtergens & purgans peccata hominum.

ἀχλυία) Ariſtophanes in Amphiarao: Morbo coactus, an amicorum inopia? *νόσῳ βιασθεὶς, ἢ φίλων ἀχλυίᾳ.*

ACHIAS propheta, temporibus Ieroboami, regis Hebræorum: cuius filius cum ægrotaret, uxorem ſuam, mutato habitu, ad Achiam miſit, de ualetudine filij quæſituram. Cum autẽ ad eum iam ſenio cæcutiẽtem ingreſſura eſſet, Deus uati apparet, ac utrũq; indicat: cùm Hieroboami uxorẽ adeſſe: tum quid illi reſpondendum eſſet. Quæ cum ut peregrina accederet, exclamat ille: Ingredere mulier, quid te diſſimulas? Deum enim nõ fallis. Redi ergo ad maritum. Hæc dicit Dominus: Quoniam ego te magnũ è paruo & nullo effeci, & regnum, à Dauidica familia auulſum, tibi cõtuli: tu uerò immemor horum, relicto mei cultu, deos conflatiles colis: te rurſus deſtruã, & omne tuum genus euertã, efficiamq; canibus & uolucribus cibũ. Huius ſupplicij & populus erit particeps, qui terra bona expulſus, ultra Euphratem diſpergetur, quòd tuam impietatem ſecutus eſt. Filium uerò tuum reperies mortuum. itaq; accidit.

*Ingratos punit Deus.*

ACHILLES Statius, Alexãdrinus, qui de Leucippe & Clitophõte ſcripſit, & alia amatoria libris VIII: tandem factus eſt Chriſtianus, & epiſcopus. Scripſit & de Sphæra, & Etymologia, & Hiſtoriam miſcellaneam, in qua multorũ magnorum & admirabilium uirorum meminit.

ἀχίλλειος εὐχή.) Achilleum uotũ. *ἦ ποτ' ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας ἀχαιῶν,*
*Certè olim Græcis erit exoptatus Achilles.*

Camillus Romanorũ dux Achilleum uotum fecit, ut Romani aliquando Camillum deſiderarent: eiusq; non multò pòſt reus eſt factus. Nam cum Galli urbem tenerent, plebs ad Camillum confugit, eumq; rurſus dictatorem dixit: ut in Gallica hiſtoria perſcriptum eſt.

*Camillus uotis reus.*

ἀχθοφόρον.) Prouerbiũ, *ὡς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἑκατὸν αἰγύπτιοι.* Quos ne C quidẽ Aegyptij baiuli ſuſtulerint. Sæpè fit Aegyptiorũ mentio, ut qui ſarcinas ferre conſueuerint.

ἄχος.) Dolor ſilentium ferens · faceſſat iſte luctus. nemo enim eſt, quem mala non opprimere ſoleant.

*Nemo luctus expers.*

ἀχρὰς.) Thraſybulus, Lacedæmoniorum legatis refragaturus, qui fœdus petebant, largitione corruptus, ſe ex ſylueſtrium pyrorum eſu in rauim incidiſſe ſimulans, tacuit.

*Argentangina Thraſybuli.*

ἀχραδοῦς.) Achradus, Atticæ municipium: cuius municeps Achraduſius.

ἀχραδινή.) Achradine, inſula urbẽ continens: quam oppugnauit * Marcus, Romanorũ prætor. Sed & Achradine pars eſt Syracuſarum. Charax eam & regionẽ & inſulam uocat. Gentile eſt Achradinæus, & Achradinus.

ἀχρειόγελως ἄνθρωπος.) Homo ob res inutiles & nihili ridens atq; gaudens.

ἄχρηστα.) Prouerbiũ, *εἰς ἄχρηστα μὴ ἀναλίσκειν*: In res inutiles ſumptus ne conijcito. Ne benefacias ſeni, ne puero inuido: Ne loquaci muliercula, ne infanti, ne uicini cani, ne garrulo remigi: Neque in ſaltatriculæ domũ inſilito, ne illis rebus inhiãs, malo à meretricula ictus, de gloria deturberis: Neq; patentes ſenio confectos, à quibus inſtar pulli gallinacei nutritus es, plagarum pueriles ætatis memor, iapetos, hoc eſt ſatuos & delyros appelles: ut uerecundiæ ſtatuam expleas.

*Non efficiendi beneficio.*

ἀχρηςία.) Appianus: Horatius, cũ pedibus uti non poſſet, conſulatu excidit, quòd

*Valetudo obſtat honori.*

ꝙ nec dñi nec militiæ utilis eſſe poſſet.

*ἄχρι κόρυ ἀναίσθητος ἢ φέναξ.*) Vſq; ad faſtidium fatuus, aut fallax. Prouerbiũ.

ACHRYLIS, Phrygia.

*ἀψίκορος.*) Cõſtantem decet eſſe erga amicos, & nuſquã faſtidioſum. Et, Gnarus faſtidij Numidarum & leuitatis aduerſus homines.

APSINES, celeber ſophiſta Athenienſis, Onaſimi ſophiſtæ pater: cuius filius alter Apſines fuit.

Apſines Gadareus ſophiſta, à Pane, ut tradunt, ſatus Smyrnæ, diſcipulus fuit Heraclidis Lycij, deinde Baſilici: conſularem dignitatem adeptus.

APSINTHOS, urbs Thraciæ, cuius regio Apſinthis.

*Worre oder wurme dẽ muot.* ABSINTHIVM herbam quidã è Comicis Aſpinthium uocant: quod nemo ſcilicet eam bibere ſuſtineat.

ABSYRTVS, Pruſaenſis & Nicomedienſis miles, qui ſub imperatore Conſtantino in Scythia iuxta Iſtrum militauit. Medicinam equorum ſcripſit, & phyſicum librum de Veterinis. Scripſit & Cimon Athenienſis præclarum librum de Inſpectione equorum.

B LITERA.

BAAL, Tyriorum deus.

*βαβακατρεῦ.*) Barbarica nox eſt. Aſſentitur autem Barbaricus deus. nam uoces nihil ſignificantes, ſunt uice aſſenſionis.

*βαβαὶ μύξος.*) Papæ Myxus. De gloriantibus, & magna iactantibus. Fuit enim Myxus quidam Dianæ ſacerdos, urbanus & glorioſus.

*Aeſopi fabulæ.* BABRIAS, ſeu Babrius, fabulas Aeſopi uerſib. choriambicis expoſuit libris X.

BABYLAS, epiſcopus Antiochenus, qui uel Numeriano uel Decio, fato quodam, eccleſiam refertam ingredi ſtudenti, pro foribus ſtans, obſtitit: ſe pro uirili daturum operam profitẽs, ne lupus gregem inuaderet. *Paſtor pro grege dimicans.* Ac ille quidẽ ſtatim ab ingreſſu repulſus eſt, ſiue quòd populi motum timeret, ſiue quòd alioqui conſilium mutaſſet. *Accuſatio.* Sed cũ epiſcopi aduerſationem iniquo animo ferret, in palatium reuerſus, hominẽ ad ſe accerſit: ac primùm ſe templi aditu excluſum expoſtulat. Deinde, ſi id crimen cõdonari ſibi uelit, dæmonibus eum ſacrificare iubet. *Defenſio.* At hic & crimen defendit, & conditionem reſpuit: quòd & paſtoris munus ſit, omni ſtudio gregẽ defendere: & nequaquam committẽdum, ut uero Deo deſerto, falſi nominis dijs & pernicioſis dæmonibus immolaret. Quem cũ Imperator refragari uideret, cathenis & pedicis uinctum, ad ſuppliciũ capitis abduci iubet. Hic uerò dũ ad mortẽ ducitur, hæc Pſalmi uerba canit: *Babylæ cõſtantia.* Reuertere anima mea ad requiem tuã, quia Dominus tibi benefecit. Ferũt etiã tres pueros fratres, admodũ adoleſcentulos, illius cõſuetudine utentes, unà abreptos ab Imperatore. *Tres pueri.* Qui cũ & ipſi, quamuis omni ui adhibita, ſacrificare recuſarent: & ipſi occidi ſint iuſſi. Eos ad carnificinæ locũ perductos, Babylas ante ſe gladio admouit: ne quis eorũ pterritus, mortẽ detrectaret. Quibus dũ capita præcidũtur, Ecce, inquit, ego & filioli, quos mihi dedit Deus. Deinde & ipſe collo pcuſſori porrecto, mãdauit ijs qui cadauer eius collecturi erãt, ut cathenas & pedicas unà ſecũ ſepelirẽt: Vt, inqt, hæc iacẽti mihi ſint ornamẽto. *Cathenæ ornamenta.* Ac, ut aiũt, etiã nũc cũ eo ſitæ ſũt.

BAGADOLONIA, Cappadociæ pars, uerſus Auſtrum.

BAGOAS, eunuchi nomen.

*βαδιστέα.*) Eundum mihi eſt, quò me Sapientia & Deus ducit. *Quà eundum.*

*βάθος.*) Profunditas phalangis eſt, quicquid frontem ſequitur, & ordo à primo pilo uſq; ad eum qui claudit agmen.

*βάθρα.*) Cum nuper admodum nacti cauponam, eius ſubſellia ornarent, & pauimentũ uerrerent, nũc chlamydas prætextas indnũt, eaſq; aureis fibulis aſtringunt, & ſigillis aureis uinciunt digitos.

*βαθύπλουτον εἶναι τὴν λαφρίαν ἄρτεμιν.*) Prædiuitem eſſe Laphriam (ceruinam) Dianam.

*βαθύπεπτα.*) Aelianus. Cum ſerenũ eſſet, ſolq; ſplenderet: ſubitò & improuiſò concurriſſe nubes quàm denſiſſimas, & maximum imbrem erupiſſe.

*βακαίδης, καὶ βακαντικός.*) Bachantus, ſcholaſticus ſuo negocio non intentus, uel, homo ocioſus.

*βαθυγνώμων.*) Profundi ingenij homines, & occulti animi, Rufinus & Gildo, Theodoſij imperatoris procuratores.

*βακκαῖοι.*) Vaccæi, gens Hiſpanica.

*βάκηλος εἶναι.*) Bacelum eſſe, id eſt eunuchum: Prouerbium, in diſſolutos & effœminatos, cuiuſmodi ſunt caſtrati.

BACIS, epithetum Piſiſtrati. Fuit autem nates. Philetas Epheſius tres fuiſſe ſcribit Bacidas: unum ex Eleone Bœotiæ, alterum Athenienſem, tertium Arcadem ex urbe Aphya: qui & Cydas & Alc

*Lacenæ à Bacide ſanatæ.*

tes fuerit dictus. Theopompus in IX rerum Philippicarum, de hoc Bacide cùm alia multa mirabilia narrat: tũ, olim Lacedæmoniorum uxores furore correptas, ex Apollinis oraculo ab hoc luſtratas fuiſſe.

*Triobolum.*

βακτηρία, καὶ σύμβολον.) Baculus & ſymbolum. Qui ſorte in iudicum numerum aſciti erãt, à publicis ſeruis accipiebant baculum & ſymbolum, atq; ita ius dicebant. Prætorium autem erat baculo cõcolor. Symbolũ uerò, facto iudicio, reddentes, triobolum auferebant: quæ erat iudicij merces.

βάκτρον.) Panopliam nunc cum ſenili baculo commutaui. Et, loco plectri, baculo tremulas firmamus manus.

*Bacchi comites.*

βακχαὶ.) Bacchæ, Satyri, Panes, Sileni, ſunt Bacchi comites.

βακχεύων.) Ad ipſam rem abſoluendã ferebantur, ſobrio quodã furore ad conflictum incitati.

βάκχης τρόπον.) Bacchæ inſtar. De ſemper tetricis & taciturnis: quia Bacchę tacent. Bacchum non ipſum modò deum, ſed omnes orgia celebrantes Bacchos appellabant, (atq; etiam) nec tamen ramos etiã myſtæ gerebãt. Piſides. Videre erat, multos Bacchantes inuitos ultimã abſoluere ſaltationem.

BACHYLIDES Ceius, ex inſula Ceo, urbe Iulide (habet enim ea inſula quatuor oppida: Iulidem, Carthiam, Coreſſiam, Pœceſſam) Medonis filius, Bachylide pugile nati, cognat⁹ Simonidis Lyrici, & ipſe Lyricus.

BANCHYRIS. De hominibus iuſtiſſimis. talis enim fuit hic Aegypti rex.

βαλανιώτης.) balneator. De curioſo & inepto. ἐμαυτὸν βαλανεύσω: Mihi ipſe balneator ero.

βαλανεῖον) Dicunt, turbam minuere aerem lauatione, quem ipſa attrahat. Eſt autem balneum, uia ad delicias. Cum olim balnea non eſſent, in ſcaphis & ſolijs lauabant ueteres.

βάλανοι.) Glandes palmarum, quales apud Græcos cernũtur, pro ſeruis reponebantur. Quę uerò ipſis dominis aſſeruabantur, erant ſelectæ, Et: Vinum bibebant de glande palmæ.

βαλάντιον.) Cũ accuratè perquiſiſſent, eſſet'ne amator pecuniæ, & ſacculorum ſeruus: ꝑ ea ratiõe bellũ adminiſtrabãt.

βαλαντιοτόμοι.) Qui uectigalia magna pecunia redemerant, ducebantur, mœchi, ſcorta, perfoſſores parietũ, crumeniſecæ, plagiarij, & id genus homines.

βάλλ' ἐς κόρακας.) Abi ad coruos: id eſt, in malam rem.

VALENTINIANVS, Romanorum imperator.

VALERIANVS, Romanorum imperator.

βάλλ' ἐς μακαρίαν, ἢ μακαρίαν.) Abi ad Macariam: id eſt, ad Orcum. De ijs qui pro uirtutẽ pericula adeũt. nã Macaria Herculis filia, Euryſtheo Athenas inuadẽte, uictimã ſe obtulit pro ſalute reliquorũ.

βάλλεται.) Nauis icta fulmine, periculum erat ne incenſa mergeretur.

βάλλειν μήλοις.) Petere pomis. De ijs qui ſuis amoribus potiuntur.

βάλλ' εἰς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην.) Tela cõijce in eum qui artem tenet. In eos qui arti eidem deditis conuiciantur.

*Iudices Athen.*

βακτηρία.) Baculus, & habitus, & palliolum ſiue triobolum. Per deriſum hæc dicebantur in iudices Athenienſium.

BALEARES inſulæ, ſolertes funditores habuerunt.

*Philoſophorum inſectator idem, et laudator.*

βάλλων σωκράτη.) Socratem & Zenonem Bacchanaliũ dicterijs exagitat, eorumq; diſcipulos tota terra mariq; profligandos cẽſet, ut peſtes urbium & Reipublicæ. Nũc eoſdẽ coronat, & uitæ ſtrenuæ modeſtæq; proponit exemplum.

βάλλων (βαλὼν) φεύξεσθ' οἴει;) Telo cõiecto fugam adornas? Aduerſus eos, qui perpetrato facinore ſe euaſuros putant.

BALTHASAR. Sic dictus eſt Daniel, ob honorẽ explicationis arcanarũ rerũ.

βάμμα σαρδιανικὸν.) Tinctura Sardinia, pro cruentatione. Nã inſula maxima eſt Sardinia, uicina Italiæ, in qua naſcuntur purpuræ præſtantes & acutiſſimæ.

βάμμα κυζικηνὸν.) Tinctura Cyzicena, Impuram (deformitatem) elegãtiam ſic dicunt Attici.

βάναυσος.) De his actis in Republica gloriatur, de quibus etiam uilis publicanus ſe iactare poſſet. Nã quod multa utiliter in urbe uendãtur, & annona omnibus abundè ſuppetat, eò ſeſe effert.

βάξιν.) Sophocles: Si nunc in iſtis calamitatibus te aliquid à me perpeſſum, ſiue dictis ſiue factis exiſtimas, quod fraudi tibi ſit: ea fama effecerit, ut lõgiorem uitam non ſim deſideraturus.

*Sponſi.*

βαπτὰ.) Tinctas ſeu uerſicolores ueſtes geſtabant ſponſi, argumẽto corruptelæ.

BARATHRVM, hiatus ſeu foſſa eſt inſtar putei, locus profundus & tenebroſus, Hippothoontię tribus in Attica: quò malefici conijciebantur, ſicut Spartæ

tæ in Ceadam. In hoc ſpecu erant uncini, alij ſupernè, alij infernè. Huc Phrygẽ matris deûm ſacrificulũ pro inſano conlecerũt, quòd diceret: adeſſe matrem ad filiæ inquiſitionem; At irata dea, ſterilitate agrũ mulctauit. Cuius cauſa ex oraculo cognita, & ſpecũ expleuerunt, & deam uictimis placarunt.

*Sacerdos Cybeles in Barathrũ coniectus.*

BARBARISMVS, eſt uitium dictionis, contra celebrium Græcorũ aut Latinorum conſuetudinem. Soloeciſmus autem, eſt oratio cõtra conſecutionem contexta. ut, Ego ambulans paries cecidit: pro, me ambulante.

*Soloeciſmus.*

βαρβάρους.) Apud Ariſtophanem ait upupa: Ego aues, quæ prins barbaræ erant, diu cum eis uerſata, loqui docui.

BARDINES fluuius, à magnis uorticibus.

BARBIVS Philippicus, ſub tribus tyrannis imperauit: homo comis, & blandis moribus, quamuis in cœtum Antonij allectus, quem principatum illius gratia gerebat. Hunc igitur tum inſolentem & purpuratum ob honorẽ, & in Romanorum foro ſublimem, ac iūs dicẽtem, herus agnouit, à quo olim aufugerat: tũ uerò pompa & gloria, & magiſtratu inſignẽ. Ac tacitè aggreſſus, & ueſte à tergo prehenſa: Salue, inquit, ueteri ac ſeruili adiecto nomine. At ille percellitur, ueteri domino facilè agnito, rogans ut taceat. Domum ducit: maximaq; pecunia numerata, ſe tandem redimit. &, pudore Antonij, ob maculã hanc, ære emptum mancipium animi dolorem ſilentio diſſimulauit. Proinde ne hunc quidẽ Fortunæ ludum tacendum putaui.

*R' ſeruo prætor.*

BARBITVM. Ariſtophanes: Quis iſte habitus? Quæ uitæ perturbatio? Quid barbitus cum crocoto loquitur? Quid lyra cũ uitta? Quid ampulla & ſtrophiũ? Quæ eſt ſpeculi & gladij ſocietas? Prouerbia, de reb. diſſimilibus, & malè conuenientibus.

βάρεις.) Suſcipe me quoq; (etſi te ornata turris premit) mortuum canẽ Diogenem.

βάρεις.) Turres eburneæ, ſunt Eccleſię ubi uis terrarum: una uerò fide in ijs colitur Deus.

*Eccleſia, turris eburnea.*

BARCE, urbs Lybiæ, quæ nunc Ptolemais dicitur: unde Barcæus.

βάρ⊙ γὰρ ἡμᾶς ὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει.) Hæc nobis minimè ſunt moleſta. Neq; enim uerbis potius quàm factis uitam illuſtrare ſtudemus.

βαρυσυμφορώτατον.) Se omnium mortalium ærumnoſiſſimum eſſe ratus.

BARON, ſeu Varro, hiſtoricus. Epitomen ſcripſit rerum Alexandri.

βάσανος λίθ⊙.) Lapis Lydius, ſeu index, quo aurum probant. De ijs qui uerbis aut factis in aliquid inquirunt. Externi (gentiles) dicunt: Controuerſia ad iudicium referatur: iudicium probationes examinet: examen decernat, quid fieri oporteat: decretum ſcribatur: ſcriptum ratum habetor: quod ratũ eſt habitum, re ipſa confirmetur: omnis concertatio faceſſat: & pax refloreſcat. Et, Non temerè iudicandum eſt.

BASSARICA, ſiue Dionyſiaca, Soterichus ſcripſit, ſub Diocletiano.

βασιλεῦσιν.) Hoc unũ ex omnibus non rectè fecit, abuſus humanitate ſua, quod & conſeruauit, & regem fecit eum, qui & malè conſeruatus eſt, & malè regnauit.

βασιλεὺς μέγας.) Rex magnus: id eſt, Perſarum. nam cæteris, populorũ addebant nomina: ut rex Macedonũ, rex Lacedæmoniorum. Inter regẽ & tyrannũ hoc intereſt, quòd rex à maioribus principatũ certis conditionibus ſuſcipit: tyrannus uerò per uim ſibi uẽdicat principatũ. Sed his nominibus promiſcuè utũtur.

*Rex. Tyrannus.*

βασιλεία.) Nõ ſolùm liberi, ſed etiam reges ſunt, uiri boni. Regnũ enim principatus eſt nemini obnoxius, qui ſolis ſapientibus contingit.

*Sapientes & liberi & reges.*

βασιλεία.) Neq; natura, neq; ius, ijs qui nihil niſi homines ſunt, regna cõfert: ſed ijs qui ducere poſſunt exercitum, & res prudenter adminiſtrare. qualis fuit Philippus, & Alexandri ſucceſſores. Nã eius quidem filium naturæ coniunctio nihil adiuuit, ob animi imbecillitatem. Ii uerò qui nulla eũ cognatione attigerũt, reges totius penè orbis terrarũ euaſerunt.

*Regem uirtute & ſapientia oportet excellere. Philippus Alexandri F. & ſucceſſores.*

βασιλεία.) Regnum poſſeſſio eſt Reipublicæ, & nõ Reſpublica regni poſſeſſio. Quare uiolentæ & cõtumelioſæ exactiones, quaſi tyrannicæ graſſationes, odio dignæ ſunt. Tributorũ uerò poſtulatio quæ oratiõe fit & humaniter, magnifacienda eſt, tanquam curatio & tutela.

*Violentia à regno aliena.*

BASILIVS, Cæſareæ Cappadocum epiſcopus, quę olim Mazaca dicebatur: Gregorij Nazanzeni epiſcopi amicus, parentibus antiqua nobilitate claris ortus, Baſilio & Emmelia: uir præſtantiſſimus, & in omni doctrinæ genere ſummus: ſcripſit plurima, inter quæ maxima in admiratione ſunt Cõmentarij in opi-

*Cæſarea, Mazaca.*

*Scripta D. Baſilij.*

ficium V I dierum. Etiam contra Eunomium eximias ſcripſit oratiões, & opus de Spiritu ſancto: & in Hexaemeron, I X ſermones. Aliud opus Aſceticum, id eſt, de exercitatiõe uirtutis & pietatis: aliud de Virginitate. Laudationem X L martyrum. Aliam de Gordio, aliam de Barlaam, aliam de Iulitta. In diuerſos Pſalmos: Sermones uarios de moribus: Epiſtolas, quibus nihil melius, cùm ad Libanium ſophiſtam, tum ad Gregoriũ amicum, & alios complures. Obijt Baſilius ſub Gratiano Romanorum imperatore. Habuit fratres IIII: Gregorium, Nyſſenum epiſcopũ: & Petrũ, ipſum quoq; epiſcopum: & alios duos, monachos.

*Fratres D. Baſilij.*

Baſilius Ancyranus, eiuſdẽ urbis epiſcopus, arte medicus: ſcripſit cõtra Marcellum, & de Virginitate, & alia non pauca. Imperante Conſtantino, cum Euſtathio Sebaſtiano Macedonianæ religioni præfuit.

Baſilius alius, epiſcopus Irenopolis Ciliciæ, ſub Anaſtaſio imperatore, Baſilio Cæſarienſi & ingenio & uirtute ſimilis. Scripſit contra Archelaum, Coloniæ presbyterum.

*βασίλειος.*) Regia porticus. Duæ ſunt porticus inter ſe uicinæ: una, Iouis liberalis, altera, regia. Eſt & tertia, quæ olim Panactia uocabatur, nunc mutato nomine Pœcile (uaria) dicitur.

*βασιλική.*) In Baſilica poſt Milium ſtabat ſimulacrũ uirili ſpecie auratum. ibi fuit & Exammon, uſq; ad Heraclium imperatorem, flexis genibus, Iuſtini tyranni. Ibi Terbelis concionatus eſt. Interea ingens erat elephantus, à Seuero confectus. ibidẽ erat & magna frequentia cuſtodũ. Erat & argentarius ibi libras uenditans. Cum autem taberna eius uaſtaretur: minabatur beſtiario mortẽ, niſi belluam cohiberet. Illũ uerò nõ cedentem, faber librarum interficit, elephanto deuorandum obijcit. Bellua uerò nõ cicurata, ipſum etiam ſuſtulit. Quo Seuerus audito, belluæ ſacrificiũ obtulit: eodẽq; in loco effictæ ſũt ſtatim imagines & belluę & beſtiarij. Ibi & Hercules cultus eſt, multis oblatis ſacrificijs: in circũ equeſtrem translatus. Sed ſub Iuliano conſulari Byzantium aduectus eſt in curru & naue, & columnæ decem.

*βασιλικὴ διαδρομή.*) Regia diſcurſio, q̃ fiebat præſente Rege: qui unus Athenis erat è nouem principibus.

*βασίλειοι.*) Pueri V I mille, q iuſſu Alexandri Macedonis in Aegypto in re militari exercebantur.

BASILICVS ſophiſta, ſcripſit de Figuris dictiõis: de Rhetorico apparatu, ſeu exercitatiõe: de Mutatiõe, & alia quędã.

BASILISCVS, Verenę imp. patricis frater, ſub Leõe Impatore, Ruſticio duci exercit⁹ ſucceſſit. In pugnis qdẽ fortunat⁹, ſed tardiuſcul⁹, & impoſt orib. opportũ⁹.

Baſiliſcus, Romanorũ oriẽtaliũ Imperator, pecuniã exegit ab Eccleſiarũ epiſcopis: & Acaciũ Cõſtãtinopolis epiſcopũ ꝓpemodũ pepuliſſet, niſi à multitudine eorũ, q Monachi dicebãt̃, repulſ⁹ fuiſſet: hõo inſigni auaricia, ut ne cerdõib. qdẽ & contẽptis artificib. parceret, oĩaq; plena eſſẽt lachrymarũ ĩt̃er illas exactiões.

*Compilator populi.*

*βασκαίνει.*) Demoſthenes in oratiõe ꝓ Cteſiphõte: Nihil à me inuidè, nihil acerbè, nihil malicioſè geſtum eſt in Repub.

*Calor in magiſtratu.*

BASSVS Corinthius: cũ hoc, Apollonio diſſidiũ fuit. Parricida eñ hic & putabatur, & credebatur. Falſò aũt ſe profitebatur ſapientẽ, effreni lingua præditus. Eius cõuicia & ſcriptis & ſermonib. cõpeſcuit Apollonius: q quicquid in eũ ut parricidã diceret, uerũ habebatur. Neq; enim tantum uirũ conuicia dictutũ, aut id elaturum quod nõ ita eſſet, putabant.

*Apollonij inimicus.*

*βασάνους.*) Eupolis, Agite uerò utrum mauultis? cantilenæ expolitionem audire, an ueterem modum? utrunq; dices. Quibus ego auditis, eum modũ, qui mihi probabitur, auferam: quicquid acciderit, ad rationem referẽdo.

BATA CARAS. De craſſis & potẽ(tibus.

*βατά.*) Omnia Alexãdro peruia & expugnabilia uidebantur.

BATALVS. Sic Demoſthẽes adoleſcẽs cognominabat̃, tanquã effœminat⁹: cũ ſenuiſſet, Argas, à ſerpẽte hui⁹ nominis.

*βατήρ.*) *αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου*, Rem acu tetigiſti.

BATTOLOGIA, multiloquiũ à Batto quodam, qui prolixos hymnos fecit, in quibus eadem dicuntur ſæpius.

BATTVS nomẽ ꝓpriũ uiri, tenui uoce præditi, & balbi. Vrbs Cretæ fuit Oaxus, cui⁹ rex Etearch⁹, cũ filiæ Phronimę, q̃ Ametor, id eſt ſine matre dicebat̃, nouercã ſupinduxiſſet: mulier uirgini male facere, & qduis machinari aduerſus eã nõ deſtitit. Deniq; corruptã & impudicã eſſe, marito pſuadet. Is igit̃ impiũ cõſiliũ init. Erat autẽ Oaxi Themiſo Theræus mercator, quẽ hoſpitio ſuſceptũ, iureiurando adigit, ut quicqd petijſſet, id faceret.

*Oaxus. Etearchus. Phronima.*

*Themiſo.*

ret. Tradit igitur puellam, abductamq́; in mari demergere iubet. At Themiſon uir prudens, eam miſeratus: quò tamen ſacramento Etearchi ſatisfieret, funibus alligatã in mare demergit, retractamq́; Theram perduxit: ubi concubina facta Polymneſti, probati apud ciues ſuos uiri, anno exacto, Battum iſtum peperit.

*Polymneſtus et Phronima, Batti parentes.*

BATTI ſilphium. De ijs quibus rari honores deferũtur. Nam Cyrenæi * Batto uni eximium dederunt ſilphium: & in una numi parte Hammonẽ, in altera ſilphium ſculpſerunt. Ampellotæ uerò in Lybia, Delphis caulẽ ſilphij dedicarunt. Eſt autẽ ſuauis odoris, & magni precij. Battus conditor fuit Cyrenarum.

*Cyrenæorum nomiſma.*

*Ampeliotæ.*

BATTON comicus. Fabulæ eius ſunt, Vna decipiẽs, Homicida, Benemerẽtes.

*βατράχειον.*) Ranæ colore, ante laruas inuentas, faciem inungebant.

*βάτραχος ἐκ σερίφου.*) Rana Seriphia. De mutis: quòd ranæ Seriphiæ in Scyrũ perlatæ, non uociferabantur.

*βατράχῳ ὕδωρ, ὡς γαλῇ στέαρ.*) Ranæ aquam, ut muſtelæ ſebum. De ijs qui ea dant, quæ alij libenter accipiunt.

*βατράχοις οἰνοχοεῖς.*) Ranis uinum infundis. In eos qui illa præbent, quibus non egent ij qui accipiunt.

BARO & Demo, nomina mulierum ſapientum. Bato Demônem hoſpitio excepit.

*βάψαι τὴν κώπην.*) Tingere remũ: prò nauigare. Remo madefacto ueniſti ad nauticos iudices. Dicunt & tinctores: Vbi imbuero, faciam nigrum.

*βδέλλα.*) Hirudo, inquit Salomon, tres habuit filias chariſſimas, quæ tres nõ ſaturabantur: & quarta, quamuis diſerta, non expleta fuit. Hirudo, peccatum eſt: filiæ eius, Luxuria, Inuidia, Idololatria. quarta eſt, improba cupiditas.

*Hirudinis filiæ.*

*βδέλυγμα.*) Omne ſimulacrum, omnẽ hominis effigiem Iudæi rẽ deteſtabilem appellabant.

*Imagines Iudæis deteſtabiles.*

*βδέλυγμα ἐρημώσεως.*) Aelij Adriani imperatoris ſtatua ſic dicitur, qui urbẽ Hieroſolymam funditùs euertit. Nã poſt expugnationem Titi & Veſpaſiani, Iudæi cõſpiratione inita, Rempublicam ſuam recupare conari, mota ſeditione ad ſummam uaſtitatem ſunt redacti. Imperator autẽ urbis reliquias de ſuo nomine Aeliam appellauit.

*βδέλυγμα ἐρημώσεως.*) Signum uaſtitatis, erant imagines quædam lege interdictæ, quæ in templum inferebantur: id quod Pilatus fecit, Imperatoris ſtatua noctu in templo collocata.

*βδέλυγμα ἐρημώσεως.*) Antiochus Epiphanes, id eſt illuſtris, Seleuci Philopatoris filius, homo callidus atq; auarus, urbe ui capta, CLXXX millia Iudæorũ occidit. Reliqua uide in Antiochus.

*βαιά.*) Sophocles: Aiax mihi pauca quidem, ſed ſemper celebrata dixit: Mulier, ſilentium mulieres ornat. Quo audito, ego deſtiti: ille ſolus exceſſit.

*βαίτη.*) Pellis & in æſtate & in hyeme bona eſt. De reb. ad uſum accõmodatis.

*βεβαιώσεως.*) Actio eſt, quam intendũt emptores uẽditori, ſi alio quopiam rem uenditam ſibi uendicãte, uenditionem non confirmet. Interdum etiam arabone tantum dato, ſi uenditor controuerſiam mouiſſet, is qui arabonẽ dederat, confirmationis litem mouebat ei qui illum accepiſſet.

*βέβηλος.*) ἀείδω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

*Nos canimus doctis: procul hinc, procul eſte*
*profani.*

*βέβυστο δὲ πᾶσα χόλοιο.*)

*Bile redundabat mulier, commota furore.*

BEELPHEGOR. Locus in quo Saturni colebatur idolum, cui initiabantur.

*βεκκεσέληνος, καὶ προσέληνος.*) Arcades, qui ſe ante Lunam eſſe natos iactabant, *προσελήνους*, quaſi Antelunares dicas, ſeſe appellabant. (*Ouidius: Orta prior Luna (de ſe ſi creditur ipſi) A magno tellus Arcade nomen habet.*) Prius autem nomẽ *βέκος*, huiuſmodi habet hiſtoriam. Pſammitichus Aegypti regno potitus, cognoſcere ſtudebat, quæ nam gens omnium eſſet antiquiſſima? Cui inquiſitioni cum fruſtra multum temporis impendiſſet, alijs atq; alijs uetuſtatis gloriam ſibi uendicantibus, huiuſmodi rem cõminiſcitur. Duos infantes, recens genitos, in conclaui remotiſſimo cõcluſit, ſiue capellis immiſſis, à quibus lactarentur: ſiue nutricibus adiunctis, quarum linguas, ne quem ex eis ſonum audirent, præcidiſſet. In hac nutririone triennio exacto, cum iam infantilibus, & nihil ſignificantibus uocibus relictis, cognoſcere uellet, quod uerbum infantes primùm elocuturi eſſent? quendam ex amiciſſimis tacitum ingredi conclaue iuſſit. Qui cum fores aperuiſſet: pueлли manibus porrectis, Becos dixerunt, quæ uox panem lingua Phrygia ſignificat: unde Pſammetichus Phryges antiquiſſimos eſſe credidit. At ſi ue-

*Pſammitici ſtudiũ exquirendæ uetuſtiſſimæ linguæ.*

*Becos panis, am. uegg.*

rum eſt, id quod loco priore dicitur, eos à capris fuiſſe nutritos, & non à muliere: caprinam uocem, toties auditã, imitatos eſſe, quis miretur? Itemq́; ſi fortè fortuna accidit, ut apud Phryges etiam talis uox extaret?

BELIAR Hebræa uoce deſertorem & transfugã ſignificat. Apoſtolus: Quænam Chriſto eſt conſenſio cum Beliar?

BELLEROPHONTEM Prœtus uoluit literis ad Iobatem datis occidere.

*Liberalitas in milites.* BELISARIVS dux, corpore pulchro & procero, uultuq́; omniũ ſereniſſimo: ita comis & acceſſu facilis, ut unus de multis eſſe uideretur, & militibus & plebi chariſſimus, ob ſummam erga milites liberalitatem. Nam ſiue qui in conflictu infauſtè pugnaſſent, eorum uulnera, magna pecunia ſolabatur, ſtrenuos uerò armillis & torquibus remunerabatur: ſiue equum aut arcum, aut quid uis aliud in pugna amiſiſſent, ſtatim aliud apud Beliſarium in promptu erat. Agricolis autẽ *Clementia in agricolas.* ita parcebat, ita conſultum uolebat, ut nunquam Beliſario exercitum ducente, uis ulla eis illata fuerit. Nam res uenales ex animi ſententia diſtrahebant: & adulto frumento ne ullus equus noceret, diligentiſſimè cauebat. Fructus porrò arborũ attingere licebat nemini. Fuit etiã modeſtus, temperans, planè uir bonus.

BELENOPOLES, autore Ariſtophane, paraſitus fuit.

BEMBINA, urbs Laconiæ.

βέμβικος.) Ariſtophanes: Nihil à trocho differre oportet. hoc eſt, agilem & uerſutum eſſe.

*Argyrippa, Beneuentum.* BENEVENTVM. Diomedes in reditu ab expeditione Troiana, à ſuis nõ receptus, ſed expulſus, in Calabria urbem Argyrippam condidit, pòſt Beneuentum dictam.

*Cædes ob ſtuprum.* BENIAMIN. Sampſone Iudice Iſtaelis, ob nefariũ ſtuprum LXXXVII hominum millia ſunt interfecta.

βέρεθρον.)

*Nũc magis ac prius indefeſſo lumine triplex.*
*Inuictis barathri tecta tuere Canis.*

βεσπασιανός.) Veſpaſianus imperator Romanorũ, adeò mitis & clemens fuit, *Moderatio Veſpaſiani.* ut nec delicta aduerſus ſe & Rempublicam commiſſa, ultra exilium mulctaret. Nam inimicitias & offenſas, ſtatim animo eijciebat: & dicteria rhetorum ac populorum, quibus laceſſebatur, leniter & modicè ferebat. Acceſſu facilis & comis, ſæpè extra palatium diuerſabatur: dignus qui uel cum optimis Imperatoribus cõpararetur, ut qui & priuatam ſuã *Res geſtæ.* uitam multis & magnis rebus feliciter geſtis illuſtrarit (nã Claudij Cæſaris dux contra Germanos & Britannos, tricies fortiter cum hoſtibus conflixit) & principatũ adeptus, moderatè & ſobriè imperium adminiſtrarit. Viſus ille quidem *Auaritiæ ſuſpicio.* fuit auarior, ſed non ita, ut ſua cuiquam eriperet: opes non ad luxum, ſed ad publicam utilitatem cõtulit. Ante hunc ſanè haud ullum inuenias imperatorẽ uel largiorem, uel in diſtribuendis muneribus æqui & boni obſeruantiorem.

βεστῖνοι.) Veſtini, gẽs Italię, feris morib.

βετεραῖος.) Veterani apud Romanos, cum XX annos militaſſent, à militia immunes erant.

βέχειρες.) Vechires, gens Scythica.

BETHANIA, urbs Palæſtinæ, cis Iordanem ſita. In Ioanne euangeliſta falſo ſcriptum: Facta hæc ſunt Bethaniæ, pro Bethabare, ubi Ioannes trans Iordanem baptizabat.

BEMARCHIVS Cęſarienſis Cappadox, ſophiſta, Imperatoris Conſtantini res geſtas libris X deſcripſit. Declamationes itẽ ſcripſit, & orationes diuerſas.

βὴξ ἀντὶ πορδῆς.) Tuſſis pro crepitu. De ijs qui animi dubij, ſe aliquid agere ſimulant: quòd pedentes, ut lateant, tuſſim ſimulãt. Prouerbiũ nouum, ἀπορία ψάλτου βήξ: Tuſſis hæſitationẽ cantoris arguit.

βηρίνης.) Verinæ, magni Leonis uxoris duæ colũnæ fuerunt: una Septentrionalis prope beatum Agathonicum, poſt aſcenſum graduum: quæ quidẽ facta eſt uiuẽte adhuc Leone: Altera iuxta S. Barbaram, poſt eius obitũ: cum fratrẽ ſuum Baſilicum coronaſſet: Zenone, genero eius exulante.

βῆρος.) Verus, dux Romanorum, minimè induſtrius, ſed ebrietatis morbo diſſolutus ferè: unde inconſulta ſemper temeritate utebatur.

*Aper domitus ab uno uiro.* VIRVNIVM) nomẽ urbis. Apud Noricos aper diuinitùs immiſſus, agros uaſtabat: quem cum multi inuaderent, nihil proficiebant, donec quidã eum proſtratum in humeros ſuſtulit: cuiuſmodi fabula & de Calydone refertur. Cum autem Norici ſua uoce exclamaſſent, Vir unus: urbs Virunium eſt appellata.

BESSA, municipium eſt Antiochiæ tribus.

BIANTIS Prienẽſis iudiciũ (βίαντος πριηνέως δίκη.) Hic ſapiens unus de VII,

in

in agendis cauſis excelluiſſe fertur. Sed dicendi facultate rectè atq; utiliter utebatur. Hipponax: Cauſidicus Biante Prienenſi præſtantior.

Biblinvm uinum, auſterum: à uite Thracenſi Biblina. Vnde, *ὕδωρ δὲ πίνει, τὸν δὲ βίβλινον στυγεῖ*: Aquam bibens, uinum auerſatur Biblinum.

*βίβλοι θεοῦ*, Libri Dei: id eſt, cognitio eius, æterna memoria. Dauid: Libro tuo omnes inſcribentur.

Bidine, urbs Scythiæ.

*βιαιότερον.*) Medicorum arte malum erat uiolentius.

*Violenti.* *βίαιοι.*) Violenti dicebantur Phalaris, Echetus, Dionyſius Caſandrenſium tyrannus, inſignis iniquitate: & Lingis, frater illi, nothus.

*βιαίων.*) Actio de ui facta, nō tantū de ſtupro uirginum, ſed in genere de quauis uiolentia dicitur: cuius conuictus tantundem Reipublicæ numerat, quantum illi à quo reus peractus eſt.

Bizya, urbs Thraciæ.

*βινεῖν.*) *ἁδὺ τὸ βινεῖν. τίς οὐ λέγει; ἀλλ᾽ ὅταν αἰτῇ χαλκόν, πικρότερον γίγνεται ἐλλεβόρου.*

*Suauis amor. quis .n. negat? at ſi petēte puella:*
*Fit tamen ille magis tetricus helleboro.*

Binvs, nomen deę.

*βιοδώρα.*) Tellus alma dicitur, quòd alat, & uictum largiatur.

*βίος μεμαγμένος, καὶ βίος ἀληλεσμένος*, Vita ſubacta & molita. De uita ſumptuoſa, delicata & copioſa.

*Vita diuina.* *βίος.*) * Philo: Chriſti Eccleſia duo uitæ ac motum genera præcipit: unum excellens, communi & humana uita ſublimius: neque nuptias, neque ſobolis procreationem, neque opes aut facultates admittens: ſed protſus & undique à cōmuni uitæ conſuetudine abhorrens. *Vita ciuilis.* Alterum uerò ſubmiſſius, & cum priore nulla ex parte comparandum: quod & modeſtas nuptias fert, & procreationem liberûm, & iuſtam rei familiaris curationem: quod & militibus quid agendū ſit præſcribit, & agrorum & mercaturæ, omnis denique ciuilis cultus ſtudium cū pietate coniunctum admittit His & exercitationis tempus, & diſciplinæ & auſcultationis diuini uerbi eſt præfinitum, & ſecundus pietatis gradus attributus, fructum huic uitæ cōſentaneum gighēs. *Athanaſij 2. uitæ genera.* Sancto Athanaſio duo ſunt uitæ genera, & uiæ: una moderatior, & uictu occupata quærendo, fructum ferens trigecuplum: altera angelica, & à mundo remota, fructum perfectum & centuplum ferens. *Vita Phariſaica, Mundana.* Eodem modo etiam antiqua uita bifatiam diuidebatur, In Phariſaicam & ſublimem, & in deteriorem atque mundanam. Secundum philoſophos autem tria ſunt uitæ genera: unum in cōtemplatione, alterum in actione & moribus, poſtremum in diſſerendi ſubtilitate poſitum & occupatum. *βίος θεωρητικός, πρακτικός, λογικός.*

*βίος ἀκανθώδης.*) Vita ſpinoſa, id eſt dura atque aſpera, & antiquaria.

*βίος ἐξηυλημένος.*) De uita inutili: trāſlatione à tibijs inutilibus ſumpta.

*Biſalti lepores.* Bisaltia, urbs & regio Macedoniæ: à Biſalto, Telluris & Solis filio. Lepores omnes qui in hac capiuntur, bina habent iecora. Ciuis, Biſaltius dicitur.

*Βιστονία.*) *—Raptricemq; cohercens.*
*Seminis, altiuolam, Biſtoniamq; gruem.*

*Βιτέλλιος.*) Vitellius, Romanorum Imperator, ſucceſſor Galbæ, omnibus probris refertus, inexplebili præſertim gulæ incontinentia, & uentris ingluuie. *Ebrioſus porcus.* Sæpè enim, non interdiu modò, ſed & noctu, cibum capiebat: & in apparandis, cœnis magna pars (uectigalium conſumebatur.) publicorum miniſtrorum defatigabatur. Ferunt enim centena bina ſeſtertia & ſemis in ſingulas cœnas inſumpſiſſe: cum quidem & continenter & inſatiabiliter impleretur, & continenter eructaret atque remoueret omnia: qua una re crapulam ferre potuit. Nam eius quidem conuictores peſſimè habebant. *Bebius Criſpus.* Bebius certè Criſpus, cum per aliquot dies ob morbum conuiuio abfuiſſet, argutè dixit: ſe, niſi ægrotaſſet, periturum fuiſſe. Inſigne etiam Vitellij apud fratrem conuiuium celebratur, in quod præter cæteras impenſas, duo millia piſcium, & auiū VII millia fuerint illata. *Neronis laudator.* Laudabat acta Neronis, & cadauer eius in obſcuro quodam ſpecu ſitum exornabat. Interfectus eſt à Veſpaſiani militibus, imperium ſibi iam uendicantis.

*Aſtrologorū tributum.* *βλακεννόμιον.*) Tributū ſtultorū: quod Alexandriæ pendebant Aſtrologi, eo quòd à ſtultis conſulerentur.

*Socordia.* *βλακεύεται.*) Damaſcius: Oratione excitabat ceſſatores. Socordiam enim nullo uitio minorem, ſed uitium potius omnium maximum iudicabat.

*Rex ipſe dux.* *βλακεία.*) Non ducum ſocordiæ atq; ignauiæ res committebat: ſed ipſe ductor exercitus à ſemetipſo declaratus, in bellum ruebat.

*βλάσφημος.*) Maledicebant ei, ut qui trium hominum arbitrio non rectè cõmitteret omnia.

*βλέμμυες.*) Blemmyes, gens Lybica.

*Ain geiſtrit ten augen.*

*βλεπεδαίμων.*) Qui eſt diſtortis oculis, ueluti à dæmone percuſſus.

*βλέπειν.*) Planè me intuens, Martem uidere te putabis. De ijs qui ſe omnibus uiribus opem laturos & defenſuros pollicentur.

*Virtutem incolumem odimus, Sublatã ex oculis quærimus inuidi.*

*βλέποντες.*) Sophocles: Age uerò ridẽto iſti, & inſultanto. Huiuſce malis. Fortaſſis aũt, etſi uiuentẽ non deſiderarunt, Defunctum lugebunt, urgente bello.

*βλέπος.*) Ariſtophanes: *ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐστὶν ἀττικὸν βλέπος.* Eius faciei Atticus aſpectus ineſt: id eſt, uultu eſt inſidioſo & confidenti. nam Attici ob impudẽtiam malè audiebant.

*βλήδας.*) Bledas: nomen Scythæ.

*Lib.* BLETYRI, & Scindapſon, ſunt inania uerba, nihilq; ſignificantia. Iuba uerò Scindapſum, inſtrumentum Muſicum: Bletyri, chordæ aliquid ſimile interpretatur.

*βληχωνία.*) Et qui ex interuallo multa poma edunt, & qui aſſiduè concũbunt, læduntur.

BLITTOMAMMA fatuus dicitur, à blito herba inſipida.

*βοαδρόμος.*) Hic adiutor pro Ambraciç defenſione, ſcuto elato mori maluit, quàm fugere.

BOANERGES, filij tonitrui.

*Explicatio ſomnij.*

*βόας θεωρεῖν εἰς κακὴν πρᾶξιν φέρει. νεκροὶ βόες δηλοῦσι τοὺς λιμοῦ χρόνους.*) Boues in ſomnis uidere, ſignificat malum. Mortui boues ſignificant famis tempus.

*βόεια ῥήματα.*) Bubula uerba: id eſt, grandia.

BOEDROMIA, feſtum quoddam eſt Athenis, ex eo inſtitutũ, ꝙ Xuthus Athenienſibus, quo tẽpore ſub Erechtheo rege, ab Eumolpo Neptuni F. oppugnabãtur, magno ſtudio tuliſſet opem.

*βολβός.*) Ariſtophanes: Olla bulborũ deuorata. De hominib. libidinoſiſſimis. Libidinem enim augent bulbi.

*βόθυνος.*) Foſſa. Locus quidam propriè ſic dictus in Sacra uia, cuius mentionem Iſæus & Calliſthenes facit.

*βόλος.*) Epigramma: Tigris uolucribus, piſcibus Clitoros, Damis feris ſoliuagis ſtruxit inſidias.

*βολίτου δίκη.*) Actio de fimo. De ijs qui ob res exiguas rei fiunt. Solonis enim lex etiam fimi ſurreptores punit.

*βομβύλιος ἄνθρωπος.*) De homine inutili. Nã bombylij ſunt quidẽ ex apum genere, ſed fauos è luto conficiunt.

*βοώνης καὶ βοώνης.*) Eius qui boues ad publica ſacrificia coemeret, illuſtre munus Athenis fuit. Nam ex ijs & magiſtratus ſummi creabantur, & imperatores ferè deligebantur.

BOOTOS, qui & Arcturus, ſtella uicina urſis.

*βορβοροτάραξις.*) Ariſtophanes eum appellat, qui rempublicam tanquam lutũ exagitet atq; perturbet.

*βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν.*) Cœno lympidam aquam inquinans, nunquam inuenies potum. De ijs qui rebus pulcherrimis fœdiſſimas admiſcent.

*Explicatio ſomnij.*

*ἔκδηλός ἐστι βόρβορος ψυχῆς ῥύπος. ἰλυῷ πεπλευκὼς τοῦ νοὸς νόει βλάβην.*) Euidentes animi ſordes ſignificat lutum. Limo nauigato, mentis conijce noxam. hoc eſt: Si ſomniaris te in luto aut cœno uerſari, peccata & errata tibi ſignificantur..

*Romani ſeditioſos nõ probant.*

BORIANTHO duce occiſo, cũ quidam Barbari interfectores eius, præmia cœdis à Romanis, quorum gratiam captarant, poſtularent: reſpondit Scipio, Romanos nequaquam laudare ſolere inſidias populi contra ſuos duces.

*βοσκήσομεν.*) Sophocles de Oedipode: At ſi mortalium non ueremini amplius Genus: ſaltem omnia paſcentẽ flammã ueremini regis Solis. Tale ſcelus Retectum ita oſtenditur, quod neq; Tellus, nec imber ſacer, neq; lux admittit.

*Bochanus Turcus.*

BOSPORVS, urbs circa Helleſpontum, quam Bochanus Turcus ſub Iuſtiniano uaſtauit.

BOSPORI duo ſunt: alter Propontidis, alter Thraciæ, Philea autore.

*Explicatio ſomnij.*

*βότρυς κατέσθειν ὀμβρικὴν δηλοῖ λύσιν.*) Vuas edere, in ſolutionem imbris ſignificat. *ὀνειροκριτικόν.*

*βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται.*) Vua iuxta uuam matureſcit. De iis qui ſe aliis exæquare contendunt.

*βοτρυοστεγῆ.*) Moribus ſuis & uitæ inſtituto, Botryis commentarios & Philænidis, ac cæterorum, qui obſcœna ſcripſere, ſupergreſſus.

*βοτρυόδωρος εἰρήνη* Pax racemifera: ꝙ in ea uineæ colantur.

*βουζύγης καὶ βουθοίνας.*) Boũ iunctor ac deuorator Hercules dicitur, quòd Hyllo filio eſuriẽte, unum ex bobus aratorib. Theodamantis mactarit, ac deuorarit.

BV-

B V T H I A, urbs Ioniæ: unde Buthęus.

βῦθος περιφοιτᾷ.) Buthus obambulat. De tardis & uæcordibus dicitur.

B V C A E A, urbs Phocidis.

B V C E L L A R I I dicũtur Gallogræci.

B V C A R A S, fluuius.

βυδόρῳ νόμῳ.) Taurina legē. De ijs qui boum inſtar excoriatione digni ſunt.

B V L G A R I delectati ſunt Abarũ habitu: mutataq; ueſte, etiãnum eo utũtur. *Terbelis. Tributum Bulgarorum.* Sub Iuſtiniano Rhinotmeto, ab amputato naſo ita dicto, Terbells Bulgarorũ dux floruit, cui & Ipſe Iuſtinianus & Conſtãtinus Heraclij filius tributarij fuerũt. Nã ſcutum quo utebatur in bello, ſupinum collocabat, & equi ſui flagellũ, & pecuniam, dum utrũq; tegereruт, ingerebat: & haſta in terra extēſa uſq; ad ambas oras ſericam ueſtem altè admodũ accumulabat, ac ciſtulas auro & argento refertas militibus dabat: dextram auro, ſiniſtrã argento replens. *Abares.* Iidem Bulgari, Abares ui ſubactos funditùs ſuſtulerunt. Captiuos aũt Abares Crem ita rogauit: Vnde cenſetis ducem ueſtrum, & totam gentē periſſe? qui ſic reſpondetũr: *Cauſæ excidiorum: Calumnia, Rapinæ, Ebrietas, Largitiones, Mercatura.* Cauſa prima fuit, quòd pleriq; inter ſeſe accuſatunt, & fortiſſimos ac prudētiſſimos quoſq; occiderũt. Deinde homines iniurij & fures, ſocij iudicum euaſerũt. Deinde ebrietas. Magno enim uini prouentu omnes facti ſunt ebrioſi Deinde corruptela munerum. Deinde negociatio. facti enim omnes ſunt mercatores, & alios alij deceperũt. Ac excidium noſtrũ has habuit cauſas. *Crem legiſlator Bulgarorum.* Is uerò hiſce auditis, Bulgaros omnes cõuocauit, legesq́; huiuſmodi cõſtituit: Si quis aliquem accuſarit, non audiatur prius quàm uinctus (quæſtionib. adhibitus) examinatus fuerit: qui ſi calumniæ ac mendacij conuictus fuerit, occidatur. Nemini liceat furi cibũ impertiri: qui uerò id auſus fuerit, publicus eſto. Furi crura cõfringi, uineas oēs radicitùs extirpari iuſſit. Omni autem petenti non ſimpliciter dari, ſed qđ ſatis eſſet dari iuſſit, ne denuò egeret. Qui ſecus fecerit, publicus eſto.

βουλεύσεως ἔγκλημα.) Crimen deliberationis, aut ſuaſionis (ſi ita Latini loquerētur) uel de inſidijs uitæ alicuius factis, ſiue is perierit, ſiue euaſerit inſidias: uel ei qui aliquem falſò in ærarios retuliſſet, intendebatur, idq́; uel in Palladio prætorio uel Areopago.

βυλδιλικός.) Factũ .i. diuino cõſilio, quod cum humana ſapientia conferri nequit.

βύλει διαμάχεσθαι γηρυόνῃ τετραπτίλῳ;) Vis'ne decertare cũ quadricipiti Geryone? Is uerò tres criſtas in galea habuit, & multum negocij faceſſit Herculi.

βυλήσετ᾽ κἂν.) In Aegypto eſſe mallet, quàm malè iudicare. De re deteſtãda dicitur, quod Aegyptus latrociniis infamis eſſet: uel, Longiſſimè abeſſe mallet, ubi ab imbre non lęderetur. In Aegypto enim pluere negant. ut Herodotus: Thebis tum pluit, quod nunquam ad id tempus acciderat.

βύλησις.) Agētes & efficaces animi facultates ſunt, uolũtas & προαίρεσις: id eſt conſiliũ, ſiue delectus. Ac uolũtas, eſt animi ratione præditi motio per ſeſe. Proæreſis, motio eiuſdē cũ bruta parte complexi. Nam cũ extra materiæ cõcretionē eſt animus, ſola uoluntate agit, ut qui in ſolo bono uerſetur: cũ materia uerò permiſtus, ob brutę partis coniunctionē, proæreſin habet. itaq; interdum brutam, interdum ratione præditam partē antecedit proæreſis, & huic illud anteponit. *βύλησις. προαίρεσις.*

βυλιμιᾶ.) Bulimon, ſeu Bulimiã morbi genus eſſe dicunt, in quo cum multũ ederint, non ſatientur. *Inexplebilis fames.* Id malum urget, cum nix eſt: & defatigatos & homines & iumenta inuadit: ſiue quòd calor ob algorem & denſitatem uniuerſus incluſus corpori, alimentum prorſus conſumit: ſiue quòd acris & tenuis aſpiratio niuis diſperſa, corpus incidit, caloremq́; corrumpit, foràs euocatum.

B V L I N E, urbs iuxta Illyriã unde Bulinus, gentile.

B V L I S & Spetchis (Lacedęmonij) Athenięſes, ultrò in Perſiã profecti ſunt, daturi pœnas ob legatos Xerxis uiolatos.

βυλομένῳ.) Ariſtophanes: Malo, ô rex, benefaciēdo peccare, quàm malè uincere.

βοῦν ἐν γνάθοις φέρει.) Bouem in maxillis fert. De hominibus uoracibus.

βουνὸς ὄρει προσέρπων πραγμάτων βίαν.) Collis ad montem arrepens, rerum uiolentiam notat. ὀνειροκριτικόν. *Explicatio ſomnij.*

βολοῦσκοι.) Volſci, populus Italiæ, bello Romanis illato, & milites multos & urbes ſuæ gentis clariſſimas amiſerunt. Et cum Cn. Martius, uir apud Romanos illuſtris, impetu in medium agmē facto, fugientes in ipſam urbem perſecutus, ciuib. ſuis portas aperuiſſet: & magna pecunia & multis captiuis à Dictatore donatus, cætera repudiauit, corolla & bellico equo contentus, unoq́; ex captiuis amico, quem liberum dimiſit. *Cn. Martius Coriolanus.*

Βύ-

Apes. *βύγονες.*) Apes taurorum filiæ dicuntur, quòd ex eorũ cadaueribus naſcantur. In Epitaphio Sophoclis: Semper tuus rumulus reſonet apibus, & Hymetteo melle irrigetur.

Crabrones. ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένη, ταῦροι δὲ μελισσῶν. Ex equis crabrones naſcuntur: è tauris apes: ex aſinis ſcarabei.

BVRGAON, mons in Occidente.

BVRDIGALA, urbs Galliæ Celticæ, ubi Belliſarius uaria bella geſſit.

*βοῦς ἕβδομος.*) Bos ſeptimus. De hominib. ſtupidis. Nam cum pauperes animal nullum ſacrificare poſſent: taurum è farina fingebant. Cum aũt ex animalib. immolentur, ouis, porcus, capra, bos, gallina, anſer, ſeptimus immolabatur ex farina: qui quòd inanimis eſſet, in prouerbium abijt. Epigramma in bouem & caprum, in argentea tabula inciſos: (Victima ex farina.)

*Qui fit, cum bos ſis, ut terrã ſulcis nõ findas?*
*Sed ebrÿ ruſtici inſtar recumbas?*
*Cur non & tu ad paſtum curſitas,*
*Sed ut argenteum ſimulacrum aſtas hirce?*
*Aſto, ut tuam redarguam ignauiam.*

*βοῦς ἕβδομος.*) Pemmata cornuta, ad imitationem Lunæ primùm apparentis. Bouem autem ſeptimum appellabant, quòd is bos poſt VI Lunas immolaretur: ut Euthycles tradit in Atalanta. Fuerunt & Lunæ pemmata, lata, rotunda, ut eſt apud Euripidem in Erechtheo, & apud Achæum in Iride. τὸν ἕβδομον βοῦν, ἡ φησι παροιμία, Bouem ſeptimum, ſapiens celebrat prouerbium.

*βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθη.*) Bos in ſtabulo ſedes. De hominibus nullã ad rem utilib.

*βοῦς ἐπὶ γλώττης.*) Bos in lingua. De ijs qui nõ audẽt liberè loqui, ſiue ob robur animãtis: ſiue quòd Atheniẽſiũ nomiſma bouem haberet inſculptum, quod liberius locuti pẽndere cogebantur.

*βοῦς ἐπὶ σωρῷ.*) Bos in granario. Vel de delicatè uiuentibus: uel de trituratibus, qui camo impediũtur, quò minus edãt.

*βοῦς εἰς ἀμητόν.*) Bos in meſſem. De ijs qui utiliter laborant.

*βοῦς κύπριος.*) Bos Cyprius. De homine futili & ſtupido. Aiũt enim boues Cyprios ueſci ſtercoribus.

*βοῦς ὁ μολοττῶν.*) Bos Moloſſorum. De ijs qui multis negocijs implicantur, & diſtrahuntur. nam Moloſſi fœdera inituri, bouem in multa minuta fruſta diſſecabant.

*βοῦς ἐπὶ ζυγόν.*) Bos ad iugũ. De ijs qui ſemper laborant.

BVSIRIS Aegypti rex, à quo & urbs nomen habet.

BVTIA, municipium eſt Oenæiæ tribus: unde Butadæ.

BVTES, ſacerdotium habuit, cuius poſteri Butadæ dicuntur: & Eteobutadæ, quaſi germanos Butadas dicas.

BVPALION, Corœbus & Melitides ob ſtulticiam perſtringuntur.

*βουφόνια.*) Feſtũ apud Athenienſes perantiquũ, quod poſt initia Cereris, in memoriam ueteris euẽtus, celebrari dicũt. Nam in feſto Iouis ferũt taurũ ſacras placẽtas deuoraſſe, pararas ad ſacrificium: quem Thaulon quidam arrepta ſecuri, ut tradit Androtion, ſtatim interfecerit.

BVCHETA, genere neutro, pluraliq; numero, Epiri urbs: ex eo, Philochoro autore, dicta, ꝙ Themis in Deucalionis diluuio, boue illuc aduecta fuerit.

*βυχίλα.*) Panes, fœcundæ moderatores Arcadiæ. (Pan deus Arcadiæ.)

BOLVS, Democritius philoſophus hiſtoriam ſcripſit, & artem medicã, quæ adiumenta naturalia continet.

Bolus Mendeſius Pythagoricus, ſcripſit de ijs qui nos lectione hiſtoriarum ad ſcientiam perduxerunt. De rebus mirabilibus: Naturalia * bipertita. Continet autem conſenſiones & repugnantias gemmarũ, ordine Alphabetico. De ſignis ex Sole & Luna, & urſa, & lucerna, & arcu cœleſti.

*βῶλος ἀρούρης.*) Gleba eſt aruum. De ijs qui per ambitiõnem parua magnis cõparant. ſimile illi, θαλάττη ἐκ χαράδρας ὕδωρ. Aqua mari è cauerna ſuppetit.

*βωμολόχος.*) Agathias: Nõ eſt mei moris, inquit Narſes, gloriari dicterijs & uana ſpe. Pherecrates Tyrannide. Ne ubiq; iuxta aras ſemper in inſidiis collocati, βωμολόχοι (altarium inſidiatores) uocemur: Iupiter ingens infumibulum fecit. (Narſes.)

BONOS, dux Myſiæ, quæ ad Iſtrũ flumen extenditur, uir ſummæ prudentiæ, in rebus ciuilibus & bellicis excellens, ſub Iuſtiniano imperatore.

*βράβηλα.*) Pruna damaſcena, uentrem molliunt.

BRANCHIDAE, Didymis in agro Mileſio habitantes, in gratiã Xerxis, fanum Apollinis, eius loci Barbaris prodiderunt. Itaq; donaria penè infinita ſunt direpta. Sed ueriti proditores legum & magiſtratuũ ultionẽ, mercedẽ turpiſſimæ illius proditionis petunt, ut in quandam Aſiæ regionem trãsferãtur. Is uerò (Proditores templi Apollinis.)

pro

pro ijs quæ malè & implè tenebat, conceſſit, ut in eo loco habitaret, unde nunquam in Græciã redituri eſſent: quò, timore illo & ipſi & genus eorũ leuarentur. Cæterùm malis auſpiciis ſortiti locũ urbẽ condunt, ac Branchidas appellãt, nõ Mileſios tantum, ſed & ipſam Iuſticiã ſe effugiſſe rati. Verùm non dormitauit Dei prouidẽtia. nã Alexãder, Dario uicto, Perſici regni potitus, cognito facinore, & familiæ illius propagationẽ peroſus, omnes interfecit, improbos iudicans improborũ poſteros, ac falſi nominis urbem euertit atq; deleuit. *…ſteri pro …itorum deleti.*

Brasidas, Tellidis fili⁹, Lacedæmonius dux, Methonen, quę ad Athenieſes defecerat, bello recuperauit: & dux ad Pylũ rẽ bene geſſit, cũ primus in nauim inſiliiſſet: ubi & uulneratus eſt, & clypeũ amiſit. Poſt hæc fœdus annuũ ictum eſt, qđ Athenieſes frangere cœperũt. Amphipolitæ uerò in Thracia, loco Agnonis, gloria uiri permoti, conditorem urbis eũ aſciuerunt. Bellum uſq; ad Braſidæ & Cleonis obitum, annos durauit x. & dictum fuit Archidamium. *Methone. Pylus. Amphipolis. Agnon. Braſid. u. Cleon.*

Bravron, locus Atticę, in quo Dionyſia quinto quoq; anno agebãtur, & ab ebrijs ſcorta multa rapiebantur.

Brachman rex, qui regioni nomẽ indidit: ſcripſit leges Brachmanũ, & Rẽpublicam eius gentis ſua dialecto.

Brachmanes gens eſt religioſiſſima, & pauperis uitæ ſtudioſiſſima, in Oceani habitans inſula, hanc prouinciam diuinitùs ſortita. Quò cum perueniſſet Alexander Macedo, columnæ inſcripſit: EGO MAGNVS ALEXANDER REX, HVC VSQVE PERVENI. In hac inſula homines longæui habitãt. Viuunt enim annos centenos quinquagenos, propter inſignem puritatem & temperiem aeris. Apud hos nulla quadrupes eſt, non ager, non ferrum, non ædificium, non ignis, non aurum, nõ panis, non uinum, non carnis eſus. Sed cũ habeant liquidum & ſummum & temperatum aerem, ab omni lue & corrupti one alienum: paucis pomi℞ & lympidiſſima fruentes aqua, Deum ſyncerè colunt, & continenter adorant. Ac uiri qui dè loca Oceano finitima accolunt: mulieres autem * ultra Gangen ſunt, qui in Oceanum in parte Indiæ influit. Viri ad mulieres Iulio & Auguſto menſe traijciunt, qui apud illos ſunt frigidiores, ſole ad nos & ſeptẽtrionẽ aſcẽdẽte. Qui cũ temperati magis ſint, in furias illos agere dicũtur: id quod de Nilo quoq; ferunt: qui nõ more cęterorum fluminum exundet, ſed media ęſtate inundet Aegyptũ. Itaq; eũ * Sol ſeptentrioni uicinio res regiones percurrit, & alios quidẽ fluuios infeſtat atq; minuit, ab hoc aũt plurimum abeſt: XL diebus cũ uxorib. exactis, domum redeũt. Cum uerò uxor duos pueros peperit: uir nõ amplius ad eã traijcit: neq; etiam illa (quæ earũ pudicitia eſt) cum alio rem habet. Si uerò contigerit aliquã ex eis eſſe ſterilem: ad quinque annos maritus ad eã traijcieẽs, eiuſq; conſuetudine utens, niſi pepererit, ea deinceps abſtinet. Quapropter populoſa non eſt eorum regio, ob caſtitatem. *Longæui. Viſtu. Viros à mulieribus ſeparat. Caſtitas & paucitas.*

βρεντήσιον.) Brunduſium, regio Italiæ: inde dicta, quòd portus habeat ceruinis cornibus ſimiles. Meſſapij autẽ βρέν-δον ceruum dicunt.

βελθομένη.) *Morbiferoſenio dextera laſſa* (*tacet.*

βρόμος.)

*Non uenti ſonitum ſiſtes, non grandinis irã.*

βροντή.) Tonitru, nubium ſtrepitus, ex attritione aut ruptura. Fuit etiã machina quædã βροντεῖον dicta. Nã ſub ſcena erat amphora, calculis marinis plena: erat & lebes æneus, in quẽ cũ calculi deuoluerentur, ſonitum edebant tonitru inſtar.

βρονταὶ καθ' ὕπνους ἀγγέλων εἰσὶ λόγοι.) Tonitrua in ſomnis ſũt angelorũ ſermões. *Somnij explicatio.*

Brvmalia inſtituit Romulus, qui cũ Remo fratre ex ſcorto natus & proiectus, atq; à muliere quadã nutritus fuit. Turpe aũt apud Romanos habebatur, aliena (quod aiunt) quadra uiuere. Itaq; unuſquiſq; in ſympoſijs ſuũ & cibũ & potum afferebat, ne paraſitus audiret, alieniq; deuorator. Hac igitur de cauſa Romulus Brumalia excogitauit. Dixit enim, neceſſariũ eſſe ut rex ſuũ ſenatũ aleret in hyeme, cũ uacarẽt à bellis, auſpicatus à primo uſq; ad extremum. Iuſſit & à Senatu uocari milites, qui abituri (ſtitulabant) expectabãt ueſperi, ut cognoſcerent ubi cibum capturi eſſent. Et hoc excogitauit Romulus, ut ignominia ſua liberaretur: ac prandium illud appellauit Brumalium, quod lingua Romana ſignificat, de alieno uictitare. *Fabella Græca.*

βρύτιδες.) Brutides mulieres: ita dictæ, ueluti Sibyllæ & Prophetides. Omnes aũt numine afflatas, Sibyllas uocabant. *Sibyllæ.*

Brvt⁹ Romanorũ prętor, ſcripſit Epiſtolas, & Polybij hiſtorici librorũ epitomẽ. Admirationi eſt forma literarũ ei⁹. *Bruti ſtylus.*

βρύει.)

*βρύει.)* Vereor ne hulceribus ſcatens, afferas aliquid immedicabile, uel medicinam euertas. *ἀσάγης τὸ ἀνιάτρευτον.*

*βρύκχαι.)* Dixit acuto ſtridens dente, Lacænæ iuſtar.

*Madidæ ſpōgiæ exprimūtur.*

*βρύλλον.)* Ariſtophanes: Indies perpotantem & furantem alere uolo unū prę ſidem: cumque, plenus ubi fuerit, afflictum percellam.

*Explicatio ſomnij.*

*βρύσις.) πηγὴ διαυγὴς τὰς νοὸς λύει λύπας.* Scaturigo lympida, animi diſcutit moleſtias. *ὀνειροκριτικόν.*

BRYTIDAE, familia Attica.

*Iſaurica ſtrages.*

*Naufragiū.*

*βρύχιος.)* Sub imperatore Heraclio 200000 uirorum Iſaurico bello perierunt. Qui cum ingentem pecuniam, unà cum auro, argento & precioſis gemmis mitteret: illa omnia ſubmerſa ſunt ſub Sergio patriarcha.

*βρύχων.)* Dentibus frendens leo.

*βοιωτία, καὶ βοιώτιος νόμος.)* Bœotia, & Bœotius mos. De iis qui initio quieti, pòſt cum impetu irruunt.

*βοιωτία ὗς.)* Bœotius porcus. De ſtupidis & indoctis.

*Infelix bubo, dirum mortalibus omen.*

*βύας ὤφθη.)* Bubo cōſpectus eſt. Dion in Romanorū hiſtoriis ait, eam auem cōſpectam portendere calamitates.

BYBLIS, ſoror Cauni, utterq; infelix.

*βύβλον.)* Hunc faſcem librorum Nicanori uendi iubet 400 aureis. Qui ſi recuſauerit, ſemper augeri numerum precij & auri, donec fatigatus tantū det, quantum poſtrema æſtimatione poſtulatum fuerit.

*βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ στάχυν μέγαν.)* Bybli ſeu papyri fructus non poſtulat ſpicam magnam. De ijs qui ſuis bonis uti neſciūt: quòd byblus infirma eſt, nec magnum ferre fructum poteſt.

BYZANTIVM, ſub Seuero imperatore Romanorū munitū fuit muro præclaro, ex lapide molari quadrato. Fuerūt autem turres ſeptem, à Thracia porta ad mare pertinentes: in quarum primam ſi quis inclamaſſet, aut lapidem conieciſſet, cùm ipſa reſonabat, tum eundem ſonum ſecundæ & cæteris omnibus quaſi per manus tradebat.

*Septem conſonantes turres.*

*Buccinæ Moſaicæ.*

*βυκάνη.)* Buccinā argenteā excogitauit Moſes. Fuerunt aūt duæ: quarum una ad exhortationē & conuentum, altera ad conuocandos magiſtratus utebantur.

LITERA G.

GABAO, urbs: unde Gabaonitæ, populares.

GABINIVS, nomē ꝓpriū Romanū.

GABII, urbs Latinorum: unde Gabij, & Gabitæ.

*Ganges cōditor urbium, Achille euerſore præſtantior.*

GANGES rex Aethiopum, ab * Alexandro occiſus, ſtatura X cubitorum: ea formæ pręſtantia, qualis nemo unquam mortalium fuit, fluuij Gangis filius. Hic patrē ſuū Indiam inundantē, in mare rubrū auertit, & cū terra reconciliauit. Vnde terra illi & uiuenti copioſas fruges peperit, & mortui necē ulta eſt. Cum autē Homerus Achillem Helenæ cauſa Troiam perducit, eūq; XII urbes mari, XI terra cepiſſe, & rapta muliercula indignatum, atq; etiam interdum immiſericordem & ſæuum extitiſſe tradat: Indum cū hoc conferamus. Is igitur urbes LX condidit, eius loci primarias. Neq; uerò quiſquam eſt, qui uaſtationem urbiū, inſtauratione glorioſiorem eſſe cenſeat. Scythas ultra Caucaſum incolentes, terram hanc cū exercitu ingreſſos, profligauit. Longè autem præſtat liberanda patria ſua uirum fortem ſe præbere, quàm ſeruitute urbem opprimere.

GADARA urbs Cœleſyriæ, quæ & Antiochia & Seleucia dicitur. Gentile, Gadarenus.

*Antiochia. Seleuca.*

*γάδειρα*, Gades, locus in occidente, finis & uelut effluxus noſtri maris in Atlāticum atq; Oceanum, quod ut nadoſum (reſonans) & tenebroſum traijci nō potuit. *γάδειρα* uerò dicitur, tanquam terræ collū. Hactenus ꝓgreſſus Hercules, cum ulterius tēdere nō poſſet, columnas ab indigenis ſumptas erexit: quib. ſignificaret, eò uſq; peruiam eſſe terram & mare.

*Atlanticum. Oceanum.*

*Herculis columnæ.*

GAZA, urbs Phœnicię: unde Gazę⁹.

GAZACA, urbs Mediæ maxima: unde Gazacenus, ut Mazaca Mazacenus.

CAIANVS, Arabius ſophiſta, diſcipulus Apſinis Gadarenſis. Fuit ſub Maximo & Gordiano. Scripſit de conſtructione lib. 5. Artem rhetoricam, Declamationes. Docuit Beryti.

CAIVS Iulius Cæſar, monarcha primus, ſcripſit metaphraſin Phænomenō Arati, & artem grammaticam Latinè, & de ſua uita.

Caius Cæſar, cognomento Caligula, dicendi artem Latinè ſcripſit.

Caius Romanorum imperator principiò res imperij magnificè adminiſtrabat, & omnes ſubiectos populos, ut decet. Sed poſt biennium naturæ humanæ oblitus, * patris imitatione ſe deum fecit: ſuamq; ſtatuam in omnes urbes miſit, in templis collocandā, itemq; in Hieroſo-

*Tyrannus ſe deum facit.*

roſolymitanum templum:edictoq; ſanxit,ut * Iunenis Caij templū diceretr̃.Set *Seruorum licentia.* uorū quoq; dominarū inſtituit, lege lata,ut ijs accuſare dominos liceret, ſi ꝙ eorū peccatū uidiſſent. Vnde ingens calamitas orbē terrarū omnē oppreſſit: cū ſerui maximis pœnis dominos ſubijcerēt. *Luxus & libidines.* Quilibet enim cruciat⁹ ab hero ſuo illatos ulciſci uoluit. Quinetiam nefario furore correptus, ueſtes muliebres induebat,& comam plicis quibuſdam ornādo,& fœminas imitando,& omnia flagitia perpetrando: feſta quædam excogitabat,& Initia peregrina peragebat. Ac aliquando filia ſua in gremio ſimulacri collocata.Hanc tu(inquit)genuiſti,&pater eius legitimus es: Vſque adeò portò impurus & nefarius extitit,tantāq; ſcelerū ſeriē cōnexuit,ut Tiberij delicta operuerit.Nam quæ * Auguſtus longo tempore acquiſierat:hic uno effudit die: atque omnium maximus adulter, uxores deſponſas & nuptas capiebat. * Nutricem ſuam has intemperias caſtigantem, ad uoluntariam necem compulit Sororum cōſuetudine uſus eſt, & inceſto coitu ex earum una liberos ſuſcepit. eiq; ut ſemideæ templa extrui, & immolari iuſſit.Tali imperatori Romani traditi ſunt, utTiberij facinora,quamuis atrociſſima uiſa,Caius tantū ſuperarit,quantum Tiberius Auguſti. Hic poſt Tiberiū tegnauit,cognomento Caligula.

*Honeſta diſciplinæ in Republica Romana ſeueritas.* C. LATORIVS, cognomento Marcus. Ex hoc apparet, quanto Romani odio ſint improbos perſecuti,& quàm nō induſſerint ijs,qui cōmunia naturæ iura uiolarent. Hic enim Samnitico bello tribunus militū adoleſcenti cuidam côtubernali forma pręſtanti prædito,cū neq; blanditijs, neq; muneribus,neq; ullis officijs & obſequiis perſuadere, ut copiā ſui faceret, neque libidini ſuæ imperate poſſet:uim inferre parabat. Quæ hominis immodeſtia cū per tota caſtra innotuiſſet:id Tribuni publicā ciuitatis iniuriam rati,eum pro concione accuſant.Itaq; omnibus ſuffragijs à populo capitis eſt damnatus.Neq; enim committendum putabant:ut ij qui poteſtate ualerent,ingenuis hominibus pro libertate propugnantibus, intolerandas & nefarias Iniurias,cum maſculi ſexus ignominia,inferrēt. Extat & aliud exemplū multo admirabilius,de contumelia ſeruo facta. Publij F. Iunius ex ijs tribunis,qui deditione facta, ſub iugum miſſi fuerant à Samnitibus, in magna inopia relictus, mutuū accipere neceſſe habuit:ſperans, *Foenerator ob ingenui adoleſcentis contumeliam ſam tractationem capitis damnatus.* ſe liberalitate amicorum ſubleuatū iri. Ea ſpe fruſtratus, ac præfinito tempore elapſo: nexus eſt ob æs alienum, homo admodum adoleſcēs, & formoſa facie. Is cætera quidem ſeruilia officia domino præſtabat:ſed cum ſui corporis facete copiam iuberetur: ſumma cum indignatione,ſummaq; ui repugnabat. Qua de cauſa flagris ſæpe cæſus,procurrit iādem in forum: & loco editiore conſcenſo,tam fœneratoris petulantiam cōmemorabat,quàm uibices oſtendebat.Populus itaq; indignitate rei cōmotus, & Reipublicæ id intereſſe ratus, tribunis accuſantibus, capitis illum condemnauit.ob eumq; caſum omnes Romani ob æs alienum nexi, lege perlata, priſtinam libertatem tecuperarunt.

*γαλαξίας.*)Lacteus circulus, lumen in cœlo,quæ eſt tefractio Solaris luminis, cum aſtra non illuminantur.

*γάλα ὀρνίθων.*)Lactis gallinacei hauſtus. *Affluentia rerum.* De ualde fortunatis,& omnia poſſidentibus, aut raris de tebus. Ariſtophanes in Auibus: Dabimus uobis ubetem ſanitatem,felicitatem,pacem, adoleſcentiam,riſum,choros,conuiuia, & lac gallinarū,uſque adeò ut defatigemini præ copia bonorum.

*γάλα σκεδάζει δυσμενῶν συμβουλίας: γάλα γαλλικῶν πρήξειεν πίλει τρόπων.* *Explicatio ſomnij.* Lac diſſipat inimicorum conſilia: ac tranquillos efficit mores. *ὀνειροκριτικόν.*

*Galatæ. Scipio. Hannibal.* GALATAE. Scipione Romanorū duce,& Hannibale Carthaginenſiū, Romani Galatas in Aſia euerterunt: qui fuēre pars quædam occidentaliū Gallorū. Olim enim relictis patriis ſedib. Galli, Brēno duce,ad CCCM cōuenerunt: ac pòſt *Brennus.* diuiſi,partim Grēciā quæ intra Pylas eſt, partim Thraciam & Aſiā petierunt, qui ad *XX circiter millia fuerūt,deuictisq; nationib. quæ cis Taurum ſunt, Aſianis *Galatarum ſedes.* penè omnibus, cæteris quidem tributa impoſuerunt:ipſi aūt locis iuxta Halym fluuium occupatis, intra Bithyniam & Cappadociam conſederunt.His bellum intulēre Romani, quòd Antiochū in pugna adSipylum adiuuiſſent.& ad urbem Ancyram eos aggreſſi, X. M. militaris ætatis ſtrauerunt:reliquos parēre ſibi, traditis etiam gentibus, quibus imperabant,coegerunt.

*γαλεάγρα.*)tormēti genus. Deniq; in galeagrā coniectū, ferreis fibulis interpun

ctum undiq; in locis aſperis uolutarũt.

γαλῆ ταρτησία.)ſiue cnniculus, ſiue muſtela, ſiue feles Tarteſia: Tarteſus urbs eſt extra columnas Herculis, ad Oceanum, ubi maximæ naſcuntur muſtelæ.

*Non unius generis Galeni ſcripta.*

Galenvs, celeberrimus medicus, Pergamenus, qui ſub Marco, Cõmodo & Pertinace imperatorib. Romæ fuit: filius Niconis geometræ & architecti. Multa ſcripſit, non tantùm medica & philoſophica, ſed etiam grammatica & oratoria. Quæ quia nota ſunt omnibus, recenſere nunc ſuperuacaneum eſſe duxi.

γαλῆ χιτών.)Muſtelæ tunica. Pronerbiũ illi ſimile, Non decet muſtelam crocotus. De iniuſtis hominibus, & nihil proficientibus.

*γαλιλαία.*

Galilaea, id eſt deuoluta: & Galilæi, olim Chriſtiani dicti ſunt.

Galipsas, urbs Thraciæ, nomen à Galipſo Thaſi & Telephes filio ſortita.

*Bucellarij.*

Gallograecia, Bucellariorũ regio: ijdem etiam Græcogalli dicuntur.

*Galli ſacerdotes, prænuncij uictoriæ.*

γάλλος.)Cnæus Romanorũ cõſul, in trãſitu ponte iunxit Sangariũ fluuiũ, profundũ & imperuiũ. Qui cũ ad ipſum fluuiũ caſtra poſuiſſet: aduenıunt Galli ab Attide & Battaco, Peſſinuntiis ſacerdotib. matris deorum, qui unà cũ forma etiam ſigna habebant, dicentes: Annunciate deam uictoriã & dominatũ. quos Cneus humaniter ſuſcepit.

*E uiris Galli, non uiri è Gallis.*

ὅτι γάλλοι μὲν γίνονται ἐξ ἀνδρῶν, ἐκ δὲ γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται.)Prouerbiũ: Galli quidem ex uiris fiunt, ſed non item è Gallis uiri.

γάλλους τεμεῖν.)Gallos. id eſt caſtratos caſtrare. De rebus ſuperuacuis.

*Conuiuia nuptialia.*

γαμηλία.)Munus quod datur curialib. poſt nuptias: aut, uxorũ ad curiales introductio. Sic interpretatur Didymus grãmaticus. & prouerbiũ, γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν, Nuptiale munus dare. Nã qui uxorẽ duxerat, priuſquam liberi naſcerẽtur, teſtibus adhibitis, in nuptiis dabat aliquid curialibus conuiuij loco.

γαμηλιών.)Gamelion, mẽſis Ianuarius.

Ganos, mons iuxta Thraciã: & Ganiada, loca Thraciæ.

Gargara, urbs Troadis in uertice Idæ, nomẽ habẽs à Gargaro, Iouis & Lariſſę in * Sicalia filio: unde Gargarenſis.

*Venter plenus leuior.*

γαστήρ.)Ventrem mihi obiicis, omniũ pulcherrimum probrum. Nam is quidẽ plenus, eſt leuior: uacuus uerò, grauis.

*Hercules.*

γαῦρον.)Ariſtophanes: Nihil æquè imperterritum eſt, atq; Hercules.

*Timaſius luxurioſus & ambitioſus.*

γαῦρος.)Timaſius, quẽ Eutropius adducebat, homo ferox & inſolẽs & in militia nerſatus, honorẽ & gloriã & opũ affluentiã, ſummũ rerum humanarũ bonũ iudicabat, & ſuo arbitratu uiuendi licentiam: ut per ebrietatem noctis & diei diſcrimẽ ignoraret, ac Solẽ nec orientem nec occidentem uideret: cœleſtem uitã iudicans, auocationẽ à rebus moleſtis, & luxurioſam ſocordiã. Quibus à rebus cum ſe tandem auulſiſſet, animumq; ad gloriæ cupiditatẽ intendiſſet, è Pamphylia grauis reuertebatur.

γαῖα χάνοι.)terra dehiſcat, eũq; deuoret.

Gedeon, dux Hebræorum, præliũ cum Madianitis, quibus adiuncti erant Arabes & Amalechitæ, cõmiſſurus, ſub meridiẽ in ſummo æſtu, diuinitùs admonitus, exercitũ ad flumen duxit: ut eos qui recumberent, itaq; biberent, animoſos iudicaret (Sacræ literæ animoſos tradũt eos, qui canum inſtar aquã linguis lamberent, non qui manibus hauſtam biberent.) Qui uerò feſtinanter tumultuoſeq́ue, eos exiſtimaret id metu hoſtiũ perterritos facere. Inuenti itaq; ſunt * CCC, qui manib. tumultuoſe biberunt.

*Victoria crudelis.*

Gedeon, iudex Iſraelis, cũ iis qui canũ inſtar biberãt, cecîdit Madiam, item Oreb & Zeb & Zeboe, & Salmona, principes eorum: & turrim Phanuel euertit, & magiſtratus eorũ ſpinis interfecit, qui VII annos Iſraelem preſſerant.

Geladas, ſtatuarius, Phidiæ magiſter.

Gela, urbs Siciliæ, à flumine iuxta quod ſita eſt, quod pruinam multam gignat, quæ Opicorum & Siculorum lingua Gela dicitur: uel à Gelone, Aetnę & Hymari F. unde Gelęus nomen patrium non Gelous, quòd fortaſſe ſit à Gelone. Ariſtænetus uerò 1. libro de Phaſelide, ait Laciũ & Antiphemũ, fratres oraculũ Delphicũ conſuluiſſe. Cum autem Pythia nihil * ad interrogata reſpondiſſet: ſed Lacium ad Solis ortum nauigare iuſſiſſet: Antiphemo ridente, iuſſiſſe ab occaſu Solis nauigare: & quam urbem cõdidiſſet: Gelam nominare.

γελασείω.)Damaſcius: Negocij exitus etiam non cupienti ridere, magnum riſum extorquebit.

γελαστής.)Creon apud Sophoclẽ: Nec ut deriſor adſum Oedipe: Nec ut ueterũ malorum ullum tibi obijciam.

γέλγιθες.)Et allij capita potum inuitãt, & * pyta.

*Larga potorum uentribus acceſſiones.*

*γελλῶς παιδοφιλωτέρα.*)Puerorũ amantior quàm Gello:quæ cũ immatura ætate obijſſet, putabatur inuadere pueros, & immaturas earum mortes procurare.

*Somnij explicatio.*

*γελῶν καθ' ὕπνους, δυσφόρους ἕξεις τρόπους:* Ridens in ſomnis, aſperis eris moribus. *ὀνειροκριτικόν.*

*γέλως μεγαρικός.*)Riſus Megaricus. Athenienſes Megarenſium intempeſtiuas comœdias deridebant.

*γέλως (συγκρούσιμος) συγκροτούσιμος.*)Riſus immodeſtus & inhoneſtus, qui fit cum plauſu pedum & manuum.

*Grana tornare. Phidias. Myrmecides.*

*γελοῖος.*)Prouerbium:Magis(ridiculum efficis)ridiculè facis,quàm qui grana tornare inſtituunt:aut, perinde facis ac ſi Myrmecides Phidianæ artis ſe æmulum præbeat.

*Melitides & Amphiſtides fatui.*

*γελοιότερον μελιτίδου.*) Magis ridiculè quàm Melitides. De ijs qui ob ſtulticiã malè audiunt. Melitides enim quidam fuit, quẽ pro fatuo exagitant comici: ſicut & Amphiſtides:quem tradunt magno labore uſq; ad quinq; numerare didiciſſe, ultrà uerò progredi non potuiſſe. Et ſponſam ſuam attingere non fuiſſe auſum : ueritũ ne à puella apud matrem accuſaretur. Amphiſtides autem ignorabat, ex utro parente natus eſſet.

*Diſciplina militaris.*

*γάμοι.*) Scipio cum * fratris filium audiret ignauia & luxu diffluere, & ſeditionib⁹ agitari: negauit eũ hoſtes deuicturũ, priuſquã ſuos pro imperio cohercuiſſet.

*Diabolus Eccleſiæ præſes.*

GENNADIVS patriarcha Cõſtantinopolitanus,noctu ſacrariũ ingreſſus orandi cauſa,ſpectrum uidit diabolicum: idq; clamare audiuit, ſe illo quidem uiuente cedere :poſt uerò planè potiturũ eſſe Eccleſia.

*Nobilis è crumena.*

*γενναῖος εἶ ἐκ βαλαντίου.*) Nobilis es è crumena. De ijs qui ob diuitias haberi nobiles uolunt. Et:

*Opibus potior eſt uir ſtrenuus.*

*Commiſeratio.*

*γενναιότατος.*) Hei mihi miſeræ,ut malè habes,de me præclarè meritus?quam è morte eripuiſti?

*Aetas uel 7 uel 30 annorum.*

*γενεά.*)Aetas quibuſdã ſeptenos cõtinet annos. Vnde medici uetãt, duas ætates habẽti,id eſt annos XIIII nato, uenã incidi,quòd ſanguine adhuc egeat,q nondum in eo redundet: alijs trigenos. Vnde & Neſtorem Pyli ſepultum uolũt annos uixiſſe XC. Vnde *τριγέρων καὶ τριγέρων*,id eſt ter ſenex dicitur.

GENETHLIVS,Genethlij F. Palæſtinus,Petræus,ſophiſta, Minutiani & Agapeti diſcipulus:docuit Athenis,æmulus Callinici,illuſtris uiri. Soletti fuit ingenio,totãq; declamationẽ auditã memoriter recitauit. Obijt iuuenis, annos 28 natus. Scripſit ſermones ſeu diſputationes, & declamationes inter quas eſt Exul,ſemetipſũ uẽditur⁹ poſt Thebanũ excidiũ: Propempticũ ad ſuos amicos, Daduchũ, Aſclepiadem, & Panegyricos.

*Memoria inſignis.*

*γενέσεως.*)Anima in mundo ( ſæpius naſcitur )oberrat, obliuione & improbitate onerata.

*Mens addicta Deo.*

*γενέσεως.*)Iſidorus , mundum deſpuens, animo ſemper erat in Deum intento:neque quicquam aliud aut agentem uideres,aut loquentem audires , quàm eadẽ de ijſdem, aut dẽ uirtute & uitio.

*Fatum. Mens. Voluntas.*

*γενέσεως.*)Antiquior fato eſt mens, & libera uoluntas.

*Γενετυλλίς.*)dea Veneri iuncta, naſcendi cauſa, Genetyllis inde dicta. Alij Dianæ Genetyllidas, & partubus attribuunt.

*Vis gignendi, creſcendi, nutriendi.*

*γεννητική.*)Gignẽdi uis, præſtãtiſſima & precioſiſſima eſt naturaliũ animæ facultatũ. Proxima, uis creſcẽdi: tertia nutriendi. Nã huius quidẽ uirtus eſt, conſeruare (indiuiduum)ſpeciẽ. Tantiſper enim ſalui ſumus , dũ nutrimur. Creſcendi uerò uirtus, ad perfectionẽ & modũ à Natura præfinitũ perducit. Quem tã animantes quã ſtirpes adeptæ, ad id quod Naturæ maximè propoſitũ eſt, hoc eſt ad gignẽdi facultatem accedũt. Is enim præcipuus Naturæ finis eſt, ob appetitionem æternitatis, quæ mortalibus per ſucceſſionem comparatur. Itaq; creſcendi uis, generandi collata facultati, materiæ locũ obtinet: ut nutriendi uis, ſi cum facultate creſcendi comparetur.

*Natura æternitatem appetit.*

*Athenarum diſtributio.*

*γεννῆται.*) Gentiles. Eiuſdẽ generis ſocietate cõiuncti: nõ quidẽ ratione cognationis & ſanguinis, ſed propter familias in curias diſtributas : Inter quos talis eſt cõmunitas: qualis inter municipes & curiales, cõſtituta lege. Olĩ eñ in certas partes diſtributi fuerũt Atheniẽſes: quarũ maximæ trib. dicebãtur: eæq; IIII fuẽre, imitatione quatuor anni tẽporũ. Rurſus unaquæq; tribus tripartita fuit: cuius pars quælibet (*φρατρία τριττύς*)curia & triens nominabatur. Rurſus curiæ ſingulæ in Gẽtes (*γένη*) 30 diuidebãtur: è quib. ſacerdotia gentilicia, & curiones ſorte legebãtur : ut numerus dierum anni CCC LXV compleretur. *γεννήτας* tradit Philochorus, olim *ὁμογάλακτας*, id eſt collectaneos appellatos.

Virtutes.

γενικαί.) Generales, ſeu cardinales uirtutes IIII ſunt: prudentia, fortitudo, tẽperantia, iuſticia.

Geometria.

γεωμετρία.) Geometria, ſcientia eſt eius quod ſciti, aut opinione comprehẽdi poteſt. Nam in his Geometria uerſatur, inuenta ab Aegyptijs, mandataq́; literis, amplitudine terræ & diuiſione locorum prius edoctis.

Piſides.

°GEORGIVS, Diaconus magnæ Eccleſiæ, & Chartophylax, cognomento Piſides: opificium ſex dierũ tribus millibus uerſuum Iambicorũ expoſuit. Scripſit de Heraclio imperatore, & bello Perſico, & Abarica, ſoluta oratione: laudationem martyris Anaſtaſij.

γέρα.) Luſtrato exercitu, & pręmiis, ꝓ ut æquũ erat, in ſingulos diſtributis: ita demũ imperator mouere bellũ inſtituit.

γεραίανδρον μεταφυτευόμενον.) Vetus arbor tranſplantata. Prouerbium, de re impoſſibili: monens, ſenibus non mandanda eſſe opera iuuenum.

GERANIA, mons intra Megara & Corinthum: è quo Ino, Athamantem fugiens, in mare deſiluit.

Gruum uolatus.

γέρανοι λίθους καταπεπωκυῖαι.) Apud Ariſtophanẽ: Grues, quæ lapillos deuorarũt. De ijs qui prudẽter aliqd agũt. Grues .n. quia in ſublimi uolãt, & ob directũ impetũ aſpectus deorſum impeditur, lapillos geſtãt, quos laſſatæ uolatu deijciunt, ut ſentiant terráne an mari ferantur. Quòd ſi in mare deciderit lapis, pergũt: ſi uerò in terram, requieſcunt.

GERASA, urbs Cœleſyrię, cuius urbes ſunt 14. Ex hac oriũdus fuit Ariſton, orator elegãs, ut Philo: & Cerycus ſophiſta: & Plato, orator iuriſcõſultus: qui de omni diſciplinarũ genere, tanquã de una, ex tẽpore diſſerebat. Idẽ in defenſionibus, & inter aſſeſſores, & pro tribunali legũ ęquitati ſtudebat. Patriũ nomẽ eſt Geraſenus.

GERGETHES, nomen urbis.

γέραιρε σαυτὸν μεγαληγορῶν.) Prouerbium: Delecta te magnificè loquendo.

GERAESTVS, nomẽ portus, & pagi: in quo eſt Neptuni ędes: à Gerę̃ſto Iouis F. Incolæ Geræſtij dicuntur.

Felix Athenienſium temeritas.

γεραίτερος.) Fert̃ ſermo quidã ſeniorũ: *Quæcunq, inconſiderata & ſtulta cõſilia cœperimus, Omnia nobis bene uertere.* Neptuno enim & Minerua de Attica decertantibus, cũ Minerua uiciſſet, Neptunũ dolore repulſę imprecatum urbi eſſe ferunt, ut Athenienſes perpetuò malè conſultarent. Quo audito, Mineruã adieciſſe, ut mala conſilia bene cederent.

GERES, nomen eſt populi pauperis, & calui Chaonũ, qui ob molliciem malè audiebant.

Germani. Franci. Celtæ.

GERMANICUS, Frãcus. Germani qui Rhenũ flumẽ accolũt, Celtæ dicuntur.

Explicatio ſomnij.

γέροντα σαυτὸν εἰ βλέπεις, ἕξεις γέρας.) Senẽ eſſe te ſi uideris, habebis præmiũ. ὀνειροκριτικόν. & Prouerbiũ: Ne quid unquã in ſenem beneficij cõtuleris. Monet, nõ ſine iudicio benefaciendum eſſe.

Seni non benefaciendum.

γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.) Vetula uulpes laqueo non capitur. De ijs qui ob ſenectutem periti rerum ſunt, nec inſidiis opportuni.

° γέρων βοῦς ἀπένθητος δόμοις.) Vetulus bos lugetur à nemine. De ijs qui (ſuo tẽpore) purè mortui ſunt.

γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δὲ ἁλίσκεται.) Vetulus ſimius capitur ille quidem, ſed tardè capitur. De ijs qui ſemel cladem acceperunt.

Domnus medicus.

GESIVS, ſub Zenone fuit, arte medica celebris, genere Petræus: qui Domno Iudæo, præceptore ſuo, euerſo, & ſodalibus penè omnib. ad ſe pertractis, ubiq; notus magna gloria florebat, nõ ob medicũ tantũ apparatũ uel docẽdi, uel curãdi: ſed & ꝓpter cæteras oẽs diſciplinas. Quia enim uir erat honoris cupidus, & patiẽs laboris, cùm cæterarũ rerũ diligẽtia, nõ ingenio, longo tẽpore opinionẽ ſapientiæ ſibi cõparauit: tum in actionė medica & diſputatione ſubtiliore, omnes ętatis ſuę medicos & iatroſophiſtas id eſt, medicinę doctores, ſupauit. Quãuis autem ſerò ſcientiam ſuam publicè oſtentare cœpiſſet: celeriter tamen euectus eſt, eaq; floruit, homo pompoſus & oſtentator: philoſophus parum accuratus, ſed medicus inſignis. Vnde & maximam pecuniam coegit, & Romanas dignitates non uulgares eſt adeptus. Probo autem probæ naturę generoſum animum.

Heraiſcus. Zeno.

nam Heraiſcum, & dum quæreretur à Zenone imperatore, domi ſuæ occultauit, contempto periculo, & in fuga ex morbo defuncto, iuſta honorificè ꝑſoluit. Baſilicus uerò ea de cauſa miſſus, Agapium cæterosq́; philoſophos comprehenſos in palatium perduxit.

Strategema.

γέσοι.) Romani pilis humi defixis, & galeis impoſitis, eminus aſpiciẽtib. eã ſpeciẽ præbuerũt, quaſi in tumulo manerent.

Ariſto.

γεφυρίζων.) Sylla uaſtatis Athenis, parum abfuit quin urbem per iracundiam funditùs euerteret, ob crebra Ariſtonis dicte-

dicteria,& ſuperbas irriſiones toto obſidionis tempore.

Gephyraei (Herodoto autore) peregrini & aduenæ Athenis habitarũt.

*Tellus turrigera.* γῆ.) Tellus, cum ſedes ſit omnium urbium, turrigera fingitur.

*Terrigenæ.* γηγενὴς.) Terrigenæ, terra nati, ꝓprie Adam & Eua: quia non è coitu orti. Per abuſionem, omnes homines. Ariſtophanes in Nubibus, philoſophos terrigenas appellat, quaſi impios, & deorum oppugnatores. Dicuntur etiam terrigenæ, qui terrena cogitant.

Terram, uetus opinio eſt, à uentis exagitatam moueri.

γῆ ζώντων) terra uiuentium: id eſt, uita quæ expectatur, remota à morte, & libera doloribus.

γῆ θαλάττῃ συναναμίγνυται.) Terræ mare miſcet: Prouerbium, de ualde iratis.

Gethusa, urbs Libyę: unde Gethuſæus, Gethuſius, uel Gethuſites.

*Colonia Athenienſium.* γῆ κληρουχικὴ.) Athenienſes hoſtili terra capta, ciuibus eiectis, agros inter ciues ſuos ſorte diſtribuebant.

*Solonis uerſus.* γηράσκω δ᾽ ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.)
*Semper diſcendo plurima fio ſenex.*
Prouerbium, de ijs qui ætate fiunt prudentiores.

*Imbecilla ſenectus.* γηραιός.) At ille quamuis ſenex, & longiſſimo iam tempore utróque pede captus, ita ut ne equo quidem uehi poſſet: tamen robuſtiſſimi adoleſcentis inſtar, laboribus non defatigabatur: ſed lectica in aciem ferebatur.

*Senum cu ratio.* γηροτροφῶ.) Sophocles: Vt ſua ſenectus perpetuò ab illo ſuſtẽtaretur: donec ad receſſus inferni dei peruenifſent.

*Atramentum & calamus immortales faciunt.* γῆρυω.) In epigrammate: Atramẽtario cum calamis, æuum propagat famã defunctorum ad poſteros.

γηρυόνῃ διαμάχεσθαι τετρακεφάλῳ.) Cũ quadricipiti Geryone dimicare, qui Herculi multum negocij faceſſit: hoc eſt, aggredi hominem inexpugnabilem. Sic autẽ notat Ariſtophanes Lamachi galeam, quæ tres criſtas haberet. *Lamachum.*

*Tellus.* γῆς ἄγαλμα.) Telluris ſimulacrũ. Mulierẽ fingũt Veſtã .i. tellurẽ, tympanũ geſtãtẽ, quòd terra in ſe uentos concludat.

γῆς βάρος, & γῆς ἔντερα.) Telluris onus, & telluris inteſtina: id eſt, lumbrici. De hominibus nullam ad rem utilib.

γῆς ὀμφαλός.) Terræ umbilicus, templum Apollinis.

γιγαντιᾶν.) affectum eſſe inſtar gigantum, & tyrannico animo.

γίνεται.) Ea quæ fiunt, tribus rationib. fiunt: alia æquitate quadã, & propter tẽpora, ſeu diſpenſatione, κατ᾽ οἰκονομίαν (ut uulgò dicunt) alia approbatione, κατ᾽ εὐδοκίαν: alia conceſſione, κατὰ συγχώρησιν γινόμενα. ea quæ facta ſunt, utiq; euenerunt: γινόμενα uerò (ea quæ fiunt) uel eueniũt, uel non eueniunt. *Aequitate. Approbatio. Conceſſio. γενόμενα. γινόμενα.*

γλάμων.) Solent medici oſtentationis ergò patrias etiam plantarũ nominare, ut tithymallũ Laconicũ, Cyrænaicũ ſuccum, ut Smyrnæum. τί δ᾽ ἣν νεοκλείδης ὁ γλάμων σε λοιδορῇ; Quid tum, ſi Neoclides lipp⁹ tibi maledixerit? Is malè audiebat, ut ſycophanta, & peregrinus, & fur. *Medicorum oſtentatio.*

Glanis uates, frater Bacidis.

γλαῦκας εἰς ἀθήνας.) Noctuas Athenas. De ijs qui merces inutiles apportant. nã ea quidem auis frequens eſt Athenis. & γλαύκειον ᾠόν, noctuinum ouum.

Glaucus Caryſtius pugil XXV Olympiade coronatus, etiam Pythia ter uicit, Iſthmia decies, toto corpore robuſtus. Qui cum araret: uomerem caſu elapſum, manu pro malleo uſus, repoſuit. Quod conſpicatus pater, Olympiam eũ perduxit, luctaturũ. Qui cum, ut homo imperitus, ab aduerſariis uulneratus, ceſſurus eſſet: patrem clamaſſe ferunt, παῖε τὴν ἐπ᾽ ἀρότρου, Ictum infer qualem aratro. Cum igitur uiolẽtius percuſſiſſet aduerſarium, uictoriam eſt adeptus. Statua eius rudibus eludentis ſpeciẽ præ ſe fert: quòd ſolers fuit manuum agitator. *Manum pro malleo.*

γλαῦξ ἵπταται, Noctua uolat. Noctuæ uolatus, uictoriæ ſignum habebatur.

γλαῦκες λαυριωτικαί.) Noctuæ Lauriotica: De pecunioſis. nam in Laurio Atticæ ſunt auri metalla. Nummis autem aureis noctuas inſculpebant.

γλαύκου τέχνη, Glauci ars. Prouerbiũ, de ijs qui aliquid facilè cõficiũt. à Glauco Samio quodã, cõflatiõis ferri inuẽtore. *Conflatio ferri.*

γλίσχρον.) Ego uerò ab iſtis auelli uix poteram, & tenaciter iſti (εὐθείας fortaſſe, pro ἀληθείας) futilitati inhærebam: ut qui uerè per ſomnium locupletatus eſſem.

γλωσσαλγία.) Boni patris fili, ego quõdam adoleſcens, linguam quidem ignauam, manũ aũt habui operoſam. Nũc re periclitata, uideo mortalibus linguã, nõ facta, omnium rerum eſſe ducem. *Lingua. Manus.*

γλῶσσα ποῖ πορεύῃ;) Lingua quò uadis? Vrbem euerſura, & inſtauratura. Prouerbiũ, de ijs qui oratione ſua uel proſunt, uel nocent.

γλώσσαργον τὸ ἔθ(νος).) De hominibus expeditis & garrulis.

γλωσσηματικά..) Lingua tu quidē polles. Virũ ego uerò ſcio neminē Bonũ, q perpetuò uideri uult ſe rectè dicere. *Oratione ſemper uictor eſſe uelis.*

γλῶττα.) Lingua pleriſq; ſaporib. humectatur, à nõnullis etiã ſiccatur: ut pipere, ſalſamētis, & alijs infinitis, quãuis ea guſtabilia ſint: nõ quidē quatenus ſapida ſunt: ſed ob tactilem aliquã qualitatem, cuiuſmodi eſt ſiccitas. Neq; enim ſiccus panis ſiccat, aut etiã bellaria fortaſſe, & ſimilia: ſed quia ſicca ſunt, aut cã lida, humorem linguæ extrahũt. Linguã aũt facultate quidē oportere humidam eſſe, non aũt actu, ex eo cõſtat: quòd qui lingua ſunt aut humecta nimis, aut arida, hi guſtabilia non percipiunt. eaq; dē cauſa humidior iuſto lingua ſapores nõ ſentit, φ humor, qui ei ineſt, cũ ſapidus ſit, & primùm illam attingat, linguæ tactus eſt, ipſe percipiendum ſe præbens, proptereaq; non ſinens externa percipi. Cuius rei ſignum eſt, quòd ij qui aliũ ſaporem priùs guſtarunt, præſertim uehementiorē, poſteriores non percipiunt. *Humores. Sapores. Siccitas. Lingua facultate humida.*

ὅτι τὴν γλῶτταν.) Linguã natura fecit ad duas functiones: quarum una cõfert ad id ut ſimus: qui guſtatus eſt, & ſaporũ diiudicatio: altera, ut nobis benè ſit, quantum ſcilicet ad ſermonē attinet. Sic eadē natura etiã reſpirationis duo munera fecit: unũ ad id ut ſimus (nã ad interni caloris refrigerationem confert) alterum ad id ut bene ſit nobis, uidelicet ad ſermonē. Vocis aũt (id quod neceſſariũ Naturæ munus eſt (καὶ διαμονῆς αἴτιον, lego) & cauſa conſeruationis) materia eſt, aër qui expiratur. Effectrix cauſa, natura eſt: inſtrumentalis, aſpera arteria, quæ eſt fiſtulæ inſtar. Ferè itaq; adoleſcentes magis uocales ſunt, quod læuem eã habẽt: ſenes uerò minus, quod eãdem aſperã. Finis linguæ eſt, ſignificatio: ideo tributa animãti, ut per eam animi affectiones declaret. Ac ſermonis quidem materia, eſt uox: effector uerò, animus rationis particeps: inſtrumenta, lingna, palatũ & dentes: finis, explicatio cogitationum. Inſtrumentum uocis, ſunt fauces. *Guſtatus. Oratio. Reſpiratio. Adoleſcentes cur magis uocales. Volucres garrulæ.*

τῶν πτηνῶν.) Volucres quæ linguam habent, & genas hominibus cõſimiles, uoces humanas imitari poſſunt: ut picæ, pſittaci, & ſimiles.

γλώττῃ πολεμίζειν.) Lingua uti p gladio.

γλωττοστροφεῖν.) Verſare linguam, uerſutum eſſe in dicendo: aut negocia peruertere, & abundare uerbis. Ariſtophanes: Niſi linguam uerſare didicero, periero.

γλοιός.) Lubricus, ardelio: ſic dicuntur improbi, leues, mutabiles, ij qui animo claudicant, & nihil ſtabile cogitant, cum quidem aliud profiteantur, aliud ſentiant & agant, ob lubricum & perfidum ingenium. Vſurpatur etiam de inquinato, ſordido & tenaci. Translatio ſumpta eſt à denſato balneorum oleo: cui qui innititur, labaſcit.

γλυκεῖ ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος.) Dnlcia poma ſunt abſente cuſtode. De ijs qui ſine labore fruuntur alienis.

τρώγων γλυκερὰ πικρὰς ἕξεις τρόπους.) Edens dulcia, moribus eris acerbis. ὀνειροκριτικόν. *Explicatio ſomnij.*

γλυκὺ μέλι καὶ πνιξάτω.) Dulce mel uel ſuffocet. Terpandro canente, & ad cantum hiante, quidam ficu in fauces eius coniecta, hominem ſuffocauit. *Terpandri interitus.*

γλυκὺς ἀγκών.) Dulcis cubitus: p ſuauibus moribus.

γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.) Dulce bellũ inexperto. De ijs qui ex imperitia res periculoſas ſuſcipiunt.

γλυκυσίδη.) Quæ & Pœonia dicitur, radix medica, ui laxandi (ut medici tradũt) prædita.

τὸ γλυκὺ ὕδωρ.) Aqua dulcis frigidior eſt quàm ſalſa.

γνάφαλα.) Vlſus ſibi quidam frumentum tomēti loco habere in culcitra, matrem genuit.

γνῶθι σαυτόν.) Cognoſce te: Chilonis ſcitè dictum. Pertinet prouerbium ad eos, qui de ſe plus profitentur, quàm præſtare poſſunt.

γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ νόμισμα παραχάραξον.) Cognoſce te, & monetã adultera. Pythica præcepta ſunt, quæ iubēt opinionem popularē contemni, ac à uulgari potius conſuetudine quàm à ueritate recedendum eſſe (τὸ, διὰ λεωφόρου μὴ βαδίζειν.) *Adulterare monetam.*

γνωματεύων.) Alia diſputant, alia decernunt.

γνώμη.) Arrianus: Hic diuino fuit ingenio, dum uiueret, ac receſſit ad ſuperos.

γνώμη.) Nullum Ius armis potentius. Quiſquis enim uiribus potior eſt, æquio ta ſemper & facere & dicere putatur. *Ius in armis.*

γνώμη.) Qui pntat uidere ſe ea quę nõ uidet, in eo iam non tam oculi peccant, quàm ipſa mens.

GNOMONEM ſolariorum inuenit Anaximander.

γνωρίζω.) Eũ ſi ego nunc tibi facio notum,

tum, idfacio quod prouerbio dicitur, tuum tibi ſomnium ut narrem.

*Notius natura, bonum.* γνωριμώτερον.) Notius bifariam dicitur: aut ſimpliciter & per ſe, ut prius poſteriore: aut nobis, quòd eſt natura poſtremum, compoſitum ſcilicet.

γνώριμοι.) Pythagoras Samius diſcipulos habuit amplius DC.

*Cognitio identitate, diuerſitate.* γνῶσις.) Omnia cognoſcuntur aut ſimilitudine quadam, & (uenia uerbo no-uo detur) Identitate, aut diſſimilitudine & diuerſitate. Album enim, & albi & nigri collatione dijudicamus. nam quod eſt nigro contrarium, album eſt. Ac naturam eiuſdem & diuerſi, in conſtituenda cognitione permiſtam eſſe perhibēt.

γνωσιμαχῆσαι.) Mutare ſentētiam, amplecti id quod iuſtum & decorū eſt: aut, & ſuam imbecillitatem, & aduerſariorū uires intelligere.

*Magiſtratus ſolicitudo maior.* γνωτὰ.) *Mi Oedipe, nota, non ignota mihi Adeſtis expetentes. ſatis enim ſcio, Vos laborare omnes: & cum laboretis ut ego, Nemo ueſtrûm eſt qui aequè laboret. Nā ueſter quidē dolor ad unū ſolum pertinet Per ſeſe, nec latius patet. Meus uerò animus Et rempublicam, & me & te ſimul gemit.*

GNYRI filius fuit Anacharſis, ſed matre Græca natus.

*Mulierum placentæ.* γογγύλιον.) Mulieres, ut ne uoraces eſſe uideantur, placentas rotundas faciūt, quo frugaliores putentur.

γοητεία.) Goetia, magia & pharmacia, inuentæ à Perſis & Medis, differunt. *Magia.* Magia enim eſt inuocatio dæmonum bene ficorum, ad bonum aliquid efficiendū: cuiuſmodi fuerūt Apollonij Tyanei ora-*Goetia.* cula. Goetia, manes inuocatione elicit: dicta à lamētis & fletib. qui ad ſepulchra *Pharmacia.* fiunt. Pharmacia uerò, cū uenenū aliqd' letale certo modo paratū, ꝑ os ingerit.

GOLIATHES, uir Palæſtinus ingēs, quatuor cubitorū & dodrātis, armis ꝓceritati corporis reſpōdentib. ornatus.

γολόσσης.) Guluſſa Numidarum rex.

γόνυ κνήμης ἔγγιον.) Genu crure ꝓpius. De ijs qui (ſemetipſos plus alijs diligūt) alios plus ſemetipſis diligunt. (Lego ἄλλοι τῶν ἑαυτοὺς μᾶλλον ἑτέρων ἀγαπώντων.) Nonnulli de ijs intelligunt, qui cognatis ſuis aliquid præſtare debeant.

GORGIAS Charmantidæ F. Leontinus, rhetor, Empedoclis diſcipul', magiſter Poli Agrigentini, & Periclis, & Iſocratis, & Alcidamantis Eleatæ, qui & in ſchola illi ſucceſſit. Fuit & frater Herodici medici. Etſi autē Porphyrius eum in Olympiadē LXXX refert: tamen ſciendū eſt, eū eſſe antiquiorē. *Inuenta Gorgiæ.* Hic Oratoriæ diſciplinæ uim elocutionis & artis tribuit: & tropis & metaphoris, & allegorijs, & hypallagis, & abuſionibus, & traiectionibus, & cōduplicatis, & repetitionibus, & apoſtrophis, & cōparibus uſus. Exigebat à qlibet auditore minas XC. uixit annos CIX. Scripſit multa.

GORGONES, tres mulieres, ad Thraſum, ſiue fluuiū ſiue locū Africæ habitantes, uultibus adeò terribilibus, ut eas intuētes morerentur: quarū unā Perſeus falcata haſta interfeciſſe traditur.

GORGVS, Meſſenius, nulli ciuiū opibus & nobilitate ſecundus, adulta ætate pugil celeberrim' euaſit. Nā & ſplēdore, & uitæ inſtituto, atq; ētnumero coronarū, nemini ſuæ ętatis cedebat. *Idem & pugil & magiſtratus bonus.* Idē gymnicis certaminib. relictis, cū ad Rēpub. gerēdā & patriæ negocia ꝓcurāda ſe cōtuliſſet: in eo qq; genere gloriā nō minorē illa uetere eſt cōſecut'. Nā & plurimū ab eſſe à ſtupore, pugilib. ineſſe ſolito, & ſūma induſtria prudētiaq; ꝑdit' eſſe, in pu-*Pugiles ſtupidi.* blicis negocijs adminiſtrandis, ꝓbabat.

GORDIAEVS, Septēb. apud Maced.

GORTYNA, urbs Cretæ, ab heroe Gortye. Dicitur & Gortyn & Gortys: dicta & Lariſſa & Cremnia. Eſt & Gortys inſulæ nomen.

σχέτε γυνάσομαι τ̃ βάρβαρον, ὑφ' ἐπ' ἐμαυτῷ κλαύσομαι.) Deſinā ſupplex eſſe barbaræ puellę, nec meam ſortem deplorabo.

γωνία.) Ariſtophanes: Monſtrans hiſce regularum ſubtiliū rationes, & uerborum ſinuoſos flexus.

*Literæ. Medicina. Apis. Aeſculapius.* γράμματα.) Literas Phœnices inuenerūt, unde Phœnicię dictę ſūt, quas cadmū ſe rūt primùm in Gręciā attuliſſe. Medicinā Apis Aegyptius, quā Aeſculapius auxit.

γραμματική.) Grammatica eſt ſcientia legendi & ſcribendi. γραμματιστής, Literator, qui prima elementa docet.

γραμμή, linea eſt, ſuperficiei finis: aut longitudo tantùm ſine latitudine. πρόβαινε νῦν ὦ θυμὲ, γραμμὴ δ' αὐτηί: Progredere nunc anime mi, hi ſunt carceres.

*Valentis edictū reſciſſa.* GRATIANVS audita Valētis patrui morte, dānataq; eius aduerſus Chriſtianos ſæuitia, miſſos ab illo in exiliū celeriter reuocauit, reſtitutis bonis, & dānis compenſatis: Legeq; cōceſſit omnibus, *Heretici arcentur templis.* ut ſecurè & abſq; cōtentione in ſuis eccleſijs cōuenirent, ſoliq; templis arcerētur Eunomiani, Photiniani, Manichæi.

γραῦς.) Anicula paupercula, capta pe-

*Aquæ medicatæ.* dibus, ob bonam famam aquę Pæonię, huc uenit aliquando, cum baculo querno tepens.

γραῦς ἀνακροτήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει. Anus ubi plaudere cœpit, magnum excitat puluerem. De ijs qui propter peritiam rerum, multa negocia mouent.

γραῦς.) Anus, inſtar equi ſepulchrum habebis, in uoragine torrẽtis. De ijs qui meritò ultimo ſupplicio afficiũtur: ſicut equi ſenio confecti, in torrẽtes & foſſas præcipitantur.

γραῦς σέριφος.) Anns Seripha. De ea quæ uirgo conſenuit. Metaphora ſumpta à locuſta agreſti, quam anum Seripham & uatem uocant.

γραῦς χορεύει.) Saltat anus. De ijs qui aliquid præter ætatem agunt. nam adoleſcentulas decet ſaltatio.

γραῶν ὕθλος.) Aniles fabulæ. De uerbis inanibus.

γραφή τι καὶ λευκαῖος οὐ ταυτόν.) Non idẽ eſt (pictura) ſcriptura, & Leucęus. De ijs qui diſſimiliter (pingunt) ſcribunt.

γραφεύς.) In monimentis defunctorũ pingebantur ampullæ olei.

*Sycophantica minæ.* γράφομαί σε φόνου.) Reum te facio cædium, & uiolatarum legum, apud Rhadamanthum. Ariſtophanes: Arguam eũ Medis prodidiſſe Græciam.

GRAECI, à pago quodã, aut à Græco.

GREGORIVS, Nazanzenus epiſcopus in Cappadocia, uir clariſſimus, Baſilij Cæſarienſis in eadẽ Cappadocia epiſcopi neceſſarius: non ſolùm grammaticus & ingenioſus poeta, ſed multo magis etiam in philoſophia exercitatus, & orator ſolers. Soluta oratione ſcripſit multa: ut eius opera uerſuũ millia XXX compleant, de quibus hæc ſunt. *Scripta Nazanzeni.* De obitu fratris Cæſarij: Funebris in ſuũ parentem: alia in Corgoniam ſororẽ: de pauperibus amandis. Laudes Maccabæorũ, laudes Cypriani, laudes Athanaſij, laudes Heronis philoſophi. Contrà Iulianum imperatorem orationes duæ. De Spiritu ſancto oratio una, Panegyricæ orationes X: aliæq́; plurimæ, notę omnibus. Secutus eſt dicendi genus Polemonis Laodicẽſis, qui Smyrnæ docuit, præceptoris Ariſtidæ rhetoris. *Dicendi genus.* Scripſit & alium librum uerſibus hexametris, uirginitatis & cõiugij colloquium, & de alijs argumentis, diuerſis & omnis generis uerſibus, quorum ſumma eſt ad XXX millia. Superſtes adhuc, alio eccleſię ſuę epiſcopo deſignato, ipſe in agro uitam ſolitariã exegit. Annos amplius XC natus, XIII Theodoſij imperatoris anno, excedit è uita, haud dignum uirtutis ſuæ præmium conſecutus, ut qui principis urbis ſedem nõ obtinuerit, prælatis deterioribus uiro uirtute & claritate uitæ omnibus antecellenti. *Vita ſolitaria.* *Byzantij patriarchatu excluſus.*

Gregorius, Nyſſenus epiſcopus, frater Baſilij Cęſarienſis, uir & ipſe clariſſimus, omniq́; doctrina refertus, magis tamen eloquentiæ ſtudioſus. Itaq; in ea multũ profecit, & illuſtris euaſit, ut quiſquã ueterum. *Scripta Nyſſeni.* Scripſit orationem contra Eunomium egregiam, & librum admirãdum de opificio hominis, & alios plurimos ſermones, & in Cantica canticorum: & in Eccleſiaſten: & ad ſororẽ Macrinam, prolixam & perelegãtem cõpoſuit orationem, aliaq́; multa ſcripſit: & nunquã ſatis prędicatam laudationẽ protomartyris Stephani: itemq́; uitam Gregorij, qui miraculis claruit.

*Thaumaturgus.* Gregorius, qui & Theodorus Thaumaturgus, Neocęſarię Ponti epiſcopus: admodum adoleſcẽs, ob doctrinã Græcarum & Romanarum literarũ, è Cappadocia Berytum, inde Cæſaream Palęſtinæ ſe cõtulit, unà cum fratre Athenodoro: quos ſeorſim etiam ad Chriſti fidem adductos, Origenes ſui admiratores effecit. *Athenodorus.* *Origenes.* Annos igitur quinq; apud eũ eruditi, In patriam remittuntur. À quo cum Gregorius diſcederet, Panegyricã grati animi ergò Origeni ſcripſit orationem: & omnibus indigenis conuocatis, ipſo etiam Origene præſente, recitauit: quæ etiamnum extat. *Panegyricum in Originem.* Scripſit metaphraſin in Eccleſiaſten, breuem illam quidẽ, ſed admirandam orationem. Scripſit & epiſtolas multas atq; uarias. *Miracula.* Factus epiſcopus, ſigna & miracula, quæ uires hominis ſuperant, edidit. Deceſſit ſub Iuliano. Huius frater Athenodorus rhetor fuit. Scripſit & de Incarnatione & fide librum.

*Hermias.* Gregorius frater Hermię philoſophi, planè contrarius Hermię, ſupra modum acutus, & ad quæſtiones & diſciplinas expeditus: alioqui uerò nõ quietus, nec placidis moribus, ſed propè concitatis. *Morbo hebetatũ ingenium.* Cum autem Athenis Alexandriam ueniſſet, in morbum incidit, ut paruus eius uſus eſſet: nec ea uis ingenij, quæ pridẽ fuerat, ſupereſſet.

γρῖφος.) ἰὼ ἐσὶ παῖδες ὅμηρον ἤκαχον ἐκ μυσῶν γρῖφον ὑφηνάμενοι. Griphus, perplexa oratio, & difficilis, quæ aliquid in ſe

habet

haber reconditum: & γριφώδης λόγος. In lo pueri Homerum Moleſtia affecerũt, gripho Muſis propicijs cõtexto. ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ'· ὅσα δ' οὐκ ἕλομεν φερόμεσθα. Quæ cepimus, reliquimus: quæ non cepimus, ferimus.

GRONIA, urbs Phocidis: unde Gronienſis: A' Grynia, quæ eſt Troadis, fit Grynenſis.

τὸ Δίωνος γρῦ.) Dionis gry. Prouerbium, de re parua & uili.

GRYLLVS Xenophontis F. qui in pugna ad Mantineam occubuit, & alter Diodorus.

GRYTTVS quidã, ut effœminatus, malè audijt. Alij Grypum ſcribunt, qui fuerit depygis.

GYAROS insula, una ex Sporadibus, in qua mures ferrum corrodere ferũtur.

*Lydorũ regum res geſtæ.*

GYGES Lydus, & ipſe ſuſcepto regno, cum exercitu Miletum & Smyrnam eſt adortus, & Colophonem urbem cæpit. Præterea nihil memorabile geſſit, cũ regnaſſet annos duo de quadraginta. Hũc igitur his expoſitis miſsũ faciamus. Ardym uerò Gygis ſucceſſorẽ referam, qui & Prienenſes ſubegit, & Miletum oppugnauit. Hoc Sardibus dominante, Cimmerij ſedibus ſuis per Scythas uagabũdos pulſi, in Aſiam profecti, Sardeis urbem præter arcẽ cæperũt. Ardyi XLIX regni anno ſucceſſit Sadyattes: regnauit annos XII. Sadyatti Halyattes: qui Cyaxari ex poſteritate Deiocis, & Medis bellum intulit, & Cimmerios Aſia expulit, & Smyrnam à Colophone conditã euertit, & in Clazomenas impetũ fecit. unde tamen nõ ex animi ſentẽtia receſſit, magna clade accepta. Alias quoq; res geſſit, dũ imperauit: ſed has memoratu maximè dignas. Bellũ à patre ſuſceptũ, cum Mileſijs geſſit. Adequitans enim oppugnabat Miletũ, hoc modo: Cum ſegetes in agris maturæ ẽrãt, cũ exercitu aderat, cũ fiſtulis & organis, & tibia uirili & fœminea. Quoties autẽ in agrũ Mileſiũ ueniebat: uillas neq; diruebat, neq; cremabat, neque fores auellebat, ſed ſuo loco relinquebat: uaſtatisq́; agris & arboribus, recedebat. Nam cum mare tenerẽt Mileſij, locum obſidionis non habebat exercitus. Suburbanis uerò ædificijs parcebat Lydus, ut terrã conſererent, & excolerẽt; ut ipſorũ culturam uaſtare poſſet. Hac ratione bellum annos XI duxit: quo tempore duas magnas plagas accepẽre Mileſij, in pugna ad Limeneiũ terræ ſuæ, & Mæandri planicie.

*Ardys.*

*Cimmerij. Scythæ nomades.*

*Sadyattes. Halyattes. Cyaxares.*

*Vaſtatione agrorũ, ſaluis ædificijs, fatigauit hoſtes.*

*Mileſij claſſe inſtructi.*

GYGIS anulus. De ſolertibus & callidis. Nam Gyges cũ paſtor eſſet, ac terræmotu humus diſceſſiſſet: cadauer inuẽnit, cui anulũ detraxit, ea ui præditũ, ut ꝑ cõuerſione palæ, cerneretur & nõ cerneretur. cuiꝰ anuli opportunitate uſus, anteceſſore occiſo, regnũ ipſe occupauit.

γύης οὐκ ἔνεστ' αὐτῷ.) Deniale illi nõ ineſt. Prouerbium, in eos qui aliqua in re ſunt inutiles.

γύλιος.) Fiſcella militaris uaſcularia, oblonga, in acutum deſinens, ut ne frangatur: in qua reponebant caſeum, & oleas, & cæpas. Dicĩ hęc penus militaris.

GYLON, cum Nymphæum, Ponti caſtellum, prodidiſſe crederetur, exulauit: & in Scythiam profectus, uxorem duxit: è qua ſuſcepit duas filias, quæ Athenas in patriam miſſæ nupſerũt, altera Philochatidi, altera Cleobulo.

*Dialectica utilitates.*

γυμνασία.) Dialectica ad tria eſt utilis: ad exercitationem, ad cõgreſſus, ad philoſophicas diſciplinas. Exercitationem uel eã dicit, quæ fit inter diſſerendũ (accepta eñ à ſocijs diſputationis problemata, ꝓbabilibus argumẽtis cõfirmat:) uel in utranq; partẽ diſſerendi rationẽ. Vſitatũ enim fuit hoc ſermonis genꝰ ueterib. ita ut ea ratione in plerisq; cõgreſſibus uterẽtur: nõ in libris, ut nunc. neq; enim tũ erant tales libri: ſed theſi aliqua poſita, in ea exercẽtes inuentionẽ ſuam, argumẽtando rationes afferebãt, ꝓbabilibus rationib. ꝓpoſitũ aſſerẽtes. Huiuſmodi libros & Ariſtoteles & Theophraſtus ſcripſit, q ex ꝓbabilib. oppoſita cõfirmant. Ad talẽ igitur exercitationẽ utilẽ eſſe dicit dialecticã. Nã ſi quã methodum, qua argumẽta inueniantur, habeamus, quæ eſt locorũ cognitio, facilius argumẽtari poterimus. ut enim in oratorijs exercitationib. q diuidere q̃ſtiones norũt, & ordinẽ capitũ pſpiciũt, facilius argumẽtantur: ſic etiã in dialecticis, qui methodũ norũt, ijs uberior argumentorum copia ſuppetit ad inſtitutũ. Eſt itaq; huiuſmodi exercitatio diſputationũ, utilis ad inuẽtionẽ eorũ q̃ inquirunĩ, & ueritatis: eũ animũ ad philoſophiã ita præparet, ſicut arte adhibita exercitationes corporis uires cõfirmãt. Eodẽ enim modo animi exercitatiões, adhibita methodo, animo ſuũ robur præſtãt. Suum autẽ animi ratione prędit robur eſt facultas, qua uerũ & inuenit, & iudicat. Reliqua ſuo loco explicantur, in uerbo ἐντεύξεις.

*In utranq; partẽ diſſerere.*

*Methodus, id eſt ars et perfecta rei cognitio, diſertos & copioſos facit.*

*Animi robur, ueri et inuẽtio, & diiudicatio.*

GYM-

GYMNASIA tria fuerunt Atticæ, Academia, Lyceum, Cynoſarges.

GYMNASIVS, Sidonius ſophiſtes, Imperatoris Cōſtantini tēporibus. Scripſit declamationes, & in Demoſthenem commentarium, & alia quædam.

γυμνῆτις.) Hic olim animo uirili in nuda ſe exercuit uira.

γυμνοπαιδία.) Planipedia. Cœtus puerorum Spartæ Laconicæ, qui hymnos dijs canebāt, in honorem Spartanorum, qui Thyreis occubuerant.

*Somnij explicatio.* γυμνὸς καθεσθεὶς, τῶν ὑπαρχόντων πραγμάτων.) Nudus ſedēs tuis cedes bonis. ὀνειροκριτικόν.

GYMNOSOPHISTAE, philoſophi apud Babylonios & Aſſyrios.

*Miſeriæ et inopiæ prouerbia.* γυμνότερος ἰαλέμου.) Nudior ialemo. De miſerabilibus. Ialemos uox eſt, quæ in fletu uſurpatur. Eodem modo, dicitur, Nudior piſtillo. Ariſtophanes uerò, Cæcior piſtillo dixit. Nudior leberide: id eſt, exuuijs ſerpentis & cicadæ. Alij pro nudior aut cæcior, ponunt inanior. Sic, Nudior clauo: de egentiſſimis.

γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττεις.) Nudo excubias mandas. De ijs qui per inopiam exequi mandata nequeunt.

γυναικοϊέρακες.) Fœminaccipitres. In promptu habēt iſti uenerei nepotuli ſpecioſas cauſas, quib. irretiāt mulierculas.

γυναικὸς ἄρ᾽ ἀντὶ τέτυξο.) Mulieri fuiſti ſimilis: apud Homerum.

γυναικὸς ὄλεθρος.) Mulieris peſtis. De ijs qui miſerabiliter perierunt: id quod accidit multis per mulieres.

γυναικὸς πυγή.) Mulieris nates. De ignauis, quòd domi eſt manendū mulierib.

γυνὴ εἰς ἡρακλέους οὐ φοιτᾷ.) Mulier fanū Herculis non frequentat. De ijs qui res ſe indignas gerunt, ex eo quòd Hercules ſeruiuit Omphalæ.

γυνὴ στρατηγεῖ.) Mulier exercitum ducit. De re inopinata.

γυνὴ μεγάλη.) Magna mulier, quæ ſcilicet uiro puſillo dominatur.

*Epicureus.* γύννις.) Cuias eſt iſte cinædus Malæ ſapientiæ ſtudens, & in impijs Epicuri ſermonibus ſeſe exercēs, & uoluptatibus, quas ille homo, effœminatus uerres celebrabat?

γυπὸς σκιά.) Vulturis umbra. De nullius precij rebus.

γύργαθον φυσᾷς.) Gyrgathum inſpiras. De ijs qui fruſtra laborant. Gyrgathus lectus eſt, in quo paralyticos & furioſos uerſant.

LITERA D.

DAGON, idolum Allophylorū, cui captam teſtimonij arcā dedicatūt.

δάκες, ἢ δάκοι.) Daci, qui nunc Patzinacitæ dicuntur.

δακνόμενος.) Lacedęmoniorum execratio eſt: Vtinam ædifices, ac terrā egeras, & equos alas, & uxor tua mœchum habeat: quòd hæc omnia ſumptuoſa & noxia ſint. *Structura. Equus. Adultera.*

DACIA, regio trans Iſtrum, in quam Traianus colonos miſit, eandemq; Aurelianus reliquit, nam Illyria & Myſia afflicta, cū fieri non poſſe crederet ut prouincia illa medijs fluuijs intercepta conſeruaretur, colonos Romanos, inde eductos ex urbibus & agris, in media Myſia collocauit, eamq; Daciam appellauit: quæ nūc ſita in medio, utramq; Myſiā ſeparat. Stephanus. Dacia, regio prope Boryſthenē. Dacos uocamus Daos. Getas uerò uerſus Pontum uergentes: Daos (Dauos) qui è contrario ad Germaniā & Iſtri fontes incolūt. Apud Atticos ſeruorū nomina ſunt Daui & Getæ. *Traianus. Aurelianus.*

δάκτυλος.) Hannibal, Carthaginenſiū imperator, Marcello conſule interfecto, cadaueri aſtans, ut omnia uulnera in pectore eſſe uidit, ut militem probauit, ut ducē deriſit: detractoq; anulo eius, epiſtolas obſignauit. Anuli è ſuccino, & ebhrnei, proſunt mulieribus. *Marcellus miles potius quàm imperator. Anulus. Succinum. Ebur.*

δακτύλου ἡμέρα.) Dactyli dies. De fortunatis. Dactylus enim quidā Athenis fuit, maximos adeptus honores.

DALDIS, urbs Lydiæ.

δαλὸς εἰς πῦρ.) Torris in ignem. Prouerbium.

δαμασίφρονα χρυσόν.) Pindarus appellat aurum, quòd domet atque decipiat mentem.

DAMASCIVS, Stoicus philoſophus, Syrus, Simplicij & Elamiræ Phrygum familiaris. Floruit Iuſtiniani Imperatoris temporibus. Scripſit commentarios in Platonē, ut de principijs, & philoſophicam hiſtoriam.

DAMASVS Romæ epiſcopus, uerſificator ingenioſus. Multa breuiter heroico carmine comprehēſa edidit, & octogenarius ſub Theodoſio imperatore deceſſit. Scripſit & alia multa.

DAMASTES Sigeenſis, è Sigeo, promontorio Troadis, Dioxippi filius, ante bellum Pelopōneſiacum uixit, æqualis Herodoti, ex antiquiſſimis hiſtoricis. Scripſit de rebus in Græcia geſtis. De parentibus, *Res Græcorum.*

*Genealogia.* tibus, & maioribus eorũ qui ad Troiam militarunt, libros duos: Gentiũ catalogum, & urbiũ: De poetis & ſophiſtis, & alia complura. Fuit Hellanici diſcipulus.

DAMIANVS, Epheſius ſophiſta, qui & in conſules relatus eſt ab Imperatore Seuero, & Bithyniæ præfuit: & porticum Epheſiam, quæ ad templum po rrigitur, inſtar tholi effecit.

*Apollonij Tyanei hiſtoria.*

DAMIS uir nõ indoctus, ueterẽ inco lens Ninum, cũ Apollonio philoſophatus, peregrinationes eius deſcripſit, quibus ſe interfuiſſe dicit: & ſentẽtias & ſermones & prædictiones. Nã Apollonius Antiochia Ninum uenit, ubi Damis hic eius conſuetudine uſus, quicquid ex eo di dicerat, memoriæ mandauit. Dictio eius, ut Aſſyrij, tolerabilis fuit. Nã ſermonis elegantiã, quippe apud Barbaros inſtitutus, nõ habuit: ſed deſcribere ſermones & diſputationes, & quicquid uidiſſet, aut audiuiſſet, effingere, & tales commentarios cõponere, admodũ ſcitè potuit. Nec ita tamen in his elaborauit, ut duo hæc negligeret: fortitudinẽ, qua uſ Apollonius, Barbaras, & latrocinijs deditas nationes adijt, q̃ Romanis nondũ parebant: & eruditionẽ eam, qua more Arabico, uoces animaliũ intellexit. Atq; id, dum per Arabiam tranſiret, didicit.

*Fortitudo uocis.*

*Voces animalium intellectæ.*

DAMOCRITVS hiſtoricus, libros duos ſcripſit, De inſtruẽdis aciebus, De Iudæis: in quo ait, eos aureũ aſini caput adorare: & ſeptimo quoq; anno peregrinum exceptũ ſacrificare, carne eius minutatim diſſecta.

*Aureum aſini caput adoratum.*

DAMOXENVS, Athenienſis comicus. E' fabulis eius ſunt, Syntrophi id eſt, unà educati, (ut Athenæus ait in III Dipnoſophiſtarum) & Seipſum lugens, ut idem ait in XI.

DAMOSTRATVS hiſtoricus XX libros ſcripſit Halieuticorum, id eſt, de re piſcatoria: & de Aquatica diuinatione, & alia collectanea hiſtorica.

DAMOPHILVS philoſophus & ſophiſta, quẽ educauit Iulianus ſub Marco Imperatore conſul. Scripſit complura, è quibus hæc in bibliothecis reperi: Philobiblum * primum de libris comparatu dignis, ad Lollium maximum: de Vita ueterum, & alia complura.

DANACE, nũmi nomẽ eſt, quẽ olim dabant mortuis, unaq; cum eis ſepeliebant, quo Acheruſiam paludem tranſire poſſent, naulo portitori dato.

*Nummus mortuorũ.*

DAOCHVS, unus hic ex ijs eſt, qui res Theſſalorum Philippo condonarũt.

DARICVS, nummus aureus, à Dario primùm inuẽtus. Huius Darij exercitus DCC millia expleuit abſq; claſſe * cum equitibus. Naues uerò DC coactæ ſunt aduerſus Scythas.

DARICI, ſtateres aurei, tantundẽ ualebant, quantum Attici aurei: nõ à Xerxis patre, ſed antiquiore quodam Dario dicti, quorum ſinguli ualere dicũtur XX argenti drachmas: ut quini Darici ualeant minam argenti.

DARIVS, quẽ deuicit Alexãder Macedo, à ſuorũ ſatraparũ quodã, Beſſo, occiditur: q & caput eius Alexãdro attulit.

*Beſſus.*

δασμολογῶ.) Plato quidem ſuos auditores immunes docuit: tu uerò tributũ illis imponis, tam ab inuitis quàm à uolentibus exigens.

δασμός.) Atheniẽſes Minois claſſe territi, ſe tributum quodcunq; is poſtulaſſet, in Cretam miſſuros promiſerunt.

*Minos.*

δασπλῆτα) Tuum ergo inſauſtum diſſidium, ueluti acerbam noctem Acheronticam, id eſt, mortẽ, expaueſco. Daſpletis, Erinnys dicitur.

δασύπους,) Prouerbium, πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα: Pri' teſtudo curſu uincet leporẽ. De re quæ fieri nequit.

δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ.) Lepus pulpamentum quærit. De ijs qui ab alio expetunt, quod ipſi habent.

δατεῖσθαι.) εἰς δατητῶν αἵρεσιν, in diuiſorũ electionem: iudicij forma eſt. Nã qui ſocietate aliquarum rerum deuincti erant, quas res alij diuidere uellẽt, alij nollent: uolentes in ius uocabant eos, qui nolebant, diuiſorum eligendorum ergò.

*Diuiſores rerum communium.*

DATIS Perſa, cũ Gręcum ſermonem affectaret, χαίρομαι pro χαίρω, gaudeor pro gaudeo dixit: q barbariſmus, Datiſmus dicitur. Is cũ noctu ſomniũ uidiſſet (qd' quidẽ cuiuſmodi fuerit, non refertur) cũ primùm illuxiſſet dies, perqſiuit naues: & cũ in Phœnicia quadã naue auratum Apollinis ſimulacrũ repeiſſet, & è quo templo id ablatũ eſſet, cognouiſſet: ſua naue id Delum remiſit, & in templo collocatum Delios id auferre iuſſit.

*Barbariſmus.*

*Somnio ſibi ereptum repetitum.*

Datis, & (Intapheres) Artaphernes, Perſarũ princeps ſublato Mardonio, Darij duces, legatos in Græciã miſerũt, urbiũ facturi periculũ, & terrã atq; aquam poſtulaturi. Ac inſulares qdẽ oẽs aſſenſe rũt: Athenienſes uerò indignati, legatos illos pſcripſerũt. At Lacedæmõij utrãq; ſe daturos polliciti, coniectos in puteũ, terra

*Legati proſcripti et interfecti.*

terrà obruerunt: ſe, quod poſtulatũ fuiſſet, præſtitiſſe teſtati.

δατὶς ἀγαθῶν.) Datus bonorum. Datus, urbis nomen eſt Thraciæ, ualdè fortunatæ, quæ auri fodinas habet.

DAVID propheta, ex maioribns Domini noſtri IESV CHRISTI & Dei, rex factus, magnificnm ſe præbebat, Domino omnipotente adiutore. *Herowm cobors.* Habebat ſecum uiros potentes XXXV, quorum minimus par eſſet cẽtenis, maximus uerò millenis uiris, robuſti, & inuicti ab hoſtibus, ſcuta maxima & haſtas geſtantes, pedibus leuibus ut capræ in montibus currẽtes, armatura terribili, uultibus leoninis. *Numeratio populi.* Bellatorum, quos ſecnm habebat Dauid, myriades fuerunt CCCXXXII, id eſt tricies rer centena & uiginti millia, ut ab archiduce eius Ioabo dinumerati fuerunt. Qnæ res cũ Domino diſplicniſſet, per Gadẽ prophetam ſic cũ eo egit. *Optio triũ calamitatum.* Sic ait Dominus Deus. Trium tibi rerũ optio datur: aut ut triẽnio terra fame uexetur, aut ut tres menſes inimicos tuos fugias, aut ut tres dies peſtis in regno tuo graſſetur. Cui reſpondit Dauid: Tria *Regis peccatum luit populus.* iſta me ab omni parte in arctum cogũt. Sed incidam in manus Domini. Proinde cum peſtem elegiſſet, à diluculo uſq; ad prandij tẽpus, LXX millia perierunt. Tum Dauid: Ego, inquit, paſtor ſum, qui malè feci: hi oues ſunt. Manus ergo tua me inuadat. Placatus itaq; Domin⁹, manum ſuam auertit, & afflictatio deſijt, & Dauid eo in loco altare ſtruxit.

Dauid rex Iſraelis, cũ Saul ipſum perſequens, ſemel atq; iterũ in manus eius incidiſſet, nec ulla eſſet ab eo affect⁹ iniuria, uir humaniſſimus ſic allocutus eſt immaniſſimum: *Dauidis expoſtulatio cum Saule hoſte.* Cur tandem, ô rex, me perſequeris? cur uitam meam petis? Dominus ſit iudex inter me & te: is me eripiet è manu tua. Manus uerò mea te nõ petet. nã ut uetere parabola dicitur: Ab iniquis oritur ſcelus. *Ab iniquis oritur ſcelus.* Itaq; familia Dauidica inualeſcebat: Saulia uerò peſſum ibat. *Saulis interitus.* Deniq; cum bello Saul ab exteris peteretur, Engaſtrimythi reſponſo accepto, alacer aciem ingreſſus, & infra præcordia ſagitta ictus, interijt. *Dauidis res geſtæ et calamitates.* Dauid autẽ & bellator optimus, & legum obſeruator accuratus fuit, & omnes hoſtes ſubegit: & paucis quibuſdam incommodis corporis cõflictatus, diuinis flagellis caſtigabatur. Parũ enim abfuit, quin à filijs ſuis regno pelleretur, & hoſtibus ridiculus factus eſt. Sed hæc omnia pœnitẽtia & lachrymis correxit. *Pœnitentia. Lachrymæ.* Si quiſquam alius, cùm alijs uirtutibus, tũ fortitudine fuit ornatus. In prælijs pro defenſione populi, primus in acie uerſabatur, laborando & pugnando milites ad rem gerendam cohortans: non Regis inſtar imperãdo, res & præſentes & futuras optimè & perſpiciẽs & adminiſtrãs, modeſtus, æquus, clemẽs in calamitoſos, nullius criminis reus, niſi ſtupratæ Vriæ uxoris. *Opes.* Opes tantas reliquit, quãtas nemo alius neq; Hebræorum, neq; exterorum regũ: tertiùm rex ſacro oleo inauguratus.

DAPHIDAS, Telmiſenſis grammaricus, *Homerus.* Homerum & eius poeſim mẽdacij arguit: neq; enim Athenienſes Iliacæ expeditioni interfuiſſe. Adeò maledicus in omnes, ut nec ipſis dijs parceret. Quapropter ei Pergami rex Attalus inſidiabatur. Aliquando Delphos profectus, oraculũ deriſit: deridendi cauſa rogans, *Apollo ſui deriſum ulciſcitur.* Nũ equum reperturus eſſet? Cumq; reſponſum fuiſſet, celeriter eſſe reperturũ: paſſim iactauit, equum ſe nec habuiſſe, nec amiſiſſe. In reditu autem ab Attalo comprehẽſus, & è rupe, cui Equi nomẽ fuit, præcipitatus, interitu ſuo, & pœna impietatis, ueritatẽ oraculi cõprobauit.

δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν.) Laureum geſto baculum. ſic dicere ſolent ij, quibus inſidiæ ſtruuntur, quòd laurus uim arcẽdi mala habeat.

DAEDALVS quidã machinarum faber, uarietate operum ſuorum celebris.

δαιδάλου πτερά.) Dædali alæ. De ijs qui ex inopia ſibi aliquid alieni aſciſcunt.

δαιδάλου ποιήματα.) Dædali opera: de egregijs artificibus. Nam ueteres quidẽ opifices, clauſos oculos faciebãt: at Dædalus eos aperuit, & pedes diſiunxit.

δαίμονα.) Tradunt philoſophi, dæmones eſſe quoſdam humanis præditos affectibus. *Dæmones humanis præditi affectibus.*

δαιμόνιος ὁρμή.) Diuinus impetus.

δαίμων.) Fortuna cuiuſq;. Ariſtophanes in Pluto: *Seruitus.* Corpus ſuũ tenere Fortuna ſeruum nõ ſinit, ſed emptorem. *Curioſitas.* Nihil miſerius eſt eo qui paſſim circuit, & ea q̃ infra terrã ſunt inquirit, & cõiecturis quibuſdã animos familiariũ explorat. *Sui genij cultus.* Neq; enim ille ſentit, ſatis eſſe, ſeſe intra ſuum cõtinere genium, eumq; ſyncerè colere. Cultus autẽ illius hic eſt, purum eum ab affectibus & uitijs, & querelis aduerſus hominum facta cõſeruare. Nam & diuina & humana omnia cõmunia ſunt, propter cognationem. *Animi caecitas.* Eſt autem aliquan-

do

do cæcitas iſta propter bonorum & malorum ignorationem nõ minor illa, quę albi & nigri diſcrimen ignorat.

*διαιταίη.*) Ante panem inuentum, frumentum ptiſanæ inſtar coquebant.

*δαῖτας.*) Heſiodus.

*Aeacidas magis arma iuuant, quàm pocula Bacchi.*

DAETIS, Epheſi locus, ubi Epheſus Lydus caupo habitans, epulas prębebat hoſpitib. à quo urbs ipſa nomẽ habet.

*δαιτὸς ἐΐσης.*) Conuiuium ex æquo diſtributum, ſeu bonũ: ſic dicit Homerus. Nam primi quidẽ homines, quibus epularum copia non erat, ui alijs cibum eripiebant, ut immodeſtia illa cũ cædibus cõiungeretur. Hinc *ἀποθαλίαν* dictã putant, à lędendis ſcilicet cõuiuijs, ubi primùm peccare mortales cœperunt. Pòſt, ordo quidam epularum inſtitutus eſt, diſtributione facta.

*Pugnæ ob cibum.* *Conuiuiorum prima peccata.*

*δαιτρὸς.*) Timæus ait, poetas & hiſtoricos ingenia ſua ijs rebus quas ſæpius inculcent, declarare. Hinc Homerũ epulonem, * Ariſtotelem guloſum & delicatum, Dionyſium tyrannum libidinoſum eſſe: quòd alius cõuiuia, alius cõdimenta, alius lectulos & tapetas ſæpius commemoret, atq; ita quiſq; ſuum ingeniũ & uitia ſua prodat.

*Laudibus arguitur uini, uinoſus Homerus.* *Ex abundantia cordis os loquitur.*

DEBELTVS, urbs Thraciæ.

DEBBORA, prophetiſſa, & uirago.

*δέδηγμαι τὴν καρδίαν.*) Morſus corde ſum: id eſt, indolui. *θυμοδακὴς μῦθος*, oratio mordens cor, in quo ira & uoluptas exiſtit. & apud Homerũ: Momordit Hectoris præcordia oratio. & Vlyſſes percuſſo pectore: *Perfer*, inquit, *& obdura cor nam grauiora tuliſti.*

*In corde ira & gaudiũ.*

*δεδοξοποιημένον.*) Polybius: Cęteræ quidem animantes corporis ſeruiunt appetitionibus: humanum uerò genus etiam (opinionibus præditum) gloria ornatũ, nõ minus incogitãtia q̃ natura peccat.

*Humana miſeria.*

*δίδοται καὶ κακίοσιν ἄγρα.*) Etiam ignauis obtigit præda. De ijs, quibus res pręter meritum ſecundæ ſunt.

*δέδοικα.*) Vereor ne plaga diuina ſit. Quòd ni ita eſſet, quo pacto ſanatus nihilo eſſet hilarior quàm ægrotans?

*Plaga diuina.*

*δέει.*) Nicomachus, quippe deprehenſus, in maximo erat metu.

*δέημα.*) Dij boni, ut ridiculæ ſunt ſponſæ preces, quibus me obtundit?

*δεκαδοῦχος.*) Poſt XXX tyrannos, X rerum potiti ſunt: quorum quilibet, autore Lyſia, decurio uocabatur.

*δεκάρχαι.*) Decurionum, quos in urbibus Lacedæmonij conſtituerint, ſubinde hiſtorici meminerunt. Philippus autem apud Theſſalos nõ decuriones, ſed tetrarchas conſtituit, ut Demoſthenes VI Philippica eſt autor.

*Decuriones Attici.*

*δεκάζεσθαι.*) Si qui magiſtratum aut aliud aliquid ambiebant, denis hominib. aliqd largiebãtur. Origo uocis eſt huiuſmodi. Lycus heros eſt, cuius, lupi ſpecie, ſtatua fuit iuxta Atheniẽſia prętoria: ubi largitionũ captatores deni uerſabãtur. Vnde prouerbiũ, Lyci ſeu lupi decuria.

*Denorũ conſpiratio.* *Lupi decuria.*

*δεκάπους σκιά.*) Decempes umbra. Olim qui ad cœnã uel inuitabãt, uel inuitabantur, obſeruabãt umbram, atq; ſub id tempus & cõuiuatores expectabant, & conuiuæ prodibant.

*Hora conuiuij.*

*δεκατεύειν.*) Eorũ quæ bello capta eſſent, decimæ dijs conſecrabantur.

*δεκάτην ἑστιᾶσαι.*) Decimæ epulũ præbere. Mos Athenienſiũ ciuium fuit, decima ab ortu infantis nocte conuocati paternos maternosq; cognatos, ijsq; præſentib. & nomina pueris indi, & immolari dijs, & cõuiuio cœtum illũ excipi. Ariſtoteles, idẽ die ſeptimo factitatũ ſcribit.

*Decimæ.* *Nominis impoſitio.*

DECEBALVS Dacorũ rex, & rei militaris erat intelligens, & in rebus gerendis atq; exequẽdis ſolers: qui & per tempus cederet, & inſidias strueret, & pręlio ſtrenuus eſſet: recteq; & uictoria uteretur, & clade accepta, quid facto eſſet opus, ſciret. Itaq; longo tempore cum Romanis æquo Marte bellum geſſit.

*Δεκέλεια.*) Decelea, municipium Hippothoontiæ tribus: dictũ ab eo, qui Caſtorem & Pollucẽ Aphiduas perduxit: ut tradit Herodotus lib. 9.

DECELICVM bellum, extrema pars fuit belli Peloponeſiaci.

DECIVS, Romanorũ imperator, Philippi ſucceſſor, edicto Chriſtiani nominis homines capitis cõdẽnabat, & deos adorare cogebat.

*δελεάζοντες.*) Scythopolitæ biduũ quieuerunt, fiduciã eius eludentes: tertia nocte dormientem occiderunt.

*δέλτος.*) Zeno Cittieus ſucceſſorem ſuum Cleanthem tabellis ceræ durioris comparabat, quæ ſcripturam ut uix admitterent, ita probè conſeruarent.

*Cleanthis ingenium.*

DELPHINIVM, eſt & Chij locus, & Athenis ædes Apollinis, ubi etiam erat prætorium eiuſdem nominis.

*δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχει, δίψει δ᾽ ἀπολῶται.*) Delphus homo, coronã quidem

habet,ſed peribit ſiti. Nã hi,ut Apollini ſacri,coronati ſunt:ſed qa rebus neceſſarijs carenr * nõ diſcedunt,uel remouẽt.

*Delphynes draco.* *Pytho.* DELPHI, templum Apollinis: ex eo dictum, quòd Delphynes draco ibi repertus ſit,quẽ Apollo occidit: & Pytho, quòd idem ibi computruit. Delphico promulgatum eſt oraculo, nt ſponſæ illius & monimentum eſſem,& hiſtoria.

*δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις.*) Delphinum natare doces. De ijs qui aliquos in ijs rebus,in qb. ipſi ſunt exercitati,inſtituũt.

*δελφῖνα πρὸς τὸ οὐραῖον δεῖς.*)Delphinum cauda alligas. De rebus q̃ fieri nequeũt, propter agilitatem ſcilicet, & lubricitatem caudæ delphini.

*Explicatio ſomnij.* *Ξηρῶν φανέντων δενδρέων, κενοὶ κόποι.*) Cum aridæ arbores apparuerint,ſignificantur inanes labores. *ὀνειροκριτικόν.*

*δενδρυάζειν.*) Quercus,ſubire,quib. ante inuẽta domicilia ſe ueteres tegebant.

DEXTRA Domini,diuinus nutus,& bonus impetus. Sophocles: Nunquam, Telamoniade,mẽs tua declinauit ad læuam.Id eſt,nunquam ſtultè feciſti.

DEXICRATIS comici Athenieſis, Athenæo autore, ſabula eſt *ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι*:id eſt,qui ipſi ſeſe decipiunt.

*Pes dexter, læuus.* *δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδονίπτραν:* Dexrer pes lu calceo, ſiniſter in pelui ſit prior. Ariſtophanes. De ijs qui res,ut decet adminiſtrant. innui uidetur neceſſario labori plus tribuendum,q̃ delicijs.

*Quò fortuna, eòdem et fauor hominum inclinat.* *δεξιός.*) Ariſtophanes:Subinde cõuerti ad molliora, ingenioſi hominis eſt, & eius qui natura ſit Theramenes.

DEXIPPVS.) Dexippi filius,cognomine Heremitus,orator Athenienſis, uixit ſub Valeriano & Galieno,& Claudio II.& Aureliano Impp.

*Medicus bellum compoſuit.* *Hecatomnus.* *Mauſolus.* *Pixodarus.* Dexippus Cous,medicus,Hippocratis diſcipulus, qui accerſitus ab Hecatõno Carũ rege, ut filios eius deſperatos, Mauſolum & Pixodatum curaret:ea cõditione illos ſanauit, ut bellũ quod tum ei cum (Cois) Caribus erat, deponeret. Scripſit & medicum librum unum,& de prædictionibus duos.

*τὸ δέον*, ſignificat *τὸ ἀναγκαῖον*, neceſſarium: ut cum dicimus, Omnia quæ nata ſint, interire oportere. *τὸ συμφέρον*, utile: ut cũ dicimus,utendum eſſe ambulationibus aut uictus certa ratiõe. *τὸ καλὸν*,honeſtum:ut cũ dicimus,iuſta eſſe faciẽda, legibus aut parẽtibus eſſe obtemperandum. Dicitur à uinciendo,ſeu ligando, *δέειν*,quòd in officio cõtineat homines:

*δέρας τὸ χρυσόμαλλον.*) Aureũ uellus, qđ Iaſon & Argonautę Põtico mari in Colchidẽ ꝑfecti,unà cũ Medea,regis Aeetæ filia, rapuerũt. Id uerò nõ eiuſmodi fuit, ut poetæ ſabnlãtur: ſed liber ſuit in mẽbranis ſcriptus, qui cõtinebat, quomodo per artem fundẽdi, quam Chymiam dicunt,aurum eſſet ſaciendum. Meritò igitur tum id uellus aureum appellabãt, propter artem quæ in eo tradebatur. *Aureũ uellus eſt ars chymica.*

*δερκόντης λαγωός.*) Lepus dormiens uidere putatur.

DERCYLLIDAS * rex Lacedæmoniorum.

*δερμόπτερα.*)Solus ueſpertilio inter uolucres lac habet,& mammas præbet ſœtui ſuo. *Veſpertilio.*

DAESIVS apud Macedoues, Iunius menſis.

*δεσμὰ τῆς ψυχῆς.*) Animæ uincula ſunt, uenæ & arteriæ,& nerui. Cum uerò ipſa per ſe quieſcit, * uincula eius fiunt ante orationem ſacta.

*δεσμοὶ τυρρηνοί.*) Vincula Tyrrhena,quibus Tyrrheni ad captiuos uexandos utebantur. *Tyrrheni.*

*δεῦρ' ἧξα.*) Huc ꝑperaui celerius,quàm pedibus placeret.

*δεῦρ' ἴθ' ἵνα κλάῃς.*) Ariſtophanes: Huc ito,ut plores. De ijs q ſuo malo ſequuntur aliquem.

*δευσοποιὸς πονηρία.*) Improbitas ita infixa,ut nequeat elui.

*δεύτερος πλοῦς.*) Altera nauigatio:cum quis ſecundis uẽtis deſtitutus,remis nauem impellit.

*δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.*) Glebam etiã, admittit erro. De ijs qui uel omnia in optimam partem accipiunt: uel ſimpliciter,qui nihil admittunt.

*δεῖ δὴ χρημάτων.*) Omnìno pecunia eſt opus, ſine qua nihil rectè adminiſtrari poreſt. Demoſthenes. *Pecunia.*

*δεῖγμα.*) Locus in Piræeo, in quo frequentes conneniebant ciues & hoſpites, quò & rerum uenalium ſpecimina portabantur,ab oſtendendo dictus. Attici enim moris eſt,ab ijs rebus ipſa loca dici,quæ in eis geruntur. *Nomina locorum à rebus.*

*δείκελον.*) *ῥείης πυργοφόρου δείκελον εἰσορόων:* Rheœ terrigenæ ſimulacrum intuens.

*δειλία.*) Metus,timiditas,ignauia,uitiũ eſt in affectibus quibuſdã, deficiens; cõtrariũ & fortitudini & audaciæ. Ac quatenus uitium, & immoderatio, cõtraria eſt fortitudini, qa recedit à medio: quatenus uitiũ,conſentit cũ audacia:eidẽq; *Ignauia.*

repu-

repugnat, quatenus in defectu cernitur.

δειλότερος τοῦ παρακύπτοντος.) Timidior proſpiciente. De ualdè meticuloſis. Quidam enim Herculem timēs, ſpeluncam ingreſſus, ex eaq; proſpiciens, Hercule uiſo diriguit: & ſaxū, in quod conuerſus eſt, adhuc formā hominis repræſentat.

*Bellum.* δειλότερος Πεισάνδρου.) Timidior Piſandro. Is timidiſſimus cum eſſet, * ne animam ſuam uideret, timuit, quæ uiuentē etiamnum reliquit.

Δειμαλέος.) κέρβερε δειμαλέων ὑλακτῶν νεκύεσσιν ἰάλλων ἤδη φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν: Cerbere terribili latratu Manes agitans, Iam horribilē & tu metue mortuū.

δεῖμος καὶ φόβος καὶ κυδοιμός.) Terror, & tumultus, miniſtri ſunt Martis, Belli filij, qui unà & ipſi cum Marte malè tractati ſuut, nihil reformidati à * Vulcano.

*Ambiguus uates.* δεινὰ μέν.) Admodum admodum perturbor ego doctus augur. Aues neq; addicunt, neq; abdicunt. Quid dicam, neſcio. Pēdeo ſpe, neq; antè neq; retrò ſpectans. Et addicunt, & abdicunt: neq; credibilia ſunt, neq; incredibilia.

DINARCHVS Corinthius orator, unus ex ijs qui cum Demoſthene comparantur. Cuius fuerit filius, non traditum eſt. Scripſit ſecundum quoſdam orationes CLX. ſed uerius eſt LX tantum ab eo ſcriptas eſſe, omnes forēſes: quarum aliæ publicæ ſunt, aliæ priuatæ. Obijt, Peloponeſi procurator ab Antipatro *Antipater. Polyſperchon.* conſtitutus, Polyſperchontis inſidijs, poſt Antipatri obitum.

δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχυρώτερον.) Vrgente neceſſitate nihil eſt potentius. *Neceſſitas.* Neceſſitas enim deos etiam cogit, & (ut Plato ait) Ne dij quidem cogere neceſſitatem poſſunt.

*Bellicoſus.* δεινοκράτης.) Dinocrates Meſſenius, nō uſu tantum, ſed natura etiam aulicus & militaris homo. Ac quod ad res gerendas attinet, perfectum ille quidē aliquid præ ſe ferebat, ſed ſolidi & firmi nihil ſuberat. Nam bellicis quidem in rebus promptitudine atq; audacia multū præſtabat cæteris, in priuatis quoq; periculis elatus, & in alijs item affectionibus: *Imprudens. Negligens. Indiſertus. Luxurioſus. Comis.* In colloquijs iucundus & alacer, & in congreſſibus facetus & urbanus, unaq; amabilis. Sed in rebus publicis & cōmunibus, nec ingenium intendere, nec futura ſolerter prȩuidere, nec ad populum uerba facere ullo modo poterat. Nam cum aliquando magna patriæ mala cōmouiſſet, prorſus nihil ſibi agendum putabat: ſed idem uitæ inſtitutum tenebat, ſine ulla futurarum rerum prouidentia. Etenim & amoribus, & poculis, & recitationibus erat deditus, donec eum Titus *Titus.* paululum de negocijs cogitare coegit. Nam conſpicatus eū in conuiuio, in longis ueſtimentis ſaltantem, tum quidem tacuit. Poſtridie uerò de patria neſcio quid roganti: Equidem, inquit, Dinocrates, agā quod potero. Sed te miror, qui tantos in Græcia motus excitatis, poſſe in conuiuio ſaltare. Ac tum paulo uidetur factus modeſtior, animaduertiſſe, rē à ſe ſuſceptam, & ab inſtituto uitæ & ingenio ſuo abhorrentem. Cæterùm quia *Fiducia & gratia principis.* cum Tito aderat, perſuaſum habebat, ſe res Meſſenias ex animi ſui ſententia primo impetu eſſe confecturum.

DINOLOCHVS, Syracuſanꝰ, aut Agrigētinꝰ comicꝰ, Olympiade LXXIII, filius Epicharmi, aut (ut quidam tradūt) diſcipulus. Edidit fabulas XIIII, Dorica dialecto.

δεινόν.) Graue quidem eſt, hoſpes, malum olim ſopitum commouere: ſed tamen cauſam execrationis aueo cognoſcere. Callimachus: Quid lachrymas ſopitas excitas? Ariſtophanes: Graue quidem eſt, adeò agreſti animo eſſe uiros, ut & iaciant, & clamitent, & nihil ȩqui & boni audire uelint.

δεινός.) Tu ſanè diſertus, ego uerò tui auditor parum commodus, ut quem mihi eſſe inimicum & grauē cognouerim.

δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς αἰγύπτιοι.) Callidi ſunt Aegyptij in plectendis machinis. De ijs qui admodum ſunt uerſuti, cuiuſmodi fuerunt Aegyptij.

δειπνεῖν με δίδασκε.) Cœnare me docē. De hominibus guloſis.

DIPNOSOPHISTAE, Liber Athenæi utilis, in quo Vlpianus quidā κειτούκειτος dicitur, quod uerba κεῖται & οὐ κεῖται ſubinde inculcaret, cum uel * de parte aliquā diei, uel de animalis natura loquebatur. Eaq; cōſuetudo illi fuit peculiaris, ut de nullo ferculo ederet, niſi κεῖται & οὐ κεῖται, id eſt poſitum uel receptum eſt, aut non receptum, præfatus.

δειπνοφόροι.) Dapiferæ dicebātur, quæ in Mineruæ templo decumbētibus cœnam afferebant. *De cubitus in Mineruæ templo.*

DIRADES, municipium Leontiæ tribus. unde Diradiota municeps.

δεισιδαιμονία.) reuerentia numinis: timor, id eſt ſuperſtitio, dubitatio de fide. Criton in Geticis: Reges Getarū, impo- *Getæ.*

ſtura & præſtigijs ſuperſtitione inducta, *Timæus hiſtoricus.* & cōcordia inter ſuos conſtituta, iā magna ſpectāt. Polybius Megalopolita: Timæus, inqt, in alijs qdē accuſandis, multū habet acrimoniæ & audaciæ: ſed narrationes ipſius, ſomnijs, & oſtētis, & fabulis ineptis, deniq; ſuperſtitione degeneri, & muliebribus præſtigijs ſunt refertæ. Aſclepiodot⁹ ſanctus erat, & religioſus, ac primùm ſuperſtitioſus: & adeò ue- *Arcanis religionis.* recundus, ut neq; * ſacrificia ſuſtineret, nec ullius arcani cōmemorationē. neq; enim hæc pertinere ad res quæ oriantur & occidāt, ſed Olympo digna eſſe, & ijs qui ſe in Olympo uicturos perpetuò exi- *Religio.* ſtimēt. Religio media & interiecta eſt inter impietatē & ſuperſtitionem. Pyrrhus *Pyrrhi impietas.* cū Proſerpinæ fanū ſpoliaret, p̱ deriſum: Intempeſtiua (inquit) religio, ſuperſtitio *Prudentia.* eſt: & opes cogere ſine labore, prudētia.

δεισιδαίμων.) Milites ob oſtēta religione moueri cum uideret, ſuopte ingenio & ſolertia populi metum aliò traducere ſtudebat.

DEBELTVS, urbs Thraciæ.

δῆλον.) Hoc ueri ſpeciem quidem habet, ſed uim mendacij.

δηλίου κολυμβητοῦ.) Delius natator, pro peritiſſimo natandi uſurpatur, quiq; in *Heracliti Epheſij liber.* ſumma natet aqua. Editus eſt ab Heraclito Epheſio liber, qui ab alijs inſcribitur Muſæ, ab alijs De natura: à Diodoto, Accuratum gubernaculum & uitę amuſſis: ab alijs, Sentētia morū: ab alijs, Mūdus, ſiue ornatus * modorū ſeu morū unius omniū. Hoc igit̃ libro Heracliti, cognomento obſcuri ſeu tenebricoſi, cū Euripides Socrati tradito, rogaret, quid ipſi de eo uideretur? illū reſpondiſſe ferunt: Præclara quidem eſſe, quæ intellexiſſet: utiq; ea etiā, ſua quidē opinione, quę nō intellexiſſet. uerùm natatore Delio eſſe opus, ne quis in eo ſubmergeretur.

DELVS, Apollinis inſula, una è Cycladibus: Quòd Delum cingāt, hinc Cyclades appellātur: dicta uel à partu, uel à Diuinatione quòd repertu difficilia declararet. Eſt enim Apollini ſacra, hoc deo in ea primùm nato. Dicta fuit & Cynthos, à Cyntho, Oceāi F. & Apollo Cynthius: & Aſteria, & Pelaſgia, & Chlamydia. Quidam perperam tradūt & Zacynthum uocatam. Nicanor & Scythiadem appellatam ſcribit.

δήλιον.) Delium oppidulū Bœotiæ iu- *Tribuni plebis.* xta Tanagram: & ædes Apollinis.

δημαγωγία.) Tribunatus plebis, nō eſt, inquit Ariſtophanes, uiri muſici, & elegantis, aut boni: ſed rudis, & inſolentis.

δημαγωγός.) Flaminius popularis erat, *Flaminius.* ac perfectus tribunus plebis, ſed nec ad res graues & bellicas tractādas ineptus.

DEMADES, Demeæ nautę filius, nau- *Ex nauta orator.* ta, & naupegus ipſe etiā, & portitor: hoc quæſtu relicto, ad Rēp. ſe cōtulit, factus orator Athenięſis, & demagogus, ut homo callidus & fortunatus. Scripſit rationes ad Olympiadē ſuorū XII annorū, hiſtoriā Deliā, & ortū Latōæ liberūm. Iudicia euertit, & oratoria certamina. Obijt ſub Antipatro. Cū autē p̱ditor eſſet, *Ex proditione diues.* inde plurimùm locupletatus, poſſeſſiones Bœoticas dono à Philippo accepit. Demoſtheni Olynthios defendētu refra- *Euthycrates Olynthius.* gatus, Euthycratē Olynthiū ignominia notatū ab Athenięſib. decreto reſtituit in integrū, & Athenienſiū procuratorē effecit. Cū geſti magiſtratus rationes referēs, exploſus eſſet: peregrè abijt, Neq; *Exprobratio ſeruitutis.* ipſi ueſtri iuris (inqt) eſtis: & iuris in me nihil habetis. Scribebat aūt Philippo, & filiū ad eū mittebat: alebat equos, uictor Olympiæ. Decreta etiam fecit, ut Græci Philippo parērent. Ad Chæroneā capt⁹, dimiſſus eſt: & legat⁹, captiuos à Philippo impetrauit. Bis eſt uiolatarū legum reus peractus. Republicā etiā ſub Alexādro geſſit. (F. Caſſander, poſt Antipatrū regno potitus, Thebas inſtaurauit.)

DEMADES, Laciades, Athenienſis orator, à ſuperiore Demade adoptatus, & demagogus, tibicina natus, pater & ipſe Demeæ oratoris. Ab Antipatro Caſſandri patre, Alexādri ſucceſſore, in lacū Amphipolitanum coniectus perijt.

DEMARATVS, ex Patroclis poſteri- *Exul bellū toti Græciæ concitat.* tate, à Cleomene, ex (Euryſthenis) Euryſthei poſteris, qui Hippiā regni ſociū eiecit, oriundus. Huius Demarati natiuitas cū Ariſtoni patri nūciata eſſet: is ſubducta ratione, quod à nuptijs nondū elapſi eſſent menſes X, negauit hūc ſuum eſſe filium, atq; ut nothū abdicauit. Eiectus itaq; in Perſiā aſcendit, & poſt Darij obitum cū Xerxen ad obtinēdum regnum adiuuiſſet, eidem perſuaſit, ut expeditionem contra Græciam ſuſciperet.

DEMARCHI, olim Naucrari dicti, Panathenæa curabant. Cuiuſq; itē municipij princeps Demarchos dicebatur, & agros deſcribebat, & albū aſſeruabat: & municipes, cum erat opus, cōuocabat, & ſuffragia dabat, & pignora capiebat.

δήμαρχοι.) Tribuni plebis. Populus Romanus

man⁹ priſtina diſciplina reuocara, tribunos creauit Sicinniũ & Brutũ, Cõſulari poreſtate, & annua dignitare, qui Rẽpublicam arbitratu populi adminiſtrabãt.

δημήτηρ.) Tellus mater, Ceres: & quia cuiuſque urbis ſedes eſt terra, turrigera fingitur, quaſi urbes gerens.

DEMETRIVS Phauoſtrati filius, Phalereus, (eſt autem Phalerum Atticæ portus, Phanos olim dictus) philoſophus Peripareticus, philoſophica ſcripſir, hiſtorica, polirica, & de Poetis. Audiuit Theophraſtum, & populum rexir Athenis. Libros complures ſcripſit, adeò uenuſtus, ur per calumniã in delicijs habitus, & à quibuſdam à ſplendore Lampeto, & Charitoblepharos, propter elegantiam ciliorum diceretur. Ad magnã gloriam & potẽtiam euectus, & per inuidiã deiectus, & pulſus Athenis, in Aegyprũ uenit: & apud Soterem Prolemæum degens, ex morſu aſpidis perijt, ſepultus in Buſiritide præfectura propè Dioſpolim in paludibus.

*Exilium.*

*Interitus.*

ὅτι δημητρίῳ.) Pater Demetrij Poliorcetæ, cum iam cõſenuiſſet, regni ſpes ad huius ſucceſſionẽ ducebat, ſimul & principarum, & armorũ beneuolentiã. Præſtabat autẽ & forma & proceritate, atq; etiam regijs armis ornarus, magnopere & excellebar & percellebat, atq; in magnam ſpẽ populos erigebat. Ad hæc clementia in eo, rege iuuene digna, elucebar, qua omnes reddebat alacres: adeò ut extraordinarij quoq; concurrerent, audiẽdi cauſa, ſoliciti de eius adoleſcentia, & cõtrouerſia iudicio armorum dirimenda.

*Affectus erga iuuenem regem.*

Demetrius, cognomẽto Ixion, grammaticus Atramyttenus, tẽporibus Augusti Cæſaris, Pergami degebat. Ideo ſic dictus, quòd in aurearũ bractearum Alexandrinæ Iunonis furto eſſet deprehenſus: aut, ut alij, quòd Euripideum Philotimum Ixione fabula ſpoliaſſet. Alij tradunt, quòd cũ Ariſtarcho magiſtro contenderit; quemadmodũ Ixion aduerſus deorũ immortaliũ beneficia ſe præbere ingratũ non dubitarit. Scripſit de uerbis in μι deſinẽtibus, & alia de pronominib. enarrationem Homeri atq; Heſiodi.

*Fur.*

*Ingratus.*

Demetrius Antigoni filius, & Ptolemæus, amicitiam & fœdus inrer ſeſe pepigẽrunt, ob Græciæ totius liberationẽ, & ut alter alteri⁹ regnũ defenderet. itaq; inter ſeſe certarunt, urer illa decreta reipſa magis comprobaret. Ac Macedonicus princeps, Atticam ingreſſus, Munychia præſidium eijcit, interfecto Dionyſio duce: ac Demetrium Phalereum, qui rem ad paucorũ potentiam Athenis reuocarat, amouet: & patriam Athenienſibus, & Megarenſibus liberratem reſtituit, uti uetera urbium ſuarũ inſtituta retinerent. Ptolemęus autẽ inſigni clemẽtia & humanitate, reipſa declarata, in maiorem etiã libertatis ſpem Græcos erexit. Nam & uerborũ illecebris, & ipſis factis eorum fiduciam non dubiæ Græciç liberationis cõfirmabat, nulla ſuſpicione cupiditatis imperij. Proinde Græcas urbes pleraſq; omnes libertate donat; & fœdus Iſthmiacum denunciat, & Iſthmia, ut libertate recepta, oleaginos ramos ferentes, ſpectare iubebat: Inde in Aegyptum ſoluit, Leonidæ Græci principatus curatione mãdara. Libyaq; uniuerſa poritus eſt, Ophella, Cyrenæo Dynaſta, inſidijs Agathoclis in Sicilia interfecto. Cæterùm pacta iſta & cõuenta inter Prolemæum & Demetrium, non diu conſtiterunt.

*Liberanda Græcia cõſilium.*

*Demetrius Phalereus.*

*Ptolemæi.*

*Leonidas.*

*Ophellas Agathocles.*

DEMOCEDES, Calliphontis filius, qui fuit Aeſculapij ſacerdos Cnidi, medicus Crotoniates: in Aegina & medicinã fecit, & matrimoniũ cõtraxit, & Polycratẽ Sami tyrannũ mercede duorũ talentûm curauit: & à Perſa Dario accerſitus, diu cũ illo fuit. librũ ſcripſit medicũ.

DARIVS rex in uenatu cum ex equo deſiluiſſet, grauiter diſtorſit pedẽ, ut talus è iuncturis emoueretur. Itaq; medicos Aegyptios, quos ſe præſtantiſſimos habere ſecum putabat, adhibuit. Qui eũ pedem torquerent, & uincirent, malum exaſperabant. Cum itaq; ſeptem noctes totidemq; dies præ cruciatu inſomnis exegiſſet: die octauo malè habenti quidam ſignificat, ea quæ de arte Democedis Crotoniatę Sardibus audiuiſſet. Darius igitur eũ quamprimùm adduci iubet. Quem, cum neſcio ubi inter Orœtę mancipia neglectum reperiſſent, in medium produxerũt, uinctum cõpedibus, & laceris ueſtibus indutum. Eum aſtantem Darius rogat, utrum artem noſſet? Negat ille: uerirus, ne prorſus Græcia ſibi carendum eſſet. Verùm cum Darius, animaduerſa diſſimulatione, flagra & ſtimulos proferri iuſſiſſet: ſe quidẽ non accuratè ſcire artem, ſed medici uſum conſuetudine, medicinã utcunq; tenere dixit. Pòſt, permiſſu regis Græcè locutus, remedijs efficacibus adhibitis, & ſom-

*Cautiam, Regis medicus.*

*Amor Græciæ.*



num

num ei conciliauit, & ſanitatē breui tempore reſtituit, deſperanti iam pedis integritatem. Autor eſt Herodotus hiſtoricus. *Atoſſa.* Idemq; tradit, Atoſſam Cyri filiam, Darij uxorem, tuber in mamma habuiſſe: quod cū erupiſſet, latius ſerpſerit. Ac quandiu quidem id minus fuerit, reginā pudore diſſimulantē, dixiſſe nemini: ſed cum malè haberet, Democedem accerſiſſe, idq; monſtraſſe illi: qui ſe illam ſanaturū pollicitus, obteſtatur, ut ſibi uiciſſim operā nauet in eo quod petat: nihil enim cū ullo probro coniunctū, eſſe petiturum. Petijt autē reditum in Græciā.

DEMOCLES, peregrinus & adulter, cuius ſimiles Democlidæ dicuntur.

DEMOCRATIA. Polybius: Reſpublica ſublatis, inquit, inſidiatoribus, nō amplius mercenarijs militibus libertatem ſuam tuetur.

DEMOCRITVS, Hegeſiſtrati filius, aut Athenocriti, aut Damaſippi, eodem tēpore quo Socrates, uel LXXVII uel LXXX Olympiade, Abderites ex Thracia philoſophus, diſcipulus (ſecundum quoſdam) Anaxagoræ & Leucippi: ut alij uerò, Magorum, & Chaldæorum, & Perſarum. *Peregrinationes & magiſtri.* Acceſſit enim & Perſas, & Indos, & Aegyptios, ac ſingulorum doctrina eſt eruditus. Deinde reuerſus, familiariter uixit cū fratribus Herodoto & Damaſte. Præfuit & Abderis, eruditioni honore habito. Diſcipulus ei⁹ illuſtris fuit Metrodorus Chius: cuius uiciſſim auditores fuerunt Anaxarchus, & Hippocrates medicus. *Metrodorus. Anaxarchus. Hippocrates.* Cognomen autem habuit Democritus Sapientiæ & Riſoris, quòd inania hominū ſtudia rideret. *Σοφία γελασῖνος.* Germani eius libri ſunt duo: Magnus Diacoſmus, id eſt gubernatio & diſtinctio naturæ rerum: & de natura mundi. *Diacoſmi duo.* Scripſit etiam epiſtolas. Hic Athenas nō adijt, ſed tantam urbē contempſit: nolens à loco mutuari gloriam, ſed loco gloriā impertiri ſtatuens. *Magnanimitas.* Cū Hippocrates ad Democritum ueniſſet, iuſſit afferri lac: idq; conſpicat⁹, dixit eſſe capræ nigræ, quæ primùm peperiſſet. *Diuinationes.* Sed & puellam quæ cū Hippocrate uenerat, primo die ita ſalutauit: Salue puella. Poſtridie uerò, Salue mulier. fuerat enim ſtuprata noctu puella. Iā ſenio cōfectus, cum morti uicinus eſſet, mœſtam ſororem, quòd initijs Cereris eſſet obiturus, bono animo eſſe iuſſit: & afferri ſibi quotidie calentes panes, quibus ad nares admotis, ſe uſq; ad feſtum ſuſtentauit: eoq; triduo elapſo, abſq; ullo dolore exceſſit è uita. *Vitæ propagatio.*

DEMOSTHENES Athenienſis, filius Demoſthenis & Cleobulæ, orator, è Pœanienſi municipio: fuit (Hermippo autore) diligentior quàm ingenioſior: &, ut idem ait, ad uoluptatē propenſior. Vnde factū eſt, ut adoleſcēs Battalus uocaretur, ut qui ueſte muliebri ſæpe eſſet uſus: uirili autē toga ſumpta, Argas, qđ eſt ſerpentis genus. Animū ad eloquentiā appulit, cū Calliſtratū *cauſam Oropiorum agentē ſpectaſſet. *Calliſtratus. Oropus.* Fuit & Iſæi, diſcipuli Iſocratis, aſſiduus auditor. Vſus etiā eſt orationib. Zoili Amphipolitæ, q Athenis docebat: & Polycratis, & Alcidamātis, Gorgiæ diſcipuli: atq; ipſi⁹ etiā Iſocratis. In eloquētiæ ſtudio ſodalē habuit Aeſionē Athenienſē, & Theopompum Chiū, philoſophū. *Aeſio. Theopompus.* Sedulò etiā Eubulidem dialecticū & Platonē audiuit. *Eubulides. Plato.* Obijt, cū Macedonis Antipatri metu in Calauriam profugiſſet, in æde Neptuni, hauſto ueneno, quod in annulo geſtabat: anno ætatis ſecūdo & ſexageſimo.

ALITER.

Demoſthenes orator, uir fuit & prudentia in excogitando, & in ijs quæ excogitaſſet, eloquētia mirabili. Vnde ſua ætate ſummus orator eſt habitus, cum & obſcura indagandi coniecturis, & res cognitas explicandi maxima ſolertia eſſet præditus. Ac ijs quidē temporibus, quibus habere conciones, & Rempub. adminiſtrare cœpit, magiſtratus nō optimè audiebant. Sed cum unus hic uir inter ſui temporis Athenienſes, Macedonum tyrānis magna libertate plurimùm eſſet aduerſatus, abſtinentiæ & integritatis laudem conſecutus, neque ab eis accepiſſe ulla munera uiſus eſt. *Demoſthenis abſtinentia.* Nā aliarum ciuitatum principes, ea tempeſtate, priuati emolumenti quàm boni publici cupidiores, redempti pecuniæ largitionibus, quò rem ſuam (ut putabant) in præſentia ſtabilirēt: ſui lucri cauſa publicam utilitatem negligere ſolebant. *Proditores ciuitatum.* Quamobrem Athenienſes illis etiā delictis, quorum pòſt accuſatus eſt, ignouerunt: eiuſq; ab exilio reuocati conſilijs, omnibus in rebus uſi ſunt. *Athenienſium affectus erga Demoſthenem.* Pòſt, conſecutus eius præclarus obitus effecit, ut eos decretorum ſuorum non obſcurè pœniteret. Certè non multo pòſt, nunciato Demoſthenis interitu, reſciderunt ea quæ metu Macedonum magis, quàm ex æquo & bono ſtatuerant: nec immunitatem tantum natu maximo è familia

lia Demoſthenica, ſed & ipſi æteã in foro ſtatuam decreuerũt, his elegiacis uerſibus baſi eius ſubſcriptis:

*Si magnis uires animos Demoſthenis æquent,*
*Græcia non Macedûm Marte ſubacta foret.*

ALITER EX EODEM.

Demoſthenes gladiorum faber, Pæanienſis, Demoſthenem oratorem filium habuit. *Tutores.* Cui pupillo tutores dati ſũt tres, Aphobus, Demophon, Therippides. Qui cum & ipſum & patrimonium eius negligerent: ipſe Iſæo ſe erudiendum tradidit. *Eloquentiæ ſtudium.* Fuit autem adeò induſtrius, ut domi ſe includeret, raſa parte capitis, ut neque prodiret in publicũ, neq; ad ſe quenquam accedere pateretur. *Actiones tutoriæ.* Eruditus, curatores reos tutelæ peregit. Rhetoricam docere cum uellet, ab eo inſtituto receſſit, propter calumniam de Moſchi filio, *Moſchi F.* nobili adoleſcente, ſubortam. *Rhetorica. Scriptio.* Pòſt, orationes ſcribere aggreſſus, cum ibi quoq; crimini daretur, contrarias eũ edere orationes Phormioni & Apollodoro: eo etiam ſtudio relicto, rempub. capeſſit. *Naturæ uitia correcta.* Quanquam autem balbus erat, & humerum indecorè mouebat, & imbecilli auditu, & ſpiritu infirmo: hæc tamen incõmoda correxit omnia exercitatione. Actionem item & pronũciationem eius, quæ præclara non erat, Andronicus excoluit. *Res geſtæ.* Functus eſt ædilitate, triremes inſtruxit, captiuos redemit, puellis elocandis adiumento fuit. In ædilitate autem à Midia uerberatus, ter mille drachmis, ut aiunt, placatus eſt. Cum Demæneto itẽ conſobrino, quem uulneris inflicti accuſarat, in gratiam redijt. *Vxor.* Poſt Chabriæ ducis obitum, uxoris eius * Creſippi filiæ nuptias ambiit, & adeptus eſt. In gerẽda Rep. Philippo eſt aduerſatus: qui cũ Thebanos inuaderet, autor fuit ut ſocietas cũ eis iniretur: quib. ad Chæroneam uictis, *Chæronenſis clades.* mille & quadraginta interfecti, bis mille capti ſunt. *Filiæ & Philippi obitus.* Habuit chariſſimã filiã: eam elatam luxit. ſeptimoq; poſt eã calamitatẽ die, accepto nuncio de Philippo à Pauſania interfecto mutata ueſte, rem diuinã fecit. Aduerſatus eſt etiã Philippi F. Alexãdro. *Exilium ob Harpalum.* Cui quũ Harpalus magna pecunia ſurrepta, ad Athenienſes confugiſſet: Demoſthenes, qui & ipſe partem accepiſſe putabatur, Trœzenem in exilium profugit. Alexãdro Babylone mortuo, in patriã reuocatus eſt: ſed Antipater, ſuſcepto Greciæ principatu, decẽ Oratores ſibi dedi per legatos poſtulauit. Quos cum dedidiſſent Athenienſes: Demoſthenes in Calauriam fugit. *Obitus in Calauria. Archias.* Archias autem ab Antipatro contra eũ miſſus, ui eum auellit à Neptũni æde, quæ aſylum erat. At hic ueneno, quod ſub anuli pala habebat, exucto, mortuus eſt. *Demoſthenes Thrax.* Fuit alius Demoſthenes Thrax, qui ſoluta oratione tum Homericam Iliadem, tum Heſiodi Theogoniam expoſuit: & compẽdiũ Demageti Heracleotę, & opus de Dithyrambopœis conſcripſit.

δημοσιεῦον.) Qui publicè deſignabãtur medici & miniſtri, gratis curabant.

δημοτελῆ.) Popularia ſacra & inter ſeſe differebant, & à (ἱερὰ δημοτελῆ, ὀργεωνικὰ, γενικὰ) feſtiuis, & à gentilicũs.

δημοτικὰ.) Verba maximè popularia facit: Videtis; inquit, me ſalutem expetentem.

DEMOPHILVS, epiſcopus Cõſtantinopolitanus, fœdo impetu facto, inſtar uagi torrẽtis omnia permiſcuit, multum ſordium in orationibus ſuis uehẽs, ut cognoſces. *In ſcriptis cautiores quàm in dictis eſſe deberemus.* Nam in cõmentariis Orationis à ſe habitæ (ubi ſecuritatis eũ magis rationem habere decuit, cum ſcripta repeti memoria poſſint) cùm alia multa confuſè dixit, tum nominatim de patre & filio loquens: Filium patris uoluntate ſola natum abſq; tempore, abſq; medio, (Chriſtum miniſtrum facit) ut miniſter eſſet, atque executor eorum quæ pater uellet. Poſteaquam enim præſciens Deus (ἃ ἔμελλε πράττειν ἀδύνατα ἦν, τῆς ἀκρατήτου τάξεως τοῦ μέλλοντος αὐτὰ ποιεῖν θεοῦ ἐν τῷ γίνεσθαι μέλλοντα) quæ facturus erat, impoſſibilia erãt, inuicti ordinis facturi ea Dei, in faciendo futura eſſe (aut enim ea oportebat omnia deos fieri. pro dignitate facientis, & ex his futuri erant dij: aut oportebat ea facta ſolui, ceræ inſtar igni admotæ) extitit igitur mediator & ſequeſter tum eorum quæ futura erant, tũ eius qui eum genuerat Dei, filius: ut coniungens ſeſe, ac demittens ad ea quæ fierẽt, uoluntatẽ patris exequeretur, & mediator eſſet Dei & noſtri, qui per ipſum facti eſſemus. His uerbis Demophilus Deum uniuerſitatis autorem diſſimulãter imbecillitatis per mẽdacium arguit, & inuidentiæ: & filium omnibus rebus conditis inferiorem facit. Nam Deus quidem, autore Demophilo, imbecillis eſſet, ſi, cum uoluiſſet, eſſentiam omnibus donare non potuiſſet: neq; inuidiæ expers, ſi, cum liceret ei omnia deos facere, id callidè egiſſet, ut res ortæ non eiuſdem cum ipſo dignitatis participes

eſſent. Neq; etiam ulla res condita Filio non præſtantior eſſet: ſi non propter ſeſe natus eſſet, ſed ob finē & uſum ortus illorum. Quicquid enim ad aliorum uſum refertur, id minus ijs eſſe neceſſe eſt ob quæ (lego διὰ τῦ) eſſentiā conſequitur. Habet & alia multa nugacia.

*Botryis & Philænidis commentary.* *Polybius Timæum arguit.*

DEMOCHAREM nepotem ex ſorore Demoſthenis, irrumatum fuiſſe, ſcribit Timæus: indignum qui ſacrum ignē ſufflet, ac ſuis actionibus Botryis & Philænidis, aliorumq; obſcœnorū ſcriptorum ſuperaſſe commentarios. Polybius autem aduerſus Timæum dicit: Hoc conuicium & has ſignificationes adeò non dignas eſſe uiro erudito, ut ne ſcortum quidem impudiciſſimum dicere auderet. At iſte, ut fidem ſuæ obſcœnitati atque impudentiæ conciliet, mendacium ſuum de uiro illo cōfirmat, cuiuſdā ſine nomine teſtimoniū inculcans. Fuit autē Demochares & dux creatus ab Athenienſibus, & alijs honoribus ornatus: quorum nihil illi contigiſſet, calamitatibus huiuſmodi conflictanti.

*Demochares ut honoratus.*

δῆρις.) Ergo'ne futurum erat, ut ego relicta inuiſa Martis cōtentione, cœtus uirginum audirem?

*Diabolus.*

Διαβάλλει.) Quenque prælatum ſibi criminatur. Diabolus à criminando dicitur, quòd amicos etiam in odium adducere poſſit.

Διὰ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ῥίπτειν δεῖ.) In ferrum & ignes ruendum eſt. In homines audaces & temerarios, qui pericula non reformidant.

*Impius.* *Refutatio opinionis de dijs.*

DIAGORAS, Teleclidis aut Telecly ti F. Melius, philoſophus & canticorum ſcriptor: quē, cum ſeruus eſſet, ingenio hominis animaduerſo, Democritus Abderites emit * c. minis, atq; inſtituit. Itaque & Lyricis ſtuduit (tēporib. Pindaro & Bachylide poſterior) cū Pindari & Bachylidis temporib. uiueret. Cognomen impij habuit. Scripſit orationes, quę ἀποπυργίζοντες uocantur, quaſi turriū & munitionum deſtructrices dicas: in quib. opinionem de diis refutat. Corinthi degens deceſſit.

*Diagoras ab Athenienſibus proſcriptus.*

Διαγόρας ὁ μήλιος.) Diagoras Melius: de prophanis & perfidis & impijs dicitur. Hic Melo capta, habitauit Athenis, & Initia ſic contempſit, ut multos ab eo feſto auerteret. Proinde ab Athenienſib. ænea columna erecta, proſcriptus eſt: interfectori talentum, ei qui uiuum adduxiſſet, duo pollicentibus. Idq; ob impietatem eius factum, cum Initia narraret omnibus, euulgaret & extenuaret, & eos qui Initiari uellent dehortaretur. Ariſtophanes, τὰς τεθνηκότας τυράννους ἀποκτείνειν: de Diagora loquens, uel hyperbole utitur: uel eos ſignificat, qui rei capitalis damnati exulant.

*Tyrannos mortuos occidere.*

Διάγραμμα.) Aediles ſeu fori curatores, quantum cuiq; meretrici dandū eſſet, decernebant. In claſſibus item, cōferendo belli temporibus tributo, quantum cuiq; pro facultatibus conferendū eſſet, ij ſtatuebant, qui διαγραφεῖς, quaſi deſcriptores dicas, uocabantur.

*Scorta. Tributa.*

Διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι.) Per annulum trahi poſſis. De ijs qui uel morbo, uel mœrore ſunt extenuati.

Διαδρασιπολίτας.) Vocant timidos, & à publicis negociis abhorrentes.

Διαζηλοτυπούμενοι.) Inuidia impulſi, res Scipionis geſtas eleuare inſtituerunt.

*Scipio.*

Διαείδεται) Homerus: In bello uirtus uirorum perſpicitur: ac potius, excellēs ibi uirtus requiritur.

*Bellum.*

*Corporis & animi connexio.*

Διάθεσις.) Animæ cum corpore cōiunctio, non eſt aliena & abhorrens, ſed cognata & cōſentiens. Veſtigia certè quædam ex motionibus animi tranſeunt ad corpus, & ex corpore ad animum: atque alia forma eſt ratiocinatricis partis, alia dolentis. atque etiam in reliquis, motionis animi ueſtigium apparet in corpore. Vnde & Phyſiognomones è forma corporis animi affectiones colligunt. Tranſire autem ab ijs quæ corpori accidunt, aliquid etiam ad animum: perſpicuum eſt. Nam & cum dolente dolet, & eo bene affecto gaudet unà. Iam à corpore aliter atq; aliter affecto impediri animum: nemo ignorat. Id quod nequaquam fieret, niſi neceſſitudo quædā inter utrunque intercederet. Nam occipiti læſo, uis memoriæ hebetatur: ſyncipiti, facultas ipſa ratiocinatrix læditur: eoque certo modo affecto, nulla alio modo abſurda uiſa concipit animus. Atq; etiam diuerſæ animorum habitudines, & ad alios atq; alios affectus propenſiones, ex eorum erga corpus habitudine, & cum eo conſenſione oriuntur. Vnde quidam, (ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεσθαι τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις) animi facultates corporis temperamentis conſentaneas eſſe cenſuerunt.

*Corpore læſo lædi mentem.*

Διαθέσεις.) Affectiones ſeu diſpoſitiones (ut uulgò uocant) cùm ſcientię ſunt & artes, tum uerò uirtutes etiam. Arti autem

*Artes.*

autem ineſt improbum & probū. Nam artium aliæ bonæ ſunt, aliæ malæ. Scientiæ nomine, Ariſtoteles pro arte in genere utitur. Affectioni etiam, ut quæ genus ſit artis, improbum & probum ineſt. Diſpoſitiones dicnntur, ea quæ facilè mouenrur, celeriterque mutantur: ut Caliditas, frigefactio, ſanitas, morbus. Nam ijs homo certo modo afficitur, celeriterque è calido frigidus, è ſano fit æger: niſi fortè quis ob diururnitatem tēporis in naturam conuerſam, inſanabilis ſit, ac propè immobilis, qui iam habitus dici poteſt. Ac eo differt habitus à diſpoſitione, quòd habitus difficulter mouetur, diſpoſitio uerò facilimè.

*Scientia. Affectio. Diſpoſitio. Habitus.*

Διαθέτης.) Erat & in cęteris prudens paterfamiliâs, & magnam diei partem ijs rebus impendebat, partim ipſe laborando, partim aliis præſcribendo.

*IESV Chriſti promiſſio.* Διαθήκη.) Teſtamentū, Abrahamo & reliquis patrib. à Deo facta promiſſio, ſe è ſemine eius excitaturum Dominū noſtrum & Deum IESVM Chriſtum.

*Pithecii & uxoris pactio.* Διαθῆκην διαθώμεθα.) Pactū faciamus, cuiuſmodi Pithecus (Simius) cum uxore fecit. Quidam enim deformi facie, cōtinenter cum nxore iurgans coram amicis pepigit, ſe neq; uerberare neq; uapulare, neq; mordere, neq; morderi, neque mulierem capillis trahere, neq; ab ea teſticulis trahi uelle.

Διακεκαυμένον.) Ariſtophanes: Iſta quidem re nihil eſt opus, ſed eam tamen habere uolo.

Διακόπτεσθαι.) Veteres, improbos nummos pertundere ſolebant.

Διὰ κενῆς.) Dauid: Erubeſcant, qui ſunt improbi ſine cauſa.

Διακεχείρικεν.) Per omnē uitā ſuā ſibi rationes eſſe reddendas eorū quæ adminiſtrarit apud uos, aut geſſerit, cōfitetur.

Διακναιόμενος.) Ingens me urget deſiderium, quo conficior.

*Mundi ordo.* Διακόσμησις.). Vniuerſitatis ordo. Media tellus eſt, puncti rationem obtinēs: quam ſequitur aqua rotunda, forma eādem prædita qua tellus, ut tellus in aqua ſit, poſt aquam aer globoſus, & circuli ſeu zonæ in cœlo quinq;.

*Iudex.* Διακρίνω.) Moſes in Deut. Accuratè audite fratres ueſtros, & iuſtè iudicate.

*Pax.* Διαλλαγή.) O' puchræ Veneri & Gratiis charis familiaris pax.

*Lacones.* Διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς.) Reconciliandi nobis ſunt Lacones, qui fidum nihil habent, niſi quantum lupus hians: Prouerbium, de ijs qni aliena rapiunt. Vt enim lupis, ita nechis ulla fides eſt. *Lupus hians.*

*Ars diſſerendi.* DIALECTICA, eſt ſciētia ueri & falſi, & neutrius: ea uerò ſunt, quæ uel ſignificant, uel ſignificantur. Aut ſic: Methodus, quæ ex probabilibus de quauis re propoſita ratiocinatur. Dialectica dicitur à diſſerēdo. Diſſerimus autem, interrogando & reſpondendo.

Διάλογος.) Colloquium, oratio ex interrogatione; & reſponſione conſtās, de rebus philoſophicis, aut ciuilibus, cum decenti morum expreſſione earū perſonarum, quæ adhibentur, & orationis apparatu. Dialectica uerò eſt ars ſermonis, qua uel probamus aliquid, uel improbamus, interrogatione & reſponſione colloquentium conſtans. Eloquētiæ certè Platonicæ duæ ſunt ſummæ formæ. *Dialectica.*

Διάληψις.) Pleriq; mortalium non ratione, ſed ex euentu iudicant. Polybius: Romani nō impetu, ſed ratione gladiis utentes, & pectora & facies non uanis ictibus fodientes, uniuerſos cæciderunt. *Romanorum ...*

Διαμαρτυρεῖν.) Teſtificari, id eſt prædicere tam contumaciæ pœnā, quàm obedientiæ fructum.

Διαμαρτυρία.) Modus quidā præſcriptionis fuit (diuinationi Latinorum nō abſimilis.) Priuſquā enim lis in iudiciū deferretur: cuiuis licebat teſtificari, dari oportere actionem, aut non dari. Differt aūt à præſcriptione, quòd teſtificatio fit non modò à reis, ſed etiam ab accuſatoribus. Ac principiò producebat aliquē actor, qui teſtaretur, dandam eſſe actionem. Atq; de hoc iudiciū principiò fiebar aduerſus ipſum teſtem, nō aduerſus eū cuius intererat. Quòd ſi actor teſtem non produxerat: reo quempiam producere licebat, qni teſtaretur, actionem nō eſſe dādam. atq; ita rurſus cum teſte res erat. Ac falſi teſtimonij actio dabatur tā aduerſus ſubſcriptores (ſi ita τοὺς διαμαρτυρήσαντας interpretari liceat) quàm aduerſus teſtes. Forſitan autem in iudicijs deſertæ clientelę teſtificari uetitum fuit: in ijs uerò ubi de patrono non aſcito agebatur, non item.

Διαμαρτάνω.) A' ſcopo mihi aberrare uidentur.

Διαμεμετρημένη ἡμέρα.) Diuiſa & diſpertita dies. Menſura quædam aquæ eſt, ad certum diei interuallum fluens: eaq; menſe Decembri diuidebatur, qno maximę cauſæ maximisq; de rebus agebantur. *Clepſydra.*

bantur. & quidem in tres partes diſtribuebatur: quarum accuſatori una, reo al tera, tertia iudicibus aſſignabatur.

*Cogitatio unius tantum.* Διανοεῖσθαι.) Cogitare, actio eſt & progreſſio quædam, atq; explicatio animi. Nã ſcire quidẽ multa ſimul poſſis: ſimul aũt cogitare multa, nullo modo poſſis. Quiſquis enim cogitat, unũ quiddã cogitat. Sicut enim fieri nequit, ut ſimul orationes multas habeas: ſic nec multa cogitare ſimul poſſis. Oratio enim quædã eſt cogitatio ipſius animi, ſecũ loquẽtis.

Διάνοια εὔριπος.) Animus euripus. De hominibus qui facilimè ſententiam mutant, & inconſtantibus.

Διαξέσαι.) Capita malorum, rebus ſeſe inſinuantium, reſecanda ſunt.

Διαπατταλευθείσῃ χαμαί.) Humi clauis affigẽtis. Id eſt, accuratè in re inquiretur. Ab ijs ſumptum prouerbium, qui coria humi extenſa clauis affigunt, ne ardore ſolis corrugentur.

Διαπτοεῖσθαι.) Videbatur aliquid habere periculi, ſi ſe negocio illi admiſcuiſſent, ſiue ſucceſſiſſent inſidiæ, ſiue excidiſſẽt.

*Euangelij conſenſio.* Διαφωνεῖν.) Chryſoſtomus: Quatuor Euãgeliſtarũ nullus ab alio diſſentit.

Διαπεινῶμεν ἀεὶ πρὸς τὸ πῦρ.) Ariſtophanes: Semper ad ignem uehementer eſurimus, prçter expectationem: pro διαπίνομεν, aſſiduè bibimus. Cõuiuia enim hyberno tempore ad ignem fiunt.

Διαπιθηκίζειν.) Eludere inſtar ſimiæ, ludo maximè gaudentis animantis.

Διαπλεύσας.) O qui in Muſicis atq; amoribus omnem ætatem enauigaſti: id eſt exegiſti.

*Bene habet ſeſe anus.* Διὰ πολλοῦ χρόνου.) Senex, ut paucis abſoluam, diu non audijt tibiam: eaq; re exultans, ſaltare noctu nunquam deſinit ad ueteres illas cantilenas, quib. Theſpis certabat.

Διαῤῥεῖν.) Multum & celebre nomẽ hominis eſt.

*Gallici gladij.* Διάρσεις.) Polybius: Romani concurſu facto, & cominus congreſſi, Gallorũ impetum fecerunt irritum, adempta iu altum tollẽdorum enſium facultate: qua Galli uti neceſſe habent, quòd eorũ gladij punctim non feriunt.

*Porcorum morbi.* Διάῤῥοια.) Profluuiũ uentris, morb. porcorum immedicabilis. βράγχη, rauis ſeu tuſſis, partis alicui⁹ eſt corporis, quã ſubulci leuant inſuſione. κραῦρα, ſtruma, febris cum dolore capitis, qui animaduertitur cum demittunt aures, & deiiciunt oculos. hanc ijdem curant pu tribus carunculis reſecandis.

Διασπᾶν.) Ariſtophanes: Vt de maturis fructibus decerpere licet, atq; edere, de crudis nõ item: ita & Cleon diſpiciebat, Cui calumnia fieri poſſet? quis eſſet iuex pugnabilis? Ac maturos quidẽ iudicabat diuites, crudos uerò pauperes. *Sycophantia. Crudi. Maturi.*

Διάσια.) Iouialia, feſtum Athenis beuigni Iouis: ſic dictum, quòd precibus calamitates effugiant.

Διασκεδαννύναι.) Ioſephus: Cõfuſio nulla turbat ordinem, cui aſſueuerunt. *Ordo.*

Διαστελλεῖν.) Nõ eſt mirandũ, nos res geſtas Scipionis accuratius referre, & omnia dicta illius inſignitè cõmemorare. *Res geſtæ Scipionis.*

Διαστατικώτερον.) Polybius: Melius eſſe rati, atq; conſtantius, neq; occaſioni, neque concionalibus & importunis affectionibus aduerſariorum intereſſe.

Διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα.) Is cui eãdem re ſæpius inculcata, ſunt aures obtuſæ.

Διὰ τοίχου λαλεῖν.) Per parietẽ loqui. De ijs qui aliquid uel clã uel ſtultè agũt.

Διατριβή.) Vltrò ceſſabat, & aggreſſionem differebat, cùm quòd turbati eſſent ordines, tum quia præuidebat quid euenturum eſſet.

Δίαυλος.) Locus duorum ſtadiorum, aut menſura cubitorum CC, & longus circuitus: cum decurſo ſtadio, à meta eſt ad carceres redeundum. δολιχοδρόμοι, qui ſeptena ſtadia currunt. * Octo genera ſunt certaminum: Stadiũ, diaulos, dolichos, curſus in armis, pugilum compoſitio, pancratium ſeu quinquercionũ certamen, lucta & ſaltus. *Genera certaminum.*

Διαυχενίζεσθαι.) Militũ animos iritabat, & ad elationem atq; ferociã in adeundis periculis exercitatione excitabat.

Διαφανής.) Perſpicuum eſſe dicunt, lucem, quæ pluribus inſit, coloresq; tranſmittat. Ac luce quidem abſente, facultate perſpicuum eſt: actu uerò perſpicuũ fit, præſente luce. Perſpicua porrò ſunt, non aer tantum & aqua, ſed multa etiã ex ſolidis corporibus: ut ſplendidi lapides, cornua, uitrum, gypſus, & alia. Eſt igitur natura perſpicui talis, ut in plurib. ſubſtantiis ſubiectis ſuum eſſe habeat, ab uerſa cum ſit ab iiſdem: id quod & in aliis qualitatibus cernimus. Perſpicui particeps eſt & æternum illud cœleſte corpus, & multitudo ſphærarum, per quas in cœlo inertante ſtellas uidemus. Ac ſphæræ quidem perſpicuæ ſunt, ſed aſtra non item: quare alia ab aliis obſcurantur. Vnde euidenter conſtat, obſcurari ſolem *Perſpicuũ. Lux. Cœli. Stellæ.*

ſolem interiecto lunæ corpore.

διαφέρω.) Punctum à uirgula differt tempore.

Mors. διαφθορά.)Mors, diſſolutio compoſiti corporis. φθορά,corruptio eſt corporum mors,& immobilitas(ut ita dicam) inſtrumentorũ corporis,anima ab eo ſegregata. διαφθορά,Interitus, eſt diffuſio corporis,& uniuerſè deletio, & uermiũ eſca. καταφθορά,Internecio,mors æterna,aut ſcelera. Ac φθοράν,id eſt mortem ſubiit Domini corpus: non autem διαφθοράν,id eſt interitum.

διάφορα.) Torſerunt multos eorum, quos putabant inſigne aliquod opus, aut aliud quiddã precioſum occulrare.

διὰ φροντίδ(ος) εἶναί τι τινι.) Aelianus: Deus quieſcere illos iuſſit: ſibi enim rẽ curæ eſſe.

Turpitudo cum damno. διαψεύδονται.)Et ab honeſtate per errorem recedunt, & plerunq; ſuis cõmodis parum conſulunt.

διαψήφισις.)Singulorum municipiorum ciues apud Athenienſes conueniũt, & clam ſuffragia ferunt de peregrinitatis ſuſpectis. Qui ſi plurib. ſuffragijs abſoluti fuerint,abſq; controuerſia ciuitatem retinent.ſin minus,amittunt.eaque iam ἀποψήφισις dicitur.

δίγλωττος.)Anacharſis legiſlator Scytharum,patre Scytha, Græca matre natus,duas linguas tenuit.

διδάξομαι.)Ariſtophanes:Deos precatus diſcam.

διδάσκαλοι.)Sophocles: Mortales immodeſti,magiſtrorum ſermonibus euadunt mali.

DIDYMACHIAS, & frater eius Aſopus,ob corporis breuitatẽ ſunt traducti.

DIDYMVS,Ateius cognomẽto, philoſophus Academicus, ſcripſit duos libros probabilium & ſolutionum,cauillationum,& alia multa.

Didymus,Didymi ſalſamentarij F. Alexãdrinus grãmaticus Ariſtarchius, uixit ſub Antonio & Cicerone uſq; ad Auguſtũ,cognomẽto Chalcenteros, quaſi æneis inteſtinis præditus, ob aſſiduitatẽ lectionis & ſcriptionis. Dicunt enim eũ ultra libros MMMD.conſcripſiſſe.

Didymus Iunior, Alexãdrinus grammaticus,Romæ docuit. Scripſit probabilia, de orthographia, & alia plurima, eaque optima.

Didymus cognomẽto Claudius,grãmaticus: ſcripſit de erratis in Analogia Thucydidis,de Latina Analogia, Epitomẽ ſcriptorũ Heraclionis,& alia quædã.

Didymus Heraclidæ F. grãmaticus, apud Neronẽ uixit, ac ditatus eſt,inſignis Muſicus,& ad cantica appoſitus. Nero.

Didymus Alexãdrinus libros XV de re ruſtica ſcripſit. Didymi cognomen tum eſt etiam Thomæ apoſtolo.

δίδυμον τεῖχος.)Geminus murus, urbs Cariæ. unde Didymorichitæ.

δίαιτα.)Criminum diiudicationem alijs mandato.

διαιτητής.)Arbitri ex ijs qui quinquagenarijs maiores,omnis criminis expertes eſſent,ex albo ciuitatis, ad tranſigendas ciuiũ cõtrouerſias uel ſorte, uel litigantiũ arbitratu lecti,diuerſi fuerunt à iudicibus. Nam hi quidẽ in prætorijs certis appellationes ab arbitris factas iudicabant.in arbitrorũ uerò ſententia ſi aduerſarij acquieſcerent,lis finita erat: ſin minus,ijdem crimina & prouocationes & teſtimonia,atq; etiam leges, & alia utriuſq; partis argumenta in capſulas coniecta & obſignata ijs tradebant, qui rei actionem dare ſolebant. Arbitrorum & iudicum diſcrimen.

διακαθῆσθαι.)Ferunt Epimenidem, annum unum ſeceſſiſſe, radicibus ſecandis occupatum. Epimenides.

διαλεκτική.) Dialecticã Alexander Aphrodienſis ait ſic à Rhetorica differre, quòd Dialectica in omni genere facultate ſua utatur,& non perpetua oratione, ſed interrogatione & reſpõſione cõſtet: unde totũ nomẽ habeat, & uniuerſè atque in genere pronũciet. Rhetorica uerò neq; in omni materia uerſetur,ut Dialectica (oratorẽ enim res ciuiles magis tractare) & perpetua & continenti oratione ferè utatur, ac de reb. ſingulis potius agat, & pro ratione circumſtantiarum,fortunarũ,tẽporũ, perſonarũ,locorum,& ſimilium orationem conformet, quæ ſingulatium rerum ſint.In huiuſmodi enim argumentis & ſuaſiones, & exortationes,& lites uerſari. Dialectica & Rhetoricæ diſcrimen.

διασκευασμένη.) Mittunt Cretenſes quoſdam per latrocinij ſpeciem,cõmenticiis literis datis.

διατήγη.) Afrorũ ſcaphæ patuæ,naues Romanas ſubeuntes, perforabant puppes,& gubernacula reſecabant. Nauticum ſtratagema.

διεφθαρμένος.)Iam Antonius Cleopatræ amore corruptus,omnibus in rebus libidini ſuccumbebat. Antonius.

δὶ ἐχθρας γνώσομαι.)Ariſtophanes: Neutri ero inimicus.Nã Aeſchylum quidem iudico ſapientẽ,Euripide uerò delector. Aeſchylus. Euripides.

διαψύω

διεψεύσθησαν τοῖς λογισμοῖς.) Suis decepti ſunt rationibus.

διάρχων.) Magiſtratus, nõ quatenus magiſtratus eſt, à licentia magiſtratus experte diſtinguitur.

διῆγε.) * Ioannes: Antiochus munitis locis occupatis ducebat bellũ, & Hannibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat.

δίηκα.) Credo. nam uirtus tua longè lateq; celebratur.

διήνεγκαν.) Obſidionem annos nouẽ tolerauit:

διπόλια.) Feſtum Athenienſiũ. in honorem Iouis Vrbani, ſeu urbis cuſtodis.

διηχῆ.) Facultas ſonos per meningas, id eſt membranas cerebri & interiorem ſpiritum transferens.

διθυραμβοποιοί.) Dithyrambopœi, de rebus ſublimibus, & nubibus multa fabulantur, & mirabiliter compoſitis uerbis utuntur.

DITHYRAMBꝰ, hymnus in Bacchũ, qui à duplici partu ſic dicitur. altero, ex utero materno: altero, ex femore Iouis, quaſi p̱ bipatẽtes fores egreſſum dicas.

διθυράμβου νοῦν ἔχεις ἐλάττονα.) Dithyrãbis minus mentis habes De hominibus ſtolidis, & incogitantibus.

Διιτρέφης ἀνεπτέρωκε.) Dijtrephes impulit. De iis qui aliquid alicui perſuadent.

Διιτρέφης πυτιναῖα ἔχων πτερά.) Diitrephes uaſis uinarij præditus alis. Hic homo curioſus & importunus fuit, qui oleaginis uaſculis conficiendis locupletatus, magiſter equitum factus eſt, & tribunus plebis: homo nouus, rapax, improbus. Alij dicunt, in hominem pauperem dici, ſimulandi ac diſſimulandi neſcium: quaſi dicas, qui nihil aliud habeat niſi dolij pedes, & ollæ umbilicum.

δικάζειν Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρεῖσσον.) Iudex Biante Prienenſi præſtantior: & Prienẽſe iudiciũ. De iuriſprudẽtiſſimis.

* δικαϊκὸν τεῖχι.) Ad mentẽ tuã recurre, ut æquitatis ex ea regulam depromas.

DICAEARCHVS Phidiæ F. Siculus, Meſſenius, Ariſtotelis auditor, philoſophus, orator, geometer: Scripſit dimenſiones montium Peloponẽſi. * Græciæ uitam libris III. Rempublicã Spartiatarũ: qui liber ut quotannis in Ephororũ prætorio puberibus auſcultantib. recitaretur, lege ſancitũ fuit apud Lacedæmonios, & longo tempore obſeruatum. *Reipublicæ Spartiatarũ recitatio.*

Dicæarchus, Lacedæmonius grãmaticus, auditor Ariſtarchi.

DICAEOGENES, tragœdias & dithyrambos ſcripſit.

DICAEOPOLIS urbs Thraciẹ, propè Abdera. Forſitan eſt & alia quædam Dicæopolis. Stephanus Dicæa, urbs Thraciæ, à Dicæo, Neptuni F. Eſt & alia in Thyrrenico ſinu, Ionum colonia. Vnde Dicæopolites. Eadem appellata fuit & Dicæarchia & Puteoli.

δίκαιον πρᾶγμα.) Iuſta res, & legi cõſentanea, & ſocietati conſeruandæ.

δίκαιος.) Iuſtus, ut eſt apud Aeſchylũ, non uideri, ſed eſſe uolens, uerè profundum in animo & frugiferũ ſulcũ habuit. Comœdia uirum bonum negat eſſe politicum, aut manſuetum. *Vir bonus.*

δίκαιος.) Quidam è uiris ſanctis dixit, non poſtulari ab omnib. ut alios ſeruẽt: ſed illud ab omnibus poſtulari, ut ſemet ipſos ſeruent. Et alius: Accuratè conſeruato uitam tuam. Et propheta ille, Dei nomine: Cum ſe iuſtus auerterit à iuſticia ſua, ut iniuſtè faciat: omnia eius iuſtè facta obliuioni tradẽtur: in peccato ſuo morietur: neque iuſticia eripiet iuſtum, quocunq; die errauerit. *Seipſum ſeruare.* *Qualis quiſque deprehenditur, talis iudicatur.*

δικαιοσύνη.) Iuſticia, ſcientia eſt rerũ expetendarum & fugiendarum, & neutrarum. Iuſticia igitur, communis illa uirtus, quæ ab aliis uirtutibus æquiuocè diſtinguitur. Iuſticia & Fortitudo differũt, cum ſub eodem uirtutis genere collocentur. nam aliter iuſticia mediocritas eſt, aliter fortitudo. Hæc enim duorum uitiorum, audaciæ & timiditatis: auariciæ illa, & negligentiæ ſui iuris, unde iniuſticia exiſtit. In his enim uerſatur iniuſticia. In aliis item uerſatur Fortitudo, in periculis ſcilicet tolerandis: in alijs Iuſticia, nimirum in pari, tum diſtributionis, tum contractuum. *Iuſticia. Fortitudo.*

δικαιοσύνη.) Iuſticia, non ciuilis illa uirtus, ſed maior, quamuis eiuſdem nominis. Iuſticia continet cuiuſq; cæterarum uirtutum proprium munus, in imperando & parendo. Iuſticia eſt abſtinentia lucrorum. Iuſticia & perfecta uirtus, & iuſta petitio: ut in Pſalmo, Exaudi Domine iuſticiam meam.

δικαιότερος σεχαίνης ἢ τρυτάνης.) Trutina iuſtior. De iis qui iuſticiam diligunt.

δικαίωμα.) Nullum ius armis potentius. Quiſquis enim potentia præſtat, ęquiora ſemper & agere & dicere putatur. Archelaus à ſtudio Phyſicus dictus, iuſtum & turpe non natura, ſed lege atq; opinione cenſuit eſſe conſtitutum. *Ius armorum.* *Archelai capitalis error,*

δικαιώ-

*Legis uaria nomina.* δικαιώματα.) Legem uocat, eam quæ à Deo per Moſen data eſt: Mandata & edicta, eandem, ut quæ regio more mandata & imperata contineat. δικαιώματα, ut quæ iuſtum reddere poſſint eum, qui rectè faciat. κρίματα, ut quæ diuina ſuffragia demonſtrent, iuſtasq; remunerationes eorum qui legi uel cõuenienter, uel cõtrariè uiuant. μαρτύρια, ut quæ teſtentur & denuncient, quas pœnas ſubituri ſint ij, qui illa non obſeruent.

*Auaricia.* δικαίως κ' ἀδίκως.) Ariſtophanes in Pluto: Hæc illa domus eſt, quã hodie pecuniis repleri per fas & nefas oportet.

δίκελλα.) Nõ bobus & ligonibus, ſed *Latrones.* equis & gladiis uictum quærunt.

*Litigare noxam.* δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβη βλάβην.) Lis litem parit, & noxa noxam. Prouerbiũ, in amantes litium, & iudicium iudicio cumulantes.

δίκην ὑφέξει καὶ ὄνος, εἰ δάκῃ κύνα.) In ius uocabitur, etiam ſi aſinus canẽ momorderit. De ijs qui paruas ob res calumniis exagitantur.

δίκην.) Veniemus de uiris nefariis & periuris ſumpturi pœnas.

δίκην.) Ac is quidem inſtar pinus eſt extirpatus, proiectus in mare, pœnasq; dat cum ſua familia.

*Iuſticiæ deſcriptio eius.* ὅτι τὴν δίκην.) Iuſticiam ueteres rectã eſſe dicunt, & immotam & immutabilẽ, idq; plurimi celebrant: atque etiam ita ſe habere neceſſe eſt. ius enim hanc naturam eſt ſortitum. *Heſiodus.* Heſiodus autem eã & uirginem eſſe dicit, & incorruptam, cùm quòd ad alia attinet: tum etiam quod ad lectulum ueneteum, ius à nemine eſſe adulterandum, neque aliis rationibus inducto, neq; muliebribus illecebris ſeducto, innuens. Eandem ulciſci quoque dicit eos, qui iniuriis & improbis facinoribus ſtudeant. Iis autem à quibus illa colatur, & terram ferre ſua bona, & mare ſuppeditare fœtus ſuos, & uictum uberem ſuppetere. Audio quoq; illam & Iouis ipſius aſſidere ſolio, & optimorum conſiliorum ſociam eſſe. *Homerus.* Homerus item poteutiam eius magnam celebrat: cui qui honorem non habeant, ijs iratum fore Deũ: & ingentes imbres effundere, & torrentes inundare, & urbes delere, & arua & greges. hisq; pœnis affici iniuria & temeraria facinora.

δίκης ἀνάκρισις.) Non omnes controuerſias in iudicio diſceptari leges iubẽt: ſed cum reus dandam eſſe actionem exceptione oppoſita negarit, prius de hoc fit iudicium: quæ controuerſiæ inquiſitio dicitur, aut diuinatio.

δίκης δικαιότερος.) Iuſticia iuſtior. Oratio ſupra ueri fidem exaggerata, de hominibus ualde iuſtis.

δίκης ὀφθαλμός.) Iuſticiæ oculus. Omnes homines confiteantur, iuſticię, ut prouerbio dicitur, oculum, qui nulli mortalium eſt contemnendus.

δικλίς.) Epigramma: Galatea me cõſpecto ambas fores cũ impetu clauſit. *Infelix amator.*

δίκροτα.) Vniremes, nonnullas etiam biremes pararunt, quædam etiã & à puppi & à prora utrinque gubernaculis exornatæ erant: cùm ut ipſi non conuerſi & accederent & recederent, tũ ut aduerſariis tam prætereundo quàm recedendo incommodarent. *Vnius nauis bina gubernacula.*

δικροῖς.) Oratores clamoſis concionibus pacificationem impediebant.

DICTATVRA, magiſtratus, à quo non eſt prouocatio, & obnoxia nemini poteſtas.

DICTATOR geminum habet magiſtratum, qui apud Romanos etiam Biſconſul dicitur. *Bis conſul.* Erat autem magiſtratus ad tempus: aut, monarcha terũ potiens. Nam cum Manlius, homo Latinus, & apud ſuos magnæ autoritatis, omne Latinum nomen concitaſſet, & magnam mercenariorũ manum coegiſſet, ut iniuriam affiuibus ſuis factam, qui per ignominiã principatu deiecti eſſent, ulciſceretur: Senatus multitudine hoſtiũ perterritus, nouum imperij genus excogitat, deſignato tũ primũ dictatore, quaſi ſuaſorem & autorem rerũ conducibiliũ dicas, qui & cõſulibus ſuperior eſſet, & regibus ſimilimus. Nam & ſumma eius poteſtas erat, & potentia ad certũ tempus planè regia. Itaq; C. Cæſar & Octauius Auguſtus hoc nomine monarchiã inuadere ſtatuerunt. *Manlius.* *C. Cæſar.*

δίκτυον ἄνεμον θηρᾷς.) Reti uentũ uenaris. De ijs qui fruſtrà & ſtultè laborant.

δίκτυον φυσᾷς.) Rete inflas. De æquè ſtultus.

DICTYS hiſtoricus, ſcripſit acta diurna, prætermiſſa ab Homero, IX libris. Res Italicas, de Troiana Rep. de raptu Helenæ & Menelao, & uniuerſa Troiana hiſtoria. Cum autem ſub Claudio imperatore Creta terræmotũ diſceſſiſſet, multis ſepulchris apertis, in quodam, opus hiſtoricũ Dictyis eſt repertũ, quod bellum Troianum contineret. Qđ Claudius deſcriptum edi iuſſit. *Dictyis libri repertus.*

I δίγος.)

ἐνῷ.)Ariſtoph.uertiginē, id eſt cœli conuerſionem,& nubes appellat deas.

DIOGENIANVS Heracleotes, Ponticus,grāmaticus ſub Hadriano imperatore. Conſiderandum aūt eſt,an fortè ſit ille ex Albace Heraclea Circia medicus, qui fuit omni doctrinæ genere eruditꝰ. Neq; enim manifeſtè reperi,eum eſſe ex Heraclea Ponti,quamuis in ea nonnulli opinione fuerint. Sunt autem hi eius libri. Omnis generis uocabula,ordine alphabetico libris V expoſita:eſt autem Epitome uocabulorum è libris Pamphili CCCCV.&Zopyrionis epigrammatum florilegiū:De fluminibus, lacubus, fontibus,montibus,promontoriis: De fluminib ordine alphabetico breuis deſcriptio: Collectio & tabula omnium uniuerſæ terræ urbium,& reliqua.

*Philoſophorum diuerſæ uirtutes.* DIOGENES philoſophus, qui & canis. Celebratur Diogenis fortitudo,māſuetudo Xenocratis,Ariſtotelis elegantia & eruditio,Theophraſti grauitas, Zenonis auſteri & uiriles mores, Platonis maieſtas,Polemonis cōtinentia. Nā horū nullus cum non ab omni parte præſtans eſſet,multum tamen à cæteris differebat. *Diogenis epitaphium.* Extat epigrāma de Diogene breuibus ſyllabis cōſcriptum: Diogenes age dic,quod nam te tulit fatum ad orcū? Canis me mordicus arripuit.

Diogenes,ſiue Oenomaus, Athenienſis tragicus, fuit ſub id tempus, quo XXX tyranni profligati ſunt. Fabulæ eius ſunt, Achilles, Helena, Hercules, Thyeſtes, Medea, Oedipus, Chryſippus, Semele.

Diogenes Hiceſij argentarij F. Sinopenſis,ob adulteratam monetam patria *Exilium.* exulans,Athenas uenit:& cum Antiſthene congreſſus,uitam eius adamauit, *Philoſophia.* Cynicam philoſophiā amplexus: magnis opibus,quas habebat,deſpectis. *Captiuitas, Seruitus.* Senex à Scirtalo pirata captus,& Xeniadę Corinthio uenditus, neq; ab Athenienſibus, neque à ſuis cognatis redimi uoluit: ſed *Obitus.* manſit apud emptorē. Obiit Olympiade CXIII,crure à cane morſo: deſpecta *Diogenis & Alexandri mors.* quę curatione, eadem die, qua Babylone Alexander, deceſſit.

Diogenes Antiſthenis diſcipulus,primùm Cleon cognominatus,degebat in *Ambitio.* dolio. Huic ſciſcitāti, quo pacto primas ferret? reſpondit Apollo (nam in Rep. uerſabatur) εἰ παραχαράξειε,ſi perperam *Adulteratio monetæ.* cuderet. Is igitur monetam adulterauit: eaque de cauſa profugus Athenas uenit. cūq; in Antiſthenem cōtra gloriam diſſerētem incidiſſet philoſophatus eſt. In nauigatione à prędonibus captus eſt, & uenditus: ac præcone proclamāte,rogatus quid noſſet: Imperare,inquit, hominibus. *Xeniades herus Diogenis.* & Corinthium quendam hominem diuitem & luxurioſum conſpicatus: Huic,inquit,me uendito. nam domino eget. Qui eo empto,& Corinthū perducto,bonum genium ſuas ædes ingreſſum eſſe dixit. Tradunt Diogenem filiū habuiſſe amatorem, nec, ut durum patrem, eius ſocordiæ indulſiſſe: ſed prohibendo & cohercendo illius deſiderio, *Adoleſcentiæ feruor non facilè extinguitur.* malum illud magis iritaſſe, ut ſupra modum augeretur. Amor enim Diogenis obſtante magis inflammabatur,& morbus adoleſcentis magis exardeſcebat. Videns itaq; contumaciam illius mali, Delphos uenit, & indignabundus atq; ægerrimè ferens,rogat: Nunquādo ab eo morbo illo filius liberandus eſſet? At Apollo cum parum prudentem ſenem cerneret, amatoriisq; neceſſitatibus nihil indulgentem,ſic reſpondit:

*Deſinet filius tuus amare ubi leui adoleſcentia*
*Veneris deſiderato conflagrarit eius animus œſtro.*
*Iram itaque mitiga triſtem,neque augeto*
*Prohibendo. Ages enim contraria tuis rationibus.*
*Si uerò ad tranquillitatem ueneris,obliuiſcetur celeriter*
*Amorum,& ſobrius factus turpem remittet impetum.*

His Diogenes auditis, iram repreſſit, bona ſpe plenus, quòd modeſtiæ filij fide dignos ſponſores haberet: ſimulque melior euaſit pater, manſuetior & lenior factus. Idem hoc & tragicus Hæmon *Hæmon Creontis F.* apud Sophoclem demonſtrauit, qui Antigonem adamans, & duro patri Creonti aduerſans, urgens malum, & amorem & patrem ultus gladio propulſauit.

Diogenes,ſiue Diogenianus, Cyzicenus grammaticus: ſcripſit inſtituta Cyzici patriæ,de Punctis librorum,de Poetica,de Elementis ſeu literis.

DIODORVS monachus, temporibus Iuliani & Valentis, epiſcopus Tarſi Ciliciæ: ſcripſit uaria,ut Theodorus ana *Scripta plurima & præſtantiſſima.* gnoſtes in Eccleſiaſtica hiſtoria meminit,quæ ſunt: Interpretatio in totum uetus teſtamentum,Geneſin,Exodum, & reliqua. In Pſalmos: In 4 libros Regum: In ea quæ in Paralipomenis deſiderantur. In Prouerbia: Quod ſit diſcrimen contemplationis & allegoriæ. In Eccleſiaſten: In Canticum canticorū. In prophetas. Chronicon, quo erratum Euſebij,Pam-

*Euſebij Chronologia falſa.* bij Pamphili de temporib. corrigit: In 4 Euangelia: In acta Apoſtolorũ: In epiſtolam Ioãnis euangeliſtæ: Deum unũ eſſe in Trinitate. Cõtra Melchiſedecitas: Cõtra Iudæos. De reſurrectione mortuorũ: De anima, contra diuerſas de ea ſectas. Ad Gratianũ capita: Cõtra aſtronomos & aſtrologos, & fatũ: de ſphæra, & ſeptẽ zonis, & annuo aſtrorum progreſſu: De Hipparchi ſphæra: De prouidentia, contra Platonem: de Deo & diis. De natura & materia, ubi tractat quid iuſtum ſit: de Deo, & falſa Græcorum materia: Naturas quæ ſub aſpectum nõ cadunt, nõ ex elementis, ſed unà cum elemẽtis eſſe factas ex nihilo. Ad Euphronium philoſophum per interrogationem & reſponſionem: contra Ariſtotelem de corpore cœleſti: Quomodo calidus ſit ſol? Contra eos qui animal dicunt eſſe cœlum: Quomodo ſemper ſit opifex, opificium aũt non ſemper? Quomodo uelle & nolle inſit æterno Deo? cõtra Porphyrium, De animalibus & uictimis.

Diodorus cognomẽto Valerius, philoſophus, Teleclis diſcipulus, Alexandrinus, filius Pollionis philoſophi, qui ſcripſit Atticam dictionem. Vixit ſub Hadriano Cæſare.

Diodorus Siculus, hiſtoricus, ſcripſit Bibliothecam, quæ continet hiſtoriam Romanã, & uariam, libris XL. Vixit ſub Auguſto Cæſare, & ante illum.

Diodorus comicus, cuius comœdias Athenæus recenſet in X Dipnoſophiſtarum, Tibicinam: & in XII, Pupillam & Panegyriſtas.

DIOCAESARIA, q̃ nũc Anazarba dicitur, Ciliciæ urbs, olim Cyinda dicta.

DIOCLES Atheniẽſis, aut Phliaſius, antiquus comicus, æqualis Sannyrionis & Phillylij. Fabulę eius ſunt: Thalatta, id eſt mare: Apes, Somnia, Bacchæ, Thyeſtes ſecũdus. Hunc reperiſſe Harmoniã in * Oxybaphis, in teſtaceis uaſis, quæ *Thalatta meretrix.* bacillo pulſaret. Thalatra uerò, Athenęo autore, meretriculæ eſt nomen.

DIOCLETIANVS, & Maximianus huius gener, imperatores Romanorũ. Sub his atrociſſima cõmota eſt contra *Perſecutio Chriſtianorum.* Chriſtianos perſecutio. Iuſſerunt enim in ſingulis prouinciis & urbibus, Chriſti Eccleſias euerti, & diuinas earũ ſcripturas comburi: & quicunq; Chriſtiani inuenirentur, eos cogi ut dæmonibus immolarent. Sed uicti multitudine eorum qui occidebantur, decretum promulgarunt, ut iiſdem dextri oculi eruerentur, *Dextri oculi eruti.* cùm ob doloris acerbitatem, tum propter ignominiã cõſpicuam, & Romanæ ciuitatis alienationem. Quos diuina ultio inſecuta, meritò excîdit. nã alter quidem à Senatu iugulatus eſt, alter ſe ſuſpendit. Hic Diocletianus homo uæcors, & Chriſti oſor, ira & furore percitus, cõtra eos qui in Aegypto res nouas moliti erant, nõ moderate neq; humaniter poteſtate uſus eſt: ſed ꝓſcriptionibus & cædibus illuſtrium uirorũ pollluẽdo prouinciã peruaſit. eodemq́; tẽpore ueterum ſcripta de fuſione argenti atque auri cõquiſita cõbuſſit, ne ex illa arte ditati Aegyptij, & pecuniæ freti copiis, in *Chymia Aegyptiorum.* poſterum rebellarent. Ingenio fuit uario & callido, ſed ſingulari prudentia & *Calliditas Diocletiani.* acumine. uitia naturæ ſæpè cælanit, res omnes aſperiores in alios cõferendo: diligens tamen, & in rebus gerendis ſtrenuus, & multa imperatorij cultus cõtra morem maiorum inſolentius mutauit. Diocletianus & Maximianus abdicato *Depoſitum imperium.* imperio, ad uitã priuatã redierũt: ac ille quidẽ Salonas urbẽ Illyricã ſe cõtulit, alter in Lucanos abijt. Ac Maximianũ quidem relicti principatus pœnituit: Diocletianus autem tranquillè cõſenuit, ac trienniũ ſumma cũ uirtute exegit, ethnica religione tamen mordicùs retenta.

DIOMEA, municipium Aegeiæ tribus, à Diomo Herculis F.

DIOMEDIA inſula, & διομήδειος ἀνάγκη, Diomedea neceſſitas. Prouerbiũ, ſiue de Tydei filio: ſiue de Diomede Thrace, qui hoſpites tem habere cũ filiab. de- *Equæ deformes puellæ.* formibus, quæ allegoricè equæ dicebãtur, coactos occidebat. Hinc equas habuiſſe fertur, hominũ deuoratrices. Alij tradunt, cum Vlyſſes & Diomedes noctu furati Palladiũ, in caſtra redirent: Vlyſſem ponè ſequentẽ, ſtricto gladio in- *Vlyſſes inſidiatus Diomedi.* terficere uoluiſſe Diomedẽ: qui cõſpecta umbra territus, Vlyſſem, enſe uerberans ſcapulas eius, præcedere coegerit. Vſurpatur de ijs qui neceſſariò aliquid faciunt. Diomedes in reditu ab Ilij expugnatione, à ſuis nõ receptus, ſed expulſus, in Calabriã abijt: & Argyrippam cõ- *Argyrippe, Beneuentũ.* didit, quæ nunc Beneuentum dicitur.

DIONYSIVS Areopagita, epiſcopꝰ *Eruditio D. Dionyſij.* Athenarum, uir clariſſimus, & in patria doctrina Græciſq́; literis erudiriſſimus, ut in illis pręſtẽt omnibus. Cuiuslibet enim ſectæ, quæ à Græcis celebrantur, peritiſſimus erat. Hic Paulum Athenis cõ-

*Epiſcopatus Athenienſis.*

cionantem audiuit, ac Chriſtum & reſurrectionem liberè Græcis annũciantem: & Pauli pręconio fide adhibita, ab eo epiſcopus Athenieſis eſt deſignatus. Hic Areopagita ſub Tiberio Cæſare, florente ætate in Aegyptum abiit, ſapientes eius loci aditurus: unaq; cũ eo fuit Apollophanes rhetor, quẽ Polemon Laodicẽſis, Ariſtidis magiſter, aſſiduè audiuit.

*Profectio in Aegyptum. Apollophanes. Polemon. Ariſtides. Defectus Solis.*

Ac tẽpore ſalutaris paſſionis ambo fuerunt unà Heliopoli in Aegypto: cumq; defectus Solis contra naturã accidiſſet (neq; enim interlunij tẽpus erat, ſed admirabiliter Luna in Solem inciderat) (rurſusq; à nona) ab hora ſexta uſque ad ueſperã, in ſolis oppoſitũ ſupra naturam eadẽ fuerat reſtituta. Nã cõgreſſus lunæ cœperat ab ortu, eaque ad ſolarẽ terminum progreſſa, deinde regreſſa fuit: nec rurſus ex eodẽ loco receſſus & repurgatio facta eſt, ſed econtrariò per diametrum: quę aliter fieri nequeunt, niſi iuſſu & adminiſtratione omnipotentis Chriſti, omniũ autoris: qui facit magna & ſtupenda, quorũ nõ eſt numerus.

*Apollophanis & Dionyſij colloquiũ de eclipſi. Michael Syncellus de eadẽ eclipſi.*

Quæ res nouæ, naturæq; captũ ſuperantes, Apollophanem impulerunt, ut quaſi uaticinans diceret: O` præclare Dionyſi, uices ſunt rerum diuinarũ. Cui Dionyſius reſpondet: Aut Deus patitur, aut uicẽ patientis dolet. Huius rei Michael Syncellus Hieroſolymitanus in laudatione magni Dionyſij ita meminit: Adſumus expoſituri uobis cupidis audiẽdi, quæ uel eruditione ſine ſcripto per manus tradita, uel mãdata literis accepimus: Talis igitur ad nos ſermo peruẽnit, iam olim à patrib. filiis expoſitus de S. Dionyſio: cũ tẽpore ſalutaris paſſionis in meridie Sol occultaretur, ea re admirabili attonitũ, & ultra cognitionẽ humanã euectũ, intellecta, dixiſſe: Ignotus Deus patitur, ob quẽ uniuerſitas rerũ & caligine obducta, & concuſſa eſt: & euestigiò tempus, quo totum mundum peruagatum hoc miraculum contigerat, certis argumentis deprehenſum atq; annotatum, apud ſe cõſeruauit, quid eo denũciaret, ſolicitè expectãs.

*D. Dionyſij defenſio contra Apollophanem.*

Meminit & ipſe horrendę illius ſolaris eclipſis in epiſtola ad magnũ Polycarpũ, Smyrnæ epiſcopum. Nam cũ Apollophanes, homo philoſophus, religione Græcus, indignaretur, & huic beatiſſimo uiro conuicia diceret: q cũ chariſſimus eius amicus fuiſſet, & popularis, patrios cult^9 auerſaretur, & Chriſtianã fidẽ illis præferret, atq; amplecteretur, acerrimeq; defenderet, & Græcorũ rationibus contra Græcos uteretur: ea conuicia, eãq; indignationem refutare ſtudens, ac potius Polycarpo defenſionem ſuggerens, in quẽ ille, pridẽ cõmilito, dicteria illa iaceret, hæc ſcribit: Ais maledicere mihi ſophiſtã Apollophanẽ qui me parricidam nominet, Grçcorum armis contra Græcos utentẽ.

*Græcorũ armis contra Græcos uti.*

Atqui nos uerius aduerſus eũ diceremus, Græcos, atq; ipſum adeò Apollophanem diuinis contra diuina irreligioſè uti, per Dei ſapientiã diuinum refutare cultum ſtudentes. Qui cum rerũ cognitionem rectè dicat philoſophiã, quæ & à D. Paulo ſapientia nominatur: ad autorem & naturæ rerum & cognitionis earum ueris philoſophis eſſet aſcendendum.

*Philoſophia dux eſſe debet ad Theologiam.*

Rogaro igitur eum, quid de admirabili illa in ſalutari cruce dicat eclipſi? Cui, ſapiens cum ſit, illud perſpiciendum erat, nunquam quicquam in ordine ac motu cœleſti mutari poſſe, niſi ab ipſo ordinis illius autore & conſeruatore moueretur: qui, ut ſacra dicunt oracula, facit & trãſmutat omnia.

*Cœleſtia nõ niſi Dei nutu mutari.*

*Scripta Dionyſij.*

Scripta huius ſunt: Ad Timotheum Epheſi epiſcopum, qui & ipſe Pauli diſcipulus fuit, de diuinis nominibus libri 12. De coniũcta & diſtincta Theologia. De uirib. precationis. De beato Hierotheo. De uerecundia & ſcriptione Theologica. De bono lumine, honeſto amore, raptu zeli. Malum neq; eſſe quicquã, neq; ex ijs eſſe quæ ſunt, neq; in iis eſſe quæ ſunt.

*Malum nõ ſubeſſe.*

De eo quod eſt: in quo etiã exẽpla ſunt de uita, de ſapientia, mente, oratione, ueritate, fide. De potentia, iuſticia, ſalute, redemptione. De magno & paruo, eodem, alio, ſimili, diſſimili, ſtatione, motione, paritate. De omnipotẽte, antiquo dierũ: in quo etiã agitur de æuo & tẽporibus, & quid * uelit ipſa eſſe idem? De pace: de Sancto ſanctorum, Rege regũ, Domino dominorum, Deo deorũ. Alius liber ad eundẽ Timotheũ, De eccleſiaſtica Hierarchia, continens cap. 15. De cœleſti Hierarchia totidẽ cap. cõſtãs. De myſtica Theologia cap. 5. De cœleſtib. ordinibus, & quot hi numero ſint? Circumferuntur & eius epiſtolæ: ad Caiũ cultorẽ 4. ad Dorotheũ miniſtrũ, 1. ad Sopatrũ ſacerdotem, 1. ad Polycarpum hierarcham Smyrnæ, 1. Ad Demophilum cultorem, 1. Ad Ioannem theologum apoſtolum & euangeliſtam, 1. Sciẽdum autem eſt, quoſdam prophanos ſapientes, ac maximè Proclum ſententiis

*Iohannes Theologus, apoſtolus, & euangeliſta.*

atq;

*Proclus & alij philoſophi lucubrationũ D. Dionyſij compilatores.*

atq; inuentis beati Dionyſij ſæpe eſſe uſos, atq; etiã ijſdem uerbis. Vnde ſuſpicari licet, uetuſtiores Athenis philoſophos opera eius, quorũ ipſe in epiſtola ad Timotheum meminit, ſuffuratos occultaſſe, ut ipſi autores diuinorũ eius ſermonũ haberentur. Hic igitur Dei demõſtrator Dionyſius, iam prouecta ætate, ac plenus dierum ſpiritus, martyrio pro Chriſto perficitur, ſub Traiano Cæſare: quo tempore etiam Deo plenus Ignatius certamen immortalitatis obiit.

*Martyriũ D. Dionyſij, et Ignatij ſub Traiano.*

DIONYSIVS Alexandri F. Halicarnaſſeus, orator, & omni genere doctrinæ excultus, ſub Cæſare Auguſto uixit. Ex huius poſteris fuit Dionyſius Atticiſta, ſub Hadriano.

Dionyſius Halicarnaſſeus, uixit ſub Hadriano Cęſare, ſophiſta, cognomento Muſicus, quòd in ea arte plurimum ſe exerceret. Scripſit rhythmicorum commentariorum libros 24. hiſtoriæ Muſicę libros 36, in quib. tibicinũ & citharœdorũ & poetarum omnis generis meminit. Muſicæ diſciplinæ ſiue diſputationũ libros 22. Quæ nam in Platonis Republica Muſicè dicta ſint? *præterea libros.

Dionyſius Alexandrinus Thrax, à patre Tero Terus dictus, Ariſtarchi diſcipulus, grammaticus: Romæ ſub Põpeio magno docuit, & * enarrauit Tyrannioni priori. Plurima Grammatica & Syntagmatica & cõmentaria compoſuit.

Dionyſius Alexãdrinus Glauci F. grãmaticus & ipſe, à Nerone uſq; ad Traianũ docuit, ac Bibliothecis præfuit. Fuit & ab epiſtolis, & à reſponſis, & legationes obiit, præceptor Parthenij grãmatici, diſcipulus Chæremonis philoſophi, cui etiam Alexandriæ ſucceſſit.

Dionyſius Mitylenæus, uerſificator, Scytobrachiõ & ſutor dictus: deſcripſit Bacchi & Mineruæ expeditionẽ, Argonautas libris ſex, ſoluta oratione, Fabuloſa ad Parmenonem.

Dionyſius Byzantius, uerſificator, deſcripſit nauigationẽ Boſphori, & de Threnis: quod opus eſt plenum Epicediis.

Dionyſius Corinthius, uerſificator, ſcripſit præcepta uitæ inſtituendæ, cauſarũ librũ unum, Meteorologica, & ſoluta oratione cõmentarium in Heſiodũ: Orbis deſcriptionem uerſibus. Eadẽ reperi & in Dionyſio qui de Gemmis ſcripſit: uter igitur ſit autor, ignoro.

*Scriptum de Gemmis.*

Dionyſius Siciliæ tyrãnus, ſcripſit tragœdias & comœdias, & hiſtorica. Etſi autem alij quoq; tyranni fuerunt: Dionyſij tamẽ tyrannis extremè & maximè afflixit urbes.

Dionyſius filius Siciliæ tyranni, tyrannus & ipſe, & philoſophus, ſcripſit epiſtolas, & de pœmatibus Epicharmi.

Dionyſius Mileſius hiſtoric⁹, res poſt Darium geſtas libris V deſcripſit, Orbis deſcriptionem, Perſica, Ionica dialecto. Troianarũ rerum libros 3. Fabuloſa, Circuli hiſtorici libros 7.

Dionyſius Muſonij filius, Rhodi⁹ aut Samius hiſtoricus: fuit ibidem fani Solis ſacerdos. Scripſit hiſtorias locorũ libris 6, orbis deſcriptionẽ, hiſtoricæ inſtitutionis libros X. Exiſtimo Dionyſium, qui orbem deſcripſit, Byzantinum fuiſſe, propter fluuium Rhebam.

*Orbis deſcriptio.*

DIONYSII Alexandrini commentarium in Solomonem concionatorẽ reperi, ualde diſertum.

διονυσίων σκωμμάτων.) Bacchanaliũm dicterijs homines inceſſebat & deridebat, obliquo uultu atq; oculis: aliud pectore clauſum, aliud lingua promptũ habebat. Os eius diris & acerbitate & dolo erat plenũ: quem iuſto iudicio ipſa iuſtitia cõdemnauit, cum (ut Poeta dixit) inutile telluris pondus eſſet. Enimuerò in malam rem abijt, ut neq; ſciatur neq; audiat ubi ſit, cardine uerſatilior in reb. agẽdis. Valeat, perierit, ne in ſilicernio quidẽ laudãdus homo fanaticus, qui cõfudit, miſcuit & turbauit omnia, turpi uultu, Cyclopicũ monſtrũ, attonitus captator diuitiarũ iram Dei non timens, neq; ineuitabilẽ Adraſtiã reformidans: ſemper ſcurra, & malicioſè tenax, canib. impudentior, dæmonibus ſæuior.

*Inſectatio neſcio cuius.*

δι' ὀξείας δραμεῖν.) Per acutũ enſem currere. De ijs qui in pericula ſe conijciũt.

διοπετής.) Qui apud Græcos, id eſt homines profanos & Chriſtianæ religionis ignaros, ſimulacra inſtituunt, quò terrorem hominibus incutiant, ſtatuam illam à Ioue miſſam eſſe, omni humano artificio & ſumptu præſtantiorẽ, dicunt: eãq; famam ſpargunt ſtatuarijs uel relegatis, uel occiſis, ne eã manu factam dicãt. Eãdem ratione urbem Epheſiorum etiam eſſe deceptã, uel Alexandrinum ſimulacrum argumento eſſe poteſt. Ptolemæ⁹ enim artificibus ad conficiendam Dianæ ſtatuam conuocatis, opere perfecto, magna ſpelunca effoſſa, doloque occultato, ibi eoſdem cœnare iuſſit, qua in cœna ruina oppreſſi perierunt, dignam

*Commentum de ſimulacris de cœlo miſſis.*

*Cædes artificum.*

laboris ſui mercedem conſecuti.

*Diopithes lege ſua captus.*

DIOPITHES, cum lege lata, ut qui urbanus in Piræeo pernoctaſſet, occideretur: ipſe aliquando nocte oppreſſus, inuitus ibi manſiſſet: ab inimicis in iudicium uocatus eſt.

*διὸς ἢ βασιλέως ἐγκέφαλος.)* Iouis aut regis cerebrum. id eſt, pulcherrimus cibus. Sic Perſæ loquuntur, de ijs qui delicatè uiuunt.

*διοσημία.) οἱ πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν,* Conſules dimittunt concionẽ. De ijs qui negocia differunt. Nam Athenienſes rationem oſtentorum habebant.

*διοσκουρίδης.)* Dioſcorides Anazarbenſis medicus, cognomento Phacus, ob lentiginoſam faciem. Vixit apud Cleopatram ſub Antonio. Scripſit libros 24, medicos, qui omnes multũ celebrant.

*διὸς κόρινθος.)* Corinthus Iouis F. De iis qui eadem inculcant. Prouerbiũ inde ortum eſt, quòd Megarenſes, dum Corinthiis parerent, mãdata illorũ ægrè ferebant, nec indignationem ſuã diſſimulabant. Qua de re legati Corinthiorũ Megara cũ ueniſſent, nec populũ dicto audientẽ haberẽt: indignabundi exclamarũt: Nõ feret hæc Iouis filius Corinthus. Megarẽſes aũt ferũt, ijs eiectis, exclamaſſe: Verbera Iouis filium Corinthum.

DIOSCORIVS, Myręus grãmaticus, præfectus urbi & prætorio, filias Leonis imperatoris Byzantij inſtituit.

*διόσκουροι.)* Caſtor & Pollux. Aelianus: Dioſcurorũ (Caſtorũ) ſimulacra duo fuerũt, adoleſcentes proceri, nudis maxillis (id eſt imberbes, ut opinor) ambo ſimili figura, uterq; chlamyde ab humeris dependente, & enſes geſtabant de chlamydibus ſuſpenſos, & haſtis innitebantur: alter dextra, alter ſiniſtra.

*διὸς κώδιον.)* Iouis uellus: ſic appellabãt ea quæ Ioui erant immolata, iisq; utebãtur in luſtratione hominũ pollutorũ: eorumq; pedib. illa ſubſternebant.

*Olfactus.*

*διοσμός.)* Nõ eſt naſus inſtrumentũ olfact⁹, ſed cerebri receſſus mãmæ ſimilis.

*Apollo Iouis miniſter.*

*διὸς φήμη.)* Iouis fama, id eſt oraculum. Nã Apollo patris ſacerdos eſt, & ab eo accipit oracula, eadẽq; hominib. reddit. Homerus: Iouis nuncia fama flagrabat.

*διὸς ψῆφος.)* Iouis ſuffragium: ſic loc⁹ dicitur, ubi de Neptuno & Minerua iudicium factum eſt. Vſurpatur prouerbium de rebus ſacris, & non tangendis.

*Quæ notiora quæ obſcuriora ſint.*

*διότι.)* Tribus modis, id quod notius eſt nobis, conſideratur (*τὸ ὅτι ἐστὶ. τὸ διότι ἐστὶ. τὸ καθόλου καὶ συγκεχυμένον. τὸ μερικὸν καὶ διῃρημένον. ἁπλούστερα, συνθετώτερα.*) uno, Rem eſſe, quã cur ſit. dilucidius enim illud eſt, primũq; cognoſcitur. Etenim habere nos animã, eamq; immortalem, facilius uulgò intelligitur, quàm rationes quib. hæ ſententię cõfirmantur. Deinde, Res uniuerſa & cõfuſa, notior eſt particulari & diſtincta: cuiuſmodi eſt, ſcire ſimpliciter eſſe corpus, quàm eſſe tale corpus: hoc eſt, terrenum aut cœleſte, aut hoc alio'ue modo tẽperatum. Tertio loco, Id quod, quãtũ ad nos attinet, prius eſt, natura poſterius. Simplicibus enim, quæ natura prima ſunt, compoſita nobis ſunt notiora.

DIOTIMVS, nauarchus Athenienſiũ.

DIOPHANES Megalopolita, in re bellica multum exercitatus, ob finitimũ cũ Nabide & diuturnũ bellũ, perpetuò ſub Philopœmene militauit, proceritate & robore corporis conſpicuus, & formidabilis: bellator ſtrenuus, & in armis excellens.

*δι' ὄχλου.)* Ariſtophanes: Vt moleſtum hoc ſit ſpectatoribus: tamen aliquid habet iucundum & comicum.

*διῳδηκότα.)* Ex eodem nari ſemine, pedem dextrum infernè tumidum habẽt, & greſſum infirmum ac tardum.

*Cicero: Deum placatum pietas efficiet, & ſanctitas.*

*διῴκισται.)* Homines à Deo ſeiũxit impietas. Qui uerò per uirtutẽ & ſanctitatẽ ſeſe à rebus humanis ac ſtudiis abducit, & ad ipſum Deũ cõſert: cùm uiuens eũ præſentẽ adipiſcitur, tum defunctus ad eum commigrat.

*διωλύγιον κακόν.)* Ingẽs malũ. De iis qui magnum & atrox aliquid ſubeunt.

*Dionyſius. Ariſtomache. Niſæus.*

DION Hipparini filius, Syracuſanus, philoſophus Platonicus, uxoris Siciliæ tyranni. Dionyſij prioris, Ariſtomaches, frater: Siciliæ tyrannide potitus, eiectoq; prioris Dionyſij filio Dionyſio, uiciſſim ab huius fratre Niſæo eſt eiectus. Scripſit epiſtolas ad Platonem, & alios quoſdam.

*Romanæ hiſtoriæ decades.*

Dion Caſſius, cognomento Coccei⁹, ſeu Coccelanus, Nicenus hiſtoricus, ſub Alexãdro Mammeæ filio ſcripſit Romanæ hiſtoriæ libros LXXX, qui in Decades diſtribuuntur: Perſica, Getica (*ὁδοιπορικὰ*) itineraria, Res geſtas Traiani, uitam Arriani Philoſophi.

*Oſtentatio.*

Dion, Palicratis filius, Pruſaenſis, ſophiſta & philoſophus, quem Chryſoſtomum appellârunt, magnificentiam ita affectabat, ut etiam leonina pelle indu-

tus

tus prodiret. Corpore fuit tenui, & maximam ætatis partẽ exegit apud Traianũ Cæſarem, ut etiã curru Imperatorio ueheretur. Scripſit, Vtrum mundus interire poſſit? Laudationẽ Herculis & Platonis. Pro Homero aduerſus Platonem libros 4, de Alexandri uirtutibus 8.

*Traianus.* *Scripta.*

DIOSIPPVS Athenienſis comicus. Fabulæ eius ſunt, Leno, Auarus, Hiſtoriographus, Hæredipetæ.

διπλασιάσαι.) Conduplicare, bifariam dicitur: aut locũ in quo phalanx eſt, manente uirorũ eadem multitudine, aut ipſum numerum. Fit autem utrunq; bifariã, uel manipulatim, uel iugatim: id eſt, uel ſecundum longitudinem, uel ſecundum latitudinem. Ac ſecũdum longitudinem fit conduplicatio uirorum, cũ inter eos manipulos qui adſunt, interſeruerimus aut implicuerim⁹ alios eis numeros, eadem ſeruata phalangis longitudine, ut ex iſta uirorum cõduplicatione tantum dẽſitas accedat aciei. Secundum (latitudinẽ) profunditatem uerò, cum inter priora iuga inſeruerimus aut implicuerimus alia numero eis paria, ut in profunditate modò fit denſitas, in lõgitudine uerò fiat cõduplicatio loci, eũ ſuprà dictam in longitudine denſitatem raritate transfetimus: aut cum ij qui adiecti ſunt, ſecundũ profunditatem ſe explicant. Nonnulli uerò hos improbant, præſertim uicinis hoſtibus: in utroq; autẽ cornu hoſtibus & equis extenſis, con ſpectum cõnduplicationis abſq; perturbatione phalangis efficiunt.

*Aciei conduplicatio.*

διπλοΐς.) Dupla ueſtis, pro externa uirtutis ſpecie, intrinſec⁹ uitijs referta: deq; ijs qui amicitiã profeſſi, hoſtibus aliquẽ produnt, aut alioqui prauis ſunt motib.

τρία κάππα κάκιστα.) Tria peſſima K, uel C: Cappadocia, Creta, Cilicia.

δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πουλύπους πλυνόμενος.) Bis ſeptem plagis polypus denſatus. De ijs qui pœna digni ſunt. nã polypus captus ſæpe cæditur, ut pinguis fiat.

δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν.) Bis & ter quod pulchrum eſt. Pulchra ſæpius eſſe narranda.

δὶς παῖδες οἱ γέροντες.) Bis pueri ſenes. De ijs qui in ſenectute uidentur ineptiores eſſe.

δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον.) Bis ad eũdẽ lapidẽ impingere, turpe eſt. De ijs qui denuò in eadẽ errata incidũt.

δισκεύω.) Nũc mihi crepundia ſunt diſcus: id eſt, diſco iaciendo ita nunc delector, ut olim puer crepundijs gaudebã.

δὶς κράμβη θάνατος.) Crambe repetita mors eſt. Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

διοίσειν.) οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος τὴν φύσιν. Nihil habitu corporis à Chærephonte differes. Prouerbiũ, de pallidis & gracilibus. nam talis natura & aſpectu erat Chærephon, ut ſapientiæ ſtudio maceratus, unde & ueſpertilio dicebatur. Idem ualet, Nihil differes ab Heraclidis Pamphili tragici.

*Studioſorũ habitus.*

διφαλαγγία.) Phalanx occeps, ſeu anceps quæ duces habet in medio collocatos, partim ad dextram, partim ad læuam. Extremi uerò agminis ductores foris utrinq; inflexibus * diſpoſitos. διφαλαγγία dicitur etiam duarum phalangũ ducatus, quæ continet uiros 819, quæ & pars & cornu à quibuſdã dicitur: & ductor κεράρχης, tribunus.

διχοτομία φάλαγγος.) Diſſectio phalangis, id eſt, in duas æquales partes ſectio, quę cornua uocãtur. ac læuum cornu dicitur etiã cauda: ut dextrum, caput.

διψάς.) Hæc & preſter dicitur: & cauſon, ab ardore: & melanurus, à nigra cauda: & ammobatis, quòd in arena degẽs lædat: & cetris, ab aculeo. Genus ſerpẽtis, uipera min⁹, ſed celerius occidẽs: à quo morſi tãta ſiti exardeſcũt, ut rũpãtur. Eſt aũt alba, & duas habet in cauda lincas.

διψῶ.) Deo placere uolo, & illum intueri, eiusq; uolũtatem ſequi, eiusq; gubernaculo regi.

δόγμα.) Et opinabile, & ipſa opinio dicitur, quorũ illud propoſitio eſt: hæc, exiſtimatio. Plato quidẽ de ijs quæ cõprehendit, pronũciat: falſa redarguit, de obſcuris ſuſtinet aſſenſionẽ. Ac de ijs q̃ ipſi probãtur, pronũciat per IIII perſonas, Socratis, Timæi, hoſpitis *. Sunt aũt hoſpites, nõ, ut quidã putãrũt, Plato & Parmenides: ſed figmenta ſunt de decretis, expertia nominis *. Mundũ alij ortũ habere, alij ortum nõ eſſe: alij animatũ, alij inanimem eſſe ſtatuerunt. Anaxagoras aũt & Pythagoras in Aegyptũ profecti, & Aegyptiorũ & Hebrçorũ ſapientũ uſi cõſuetudine, rerum naturæ cognitione ſunt imbuti. Poſterioribus temporibus Plato etiã, ut Plutarchus in Parallelis, id eſt rebus geſtis Græcorũ & Romanorũ inter ſe collatis, refert. Adhæc Aegyptij primi Solem & Lunã deos appellãrunt, illum Oſirin, hanc Iſidem: à curſu nimirum, qui Græca uoce θεοὶ dicuntur, cum θεῖν currere illis ſignificet.

*Prudentia philoſophica.* *Perſonæ Platonicæ.* *Mundus.* *Aegyptiorũ ſapientia.* *Oſiris, Iſis.*

δόκησις, opinio: id quod non eſt, cum eſſe putetur: uiſum quoddam, umbra & ſomnium.

*Probatio magiſtratuum.*

δοκιμασθεὶς.) Approbatio, ſeu exploratio potius facta fuit I. eorum qui (ut Latini dicunt) uirilem togam ſumebãt. II. eorum qui magiſtratũ gerebant, & exercitui præerant. III. eorum qui Rempublicam capeſſebant, etſi nullo magiſtratu fungebantur. aliquãdo enim & in horum uitam inquirebatur. IIII. Etiã equitum, autore Lycurgo. In primis autẽ inquirebatur in oratores rempub. gerentes, & decreta ſcribentes, num pudicè uixiſſent?

*Humanitas grattioſa.*

δοκιμασῆρες.) Cum iam antè ualde Italis omnibus probaretur, maiorem etiã, ut fieri ſolet, gloriam humanitate conſequebatur.

δόλιχος.) Dolichus: id eſt, longus curſus * XXIIII ſtadia continet. Sic & decurſio equeſtris dicitur, à reflectẽdo: ſtadium uerò, directus curſus eſt.

DOLOPES, gens Theſſalica.

δόμεν.) Heſiodus, ei date iubet, qui det: & non dare ei, qui non det.

*καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.*

DOMITIANVS Romanorum Imperator, Titi frater natu minor, Neroni Caligulæ & Tiberio, qui peſſimè atq; turpiſſimè imperiũ adminiſtrârunt, quàm patri aut fratri ſimilior.

*Degener ſucceſſor.*

Nã cum principiò non peſſimè principatu fungeretur, ſtatim in magnam uæcordiã incidit, & auaricia & libidine infamis, ſupra modũ iracundus, & in ſupplicijs irrogãdis inexorabilis, præter cæteros odioſus & auarus. Quamprimùm certè quidem in omnium odium incurrit tantum, ut & patris & fratris gloriam extingueret.

*Crudelitas et arrogantia.*

Nam & cędibus inſignium ſenatorum quotidie urbẽ inquinabat: & diuinos affectãs honores, non ferebat ut cuiuſquã in Capitolio ſtatuæ aureæ & argenteæ, præter ſuas, collocarentur. Ac ne ſuorum quidem cædibus abſtinuit: ſed omnibus cognatis neſariam iniecit manũ, neq; deos gentilicios neq; uindictam ueritus, & diuini & humani iuris contẽptor, & omni genere neſariæ libidinis infamis, digna facinoribus præmia conſecutus, morte fœdiſſima pollutam & ſceleſtam uitam relinquit. Nam furijs agitatus, & cupiditate impij impulſus, atq; inuidia æſtuãs, fratrem ueneno tollit. Neruam quoq;, ut imperio inſidiantem, pepulit: & Apollonium Tyaneum, ut Neruę amicũ, comprehenſum totondit, & uinctum in iudicium adduxit.

*Titus. Nerua. Apollonius.*

Cum uerò philoſophus illi non cederet, ſed eius acta rideret, uerecundia motus, cum dimiſit. qui quidẽ celebrem illum uerſum dixiſſe fertur:

*οὐ μέν με κτανέεις, ἐπεὶ οὔτι μόρσιμός εἰμι.*

*Me nõ occides, nec enim hoc tibi fata dederũt:*

atque eueſtigiò euanuiſſe. Hic & philoſophos & mathematicos Roma exegit.

*Philoſophi. Mathematici.*

Sub hoc & Ioannes euangeliſta in Patmon relegatur, & Dauidici generis homines tolli iubẽtur: multiq; ſub eo Chriſtiani, martyres facti ſunt. Verùm Nerua theologum Ioannem relegatione liberat.

*D. Ioannes. Chriſtiani.*

* Adrianus uerò multis rebus reſtitutis, Lazis ſeu Colchis regem præfecit: ſed malo conſilio Perſis orantibus Meſopotamiam à Traiano partam cõcedit, Romaniq; imperij terminum Euphratẽ conſtituit.

*Adrianus. Lazi. Colchi. Meſopotamia. Euphrates.*

Hic Domitianus cum ob crudelitatem & immanitatẽ in maximo eſſet odio, conſpiratione ſuorum interficitur, cum Stephanus, libertus eius, meridiãti & exiliẽti ictũ nõ lethalẽ intuliſſet.

*Domitiani cædes.*

DOMNINVS philoſophus, natione Syrus, ex Laodicea* ſiue Lariſſa urbe Syriæ, diſcipulus Syriani, Procli condiſcipulus, ut ait Damaſcius. Vir fuit cùm in Mathematicis diſciplinis probè uerſatus, tum in reliqua philoſophia exercitatiſſimus. Itaq; multa Platonica ſuis ſententijs euertit atq; corrupit. Proclo tamen illius corruptelæ atq; exagitationis iuſtas perſoluit pœnas, qui librum integrum aduerſus eum ſcripſit Repurgatorem, ut eſt in dogmatum Platonicorum inſcriptione.

*Domninus oppugnator, Proclus defenſor Platonis.*

Sed ne uitam quidẽ ita exquiſitã egit, ut philoſophus dici poſſet. nam Aeſculapius Athenienſis eandem medicinam Plutarcho Athenienſi, & Domnino Syro, pręſcripſit oraculo, illi ſubinde ſanguinem expuenti, qui morbus αἱμόπτοις dicitur, huic neſcio quo malo laborãti. Ea uerò fuit, ut ſuillis carnibus implerẽtur.

*Aeſculapius ſuillas carnes præſcribit.*

Ac Plutarchus quidem, etſi lege patria, non uetaretur, talem ſanationem reſpuit: ac è ſomno expergefactus, & ulnis in lectulo expanſis, Aeſculapij ſtatuam intuens (nam in ueſtibulo templi dormierat) Quid, inquit, ô Domnine, Iudæo hoc morbo laboranti præſcripſiſſes? neq; enim ſuillis eũ impleri carnibus iuſſiſſes. Quæ cũ hic dixiſſet, Aeſculapius ſtatim ſono è ſtatua ſuauiſſimo edito, aliam curandi morbi rationẽ ei pręſcripſit. Domninus aũt ſecus quàm inſtituta Syrorum ferũt, ſomnium ſecutus,

*Plutarchus Athenienſis. Statua loquitur.*

tus, non Plutarchi exemplum, & tum & poſtea ſemp eas carnes comēdit. ac fertur, ſi quando unum id diem intermiſiſſet, recruduiſſe morbū, donec ijs ſimpleretur. Hunc iā prouecta ætate conueniſſe fertur Aſclepiades adoleſcēs, & nidiſſe, hominem illum habuiſſe aliquid magnificum & conſtans, qui non multum cum idiotis & hoſpitibus colloqui ſoleret: ijs præſertim, qui aliqua re excellere uidebantur. Itaq; & ſe ab eo tractatū eſſe aſperius: & cū neſcio quo de præcepto arithmetico aſſentiri illi noluiſſet, ſed, ut adoleſcens, nihil ceſſiſſet, ac diſputationem eius acrius coarguiſſet, à Domnini congreſſu excluſum eſſe.

*Aſclepiades.*

δόξα.) Gloria, laus popularis: id eſt, laudari ab ijs qui nihil ſciunt.

δόξα.) Ratiocinatrix animi pars, diuiditur in mentem, cogitationem & opinionē (αἰσθητικὸν, διανοητικὸν, δοξαστικόν.) Opinio uerò prorſus in rebus ſenſilibus uerſatur. Nouit enim, albo diſgregari uiſum, &, omnem hominem eſſe bipedem. atq; etiam eorum quæ cogitatione perſequimur, nouit abſq; ratione concluſiones: ueluti, animū eſſe immortalē nouit: cur uerò, non item. Opinabilia ſunt igitur & in ſenſibilibus uniuerſalia, & cogitabilium cōcluſiones: atq; hæc cognitio dicitur opinio. Cur uerò anima ſit immortalis, nō iam nouit opinio. cogitationis enim id opus eſt. Itaq; in Sophiſta benè definit opinionē Plato, rationū cogitationis terminationē. Vbi enim immortalem eſſe animā cogitatio cōcluſerit, concluſionē ſolū nouit opinio. Cogitatiōis uerò eſt, ueluti uiam quandā cōficere, à propoſitione ad cōcluſionē progrediēdo: unde etiam à Græcis διάνοια dicitur:

*Opinio.*

δόξα.) Sophocles:

*Quis ergo gloriæ, aut bonæ mihi famæ*
*Temerè fluentis uſus eſt?*
*Si Athenas religioſiſſimas dicunt*
*Eſſe, & ſolas afflictum hoſpitem*
*Seruare poſſe, & ſolas auxilij copiam habere:*
*Vbi iſta mihi ſunt?*

*Facta famæ contraria.*

δόξα θεοῦ.) Dei gloriā ōpificem & prævidentē, ſimulacris attribuerunt (inquit Apoſtolus) ſub ſpecie hominum, uolucrum & aliarum rerum.

*Simulacrorum cultus.*

δόξαν.) Sophocles: Tute qdē opinaris iſta, ego uerò ꝓrſus intelligo. Ariſtoph. *Conijcctare licet, nequeo ſed dicere certum.*

*Opinio. Scientia.*

Viro bono nō eſt opinandum: id eſt, non aſſentiendum falſò.

δοξκὰς.) μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἅψωμαι μάχης; Nū aduerſus leonē caprea pugnā ineam? De ijs qui ſunt uiribus impares.

δόρυ κηρύκειον, ἢ ἅμα δόρατι κηρύκειον.) Caduceum unà cum haſta. Prouerbium, de ijs qui ſimul & rogant & minantur.

DORYCNION, herba pota lethalis eſt, & odore & guſtu lacti ſimilis, ab eoq; dijudicatu difficilis.

δός.) καὶ δὸς πᾶς ὁ βίος, λάβε δ' οὐδ' ἐπὶ ναυσὶν ἀκούσῃς.

Da, omnis uita eſt: cape uerò, ne in nauibus quidem audias.

δότε μοι λεκάνην.) Dare mihi peluim. De iraſcentibus, ſeq; præ bile uelle uomere ſimulantibus.

δουλεία.) Seruitus trifariam dicitur. primùm opificij diuini, deinde fidei, poſtremò degendæ uitæ ratione.

δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις;) Cū ſeruus ſis, comam alis? De ijs q aliquid cōtra rationē agūt. Ingenuorū enim eſt, eſſe comatos.

δούλων πόλις.) * Seruorū urbs in Africa eſt, ut ſcribit Ephorus lib. V: & alia Sacrorum ſeruorū, in quibus unus eſt ingenuus. Eſt & in Creta δουλόπολις, ut Soſicrates tradit in primo rerū Creticarū. Eſt & alia quædā in Thracia Poneropolis, id eſt urbs improborum: à Philippo condita fertur, collocatis ibi ijs qui ob improbitatem malè audirēt, calumniatoribus, falſis teſtibus, cauſidicis, & alijs improbis, ad bis mille, ut Theopompus XIII rerum Philippicarum ſcribit.

*Seruorum & improborum urbes.*

*Cætum præclari.*

δοῦλοι.) Serui Dei, naturâ ſunt omnes: uoluntate uerò, qui dominatū Dei exoptatum amplectuntur. Sunt & improbi, uitiorum ſerui: boni uiri autē, liberi. Eſt & alia ſeruitus in ſubiectione ſita, & tertia in poſſeſſione & ſubiectione: cui dominatus opponitur, malus & ipſe. Neq; uerò liberi tantum ſunt uiri boni, ſed etiam reges. Magiſtratus enim regius nemini eſt obnoxius, quæ res ad ſolos pertinet ſapientes.

*Seruire deo, uitijs, bero.*

*Viri boni liberi, & reges.*

DODECACRVNOS fons Athenis, à XII ſiphonibus: quem Enneacrunon uocat Thucydides, à numero nouenario: & ab elegantia Callirrhoen.

δωδεκάκρουνον στόμα.) Duodecim fontium os. Cratinus ſeſe laudās in Pityna: Rex Apollo, inquit, quot uerſus? quanta flumina? reſonant fontes, duodecim fiſtulis ebullit os. Iliſſum in faucibus eſſe dixerim. Niſi quis ei os obturauerit, uerborum affluentia nos ſuffocabit.

δωδεκαμήχανοι.) De magna uarietate morū. Fuit nobilis quædā meretrix Cyrene,

*Cyrene dodecamechanos.* ne, cognomento δωδεκαμήχανος, quòd XII geſtus in concubitu effingeret. Euripides in Hypſipyle, Solem (ut opinor) aut Lunam, aſtrum δωδεκαμήχανον, à tranſitu ſignorum XII appellat.

δωδωναῖον χαλκεῖον, ἢ δωδωναίω χαλκείω, Dodonæum æs.) De garrulis. *Oraculum Dodonæi Iouis.* Demon enim narrat, Dodonæi Iouis oraculũ lebetibus fuiſſe circundatũ, inter ſeſe contiguis: quorum uno pulſato, reliquos omnes ordine reſonare, diu durante ſonitus circuitu. Sed Ariſtoteles figmentum hoc eſſe dicit, ac duas tantum eſſe columnas (idq́ue argui duali uoce δωδωναίω χαλκείω) quarum in altera lebes, in altera puer ſit flagellum æneis loris tenens, quę uento agitata in lebetem impingāt, qui ictus concinnè reſonet.

DODONA, urbs Theſprotię Pelaſgiæ, ubi Iupiter colebatur: & quercus erat, unà cum oraculo mulierum fatidicarum. Conſultoribus autem accedētibus monebāt ſcilicet quercus, & reſonabat. *Dæmonum uoces inarticulatæ.* Dæmonum enim uoces inarticulatæ ſunt. Illæ uerò dicebant: Hæc ait Iupiter:
δῶρα θεοὺς πείθει, καὶ αἰδοίους βασιλῆας.

Quidam Heſiodiũ uerſum eſſe dicũt. Extat & apud Platonē III de Republica:
*Munera, crede mihi, placāt hominesq́, deosq́,*
*Placatur donis Iuppiter ipſe datis.*

*Nulla ſancta societas, nec fides regni.* δωρητὸν.) *Quanta præditi ſumus inuidia?*
*En hoc regno, quod mihi Reſpublica*
*Dono dedit, non petenti,*
*Creon me fidus ille & uetus amicus,*
*Clàm circumuentum eycere ſtudet.*

*Dorica uitæ ratio.* δωριάζειν.) Corpus nudare ex parte, q̃a Dorienſes cingula non habebant, & ferè tunicas geſtabant. Spartæ autē puellę etiam nudæ conſpiciebantur.

DORICVS, nomen quinquertionis.

δώριος αὔλησις.) Dorica cantilena, ſicut Phrygia & Lydia. & prouerbium, à Doria ad Phrygiam.

δώριος οἰκονομία.) Dorica œconomia. Et probitatem & frugalitatem Polemō aſſumpſerat Xenocratis, ueluti Doricā œconomiam.

δωροχαφὴ.) Actio dabatur Athenis in magiſtratus, qui dona cepiſſe uiderētur.

*Ex Ariſtotelico Platonicum.* DORVS Arabs. hunc in philoſophica hiſtoria narrat Damaſcius, acerrimũ fuiſſe indagatorem ueritatis. Eundē Iſidorus philoſophus, cum initiò ſentiret Ariſtotelicis decretis irretitum, & in ijs ab ineunte ętate educatum, neq; partim ob prouectiorem ætatē, partim propter aſſuetudinē, ad Platonis magnificæ ſciētiæ ſubuolare poſſe ſublimes & illuſtres ſententias: hoc igitur eius ingenio perſpecto, paulatim hominem reuocauit, & animum eius in magnũ ueritatis campum deduxit: ut ſubtilitate illa Peripatetica, minutulas res colligente, reiecta, ad eam, quę per Prometheum quendā, unà cũ igni lucidiſſimo, demiſſa eſt, dialecticam, quæ eſt puriſſima prudētiæ & mentis inſpectio, accurreret, in eaq; uirę philoſophicæ ſpem collocaret. *Dialectica.*

δὼς ἀγαθὴ, ἅρπαξ δὲ κακὴ, θανάτοιο δότειρα.) Quod datur, bonum eſt: quod rapitur, malũ & lethiferum. Aelianus in Varia hiſtoria: Romanæ, inquit, mulieres, acceptis Pyrrhi muneribus, dixerunt: Videre quidē ſe, decere ſe illa, & digna eſſe eo qui miſiſſet Pyrrho, ſed geſtare illa ſibi eſſe nefas. *Romanæ mulieres.*

δωσίπυγος.) De puella ſimplici, & facili à dandis naribus. Odi & obſequentem, & tergiuerſantem nimis.

δραχμὴ χαλαζῶσα.) Drachma grandinans. Sub Diophanto drachma erat pecunia ſpectaculis deſtinata, q̃ tēpore cũ grādinaret, huic data eſt ioco occaſio.

DRACONTIDES, unus è XXX tyrannis.

DRACON Athenienſis legislator, cũ in Aeginæ theatro ꝓpter latas leges lætis acclamationibus celebraretur, pluribus petaſis, tunicis & ueſtibus capiti iniectis, ſuffocatus eſt, & in ipſo theatro ſepultus: uixit temporibus VII ſapiētum, ac potius fuit illis antiquior. XXXIX certè Olympiade leges tulit Athenienſibus, iam ſenex. Scripſit degendæ uitæ pręcepta, uerſuum tribus circiter millib. *Suffocationis honor.*

Dracon Stratonicenſis, grammaticus, ſcripſit artem, orthographiam, de cōiugatis nominibus, de pronominibus, de uerſib. de Satyris, de Pindari carminib. de uerſib. Sapphōis, de Alcæi carminib.

Dracon nepos, ex filio Theſſalo, Hippocratis, illuſtris illius medici: pater Hippocratis: è quo rurſus natus eſt Dracon, & ipſe medicus, qui Roxanen Alexandri Macedonis coniugem curauit. *Hippocratica familia.*

DRACO beſtia, biſulcam habet linguam: eodēq; modo orator. Aiunt draconem captũ, ſi caput eius uerberetur, mori. In Hiobo diabolus Draco dicitur: Torque perforabis labium eius. *Orator Draco.*

DRAVS & Saus, fluuij ſecundā Pannoniam includētes, in Iſtrum deferũtur.

δραπέτης κλῆρος.) Fugitiua ſors, quæ callidè tractatur: id quod de Creſphōtis & Ari-

Atiſtodemi liberis ferũt, Creſphontem hominem callidũ glebam madidam in urnam inieciſſe.

Et quietus & acerbus. δραςήριον.) Modeſtia & tranquillitas eius, coniuncta erat cũ acrimonia & fortitudine. Quãuis enim humanus & quietus eſſet: tamen in certamen negociorũ deſcẽdere coactus, nullo eorum erat inferior, qui in iſtis uolutantur.

δραχαρνεῦ.) Querne, id eſt ſtupide Acharnenſis. Malè audiebant Acharnenſes, ut agreſtes & duri: Potamij, quod facilè admitterent aſcripticios: Thymœtadæ & Proſpaltij, ut litigatores. Municipiũ uaria.

DRACHMA, VI obolos continet: Drachmæ C, minam faciunt. ἐς χοιρίδιον δάνεισόν μοι τρεῖς δραχμάς: Ad porcellum emendũ mutua mihi tres drachmas. De ijs q uel morituri, uel initiandi erãt. Qui enĩ initiabãtur, porcellũ immolabant, ꝙ uiderentur in numerum piorum referri.

Falcati currus. δρεπανηφόρα τέθριππα.) Falcati currus, aciem perturbabant: & in quos incurrebant, eos multũ tractos atrociter interficiebant, aliorum manibus, aliorũ pedibus aut armis prehenſis.

Venuſtas meretrix. δρέπτω.) *Cui ſunt illuſtres proci,*
*Plures quàm ſponſa Tyndaridis*
*Decerpentes gratiam, & uenalem Venerem.*

δρέπομαι.) Eandem, quam tu, doctrinã decerpſi.

DRIXIPAROS, urbs Thraciæ.

δρίος.) Non amplius tu ſyluoſo & umbroſo ſaltu ruricola perdix Reſonabis cantillans.

DRONGYLVM, locus Thraciæ.

DROMYCHAETES rex Odryſiorũ.

DRISON, urbs Epiri, & alia Thraciæ, quæ ab Iphicrate condita eſſe fertur.

δρόμος.)
*Curriculo æquatis naturæ rebus geſtis*
*Victoria abſtulit inclytum præmium.*
ἀργῶς κινεῖσθαι, δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους:
τρέχειν καθ' ὕπνους εὐσθενεῖς ποιεῖ τύχας.
Explicatio ſomnij. *Segniter moueri, calamitoſa efficit itinera:*
*Currere in ſomnis, firmas facit fortunas.* ὀνειροκριτικά.

δρώπαξ.) Multos uideo ꝑpter ualetudinem ad nouaculã & dropacẽ cõfugere.

δρυΐδαι.) Druidæ, qui & Semnothei, philoſophi Gallorum.

DRYMVS, urbs inter Bœotiã & Atticam.

δρυμός.) In cõdenſis ſyluis ultrò exardeſcit flamma, uehementi uento motis arboribus, & inter ſe colliſis.

δρυοκοίτης.) Locuſtæ, agreſti luſciniæ, & in quercubus cubanti cicadæ, cõmunem tumulum fecit Myro puella, uirginali profuſa lachryma.

DRYOPES, gens iniuſta circa Pyrhonem quã Hercules, cũ Erymanthio apro rediens, uictũ ſibi negantẽ, profligauit.

DRYS urbs, alia Epiri, alia Thraciæ.

δρῦς.) Nõ amplius deliniras, Orpheu, quercus, non amplius rupes duces. Homerus: Aut è quercu, aut è picea, quę nõ putreſcunt imbri.

δυεῖν.) Polybius: Alterutrum eligendum, aut hoc, aut illud.

δύη.) Callimachus: δύην ἄπωθεν ἀλάλκοι, ἣν οὐδεὶς ποθεῖ. Noxam procul expellat, quam nemo expetit. In fabulis: Hoc eò fit, quòd nemo ſua mala præuidet.

δυηπαθής.) Hic tibi iuxta areã laborioſa formica tumulum è gleba ſicca ſtruxi.

DYMAS * Phryx, Priamo, ꝙ Phrygib. opẽ tuliſſet, filiam Hecubam deſpondit. Hecubã.

δύναμις.) Damaſcius de Iſidoro: Poetica quædam meditabatur, non facultatis ſuæ, ſed cupiditatis habita ratione.

δύναμις.) Potentia, uis, poteſtas, facultas, etiã ad rerum fugiendarũ definitionem adhibetur: ut ſi quis dicat, διάβολον (calumniatorẽ) eſſe, qui criminari amicos, & in odium adducere poſſit: furemq; qui aliena clàm ſurripere: ſophiſtam, qui per ſapiẽtiæ ſpeciẽ quæſtũ facere queat. Horũ enim nemo talis dicitur à facultate, ſed à uoluntate. Facultatẽ enim boni habent mala faciendi: ſed ea nõ faciunt, quia nõ uolunt. Eſt autẽ δύναμις inſtrumẽtale bonũ, propter aliud expetendũ. Voluntas. Facultas.

δυνάμει.) δύναμιν dicit Ariſtoteles de corpore: de incorporeo ἐντελέχειαν, de animo differens. Nã corpora quæ in ortu & interitu uerſant̃, facultate ſunt, & ſubſtantia, & qualitate & quantitate, & loci mutatiõe. Facultate enĩ ſum⁹ homines, in ſemine & mẽſtruo ſanguine: & facultate, pueri dũ ſum⁹, uiri magnitudinẽ habemus. Ita ſe res habet in qualitate etiã. facultate frigidi ſumus, dũ calemus: & facultate mouemur, dũ ſedem⁹. Cœleſtia uerò corpora facultate hac ꝑdita ſunt, in loci mutatione dũtaxat. Sol enim oriẽs, facultate medium cœli occupat: in eoq; loco dũ uerſat̃, facultate occidit. in reliquis etiã eius & cæterorũ aſtrorũ motionib. facultas in loci mutatione cernitur. Facultas. Actus. Facultas mouendi.

ὅτι αἱ δυνάμεις.) Facultates tẽpore ſunt actionibus priores: ratione uerò poſteriores. Priores quidẽ doctrina, & magis perſpicuæ nobis ad intelligendum ſunt actiones, propter perfectionem, quàm facul-

facultates. Actio enim, pfectio eſt eius quod facultate eſt. ad hanc enim facultas refertur. Iam id ad quod refertur aliquid, eo prius eſt qđ ad id refertur: atq; adeò rerũ omnium finis tempore quidẽ poſterior eſt, ratione uerò prior. Ratione etenim finem nobis proponentes, ea quæ ad illum deducunt, quærimus & comparamus.

*Finis actione prior.*

*Archimedes.*

δυνάμεις.) Piſides: Quinq; facultates Geometricas Archimedes in unã contraxit, ut machinis quibuſdam grandia onera mouerentur.

*Genius bonus et malus.*

ὅτι δύο δυνάμεις.) Cũ Philo dixerit, duas facultates (ſic Genios appellat) omnem animam occupare, unam ſalutarem, alteram pernicioſam: iſte ne per ſomniũ quidem ſalutarem ſenſit, quantus quantus eſt ex mera illa pnicioſa cõpoſitus.

*Diabolus.*

DYNASTEN, id eſt principẽ uel potentem ſacra Scriptura diabolum appellat. Dauid enim ait, Eripuit pauperẽ potenti: hoc eſt, naturam humanam, ut eo tempore deſtitutam à Deo.

δύο τοίχους ἀλείφεις.) Duos parietes inungis, ſiue candefacis. De ijs dicitur, qui in utranq; partẽ inclinãt, & medios ſeſe præbent in diſſidijs, aut amicitijs.

*Exilium felix.*

δύο ἐτῶν.) Cum in Græcia biennium manſiſſet, iniqui exilij fructum cepit.

DYRRACHIVM, olim Epidamnus, quòd propter caûtes difficulter naues ibi applicarent.

*Moroſitas intractabilis.*

δυσεριστόμιον.) Difficile profectò eſt, homines moroſos monere, ſi eos q uobis benè uolũt, timetis: ijs uerò qui uos amare nolunt, ſubinde ſupplices eſtis.

DYSAVLES, homo indigena, cũ uxore Babo, ẽ qua filias haberet Protonoen & Neſã, Cererẽ hoſpitio excepiſſe ferť.

*Bellum.*

δυσεκλογίστων.) Incerta ſunt belli munera, nec ratione comprehendi poſſunt.

*Agapius.*

δυσεπίβολος.) Agapius philoſophus in admiratione fuit ob diſcẽdi ſtudium, & dubitationum explicatu difficilium tractationem.

δυσηχής.) Scutum, quod Pythonem tumultuoſo è bello liberauit, in Mineruæ luco pendet.

δύσθυμος.) Sophocles: Mihi quidem ea quæ acta ſunt, non malam ſpem præbent. Sed ſi tibi malè ſentire uideor, teipſum, ut æquitas poſtulat, accuſato.

*Gratia.*

δυσκλεής.) *Abſit, ut me Sol ita infamem uideat,*
*Vt ſeruatorem meum non uiciſſim cõſeruem.*

δυσκολία.) Sic appellatur in Dialecticis dubitationibus reſponſio, quæ Syllogiſmum corrumpit.

*Muſica corrupta.*

δυσκολοκάμπτους ᾠδάς.) Si quis perplexum aliquid in cãticis adhiberet, cuiuſmodi ſunt Phrynidis intricatę ambages, multis uerberibus afficiebatur, ut q Muſas aboleret.

δυσμαὶ βίου.) Occaſus uitæ, pro fine.

δυσμίσητος.) Arbores infeſtæ, ſi quando uiderint mœnia Troiana, ſiccam foliorum comam abijciunt.

δύσμορος.) Si manibus meis perieris, mater quidem dicar infelix, ſed in patria incolumi.

*Explicatio ſomnij.*

δυσωδίαν νόμιζε τὴν ἀηδίαν.) Fœtorẽ exiſtimato moleſtiam. ὀνειροκριτικόν.

δυσωπῶ.) Sperans effecturum ſeſe, ut Iudæos puderet: quos, cum poſſet, non læderet.

δυσέκμαρτον.) Vbi uerò inuenietur ueſtigiũ ueteris inueſtigabile criminis?

κεῖται ὁ δυστράπελος.) Iacet moroſus iſte, ac difficilis.

δύστρος.) Menſis Martius apud Macedones.

*Luctus inutilis.*

δύσφορα.) Quod ſi difficilia iſta nobis ſucceſſerint, ab omni parte beati ſumus. Et, Ob res mediocres ingẽti dolore ſubinde ſuſpirans interis, nullo eum fructu. Cur res toleratu difficiles, fletum & luctum appetis?

δυσχερασμάτων.) Ad uitam quietam ſe recepit, odio difficultatum gerẽdæ Reipublicæ.

AI DIPHTHONGVS, ET. AE.

AEane, urbs Macedoniæ, ab Aeano Elymi Tyrrhenorũ regis filio, qui eò migrauit: unde Aeanæus.

*Aiax una parte uulnerabilis.*

AIACEM tradũt reliquo corpore inuulnerabilem fuiſſe, ſola axilla excepta: propterea quòd Hercules cætera corporis membra leonina pelle inuoluerit: illam uerò nõ, quòd ſcilicet pharetram ibi geſtaret.

αἰάντειος γέλως.) Aiacis riſus. De ijs qui ſtultè rident.

αἰβοῖ.) Ariſtophanes in Auibus: *Eua, Nihil eſt iucundius quàm uolare.*

*Aegeus. Theſeus.*

αἰγαῖον πέλαγος.) Aegæũ pelagus. Theſeus, Aegei, regis Athenarum, filius, occiſo Minotauro, Cretæ potitus, Ariadnã Minois filiam uxorem ducit. Deinde patrem inuiſere, eiq; uictoriam illã annunciare uolẽti, quidam anteuertit: & Theſeum à mendacibus Cretenſibus proditum, & à Minoe immolatum eſſe, falſò nunciauit Aegeo. Quo ille nũcio accepto,

*Aegei interitus ex falſo nuncio.*

pto, in mare ſe de promontorio præcipitauit. Vnde mari nomen factum, etiã hodie durat. Quo Theſeus cognito: Ariadna uxore & Cretenſi regno contempto, patri in Attico regno ſucceſſit.

*Capellæ exortus.* αἶγες.) Capellæ aſtro oriente, uehemẽtes uenti flant.

αἰγείρου θέα.) Alni ſpectaculum. Alnus Athenis fuit propè Bacchi templum, in qua, ante extructum theatrum, tabulata defigebant. Quibus uerò locus deerat, ij ex ipſa arbore ſpectabant.

αἰγιαλῷ λαλεῖς, ἢ ἀνέμῳ διαλέγῃ.) Littori loqueris: aut, Cum uento diſputas. De ijs qui non exaudiuntur.

*Arrogantia refutata.* AEGIENSES Argiui, Aetolis uictis Pythiã interrogarũt, quoti eſſent? Ea uerò illis reſpõdit: Aegienſes neq; tertios eſſe, neq; quartos, ac ne decimos quidẽ.

AEGILIA, municipium Antiochiæ tribus: unde Aegilienſes. Eſt & inſula intra Cretam & Peloponneſum. unde Aegilius, ut Cytherius.

AEGILIPS, urbs Cephalleniæ.

AEGLES, id eſt ſplendoris, filiæ Charites. Probè genus Gratiarum deſcripſit. Eas enĩ ſplẽdidas eſſe (putant) oportet.

ἡ αἲξ δῶσα τὴν μάχαιραν.) Capra gladiũ dedit: &, Capræ inſtar Corinthiacæ. De ijs qui ſibi ipſi accerſunt malum.

αἰγῶν ὀνόματα.) Caprarũ nomina. Capræ ſimiles ſunt. Nomina uerò ijs imponuntur, quę notis aliquibus diſtinguuntur. Prouerbium, de rebus inutilibus.

αἰγυπτιάζειν.) Callidè agere, & malis eſſe moribus. tales enim perhibentur Aegyptij. &, αἰγύπτιος πλινθοφόρος, Aegyptius laterifer. De baiulis.

αἰγυπτία κληματίς.) Aegyptia clematis. De tenuibus & longis, qualis fuit Zeno Citticus.

*Mercurius.* AEGYPTVS dictus fuit Mercurius, (Beli) Pici, qui & Iupiter, F. cũ Meſtrem ueniſſet, ibiq; regno potitus eſſet: à quo & regio illa nomen accepit. Aegypti plagæ diebus XL acciderunt.

*Matrona liberalis.* AEDESIA Hermiæ uxor, cognata magni Syriani, pulcherrima & optima Alexandrinarum mulierum, moribus marito ſimilis, candida & generoſa, iuſticiæ nõ minus quàm modeſtiæ per omnem ætatẽ ſtudioſa, & inſigni amore & Deũ & homines proſequẽs. Quapropter etiã ſupra uires egentibus benefacere ſtudebat, adeò ut Hermia quoq; defuncto, uidua cum pupillis relicta, eoſdẽ ſumptus in beneficentiam conferret. Vnde factũ, ut patrimonium liberis obæratum traderet. Qua de cauſa non deerant, qui illam reprehenſam uellẽt. At illa, quę unũ theſaurum duceret ſpei melioris, ſi quis ſacros & modeſtos homines onere inopiæ leuaret: nullis ſumptib. parcebat, propter humanæ ſortis cõmiſerationẽ. eaq; de cauſa uel ab improbiſſimis ciuibus diligebatur. In primis aũt dabat operam, ut in philoſophia filij erudirẽtur, & patris doctrinã unà cũ patrimonio conſequerẽtur. Nã & publicam (τὴν δημοσίαν πατρὶ αἴτησιν διδομένην τοῖς παισὶ διεφύλαξε.) poſtulationem patri datã, pueris adhuc paruulis, cũ philoſopharentur, conſeruauit: id quod neminẽ alium uirum conſecutum nouimus, nedũ mulierem. Omnes enim non mediocriter Aedeſiã & honorabant, & uenerabãtur. Poſteaquam autem cum filiis philoſophiæ daturis operam Athenas nauigauit, Hierace Syneſij fratre comitãte: magis etiam uirtutẽ eius cùm reliquus philoſophorum cœtus, tum anteſignanus Proclus ſunt admirati. *Hierax. Syneſius. Proclus.* Hæc eſt Aedeſia illa, quã puellam adhuc Syrianus Proclo deſpõſurus fuit, niſi deus quiſpiam illũ à coniugio reuocaſſet: aduerſus Deum ita pia & ſancta, & religioſa, ut multa illi diuinitùs oſtenderentur, omnemq; uitam & à Deo & ab hominibus dilecta & laudata exegit. Eius uerò filij ex Hermia iunior Heliodor⁹, natu maior Ammonius, fuerũt: quorũ hic ſtudioſior, ille ſimplicior, & exercitatior in moribus & ſermonib. *Heliodorus: Ammonius.* Ambo enim ſub Proclo ſũt philoſophati, matre pro pœdadogo uſi: qui quidẽ eis, ut Hermiæ amici & familiaris filijs, impenſius fauebat.

ἀΐδου κυνῆ.) Orci galea. De occultis & obſcuris. & latẽre uolentibus.

αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προΐκτῃ. uel, κεχρημένον ἄνδρα κομίζει: apud Heſiodum & Homerum. Verecundia homini egeno eſt inutilis, & repudianda. De ijs, quibus ſua æquitas fraudi eſt.

αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς.) Pudor eſt in oculis. uel, quòd qui læſos habẽt oculos, nõ uerentur: uel quòd eos qui adſunt, magis quàm abſentes, uereri ſolent mortales.

αἰδοῖ εἴκειν.) Verecundiæ cedere: Pro, uereri.

αἰδοῖον.) Pudẽda, quæ & neceſſaria dicuntur à quibuſdam: quæ qui magna haberet, Androſathon dicebatur.

*Alluſio ad nomina infauſta.* αἶ αἶ.) Antiqui moris eſt, in calamitatibus alludere ad nomen infauſtum: ut in apud

apud Sophoclem facit Aiax, cuius nomen doloris ſignificationem continet.

αἰέυπνος.) Sēperſomnus dicit̃ mors.

Aquila. αἰετὸς.) Piſides: Aquilarũ natura neq; ſiti uincitur, nec atenam deſiderat firmitudo: ſed & ſiti & frigore ſunt ſupiores.

αἰεί με τοιοῦτοι πολέμιοι διώκοιεν.) Sēper me tales hoſtes perſequantur. De hominibus contemptis.

Adamatur. αἰεὶ ἡ γυνή σ' ἔχει διὰ στόμα.) Pro διὰ στόματος. Mulieri perpetuò es in ore: quæ ſiue ouum ſiue malum nacta fuerit, Hoc (inquit) eſt Cineſiæ.

αἰεὶ τῷ γε γέροντι νέαν ποτὶ βάλλεο κούρην.) Sēper iunge ſeni florentē ætate puellā.

(αἰειεστὼ) αἰειεστώ.) Sēper eſto, uel Semper eſſentiā, uel ſemper ſubſiſtentia. pro æternitate uſurpatur ab Antiphonte: ſicut (εὐεστὼ) εὖ ἔστω, Benè eſto, uel Bonus ſtatus, felicitas uocatur.

αἰεὶ φέρει τι λιβύη κακόν.) Semper aliquid Africa gignit mali. De ijs qui alios uexant, & ſubinde noui quippiam excogitant mali. nam Africa maximè uarias gignit animantes.

AEZONEIS, municipiũ trib. Cecropiæ, cuiꝰ incolæ malè audiebāt, ut maledici. unde αἰζωνεύεσθαι, maledicere. Plato: Nihil ad iſta dicā, ne me, quāuis qđ dicerem non deeſſet, Aezonenſem putes.

AETHALIDAE, municipes Leontiæ tribus.

αἰθαλόεις θεός.) Fuliginoſus deus, & inclytus artifex Vulcanus dicitur: quippè faber ærarius.

αἰθαλοκαμπίαι.) Fuliginis flexiones: id eſt fumi & mendacia.

αἰθέρα νηνεμον ἐρέσσεις.) Aetherem tranquillum remigio tranſis. De fruſtra laborantibus.

AETHERIVS, heroicus Poeta, uaria ſcripſit, & epithalamium hexametro uerſu in Simplicium fratrem ſuum.

αἰθεροβατεῖν.) Qui ſe in cœlo uerſari, & ipſam attigiſſe cœleſtem apſidem putabat, & inter aſtra uerſari: ignorauit ſe carnifici traditũ, & polluti inſtar proiectum iri. (Dixerat ille aliquid magni, cœloq; gerebat Forte caput.)

αἰθήρ.) aer ſublimis, & ſupra aerem inflammatus à Sole locus.

αἰθίοπα σμήχειν.) Aethiopem abſtergere. De fruſtra laborantibus.

αἴθικες.) Aethices, gens Theſſalica in Pindo monte, temeraria & barbara, dedita latrocinijs.

AETHIOPIVM, Eubœæ locꝰ, ꝓpe Euripum.

αἴθοπι.) uſq; ad ipſos Oculos directa ardēte inuidia

αἰθιοπίδος γῆς λεῦκα αὖ τακῇ χιών.) Euripides: Aethiopicæ terræ liqueſacta niue: Aethiopiā ſerũt primā denſatā & firmatā, coluiſſe deos, & uſam eſſe legibus: earumq; rerũ autores fuiſſe perhibent Mithram & Phlegyā, homines Aethiopes. Mithras & Phlegyas Aethiopes religioſi.

ἄρτεμις αἰθιοπία.) Aethiopica Dianā, uel quòd eam Apollo ex Aethiopia abduxerit: uel ab ardēdo (eſt enim eadem quæ Luna) uel quòd Hecate (nā & hæc eadem eſt) ſemper faces teneat.

αἴθ' ὄφελες (θνητὴ) θανέειν, ἢ πανύστατον ὀρχήσασθαι.) Vtinā eſſes mortua, aut ultimùm ſaltares. Sic pueri dicũt, cũ noctuā captam circumducũt. Illa uerò interdiu non uidens, ueluti ſaltat: aut percuſſa & moritura ſeſe torquet, ſaltantis inſtar. Noctua ſaltatrix.

αἴθων λιμός.) Aethonia fames, id eſt maxima, ab Aethone quodam Solis filio, Eleo, qui, ſucciſo Cereris luco, iuſtas perſoluit pœnas, fame perpetua.

αἰθύης ἀπὸ πτερύγεσσιν ἔλυσαν πείσματα νηός.) Fulica ſeu mergo uolitāte ſoluerũt nauis funes. Nā cum hæ aues in mari ſe mergunt, peſſimũ id eſt omen nauigantibus. Cauſam autē eam eſſe dicũt, quòd trāquillo mari propter marinas belluas progredi non auſint: tempeſtatem uerò præſentientes progrediantur, quo tempore beluæ in profundo degant. Fulica.

αἰκάλλει.) Demulcet aliqd animũ meũ.

αἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε δίκη δ' ἰθεῖα γένοιτο: *Si tulerit quæ fecit, erit ius ritè peractum.* Rhadamantilex.

Oraculum redditum de Aureliani cædibus & iniurijs.

ARISTOPHANES: Athenienſium quiſquis ingreditur, uociferatur contra ſeruos: Quærite ubi mea ſit olla? Quis caput deuorauit mænidis? patella heſterna mortua mihi eſt: hoc eſt, cōfracta. Vbi eſt allium heſternum? Quis oliuas arroſit? Hæc omnia ſordida ſunt. Sordidi hominis.

αἰκία.) Verbera & malorũ æqualitas, quæ cũ multis tolerabātur, quamuis aliquid leuamenti haberent: tamen ne ſic quidem in præſentia facilia uidebantur.

αἰκία.) Vulnus aut uerbera, legibus definitam pœnam nō habebant: ſed is qui actionem intendebat, quanti æſtimaret iniuriam, ſcribebat: eamq; ſummam iudices moderabantur. Aeſtimatio litis.

αἰ λαχάνων προσθῆκαι.) Holerum auctaria. De rebus nullius utilitatis.

AELIA, urbs Hieruſalem.

AELIANVS Italus, Prænestinus pontifex

tifex & ſophiſta, Claudius dictus, cognomẽto Meligloſſus ſeu Meliphthongus, à linguæ & uocis ſuauitate. Docuit in ipſa urbe Roma, poſt Hadriani tempora.

Aelianus dux ſub Valente, fuit ex (ἦν δὲ ἐκ συνέδρων) aſſeſſoribus, liber nimiũ, & à puero erecto animo, robuſtoq; corpore & agili, in rebus gerendis celer: nõ

*Ferocior.* quidem doctrinæ expers, ſed nõ ita eruditus, ut ferociam animi atq; iracundiã domitam haberet.

ἀήλιν(ος).) Non mollijt audaciam tuam miſerabilis uox.

AELINVS, Calliopes filius.

*Sanguis.* αἷμα.) Sanguis, id in quo uita cõſiſtit, & quatuor humorũ noſtri corporis pręſtantiſſimus.

αἵματι κλαίειν ἢ στένειν.) Sanguine plorare, aut gemere.

αἵματ(ος) ἆσαι ἄρηα.) Sanguine ſatiare Martem.

*Magnifica domina.* AEMYLIA, Scipionis maioris uxor, in ſolennitatibus matronalibus magnificè colebatur, ut quæ conſuetudine & fortuna Scipionis uteretur. Nam præter ornatum corporis & currus, etiam caniſtra & pocula, & quæ ad ſacrificium pertinebant, aurea atq; argentea omnia illã ſequebantur. Ancillarum item & famularum comitantiũ multitudo iſtis rebus erat conſentanea. Has opes omnes ſta-

*Scipio liberalis in matrem.* tim poſt obitum Aemyliæ, Scipio matri donauit: quæ multis antè annis diuortio cum Lucio facto, non ijs erat inſtructa copijs, quæ nobilitatem eius decere uiderentur. Vnde cum ante id tẽpus domi ferè ſe continuiſſet, ſolenni quodam feſto, Aemylię ornatu & opib. cõſpicua, ijſdẽq; mulionib. & bigis & curru utẽs, matronis cauſam prębuit Scipionis pietatem & magnitudinẽ animi admirãdi.

AEMYLIVS conſul Perſeum Macedoniæ regẽ ſubegit: uir modeſtus, & res ſecundas pulchrè ferẽs, & cordatus. Nã

*Clementia in captiuũ regem.* regio cultu hominem excepit, & ad genua procumbere uolẽtem erexit: Quid, inquit, uictoriam meam dedecoras? & in ſella regia iuxta ſe collocauit. Mace-

*Libertas cõceſſa uictis.* dones uerò & Illyrios, uetere ſeruitute remota, liberos & ſui iuris eſſe iuſſit Senatus, tributo impoſito exiguo, & longè minore quàm pendere utriq; ſuis regibus ſoliti eſſent: ut omnes confiterentur, Romanos propulſandarum iniuriarum ergò potius, quàm regni Macedonici cupiditate bellũ geſſiſſe. Aemylius enim ſenatuſconſulto, omnibus audientibus (plurimi autem ex multis gentibus conuenerant) promulgato, liberos eos eſſe iuſſit. Et Europęos legatos ad ſe miſ-

*Splendor conuiuiorũ.* ſos, magnificè excepit, ſplendoris etiam conuiuiorum ſtudioſus: eũ diceret, eorundem uirorum eſſe, & bello uincere, & apparatu conuiuiorum diligentes & ſplendidos ſe præbere. (mons.

HAEMVS, Boreæ filius, & Thraciæ

*Fidelis nuncius.* HAEMONIVS, bello aduerſus Athenienſes Perſico uulneratus, Athenas cucurrit: & in Senatu cũ dixiſſet, Salui eſtote, ſalui ſumus, collapſus expirauit.

HAEMORRVS, ſeu Hæmorrois, genus ſerpẽtis, in petroſis ſpecubus degẽs.

AENEAS ſcripſit de Pyris, id eſt ignibus qui in ſpeculis accẽdũtur, & de Stra tegematibus commentarium.

AENICVS, Atheniẽſis comicus anti quæ Comœdiæ, cuius fabula eſt Antia.

AENIVS ſophiſta, cuius libri Meraboli dicuntur, à mutatione.

AENVS, urbs Thraciæ, ab Aeno Gonijs fratre: in qua Græci primùm Alopeconneſios, deinde Mitylenæos & Cumanos collocarunt. Vnde Aenites. Eſt & alia urbs ibidem Aenus, quæ Abſynthus uocatur.

αἰνοβίας.) Pro Abderis mortuum bellicoſum Agathonẽ, Omnis in rogo hæc lamentata eſt ciuitas.

*Aenigma.* αἶν(ος).) Oratio prouerbialis. Sermo quidã fertur: Virum, nõ uirum: auem, nõ auem tamen: in arbore, nõ arbore ſedentem: lapide, non lapide ictam peremiſſe.

αἶν(ος) καὶ μῦθος differunt, quòd Aenos non pro pueris factus eſt, ſed pro uiris: nec ad delectationem tantum refertur, ſed & admonitionem aliquam cõtinet, ac diſſimulanter docet ac præcipit: id quod Heſiodum feciſſe conſtat.

ἡ αἲξ δῶσα τὴν μάχαιραν.) Capra gladiũ ſuppeditauit. Corinthijs Iunoni Acreæ, quæ à Medea dedicata fertur, immolantibus, (οἱ ἐν τῇ παρόχῳ μεμισθωμένοι) conducti ad præbenda neceſſaria, ſe cultri, quem humi deſoderant, oblitos eſſe ſimularunt: quem capra pedibus euerrit.

αἲξ οὐρανία, ἀμάλθεια.) Capra cœleſtis, Amalthea. De eo qui conſequitur quæ uult. Capram enim nutricẽ Iouis in aſtra tranſlatam ferunt: cuius ortum qui obſeruet, omniũ uotorum fieri compotẽ.

αἲξ σκυρία.) Capra Scyria. De ijs qui beneficia faciũt irrita. Dicunt enim eas multum habere lactis: ſed cum eas mulſerint, euertere mulctram.

*αἰξωνεύεσθαι.*) Aexoneis, municipium Cecropiæ tribus, cuius incolæ ob maledicentiam malè audiebant.

*αἰὼν.*) Sophocles:

*Antiquum dictum circumfertur,*
*Mortaliũ uitam nõ poſſe cognoſci prius quàm*
*Aliquis obierit, bona ne ſit, an mala.*
*Ego uerò meam ſcio etiam ante obitum*
*Et infelicem eſſe, & grauem.*

*αἰπεινὴ.*) Altam abietẽ contentio impulit, ut malè loqueretur. &, Cũ altis abietibus certauit rub. At abies dixit: E' ſe diſſecta & naues & templa confici.

*αἰπὺ.*) Leucadis altũ tenens, quẽ longè conſpiciunt nauigantes, tumulum.

*αἰπὺ.*) Arduum ei futurum eſt, quamuis admodum prompto, pugnare.

*αἱρεῖσθαι.*) Cratinus in Trophonio: Nõ cibum capere, nõ ſomni ſortiti partem.

*αἶρε δάκτυλον.*) Tolle digitũ. De ijs qui in certamine deficiunt. Sublato enim manus, ſignum eſt, aliquẽ ſuccubuiſſe.

*αἶρε μασχάλην.*) Tolle axillam. De ſaltatione dicitur.

*αἶρε πλῆκτρον.*) Tolle plectrum, ſeu calcar: id eſt, defende te. Metaphora ſumpta à gallis gallinaceis, quibus ænei ſtimuli adduntur.

*αἵρεσις.*) Secta ſeu diſciplina, quę rationem aliquam ſuo arbitratu ſequitur, aut ſequi uidetur. Hippobotus ait, IX ſectas ſeu diſciplinas eſſe philoſophorum: Megaricam, Eretriacam, Cyrenaicam, Epicuream, Anniceriam, Theodoriam, Zenoniam ſeu Stoicam, Academicam, Peripateticam. * Sed neq; Cynicam, neq; Eliacam, neq; Dialecticã numerat. Pyrrhoniã uerò pleriq; repudiãt, ꝓpter obſcuritatẽ. Nã ſi ſectã intelligamus, inclinationẽ in decretis, q̃ cõſecutionẽ & ordinẽ habeat: Pyrrhonia dici non poterit ſecta. neq; eñ habet decreta. Præterea ẽt eclectrix diſciplina eſt à Potamõe Alexãdrino introducta, q è qualibet ſecta, ea q̃ ſibi ꝓbarẽtur, elegit. Iudicia ueritatis aũt eſſe dicit: aliud, à quo fiat iudiciũ, mentẽ ſcilicet: aliud, per qđ, ueluti certiſſimum uiſum ſeu phantaſiã: principia rerũ uniuerſarum eſſe, materiã & efficiẽtiam, effectionẽ & locũ. Ex quo enim, & à quo, & * quali, & in quo. Finẽ uerò eſſe, quò omnia referãtur, uitã omni uirtute perfectã, non abſq; rebus quas natura corporis deſideret atq; externis.

*IX ſectæ philoſophorum. Pyrrhonia nũ ſecta? Potamonis electio. κριτήρια. Principia. Finis.*

*αἱρετὸν.*) Expetendum, trifariam dicitur: honeſtum, iucũdum, utile. Cui ergo hæc inſunt omnia, quodq; ꝓpter omnia expetitur: id optabilius eſt eo, cui non inſunt omnia, * ueluti prudentia.

*Honeſtum. Iucundum. Vtile.*

*αἱρετώτερος.*) βέλτιον, melius, latius patet quàm *αἱρετώτερον*, id eſt, magis expetẽdum ſeu optabilius. hoc enim in uno rerum expetendarum genere uerſatur: melius uerò etiam in alijs. Nam & Theoretici, & Phyſici & Logici, quid ſit melius exquirunt. Qui enim quærit utra melior ſit eſſentia, mobilis' ne an immobilis? naturalem tractat quæſtionẽ. Logicus uerò quærit, ſit' ne melior inductio, an ratiocinatio? Theoreticus uerò, cum quęrit, magis' ne in actiõe uerſetur, an in cognitione prudentia?

*Expetendum. Melius. φυσικῶς. λογικῶς. θεωρητικῶς.*

*αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ ἢ αἰτίας.*) Pedem tollere è luto, aut cauſa. De ijs qui nihil habere negocij uolunt.

*αἴρειν.*) Menãder Cecryphalo: Statim tollite mẽſas: Vnguẽta, coronas parato, libato. Idẽ in Synariſtoſis. Aliquis mihi det potum uelim. ſed Barbara iſta, Vnà cum menſa uinum etiam nobis abſtulit.

*αἱρεῖς.*) Theologus: Ratio conuincit, non eſſe ponendum offendiculum.

*αἱρήσω τάχα.*) Fortaſſe capiam. Hoc dicere ſolẽt, qui aliquos perſecuturi ſunt.

*αἱροῦντες ᾑρήμεθα.*) Captantes capti ſumus. De ijs qui ſperarũt ſe aliquibus ſuperiores fore, à quibus uicti ſunt ipſi.

*αἶσα.*) Non equidem inuideo, ſed tua fata opto.

*αἴσακος.*) Ramus lauri, quem tenentes celebrabant deos. *Ramus lauri.*

*αἴσιος.*) Non fauſta illis aſpirauit fortuna. Ceſſatores enim nihil puduit.

*αἰσίῳ.*) Demoſthenes ſe cum Aeſio Athenienſe in arte dicendi exercuit. *Demoſthenes. Aeſius.*

*αἰσθάνεσθαι.*) Dormiens, potentia ſentit: uigilans, actu.

*αἰσθήσεις.*) Senſus quinque ſunt: Viſus acrior eſt auditu, hic olfactu, olfactus guſtatu & tactu. Atq; adeò tactus ne ſenſus quidem eſſe uidetur. Nam cæterorum ſenſuum quilibet in una quapiam rerũ ſenſilium oppoſitione, & in intermedijs uerſatur: ueluti uiſus, in albo & nigro, & interiectis colorib. auditus in ſono graui & acuto, & interiectis: olfactus in odoribus & fœtoribus guſtatus in dulci & amaro, & interiectis ſaporibus. Cæterùm tactus in pluribus oppoſitionibus cernitur, non ſubalternis: ut in frigido & calido, & humido & ſicco, & duro & molli, graui & leui, raro & denſo, quæ *ὑπάλληλα* ſubalterna eſſe non poſſunt. Senſus maiorib. ſenſibilibus perceptis, non

*Tactus. Obiecta ſenſuum. Tactus obiecta. Senſibilia maiora.*

*αἰσθητὰ ποιά.* non amplius unà cum illis minora percipere poſſunt. nam qui acriores ſapores guſtauit, remiſſiores non percipit: & qui magnos ſtrepitus audiuit, minores non ſentit: & qui ſolē intuitus eſt, legere non poteſt, aut alia aſpectabilia pcipere. Eadem & tactus eſt ratio. Mentis uerò contraria. *Intelligibilia.* Quo enim maiora intelligibilia comprehēderit, eo expeditior eſt ad minora comprehendenda. Ac ſenſus quidem immoderata ſenſibilia corrumpūt, mētem autem maiorum intelligibilium apprehenſio acutiorem facit.

Communia ſenſibilia ſunt quinq;. 1. motus. 2. quies. 3. numerus. 4. figura. 5. magnitudo. Communia uerò eſſe dicūtur, non quòd eorum quodlibet ſub omnes ſenſus cadat: ſed quòd ſingula ſub plures, non unum, quędam etiam ſub omnes ſimul. *Communia ſenſibilia.* Nam magnitudo commune ſenſibile eſt uiſus & tactus. *Magnitudo.* Videmus enim magnum eſſe hominem, & tangēdo ſentimus magnam aut paruam eſſe obiectam molem & interuallum: atque etiam nos ſtrepitum audiuiſſe magnum aut paruum dicimus. Sed hic magnitudo proportione capitur, nō propriè. Magnitudinem enim dicimus continuam, in communibus eſſe ſenſilibus. *Magnus ſtrepitus.* Magnus autem ſtrepitus, qualitatem ſignificat intenſam & remiſsā. Quare obſcurus aut uehemens ſtrepitus magis propriè dicitur. *Figura.* Figura communis eſt uiſus & tactus, figura inquam, non quadrangulum aut octangulum. Hoc enim rationis eſt, dicere: figuram eſſe, quæ una linea contineatur, aut tribus, aut quotcunq; tandē, ſed ſimpliciter, circumſcriptam eſſe. Omnis autem circumſcriptio fit per aliquā figuram. *Brutorum animaduerſio.* Itaq; & brutæ animantes, cū in paruam altitudinē, terramq; editiorē inciderunt, aſcendūt & pergunt. Sciūt enim circumſcriptā eſſe magnitudinē, & trāſiri poſſe. Sin in editiorem & pręcipitē locum peruenerint, nō inſtituunt pergere, animaduerſa figurę magnitudine. *Numerus.* At numerus, cōmune ſenſibile eſt omniū. nā & uidemus quinq; eſſe homines, ſed & tactu deprehendimus & audimus.

*αἰσθόμενοι.*) Cum Cæſaris alacritatem uidiſſent, & facta ſpei reſpondere animaduertiſſent.

*αἰσώπειον αἷμα.* AESOPICVS ſanguis. De ijs q̄ p iniutiā occidūtur (nullo eīm iure Delphi Aeſopū pemerūt) & de ijs q̄ in pbra & mala nō facilè ppulſanda inciderūt. numen enim ob cædē illam Delphis ſuccenſuit.

AESOPVS, Mithridatis anagnoſtes, ſcripſit de Helena: quo in Opere dicit, piſcē ceracei generis Pana uocari, in quo *P. n.* aſterites gemma reperiatur, quæ accen- *Aſterites.* datur à ſole, atq; ad philtra faciat. Scripſit & Mithridatis encomium.

Aeſopus Samius, aut Sardianus. *Engiton Meſembrianū fuiſſe dicit, alij Cotienſem Phrygem. Fuit logopœus, hoc eſt inuentor ſermonū & reſponſionum. Verſatus eſt, & in precio habitus, apud Crœſum, antiquior Pythagora * XL Olympiade. *Delphica.* Scripſit ea quæ ſibi Delphis acciderūt, libris duobus. Ac potius quidam aiunt, Aeſopum reſponſa ſcripſiſſe ſolùm. nā apud Delphos iniuſtè perijſſe, præcipitatum ab incolis de Phædriadibus rupibus, LIIII Olympiade: & famulum fuiſſe Xanthi Lydi. *Xanthus.* Alij, Samij uiri Iadmonis: cui^o & Rhodopis ancilla fuerit, *Rhodopis.* quā Threſſam genere, Charaxus *Charaxus.* Saphonis frater uxorem duxerit, ex eaq; liberos ſuſceperit.

Aeſopus fabularum poeta, nō fortuna magis quàm uoluntate ſeruus: *non *Seruitutis blanditiæ.* tamen ob idipſum imprudens. nam cui lex liberam uocem adimebat, cum delineata conſilio & uoluptate atque gratia condita dare decebat. Sic & medici ingenui, quod facto opus eſt, imperāt: ſed qui idē & ſeruus eſt, & medicus: ſimul & aſſentādo & curādo hero neceſſariò eſt occupatus. Aeſopū à cœna redeuntē ueſperi, audacula quędā & ebria allatrabat canis. tū ille ait: O' canis canis, crede mihi, ſi mala iſta lingua frumētū emeres alicūde, ſape mihi uidereris. *Fabula de cane.* Aeſopū quidā ferūt adeò dijs charū fuiſſe, ut & reuixerit: ſicut Tyndareus, Hercules, & Glauc^o. *ἀναβιῶναι, id eſt reuocatum in uitam.*

*οὐδὲ τὸν αἴσωπον πεπάτηκας.*) Ne Aeſopū quidem triuiſti: uel, Ne ad Aeſopum quidem es progreſſus. De indoctis.

AESCHINES Charini fartoris, aut Lyſaniæ filius, Athenienſis, Sphettius, philoſophus Socraticus. Dialogi eius ſunt: *Dialogi qui inter Platonicos habētur.* Callias, Rhinon, Aſpaſia, Axiochus, Telauges, Alcibiades: & qui Acephali, id eſt abſq; capite dicuntur, Phœdon, Polyænus, Dracon, Eryxias, de uirtute, Eraſiſtratus, Scythici.

Aeſchines Athenienſis orator, Atrometi literatoris & Glaucotheæ ſacrificulæ filius, hiſtrio fuit primùm, deinde ſcriba, pòſt orator, & pditor Cerſobleptis ac Phocenſiū: qui cū uiolatarū legū, ſeu falſæ rogatiōis reū feciſſet Cteſiphontē, à quo corona Demoſtheni decreta erat,

uictus Rhodum conceſſit,ibiq; docuit.

Aeſchines Athenienſis orator, filius fuit Atrometi & Leucotheę, Alcidamãtis Eleatæ in arte dicẽdi diſcipulus. Quidam etiam ſeruitutem ſeruiſſe parentes eius ſcripſerũt. *Venenum.* Cum autẽ cauſæ cuiuſdã aduocatus,iudices corrupiſſet,unà cum eis in carcerẽ coniectus,aconito hauſto interijt: eorumq; res familiaris,ut orborum,publicata eſt. *Exiliũ Rhodum.* Veruntamẽ habitauit Rhodi,ac docuit, uictus à Demoſthene in cauſa de corona. Primus antẽ diuinitùs dicere dictus eſt,eò quòd extemporè diceret,tanquam numine afflatus.

*Auaricia philoſophica.* Aeſchines Lyſaniæ filius, ad Dionyſium in Siciliam petendę pecuniæ cauſa abijt. Plato ter emenſus Charybdim,ob Siculas opes emenſus eã eſſe fertur Ariſtippus itẽ Cyrenæus *, & Helicon Cyzicenus,& * Phæton cum Rhegio exularet, ita Dionyſij ſubierunt theſauros, ut uix inde emineret. Atq; etiam Cnidium aiunt Eudoxum aliquãdo ueniſſe in Aegyptum, ac profeſſum, ſe pecuniæ cauſa adeſſe,eaq; de re locutũ eſſe regi. Ac ne plures criminer, Speuſippum Athenienſem adeò ferunt auidum fuiſſe pecuniæ, ut ad Caſſandri nuptias in Macedoniam comeſſatum iret,& poemata frigida,cõpoſita à ſe,mercede cantillaret.

αἰσχρὰ.) Turpia eſſe illa, familiares eius notant,ac diſceſſum nec in pręſentia decorum,nec in poſterum tutum fore.

ΑESCHRION Mitylenæus,uerſificator heroicns, comes itineris Alexandri, filins Philippi, Ariſtotelis diſcipulus & amaſius: ut Nicander Alexandrinus tradit,in libro de diſcipulis Ariſtotelis.

*Turpitudinis 4. genera.* ἀισχρὸν.) Sophocles: Turpe eſt longam deſiderari uitam ab eo, qui in perpetuis malis uerſat̃. Turpitudinis ſpecies ſunt quatuor: Iniuria, ignauia, immodeſtia, (ἄμορφον) deformitas.

AESCHYLVS,tragicus Athenienſis, Euphorionis filius, Cynægiri frater, qui unà cum Ipſo in pugna Marathonia fortiter dimicarunt. Filios habuit duos tragicos, *Euphoriõ. Bion.* Euphorionem & Bionem. Certauit ipſe*nona Olympiade,natus annos XLV. *Inuenta.* Primus autor; ut perſonis pictis ac terribilibus, & calceis grandioribus Tragici uterentur. Scripſit elegias,& tragœdias XC. Vicit octies & uicies:uel,ut alii, decies ter. *Exilium et obitus.* Cum autem collapſis tabulatis,eo tragœdiam agente, in Siciliã fugiſſet: *Aquila. Teſtudo.* teſtudine ab aquila in caput eius deiecta perijt,anno ætatis 58.

αἰσχύνη.) Dedecus urbis eſt, peccatum ciuis.

αἴτησις.) Petitio eſt,contrarij in diſputationibus productio, ut accipiatur aliquid à reſpondente:& poſtea detur opera, ut quod illi contrarium eſt, ab eo ſumatur, eoq; pacto contradictio reſponſionum oſtendatur.

αἰτητική.) Rhodij,qui Perſeo pacem nõ tam peterent,quàm darẽt, ſuperbè cum Romanis ſunt locuti. *Rhodij.*

αἰτίζων.) Panes ille rogat,nõ enſes atq; lebetes.

αἴτιον.)Cauſa quadrifariã dicitur:ut materia,ut forma,ut finis,ut effectrix. *Cauſa.* Cauſatum item aliæ ſunt antecedentes, aliæ adiuuantes ſeu concauſæ, aliæ finales. (προκαταρκτικὰ, συνεργὰ ἢ συναίτια, τελικά.)

αἰτιῶδες ψεῦδος.)Cauſale mendacium, quod aut à mendacio incipit, aut in id quod non eſt cõſequens deſinit, ant habet fini principiũ(non) conſequens.ueluti,Eò quòd nox eſt,Dion deambulat.

AETNA, magnus Siciliæ mons, ardens.hinc Aetnæum,pro magno.

αἱ οἰδίποδος ἀραὶ.) Oedipodis diræ: de ualde calamitoſis.

αἱ χάριτες γυμναὶ.) Gratiæ ſunt nudæ. *Gratiæ.* Vel ſimpliciter & apertè gratificandum eſſe, uel Ingratos ſuum ornamẽtum abieciſſe ſignificat.

αἶψα.) Accipe alma Cytherias, id eſt Venus, poetæ Celeriter hæc inclyta dona Leonidæ. Et Homerus:

*Rebus in aduerſis uenit immatura ſenectus.*

ἴαδε.) Herodotus: Cupiebant illi quidem ferre opem,ſed non poterant.

ἔαρ.) Ver, tẽperies aeris: id anni tempus,quo ſol ad nos accedit,& ſanguis in corporibus abundat. *Ver.*

ἔαρος χρήζει.)Vere eget:nam ueterem tunicam habet. Ariſtophanes: Multis ei uidetur opus eſſe hirundinibus. nã una hirundo non facit uer.

ἐβασάνισε.) Omnes formas examinauit: *Diligentia.* omnia ſingulari iudicio expendit:rationes ſolertes & uarias excogitauit.

ἑβδομευόμενα.) Infantinm ſeptimos & decimos dies agebant:Ijsq; nomina Imponebant,alij decimo,alij ſeptimo. *Nominum impoſitio.* Ariſtoteles de Hiſtoria animalium: Plurimi pereunt infantes ante VII diẽ. *Septimus dies.* Quamobrem nomina tũ eis imponũtur, quòd eos fore incolumes confidunt.

ἑβδομον.) Decies mille pedes habentẽ Scolopendrã,ab Orione turbatus. Pontus,Iapygum eiecit in ſcopulos. *Scolopendra.*

HE-

*Heber. Sala.* HEBRAEI, ab Hebere filio Salæ, qui iter populos terra diſtributa, ſuos appellauit Hebręos. Hic qa nō inter turris cōditores fuit: eius ſermo nō eſt mutatus.

HEBRVS Thraciæ fluuius, è Rhodope, Thracio monte, profluens.

*Aratores.* ἐβύωσεν.) Ariſtophanes: Auro obturatur os oratorum.

*Pytho. Sternomantis. Eurycles.* ENGASTRIMYTHVS, uentriloqu⁹, quē nūc Pythonē quidā dicunt. Sophocles Sternomantin uocat, quaſi uatem præcordialem dicas: Plato philoſophus Eurycle̅, ab Eurycle tali uate. Philochorus libro 3. Diuinationū, etiam mulieres *Manes euocare.* tradit engaſtrimythos, quæ manes euocarunt: quali uſus eſt Saul, quæ prophetę Samuelis animam elicuit.

ἐγένετο καὶ μανδρωνι συκίνη ναῦς.) Contigit & Mandroni ficulna nauis. De iis dicitur, qui ſupra dignitatē rebus proſperis utentes, ſe gerunt inſolentius. Mandron enim quidam nauarchus deſignatus fuit, indignus illo munere. Ficulna, ꝓ uili ponitur.

*Machina telorū propugnatrix.* EGESTA, ſiue Aegeſta, bellica machina è ſaxis, lignis & terra excitata: quā ciliciis, id eſt uelis è caprinis pilis confectis tegunt, iuſtæ denſitatis & longitudinis, quæ longis cōtis ſuſpenſa illi præponūt. Ita nec ignitæ ſagittæ, nec alia tela penetrant, ſed in uelis adhæreſcunt.

*Agricolæ quieti.* ἔγγαιον.) Prouinciam ſorte diſtribuit, talenti precio ſingulis: ratus, ſi fundis homines alligati eſſent, ſic tranquillum & ſtabilem fore ciuitatis ſtatum.

*Res pupillorum in fundis collocanda.* ἔγγαιον.) Lyſias: Lege tutores iubente, rem pupillorū in fundis collocare, nos iſte nauticos efficit.

ἐγκάθετος.) inſidiator, doloſ⁹ explorator.

ἐγκαλινδεῖσθαι σωματικοῖς παθήμασι.) in corporeis affectionibus uolutari.

ἐγκαλῶ.) Nos turpiſſimorū propè facinorum accuſamur.

*Mendaciū.* ἐγκαλλωπισαμένου.) Rege id ſibi mēdacium laudi ducente.

*Arſinoe. Olympias.* ἐγκάρπου.) Philippus Arſinoes cōſuetudine uſus, illa prægnāte relicta, Olympiadem duxit uxorem.

ἐγκατεζεύξας.) Sophocles: Noua cōſilia cum nouis moribus coniunxit.

ἔγκαφος.) Eupolis: Rerum mearū ne minutiſſima quidem pars remanſit.

ἐγκαίνια.) Encænia, feſtum quo noui aliquid geſtum eſt, aut inſtitutum.

*Lachares. Auro ſparſo euadere.* ἐγκεντεῖ.) Lachares aufugiens, cū iam iam capiendus eſſet, Daricis aureis paulatim proiectis ante eos qui perſequebātur, prorſus hiſce illecebris omnem uim hoſtilem effugit.

*Cilices.* ἐγκιλικίζεσθαι.) Improbis eſſe moribus, quo nomine gens illa malè audiebat.

*Polus.* ἐγκλισιν.) Anaxagoras ait, ſupra uerticem eſſe terræ polum, qui ſemper appareat, deinde inclinari.

*Feſtinatio.* ἐγκονεῖτε.) Ite, feſtinate, ꝓperate, qa moræ nihil eſt loci: res in acie nouaculę eſt.

ἐγκώμιον.) Encomiū, multas res complectitur: ἔπαινος laus, unam.

*Inuidia.* ἔγκοτος.) Quæ inuidia ſemper Theſidas, bonis pertinaciter infeſta, ſemp tenet?

ἐγκρατεστέραν.) Thucydides: Tum principatum firmarūt, tum ipſi magnam potentiam ſunt conſecuti.

ἐγκράτεια.) Continentia, eſt abſtinētia malorum, affectio, quæ rectam rationē non tranſcēdit, & habitus inuictus à uoluptatibus. Si continentis inter ſe non conſentiunt partes animi, boni autem uiri & ſapientis conſentiunt: uir bonus *Continentia. Temperantia.* non erit continens, niſi continentiæ nomine pro temperātia abutaris, ac dicas: in quo ſit quod uincat & uincatur, in eo *Abuſiones uerborum.* non eſſe conſenſionem, id quod (non) contingat temperanti. Et quidem huiuſmodi mutationū plena eſt loquendi cōſuetudo, ut ſignificantiſſima quæq; uerba pro leuiorib. uſurpentur: ut diſſecare & deuorare, pro ſecare & edere: cachinnari pro ridere, prudens pro callido, fortis pro audaci, lenis pro ignauo & ſtupido, liberalis pro luxurioſo, frugi pro ſordido. Sic & Callicles in Gorgia Platonis, modeſtos homines uæcordes appellat (τοὺς σώφρονας εἰς ἠλιθίους μεταλαμβάνει.) Continentia uehemētes habet cupiditates: temperantia tranquillas atque domitas. Ac temperans cōſentientes inter ſe partes habet animi: nec alia in eo uincit aliam reluctantem Continens uerò non dicitur, quòd careat affectib⁹: ſed quòd afficitur ille quidē, nō tamen ducitur ab affectibus. Eadem eſt & incōtinentis & intemperantis ratio.

*Sanatio.* ἐγκρατής.) Sæpe ægrotauit, ſed confirmauit eum Deus. Cum ſibi redditus eſſet, ualetudinemq; recepiſſet: nihil penſi habuit. Item: Dicebat Leogorus, ſe fortuitò potius, quàm Dei uoluntate recepiſſe ualetudinem.

ἐγκρίνει.) Non ſcilicet alios recipit, alios repudiat.

*Sepultura Chriſti.* ἐγκρυφίας ἄρτος.) Panis cinere intect⁹. Tres aūt partes ſimilaginis, unde ſubcinericius panis fiebat, triduanam panis

uitæ ſepulturam obſcurè denotat.

*Verſatile theatrum.* ἐγκύκλημα.) Machina lignea, prædita rotis: quæ conuerſa, ea quæ uidebantur intus in ædibus geri, ſpectatoribus etiã oſtendebat.

ἐγκύκλιος παιδεία.) Encyclopædia, per omnes diſciplinas, per omnes rhytmos & motus agitatur.

*Bilis piſcium.* ἐγκαρσίχολοι.) Iracũdi. Piſces bilem in capite habent.

ἐγγλωττογάστωρ.) Qui è linguæ prouentu uictitat: ſicut ἐγχειρογάστορες, qui labore manuum uentrem placant.

ἐγὼ δὴ καὶ σὺ ταὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν.) Ego uerò & tu iugum idem trahimus. De ijs qui in eadem calamitate ſunt. Ego uerò ſurdaſter ad omnia, ignarus omnium, iſta neglexi.

EGO è bono in bonum tranſtuli: uel, à bono ad bonum me contuli: id eſt, è citharœdo factus ſum tragicus. De ijs qui ſimiliter aliquid faciunt.

*Nicoſtratus hiſtrio.* Ego faciam omnia ſecundum Nicoſtratum, uel inſtar Nicoſtrati. Hic hiſtrio fuit ſolertiſſimus.

*Anguillæ.* ἐγχέλεις θηρώμενος.) Anguillas captãs. De ijs qui priuari emolumẽti cauſa turbas concitant: quòd anguillæ turbata aqua & commota capiantur.

ἔγχεα.) Haſta, quæ ſæpè guſtauit lactes hoſtium.

*Pietas in conuiuio.* ἐγχεῖν.) Xenophon: Pueros infundere iuſſit, & precari deos.

ἐγχώριοι.) Indigenæ non modò uentorum ſtationes (ut prouerbio dicitur) ſed & popularium ſuorum mores optimè norunt.

*Credentiarius.* ἐδέατρος.) Nomen quidem Græcum eſt, ſed uſus Perſicus: prægustator principio fuit, & ante regem edebat ſecuritis cauſa. Poſtea uerò uſus obtinuit, ut totius miniſterij & apparatus curator, ἐδέατρος diceretur.

EDEM, deliciæ & paradiſus.

EDESSA, urbs Syriæ, quò Traianus *Abgarus.* cum ueniſſet, occurrit ei ante urbẽ Abgarus, dono adducẽs CCL equos, & paraphractos thoraces pro uiris & equis *Traianus.* totidẽ, & telorum LX. M. Traianus uerò III thoracibus acceptis, reliqua omnia ſeruare ipſum iuſſit.

*Syphacis æquiſſima ſententia.* ἐδικαίου.) Syphax auditis rebus geſtis, pacificationem moliebatur: æquum cẽſens, ut neq; Romani Africã, neq; Carthaginẽſes Italiam hoſtiliter inuaderẽt. Vtri aũt ſecus feciſſent, ſe ijs opem laturum qui obtemperaſſent.

ἐδικαιώθησαν.) Dion: Omnes morte digni eſtis: non tamen ego uos oẽs morte mulctabo: ſed à paucis quos cõprehendi, pœnas expetam: reliquos dimitto. *Pauci pro multis.*

ἕδος.) Fortunæ patrio ſimulacro adorato, reditum orat.

ἑδώλια.) Sophocles: Antiquis opibus referta patris ſedes.

ἐδωρεῖτο.) Quicquid quibuſlibet accõmodatum eſſet, id facere ſtudebat.

*Simulacrorum deſtructor.* EZECHIAS rex Hieroſolymorum, Achazi filius omnium religioſiſſimus. Neq; enim idola ſolum ſubuertit, ſed & ſtatuas ipſas contriuit, & in iugis montium ſuſtulit, & lucos ſuccidit, & ſerpentem à Moſe ſuſpenſum (adhuc enim ei omnes, odores incendebant) cum reliquis ſuperſtitionibus, inuiſis Deo, deleuit, & Iudæos ſimulacrorũ cultores mulctauit, monimenta & reliquias impietatis excindens. Tantum enim à uera religione aberant, ut ſimulacra poſt ianuas depicta adorarent: ut ſi qui ex Ezechiæ miniſtris inquirerent, foribus apertis ſimulacra tegerentur. Ac ſolus regnauit ex uolũtate Dei. Fertur etiã tale quiddã. *Liber Salomonis.* Fuit Salomonis liber remediorũ cuiuſuis morbi, ueſtibulo tẽpli inciſus. Eũ reuellit Ezechias, quòd populus, neglecto Deo, nec inuocato, ſanationẽ malorum inde peteret. Bellum aduerſus alienigenas extendit Gazam uſq;, defectione facta ab Aſſyriis, quib. antè paruerat.

*Exercitus contumax.* ἐθελοκάκως.) Imperatori exercitus erat contumax ob acceptam iniuriam: ſegniterq; dimicabãt, & fugiebant; obligatis corporibus, quaſi uulnerati eſſent: & tẽtoria diſſipabãt, & recedere cogitabant, imperitiam ducis accuſantes.

ἐθηλύνθη.) Ferrũ cum mollire ſtudent, oleo: cum durare, aqua tingunt.

*Conſuetudo.* ἔθος.) Conſuetudo, non eſt inuentum hominum, ſed uitæ & temporis. Ac lex *Lex commune perfugium.* quidẽ ſimilis eſt tyrannidi. terrore enim & ui cũcta perficit: cõſuetudo uerò magis humanitate regia. ultrò enim cã oẽs abſq; neceſſitate ſequũtur. Atq; etiã lex tanta æquitate & humanitate referta eſt, ut & calamitoſis utilior ſit quàm cognati: & affectis iniuria robuſtior propriis ipſorũ uiribus: & patribus beneuolẽtior quàm filij: & filijs quàm patres, & fratribus quàm fratres. Multi enim ab amicis læſi, ad hanc confugiunt.

ETHNESTAE, Theſſaliæ populus.

ἑκάβη.) Hecuba, quòd è longinquo ad uirum uenerit. Nam pater eius Dymas Phryx,

Phryx, obſes Priamo datus erat. unde Priamus Phrygibus fert opem.

HECADEMIA, olim uocata fuit Academia, ab Hecademo quodam heroe.

HECALE, heroina apnd Callimachū: quòd ad ſeſe uocet, ut quæ caſtellum patens habeat.

HECAMEDE, Neſtoris concubina: dicta à prouidentia, quòd longè in futurum proſpiceret.

HECATHAEVS, Abderites philoſophus, qui & Criticus grāmaticus eſt cognominatus, ut qui ea arte naleret. Fuit ſub ſucceſſoribus (Alexādri.) Librì eius ſunt de poeſi Homeri & Heſiodi.

Hecatęus, Hegeſandri filius, Mileſius, fuit Darij remporibus, eius qui Cambyſi ſucceſſit: quo tempore Dionyſius etiā Mileſius fuit, Olympiade LXV, hiſtoriographus. Vnde fructum cepit Herodotus Halicarnaſſeus, illo iunior. Protagoræ auditor fuit Hecatæus, ac primus ſoluta oratione hiſtoriam edidit, ut alia ſcripta Pherecydes. nam Ageſilai adulterina putantur.

*Proſæ auctores.*

*Theagenes.*

ἑκάτειον Θεαγένους.) Theagenis Hecateū ſimulacrum: quod ille ubique audiebat, (uel, quòd quocūq; iret, percōtabatur) qui Capnus (fumus.) Fuere Thragenes alij duo: quorū alter de Homero ſcripſit: alter ob molliciem infamis fuit.

ἑκάτην.) Ex Hecate cognoſci poteſt, ſit'ne diuitē eſſe potius, an eſurire? Hæc enim ait, eos qui rem & opes habeant, ſingulis menſib. cœnā ſibi mittere: pauperes uerò homines eam abripere, priuſquā appoſita fuerit. Moris enim fuit, nt ſingulis menſib. diuites Hecatæ mitterent panes, & alia quædā, quæ pauperes auferebant. Hecatē alij Dianam, alij Lunam dicūt, quæ ſpectris horrēdis ſeſe offerat, deuouentibus: quæ quidē ſpectra ſint homines draconis capitibus & ingēti proceritate, ut eorum cōſpectu, qui uideant, percellantur.

*Hecates cœna.*

*Spectra Hecates.*

HECATES inſula. Ante Delū ſita inſulula, quæ à quibuſdā Pſamite dicitur, quòd placētis eius nominis dea colar̄.

ἑκατόμπεδος νεώς.) Parthenon, id eſt Mineruæ delubrum, ſic Athenis dicebatur, non ob magnitudinem, ſed propter elegantiam.

HECATOMBAEON. Iunius apud Athenienſes, quòd eo menſe plurimę Hecatombæ immolarentur.

ἐκβάλλω.) Eiectus eſt Adā è paradiſo.

ἐκβιασταί.) Ambo ſunt uiolēti inſcitiæ exactores. Extimulant nos ad requirendum ius. De Gregorio & Baſilio.

ἐκ γλώτταν.) Arrogantiam magnitndini animi finitimam eſſugit.

*Arrogantia.*

ἐκδεδαρμένον δέρας.) Excoriatum excorias. De iis qui fruſtra laborant.

ἐκδίες.) Nullum diuinum oraculum eſt irritum.

ἐκδέχῃ.) Polybius: Non rectè, Imperator, ſermones noſtros accipis.

ἐκδίκως.) Sophocles:

*Theba te non educarunt malum.*
*Neq; enim ſolent uirós iniuſtos alere.*
*Tu uerò urbem immerentem probro afficis*
*Ipſe tuam. Nam te longinquum tempus*
*Senem ſimul facit, & mente uacuum.*

*Vrbs bene morata.*

ἐκ δυοῖν τρία βλέπεις.) Duo cū ſint, tu tria uides. De ijs qui nel ſenio, uel alio malo hallucinantur, nec ſatis cernunt.

*Delyrus ſenex.*

ἐκκέκοπται ἡ μουσική.) Extirpata eſt Mnſica. Ferūt, olim in cōuiuijs eruditas quæſtiones eſſe tractatas. Pòſt, pſaltriis & citharistrijs introductis, quoſdā nouitatē illā accuſantes, hoc uſos eſſe prouerbio.

*Sermones. Muſica.*

ἐκκείμεθα.) Soli tibi uiuentiū expoſiti ſumus. Neq; .n. eſt ueritas res expoſita, neq; deiecta, neq; uenatione capienda.

HECEBOLIVS, ſophiſta Cōſtātinopolitanus, ſub Cōſtantino ardenti Chriſtianiſmo ſimulato, ſub Iuliano fatuum gentilem ſe præbuit *. Proſtratus enim ante oratoriā domū: Calcate me, clamitabat, fatuū ſalem. Adeò leuis & temerarius & antè & pòſt fuit Hecebolius.

*Religio temporaria.*

ἐκήλει.) Infinita ille cōmemorabat, p quæ audientes demulceret.

ἐκθεατρίζουσι.) Vulgus res geſtas fortunatorum imitari non ſtudet: ſed ſuperuacanea quædam æmulans, inopiam iudicij ſuam declarat.

ἐκθεῖ.) Ariſtophanes: Cum in curiam inani uentre accurriſſet, pleno excurrit. Peculator notatur his uerbis.

ἐκλεγόμενος.) Eo ſtatu rerum fretus, per ſe de ſumma rerum decernere properabat. Itaq; cum non occaſionem rerum, ſed ſuam ſpectaret: futurum erat, ut ab officio aberraret.

*Non expectata occaſio.*

ἐκλεκτός.) Solomon: Manus delectorū facilè uincet Vincere fortaſſis eorū etiā eſt, qui ſunt omni referti improbitate, uel metu uel pudore, corporis actionē magna ui prohibentium. Sed ſupernarū rerū amore nō uinci ab inferioribus, eorum tantū eſt qui Deum amant, quosq; Scriptura electos uocat.

*Locomotiua moderatio.*

*Cœleſtium amor.*

ἔκλειψις.) Emanſio dicebatur, cū quis pere-

peregrinitatis reus, in diiudicatione municipiorum ſe non ſiſtebat.

ἐκκλήσεις.) Manifeſta fuga hoſtes ad inuadendum euocabat.

*Conciones Athenienſium.* ἐκκλησία.) Ternæ conciones ordinariæ fuerũt ſingulis menſibus, Calendis, die decimo, & trigeſimo, quæ κύριαι dicebantur. σύγκλητοι, Indictæ, cum populus extra ordinem propter urgentia negocia conuocabatur.

ἐκκλησίαι.) Ariſtophanes: Non'ne cõciones propter Plutum coguntur? Coimus enim aut ut noſtra tueamur, aut aliena ut acquiramus. Perſtringit autem Athenienſes, qui propter triobolum iudicia frequentarent.

ἐκκλησίαν.) Corpus ſuum Eccleſiam uocat Chriſtus, & per hanc ſacerdotem agit ut homo: accipit autem ea quæ offeruntur, ut Deus (προσφέρει τὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος σύμβολα.) offert autem Eccleſia corporis eius & ſanguinis ſymbola, totam maſſam per primitias ſanctificans.

*Explicatio ſomnij.* ἐκκλησίαις ἑστῶσιν ἔγκλησιν φέρει.) Stare in concione crimen affert. ὀνειροκριτικόν.

ἐκκλητεύειν.) Nomina eorum qui ad dicendum teſtimonium rogati, nõ aderant in iudicio, per præconem citabantur, ut neceſſe haberent teſtificari.

ἐκ λύκου στόματος.) Ex ore lupi. De ijs qui præter ſpem aliquid ab aliquibus accipiunt. Ex fabula de lupo & grue.

ἐκμελής.) Theodoſius imperator (ineptus) eneruatus erat, & inertiſſimus.

*Maßilienſes.* ἐκ μασσαλίας ἥκεις.) Maſſilia uenis. De effœminatis & delicatis. Maſſilienſes enim ferunt muliebrem in morem ueſtire, delibutos unguentis, & colligatis capillis: eaq; mollicie turpiter ſeſe gerere.

*Epicurus.* ἐκνενευρισμένος.) Epicuri ſermonib. animo eneruato & effœminato.

ἑκὼν, ἀέκοντί γε θυμῷ.) Volens quidem, ſed animo inuito. Prouerbium.

*Voluntariũ.* ἑκούσιον, uoluntariũ: quod non à lege, ſed à uoluntate pendet.

ἐκ παντὸς ξύλου* κοῦφος γένοιτ' ἄν.) E quouis ligno * leue fiat. De reb. aſpectu quidem uilibus, ſed neceſſarijs. Alij de iis q boni quidẽ habiti ſunt, ſed alij inuenti.

*Neceſſarium. ſuperuacaneum.* ἐκ περιουσίας, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος.) Ex abundantia, ex ſuperuacuo: id quo carere liceret. Neceſſarium eſt, ſine quo eſſe non poſſumus: ſuperuacaneum, cuius præſentia cum neceſſaria non ſit, rebus neceſſariis, ut Ariſtoteles ait, ſuppetentibus, alia quædam pulchra comparantur. ueluti, uiuere quidem neceſſarium eſt: bene uerò uiuere, ſuperuacaneũ. nã præſentiâ bene uiuendi, quod (ut ſimus) neceſſarium non eſt, ornatur uiuere ipſum, quod eſt neceſſarium. Cæterùm meliora inquit, neceſſarijs ſunt ſuperuacanea. Melius enim eſt bene uiuere, quã uiuere: & bene dicere, quàm dicere. Nõ ſemper tamẽ expetenda magis ſunt meliora, quamuis per ſeſe optabiliora. Nã quæ nos conſequi nõ poſſumus, quamuis meliora iis quibus potiri licet, nõ tamen nobis ſunt magis expetenda. Immortalitas enim præſtantior eſt longæuitate: ſed nobis non magis expetenda. Ac ſuperuacanea partim & meliora ſũt, & optabiliora: ſicut bene dicere, quàm dicere: Partim meliora ſunt, non tamen optabiliora. nam philoſophari & contẽplari, melius quidẽ eſt quæſtu: nõ tamen optabilius ijs quos urget inopia, quiq; aliter eſſe nequeũt. Sic etiã ualere ægrotanti eſt optabilius, quàm philoſophari. *Viuere. Bene uiuere. Optabilia. Expetenda. Longæuitas. Immortalitas. Philoſophari. Ditari. Sanari.*

ἐκπλαγείην.) Nunquam ita forem amentem, ut homines pluris faciam Deo.

ἐκποδών.) ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι. Viri calamitoſi nuſquã compárent amici.

ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συνήγαγεν.) De multis paleis grana pauca coegi. De ijs qui magni laboris exiguum capiunt fructum.

ἔκστασις.) Dauid: Ego uerò dixi in raptu mentis: Abiectus ſum. Putabam, inquit, cum peccaſſem, me procul abeſſe à curatione tua. nã à iuſticiæ uia, in qua ambularat, receſſerat, atq; impegerat. *Conſcientia.*

ἔκτακτοι.) Elocati (ſi ita dicere liceat) uel extraordinarij ſunt quinque: præco militaris, buccinator, ſignifer, miniſter, caudæ ductor: quibus omnino eſt opus in agmine: præcone, ut uoce denunciet imperata: uexillifero, ſi uox ob tumultũ non exaudiatur: buccinatore, cum ob puluerem ſignum non cernimus: miniſtro, ut ea quibus opus fuerit, apportet: urago, ut non cõſecutos ad aciem perducat. qui, cum illi quatuor ſummum teneant locum, hic infimum occupat.

ἐκ (πεπηρωμένης confracto) τετρημένης κύλικος πιεῖν.) E perforato calice bibere. De iis qui in religione errant, uel qui fidem ſoluunt.

*Quatuor cenſus Athenienſium.* ἐκ τιμημάτων.) Quatuor Athenis cenſus à Solone inſtituti ſunt, Pentacoſiomedimnorum, equitum, zeugitarum, proletariorum.

ἐκ τι-

ἐκ τιθηνῶν.) A' nutricibus: id eſt, ab infantia.

ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχειν.) Extra lutũ habere pedes. De ijs qui extra periculũ ſunt.

ἐκ τοῦ γεύματος γινώσκω.) E' guſtu cognoſco. De iis qui ex paruo multa deprehendunt.

ἐκ τῶν ἡττόντων.) Cum uincerentur, è renata remedium à Deo petunt, & percõtantur Pythiam.

ἐκ τριχὸς κρέμαται.) E' pilo pendet. De iis qui in maximo ſunt periculo.

ἐκκυβεύειν.) Ratus, ut poeta dicit, dolum eſſe: nullo modo ſtatuit iácere aleã, & de ſumma rerum decertare, ſed ſe intra uallum continuit.

Mutatio. ἐκφανστάτας.) Polybius: Ferè quod in præſentia maximè dolet, inſignem lætitiam parit.

ἔκφορος.) Sentio me affectu tranſuerſum agi.

ἐκφυλλοφορεῖν.) Si quis aut malè geſti magiſtratus ſuſpectus, aut ſenatorio ordine indignus uidebatur; ut in oſtraciſmo teſtulá; ſic oliuæ folio hic loco mouebatur, inſcripto eius nomine, & in echinum coniecto.

ἐκ χειρὸς βοηθεῖν τοῖς πράγμασι.) Polybius: Summo ſtudio & celeritate ſuccurrere Reip. & ſummæ rerum.

ἑλλάδιος.) Helladius Alexandrinus grãmaticus, ſub Theodoſio Imperatore iuniore uixit. Scripſit omnis generis uerborũ uſum ex ordine alphabetico, Deſcriptionẽ ambitionis, Bacchũ ſiue Muſam, Deſcriptionẽ balnei Conſtantiani; laudationem Theodoſij imperatoris.

ἔλαμψαν αὐτοῦ τὰ ἔργα.) Splẽduerũt eorũ facta: id eſt, claros eos reddiderunt.

HELLANICVS Milleſius, hiſtoricus, ambitum terræ ſcripſit, & hiſtorias.

HELLANICVS Mitylenæus hiſtoricus, filius Andromenis, aut Ariſtomenis, aut Scamonis, cui cognominem habuit filiũ. Verſatus aũt eſt Hellanicus etiã cũ Herodoto, apud Amyntã Macedonũ regẽ, tẽporib. Sophoclis & Euripidis: etiam cum Hecatæo Mileſio cõgreſſus, qui Perſico bello fuit, & paulo antè, & uſq; ad Perdiccæ tempora peruẽnit. Obiit Perperenæ, quę eſt e regione Leſbi. Conſcripſit plurima, ſoluta oratione, & uerſu heroico.

Herodotus. Amyntas. Hecatæus.

ἑλλανοδίκαι.) Hellanodicæ, indices ludorum apud Eleos IX, aut X.

ELATEA, urbs Phocẽſium maxima, quam quidã Elatriã ſcribendã cenſent.

ἐλατήρ.) *Scies Alcmanem lyræ pulſatorẽ Laconica*
*Eximiũ quem Muſarũ IX numerus habet.* Alcman.

ἐλάφειος ἀνήρ.) Ceruinus uir: id eſt, timidus, à natura animantis.

ἐλάχιστον.) Minimum. Sic Chriſtus terrenas opes uocauit, cũ diceret: Qui fidelis eſt in minimo: hoc eſt, qui rectè nouit uiuere. & terrenas opes, quas Mãmonam uocat, in pauperes erogat. Talis igitur, q in minimo fidelis reperitur, etiã in magno fidelis erit. hoc eſt, in diuinis muneribus. Qui uerò in his diuitiis iniuſtus eſt, & eas ſibi ſoli reponit: nimirũ etiã in diuinis munerib. infidus reperietur. Pecuniæ copias aũt alienas appellauit, quod cũ diuitijs nõ naſcimur, ſed nudi potius: uereq; nihil in mundum intulimus, neq; efferre poſſumus quicquam. Minimum, id eſt, diuitiæ. Alienæ opes.

ὁρῶν ἔλαιον ἐκφύγῃς πᾶσαν βλάβην: Oleum uidens, effugies omne damnum. ὀνειροκριτικόν. Explicatio ſomnij.

ELEA, olim Hyle, Phocenſium colonia, patria Zenonis, oppidũ uile, quod tantũ præſtantes uiros poſſet gignere: quod ille Athenienſium magnificentiæ prætulit, uita in eo exacta, rarò Athenas profectus. Eſt & Elea urbs Italiæ, Hyle nunc Velia, dicta à præterfluente fluuio. Zeno Eleates.

ELAEA, urbs Aſiæ Aeolica, Pergamenorum nauale: quæ Cydonis nominabatur, à Mneſtheo condita. Vnde fit Elaites ciuis & ſinus. Eſt & urbs Phœniciæ Elæa, intra Tyrum & Sidonẽ, ut Philo tradit. Eſt & Elæa Bithyniæ nauale, prope Myſiam. Eſt & portus Aethiopiæ, & inſulæ tres.

ELAEVS, urbs Thraciæ Cherſoneſi. Eſt & Argiuorum Elæus. Vnde Eleuſius & Elæuſia.

ἐλεγαίνειν.) delirare. Hinc ſunt qui elegiam dictã putẽt, quòd Theocles Naxius aut Eretriẽſis furore correptus, id carminis genus primus proclamarit. Theocles Elegorum autor.

ἔλεγος.) Lamentationes ad tibiã cantabantur: & ut in luctu tibia circum aras canerentur, regem Midam, Gordij filiũ inſtituiſſe ferunt: qui matrem defunctã in numerum dearum referre ſtuderet. Midas.

ἐλέγχομεν.) Tota nocte reges arguim⁹: Et, Opera manus demonſtrant.

ELEDONE, genus polypi, autore Aeliano, ſeptempedis: ſic dicti, quòd ſemetipſe edat.

ἐλεεινοί.) Romani ob acceptam cladẽ miſerabiles: propter uirtutẽ laude digni.

ELEEMOSYNA. Fraudatio eſt, aliena ra-

na rapere & detinere:cum uerò eleemoſynam non damus,æquè atq; fraudarores punimur.

Eleleu, acclamatio bellica (*ἐλέλισμα στρατιωτικόν.*) Achæus Eretrieſis in Philoctete ſic adhortantē milites Agamemnonē facit:Tēpus eſt opē ferre, dux ego ero:Accipiatur gladij capulus manu:tuba alius quàm primum det ſignum: Tēpus eſt,accelerare,Eleleu.

*Monacharũ admiratrix.*

Helena imperatrix,Magni Cōſtantini mater,omnib.ornata uirtutibus.Fuit aũt modeſtia, Chriſti imitatrice, cùm erga omnes,tum uerò erga ſacrum monacharum habitũ.Sæpe etenim eas,quę per omnem uitam uirginitatem tuerentur,conuocauit,& ipſa in lectulis collocauit,eisq́; miniſtrauit,tam epulas apponendo,& calices prębendo,quàm aquã manibus affundendo,ancillę partes obiens.Sic etiã filiũ ſuum, cuius æterna eſt memoria, inſtituit, ut uirtute animoſus eſſet abſque ſuperbia: & Rempublicam ſummo ſtudio curaret: Deoq́; cũ timore & tremore ſeruiret. Nam ſub Magno Conſtantino baptizati ſunt illuſtriores Indi,Iberes & Armenij. In apſide fornicis fori duæ ſteterunt columnæ, Helenæ & Conſtantini, & crux in medio cũ inſcriptione:Vnus ſanctus.

*Conſtantinus Magnus.* *Indi.* *Iberes.* *Armenij.* *Statuæ.*

Helenvs ſcripſit diuinationem è fiſſuris expanſæ palmæ,utrũ quis pcreaturus eſſet liberos,nec ne?& ſimilia.

*ἑλεπόλεις.*) Inſtrumenta ſeu machinæ quæ ſaxa eiaculantur, quibus capiuntur urbes.

*ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων.*) Liberę ſunt ab aratris capræ.Prouerbiũ,de ijs qui ab onere aliquo aut malis ſunt immunes.

*ἐλευθέριος ζεύς.*) Liberalis Iupiter, cui Seruatoris nomen adſcriptum eſt,uel quod libertini porticum illi uicinam extruxerint:uel quòd Græcos à Perſica ſeruitute liberarit.

*ἐλευθεριότης.*) Liberalitas, inquit Veſpaſianus, beneficium eſt, ſyncero animo collatum.

*Spartani.*

*ἐλευθερώτερος σπάρτης.* (Liberior *ἐλευθερώτερος.*) Liberalior Sparta. Ob inuictos & generoſos animos,qui legũ diſciplinã ſequentes, ne mœnibus quidē includi, nec niſi uictores è prælijs reuerti uoluerunt,neq; tyrannos tolerarunt.

*Libertas.*

*ἐλεύθερος.*) Solus liber eſt uir bonus & ſapiens:improbi uerò & ſtulti ſerui. Libertas enim eſt,poteſtas ſuo arbitratu agendi:& liber, qui uadit quò libet.

Elevsivs & Marathonius,alter Cyzicenus,alter Cōſtantinopolitanus (unde *αἰρετικοί*) monaſteria frequētia uirorũ & mulierũ inſtituerũt,atq; aliorũ plurimorum cœtum ad ſe attraxerũt, ex ijs qui uitam frugi & aſperam perfectiſſimũ pietatis ſignum eſſe ſtatuunt.

*ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν.*) Elephantem è muſca facere. De ijs qui res minimas oratione efferunt,& magnas faciunt.

*ἐλέφαντος οὐδὲν διαφέρεις.*) Ab elephante nihil differs. De magnis & ſtupidis,cuiuſmodi eſt hoc animal.

*ἐλεφάντινοι.*) Annuli eburnei, & è ſuccino mulieribus conducunt.

*ἑλληνικὸν ἐπένευσαν.*) Ariſtophanes:Græco more uiro iſti annuerũt: quaſi nutus etiam Græcorum excellant.

Hellenotamiae. Qui pecuniã tributorũ aſſeruabãt, quàm olim Græci cōmuniter in Delo reponebant. Nã Athenienſes,ſocijs uolentibus, Pauſaniæ odio,ſuſcepto Græcorũ principatu,cōſtituerũt,quib Græcis urbib.naues,quibus pecuniæ præbendæ eſſent, ad ulciſcendũ Barbarũ, & prouincias eius uaſtandas.Tributum autem ordinatũ fuit ab Ariſtide,talentũm CCCCLX.

Heliconivs, ſophiſta Byzãtinus, annaliũ cōpendium ſcripſit ab Adamo uſq; ad Theodoſium magnum,libris X.

Heliconius aſtronomus,ſcripſit apoteleſmatica: id eſt, effectus oſtentorum, & alia multa.

*ἑλινύοντας.*) Calamitatē utinã propulſet.Cum aduenerit mane, quieſcito parũ in eius gratiã. Caue ne inter quieſcendum & cunctandum elabatur occaſio.

Helixvs, illuſtris uir apud Megarenſes.

Helichrysvs, apij flos.

*Lex.*

*ἑλκεῖν, παρεισελθεῖν.*) Apoſtolus ſubintraſſe legē dicit:quaſi,cum alio per obliquum irrepſiſſe.

*ἕλκει μοιχὸς εἰς (μυχὸν* angulum) *μοιχόν.*) Trahit mœchus ad mœchum.Prouerbium.

*Principatus uirtute.*

*ἑλόμενοι.*) Xenophon: Ille imperabat, hi parebant:non quòd eum ducē creaſſent,ſed quia uidebãt, eum ſolum ducis animo atq; prudentia præditum.

*Adoptio Chriſtiana.*

*ἔλουσε.*) Eunomianum lauit Beliſarius diuino lauacro: ſuisque manibus ſuſceptum, ſibi filium adoptauit, ut Chriſtiana fert adoptio.

*ἐλπίς.*) Attici ſpem de expectatiōe cuiuſuis euentus uſurpabant, cum propriè

ſit

ſit expectatio bonorum. nam & metuens expectat, ſed non bona. Malorum enim expectatio eſt metus, bonorum uerò ſpes. Itaque impiorum, cum res quibus nihil firmi ſubeſt, expectēt, ſpes perit: quamuis rebus ſuauibus, tanquã permanſuris fruantur.

*Narſetis ingenium.* ἐλοιδορέμαθα.) Agathias: Narſetem oẽs inſectabãtur, inſolentẽ & temerariũ dicẽtes, q quidẽ re ipſa uiolẽtus & ſanguinarius eſſet: ſed pietatis & religionis perpetuo cultu fucum hominib. faceret.

ἐλύγωσε.) Aurum etiam Danaes animum flexit.

ELYMAEI, gẽs Sicula: ab Elymo, notho Anchiſæ filio.

*Homicidarum torquis.* ἐμμαπίως.) Moris antiqui fuit, ſi quem per inſidias occidiſſent, ac cædẽ expiaturi eſſent, ut extrema cadaueris amputarent, & torquem ex illis particulis cõfectum de collo ſuſpendẽrent.

ἐμαυτῷ βαλανεύσω.) Mihi ipſe ero balneator, uel glandes aſſabo. Hoc eſt, ipſe mihi inſeruiam, meum negotiũ agam.

*Linus ab Hercule occiſus.* ἐμβαλόντα.) Hercules puer adhuc, magiſtrum Linum, ob acceptas inter docẽdum plagas iratus, impatiens imperij, lapide occidit.

*Piræeus.* ἔμβαρός εἰμι.) Olim Pirçeus inſula fuit, *Munychia.* unde etiam nomen accepit, à traijciendo ſcilicet: in cuius editiſſimo loco, Munychus à ſe occupato, fanũ Dianæ Munychiæ condidit. *Vrſa occiſa.* Quo in loco cum urſa extitiſſet, eamq; Athenieẽſes occidiſſent: *Fames.* fames cõſecuta eſt. *Filiæ immolatio.* Cuius mali remediũ fore, oraculũ prodidit, ſi quis deæ filiam ſuam immolaſſet. Solus autẽ Embarus; pacta familiæ ſuæ perpetua illius ſacrificij ſucceſſione filiam ſuam exornatam immolauit. Vnde prouerbium extitit, quod alij de prudẽtibus & cordatis, alij de delyris & inſanis uſurpant.

*Archimedes.* ἐμβελές.) Archimedes inſtrumẽta fabre fecit ad omne telorũ ſpaciũ, ut emin⁹ adnauigãtes maiorib. & robuſtioribus: ſin illa trãſuolaſſent, minoribus peteret.

*Actiacum bellum.* ἔμβολα.) Roſtra ærea, nautica mœnia, hic ſita ſumus, Actiaci belli teſtimonia.

*Aries.* ἔμβολον.) Embolũ dicitur, cum anceps ci phalangia cornua anteriora inter ſeſe pommittit, poſteriora diſiungit: eſtque rhombi dimidium, inſtar literæ Δ.

*Dei cognitio.* ἐμβραχύ.) teſtatur Deus, ſe ne minutiſſimum quidem quicquam latêre poſſe.

*Iuſtinus.* ἐμβριθής. De Imperatore Iuſtino innaluit opinio, eum & ſeuerum eſſe, & perquàm diligentem.

EMEA, locus prope Mycænas.

ἐμήδισαν.) poſt Marathoniam pugnam Theſſali ad Medos defecerunt, (τὴν ἀπόφραξιν τῶν τεμπῶν δείσαντες) obſtructionẽ Tempum ueriti.

ἐμπαροινοῦντες.) Ioſephus: Per ludibrium & contumeliam res adminiſtrant.

EMPEDOCLES, ſiue Metonis, ſiue Archinomi, ſiue Xeneti F. fratrẽ habuit Callicratiden. *Callicratides.* Primùm, Parmenidẽ audijt, *Parmenides.* cui cum in delicijs fuiſſe tradit Porphyrius. Alij dicũt, Telaugis diſcipulũ, filij Pythagoræ fuiſſe. *Telauges.* Agrigentinus fuit; philoſoph⁹ Phyſicus, & uerſificator. Hic aureã coronã geſtans in capite, & aureis calceis indutus, & coronas Delphicas in manibus gerens, pertrãſibat urbes, ut opinionem diuinitatis conſequeretur. *Diuinitatis affectatio.* Cum aũt ſenuiſſet: ſe in craterem Aetnę coniecit noctu, ne ſuum cadauer conſpiceretur, itaq; perijt. ſandalium tamen eius eſt ab igni eiectum.

Empedocles, huius ex filia nepos, trágicus, tragœdias 24 ſcripſit.

EMPEDOCLEM Agrigentinũ ferũt Pythagorę ſecutũ eſſe ſectã, quã & Apollonius Tyaneus eſt æmulatus. *Iactatio cognitæ uoluntatis deorum.* Deorum enim uſum eſſe cõſuetudine, & ex eis didiciſſe fertur, quatenus hominib. & gaudeant, & offendantur: deq; natura (ἐκείνων lego, pro ἐκεῖθεν) eorũ diſſeruiſſe. Nã cæteros quidem conijcere de diis, & inter ſeſe diſſimiles habere de ijs opiniones: *Apollo uiſus Apollonio, aliiq; dij.* ad Apollonium uerò ueniſſe Apollinem, eumq; ſe eſſe, profeſſum eſſe: idq; cogniturum, ſe fuiſſe, etiamſi profeſſus non fuiſſet: Mineruam item & Muſam, & deos alios, quorum figuras & nomina mortales adhuc ignorent. *Autoritas Pythagoræ.* Quicquid autem pronunciaſſet Pythagoras, id legem eius diſcipuli putabant, eumq;, ut â Ioue profectũ, honorabant: & ſilentium diuinitatis cauſa tenebant. Multa enim diuina atque arcana audiebant, quæ tacere difficile eſſet, niſi antè didiciſſent, etiam ſilentium eſſe orationẽ (ὅτι καὶ τὸ σιωπᾶν λόγος.) *ἐχεμυθία.* Empedoclẽ aũt uitæ illi ſtuduiſſe, uel illud argumento eſt: *Empedocles Pythagoreus.* Valete. ego uerò uobis ſum deus immortalis, nõ amplius mortalis. Et: Etenim ego olim fui & iuuenis & puella etiam bos ille ex bellarijs Olympiæ confectus, & immolatus, eum arguit, qui Pythagoricam diſciplinam probarit.

ἐμπεδοκλέους ἔχθρα.) Empedoclis inimicitiæ. De ijs qui pertinaciter inimicitias exercẽt. Lyſias: Equidẽ putabã inter nos

eã eſſe amicitiã conſtitutã, ut nec Empedoclis inimicitiæ nobis obſtare poſſēt.

Empedotimvs, ſcripſit de Phyſica auſcultatione, de quo Apoſtata In Saturnalibus: Nos, inquit, Empedotimo & Pythagoræ credimus, & ijs quæ inde accepit Heraclides Ponticus.

ἔμπηρα.) Vxores, mutilatos & mõſtroſos fœtus edebãt: illi uerò facinorũ ſuorũ prorſus obliti, Delphos uenerunt.

ἐμποδῶν.) Thucydides VIII. Obiecta modò crimina cõſiderant, animis uerò lõgius nõ ꝓgrediũtur. Hierocles: Quis, inquit, philoſophorũ, nõ & uxorem duxiſſet, & liberos ſuſcepiſſet, ſi nihil obſtitiſſet? Ignaro apud ignaros, ut ait Plato, plus fidei habetur, quàm ſcienti.

ἔμπορός εἰμι στρατευόμενος.) Simulo me eſſe mercatorem, cum eſt militandum: Ariſtophanes.

Empvsa, ſeu Onocole: ſpectrũ diabolicũ, ab Hecate immiſſum, & calamitoſis apparens, qđ in uarias figuras ſe trãsformare putarur. inde dictũ, ꝙ uno pede incedat, alterũ uerò habeat æneũ aut aſininũ. Putabatur aũt etiã in meridie apparẽte, eum (τοῖς κατοιχομένοις lego) defunctis inferiæ ferrẽtur. Ariſtophanes in Ranis: At medius fidius belluam uideo magnã. Cuiuſmodi? terribilẽ, multiformẽ. iam enim bos fit, iã mulus, aliàs formoſiſſima fœmina. Vbi eſt? accedã ad eam. At fœmina eſſe deſijt, iam canis eſt. Empuſa igitur eſt. Igne certè quidẽ tota collucet facies, & pedem habet æneum.

*Tyranno fides non ſeruata.*

ἐμπίνιμος.) Saturninus Coſ. tyrannidẽ inuaſit. Cui Romani fidem dederũt, neceſſariò magis quàm ex animo: ac deductũ morte mulctarũt, iuſiurãdũ impunè uiolari poſſe rati, peſti Reip. datũ.

ἐμπύρῳ.) Ex igne uictimarũ diuinabãt.

ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖς κόραις.) Mihi curæ erit, & albis uirginib. Cũ Barbari qdã Delphos oppugnatũ irẽt, Apollo cõſultus reſpõdiſſe fertur: Mihi iſta curæ erũt, & albis uirginibus. atq; unà cũ Diana & Minerua, quæ & ipſæ fana Delphis habent, uiſus eſt irruere in hoſtes.

*Cleonis clypei.*

ἐμοί.) Tale facinus (inquit Cleon, pugnam ad Sphacteriã & Pylum iactitans) edidi, ut omnibus meis inimicis obturare ora poſſim, dum quicquam è clypeis Pyliis ſuperfuerit. Solebant aũt arma hoſtilia in templis ſuſpendere.

ἐν Φρεαττοῖ.) Phreattæum prætoriũ, ab heroe Phreato dictũ, de cædibus nõ uoluntariis pronunciabat Athenis.

*Improborum odium.*

ἐναγεῖς.) Damaſcius: Alios prorſus repellebat ut profanos, & inſanabiles: neque eũ quicquã mouebat, ut eorũ familiaritatẽ admitteret: non opes ingentes, nõ ſplendor magiſtratus, nõ inuicta potentia, non ulla improbitas tyrannica.

*Xanthus.*

ἐναγίζων.) Xantho Macedones immolant, & luſtra peragunt equis armatis.

*Mancipiorum redhibitio.*

ἐναγωγὴ οἰκέτου.) Redhibitio famuli. Si quo morbo uenditũ mancipiũ laborabat, à uẽditore non indicato: lex emptori permittebat, uenditorẽ in ius uocare, cauſa prius apud magiſtratus expoſita.

ἐν ἅλῳ κρύπτῃ ἢ δραχάζεις.) In area te occultas. De ijs qui latére nõ poſſunt, deq; rebus quæ fieri nequeunt. area enim undiq; conſpicua eſt.

ἐν ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται.) Inter indoctos etiã Corydus loquitur. De iis q nõ accuratè diſſerunt inter ineruditos.

*Contraria.*

ἐναντία.) Contraria, ſecundũ Ariſtotelẽ, ſex modis inter ſeſe implicantur: contrarietatẽ aũt faciũt trifariã inter ſeſe implicata. Contraria uerò dicuntur, quæ multũ inuicẽ diſtant, aut quæ ſe mutuò tollunt. Hoc fundamẽto qui nititur, demõſtrare nequit, unũ uni eſſe contrariũ. Poſſunt enim multa multũ diſtãtia capi, eaq; in eodẽ genere. Nã flauũ & pallidũ ab albo multũ diſtãt: ſed & albũ tollunt, & ab eo tolluntur. Poſſunt & multũ diſtantia in diuerſis generibus capi. (ἐν γὰρ ἑνὶ τὰ δύο διέστηκε. In uno enim duo diſtãt) unum enim uni duo diſtant.

*Igni profligata peſtilentia.*

ἐναύειν.) Aelianus: Si quando publica lues graſſabatur, ſacri ſcribæ ad templũ hoc progreſſi, ſacris ritè peractis, ex ara ignem accendũt: & rogis in urbibus accẽſis, fœtidi aeris corruptricẽ illam uim hebetant: & aere extenuato, morbũ igni quod mirum uideri queat: extinguunt.

*Callixeni interitus.*

Idẽ: Callixenus Athenienſis ꝓpter calumnias mercedẽ tulit impudẽtiæ & impietatis, ut in publico ciuiũ odio pauper, exclusus, fame periret. Neq; enim aquã illi præbebãt, neq; ignẽ capere ſinebant.

ἐν γὰρ ἀμαχανίᾳ καὶ κάρκινος ἔμμορε τιμῆς.) *Reb. in ãbiguis, uel Carcin⁹ auctus honore eſt.* De uilib. hominibus, qui ob (προπέτειαν petulantiã. M. προπέτειαν) perturbatum Reip. ſtatum honoribus afficiuntur.

ἐν γῇ πενέσθαι μᾶλλον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.) Præſtat in terra eſſe pauperem, quàm diuitem in mari.

ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ἀνδροκλέης πολεμαρχεῖ.) In diſſidio uel Androcles fit imperator. Et, in ſummis difficultatibus etiam

Carcinus honore potitur. Etenim Inter amuſos & Corydus loquitur. De iis qui cum uiles ſint, propter tempus aliquod honore afficiuntur.

*Res præclaræ, uerſibus malè.* ἐνδεέστερος.) Subinde minus præſtabat quàm res poſtularet. Itaq; omnia eius ſcripta ſublimibus ſententijs, & cognitione ſolida rerũ ornata uideas: ſed uerſibus conſtare parum concinnis.

ἕνδεκα.) Vndecimuiri, magiſtratus Athenis, q curabãt cõdẽnatos in carcere: & ad quos fures & plagiarij adducebãr.

ἐνδελεχισμὸς.) Frequentatio, perenne ſacrificium. Moris enim fuit Hebræorũ, & mane & ueſperi quotidie ſacrificare.

ἐνδέξασθαι.) Non eſt ab iis amica oratio accipienda, qui ſe pro hoſtib. gerunt.

ἐν δέοντι.) Ariſtophanes: Rectè periit, & opportunè Reipub. priuſquam nobis (τὸν μυστωτὸν ἐγχέαι) intritum infunderet: hoc eſt, ciuitatem perturbaret.

ἐνδέχεσθαι.) Spe uana illos alebat, nec Belliſarij uerbis parẽre ſinebat.

*Actio in magiſtratus.* ἐνδείκνυμι.) Deferebãtur & accuſabantur, qui Remp. mala fide gerebant.

*Delatores.* ἐνδεῖν.) Ne patiaris nos prædę eſſe calumniatoribus, delatoribus, cõmunib. prouinciæ peſtibus.

ἔνδειξις.) Delatio. Si quis capite diminutus, aut æratius magiſtratum gerere, aut ius dicere inſtituebat: hunc quiuis ciuium deferendi poteſtatem habebat. Itemq;, ſi quis uel in negocia, uel loca interdicta legibus, ſe ingerebat: ut impudicus in forum & concionẽ: uel ſi quis defunctis per iniuriam maledicebat. Qui aũt horũ criminũ alicuius cõuicti eſſẽt: de ijs ſtatuebãt iudices, quid eis ſoluendum aut luendum eſſet.

ἐνδιάειν.) Oculis ſolis demulceor, quibus ſpes blanda ineſt.

ἔνδιος.) Quandiu meridies erat, & tellus adhuc calebat: tandiu erat uitro clarius, ſplendidum cœlum.

ἔνδοξα.) Probabilia, è quibus ſyllogiſmus dialecticus cõficitur, ſunt, quæ aut omnibus probantur, aut pleriſq;, aut ſapientibus: & his uel omnibus, uel pleriſque, uel nobiliſſimis & celeberrimis. Plurimum igitur autoritatis habebũt, & prima erunt, quæ omnibus aut pleriſq; probantur.

*Probata omnibus.* Omnibus, ut id quod expetendum ſit, eſſe bonum, ſanitatem, diuitias, uitam (qui enim ſecus dicunt, non ex animo loquuntur, ſed propoſitũ tuentur. itaq; ſe rem habere declarant, eo quòd illa amplectuntur ipſi) & parẽtes eſſe honorandos.

*Pleriſque. Doctis.* Pleriſq;, prudentiam opibus eſſe potiorem: aut, animum pręſtare corpori: &, deum eſſe. Sapientibus: ut Platoni, animum eſſe immortalẽ: & Ariſtoteli, cœlũ eſſe quintum corpus: &, felicitatem uirtute parari: &, uirtutẽ per ſe expetendam eſſe. Quia uerò hi ob ſapientiã probantur, dicta etiã iſta probantur. Differt autem probabile à uero, nõ falſitate (ſunt enim quædã & probabilia, & uera eadẽ) ſed iudicio ueritatis, pendente ab opinionib. auditorũ, quas habent de iis rebus. Probabilia omnino ſunt, quæ aut omniũ, aut plurimorũ ſentẽtiis probantur: ut, ſanitatẽ expetendã eſſe.

*Probabilia. Vera.* Circumſcriptè autẽ & definitè probabilia, quæ certũ aliquẽ ex iis qui probantur autorẽ habẽt: ut Platonem, aut Ariſtotelem, aut Galenum. (ἄδοξα) improbabilia, omninò ſunt oppoſita probabilib. quæ cõtra omniũ aut plurimorũ opinionẽ dicuntur, * eò quòd Platonis opinioni repugnant.

*Improbata & uerè diſſimilia. Neutra.* Neq; probabile, neq; improbabile eſt propoſitum, de quo hi ipſi neutro modo ſentiunt: ueluti pares eſſe ſtellas, aut impares, uel capillos: aut de quo æquè utroque modo: ueluti, eſſe infinitũ, aut non eſſe: aut, uirtutes eſſe ſcientias, aut non eſſe.

ἐνδυσεταί μοι τὴν λεοντῆν.) Leoninã mihi pellẽ induit. De iis q magnas res aggrediuntur. Metaphora ab Hercule.

ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις.) Endymionis ſomnum dormis. De ſomnolentis prouerbium dicitur: quòd Endymio ſomnũ adamarit, & adhuc dormiat, & illius conſuetudine utatur.

*Aiax.* ἐναίρειν.) Tu ſolus clypeo texiſti tuo naues ſpoliandas, & ſemper graue Troianorum prælium ſuſtinuiſti.

*Votum uix ſperandum.* ἐναίσιμος.) Vtinã in uirũ bonũ incidã, neq; cum ullo mihi improbo res ſit.

ἐννεάκρουνος.) Enneacrunos & Dodecacrunos fontes Athenis, à nouẽ aut duocim ſiphonibus, olim Callirrhoe dict9.

ἐνεπίσκημμα dicebatur, cum aliquis ſe credidiſſe pecuniã ei dicebat, cuius bona publicabantur. Qui ſi ſponſores dediſſet, ſe nihil falſò poſtulare: ἐγγύας καταβολὴ dicebatur.

*Actio. Motio. Paſſio.* ἐνέργεια.) Actio latius patet, quàm motio: & motio, q̃ paſſio. Quicquid enim patitur, etiã mouetur: quicquid aũt mouetur etiã agit: ſed nõ itidẽ id qđ patitur, & in quo actio explicatur, mouetur. Nã actio quidẽ eſt uniuerſa uis, ab habitu procedẽs: motio uerò, eſt imperfecta, actio.

Nā uia ꝓcedēs ab eo ꝙ facultate primū eſt, ad habitū eſt motio. Omnis uerò generatio, & omnis actio, ꝓpter aliquē aliū finē fit. Finis enim generationis, & eius quod generatur, eſt ipſum eſſe: & actionis atq; agendi, ipſum iam egiſſe (τὸ εἶναι, τὸ ἐνηργηκέναι.) Neq; tamē hoc uerū eſt in omnib. *Felicitas.* Felicitas enim in agēdo ſecundū uirtutē nō in egiſſe poſita eſt. Cōſiderandū igitur, ſit'ne actio finis facultatis, aut factio quæpiā, & opus? *Actio.* In quib. igitur rebus factio eſt, in ijs errāt qui actionē afferūt. *Opus.* Finis enim in ijs eſt opus, & quidē actione melius. In quibus uerò eſt nuda actio: ſola actio cōſtituēda eſt. Multorū enim finis eſt, nō eſſe factū, ſed fieri. Etenim frui uoluptate malumus, quàm ab ea diſcedere: & contemplari, quàm contemplati eſſe.

ἔνεστι κἂν μύρμηκι, κἂν σέρφῳ χολή.) Eſt & formicæ & culici ſua bilis. Monet, ne paruos quidem eſſe contemnendos.

ἐνετῶν.) Homerus. Ex Henetis, unde genus eſt mulorū agreſtiū. Heneti habitarūt iuxta Paphlagoniā. Dicūtur & Henetæ equæ Eſt & Henetus urbs, è qua fuit Myrmex, Dialecticus philoſoph⁹: ut tradit Diogenes lib. 2. Philoſophicę hiſt.

ἐνέχυρον.) Lege interdictum fuit, ne qs arma oppignoraret. *Arma.*

ἐνῆθλει.) Sic ille paupertatē ęquo & forti animo tolerabat. *Aequanimitas.*

ἔνι.) Ariſtoph. Quiduis cū his ſubibo propter uirtutem, quæ natura illis ineſt. Ineſt aūt audacia, ineſt ſapientia, ineſt amor Reip. cū prudentia coniunctus.

*Triū menſiū intercalatio.* ἐνιαυτός.) Annū Hebræi ſecundū Lunę curſū numerāt, ut mēſis apud eos ſit 29 dierū. Cū aūt circulus ſolaris ſit 365 dierum, Lunaris uerò 354: fit, ut inter Solarem annum & Lunarem diſcrimē ſit dierū 11. Vnde Græci & Iudæi octauo quoque anno tres menſes intercalant.

ἐνιαυτὸς μέτωνος.) Annus Metonis, id eſt anni 19: quos Meton mathematicus dum circuitū tēporū exponit, inſeruit.

ENNIVS, poeta Romanus, quē Aelianus laude dignum eſſe dicit. Nam dū Scipionem canit, & uirum illum magnificè extollere ſtudet: ſolum Homerū ait pro dignitate laudare poſſe Scipionem. Vnde conſtat, eum admirari ſolitū poetæ ingenium, & uerſuum eius magnificentiam, & admirabilitatē. *Homeri admiratio.* Homerum igitur laudando ualere, & gloriam ultrorum exaggerare atq; extollere poſſe (id quod in celebrādo Achille demonſtrauit) ſatis norat poeta Meſſapius.

ἐνιστάδην.) Non eſſe cunctandum, ſed bellum urgendum: ne priores affecti iniuriis, uim propulſare cogantur.

ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις.) In æſtate lænam deteris. De ijs qui rebus neceſſariis non in tempore utuntur.

ἐνθοις.) Ariſtophanes: Vtinam malè, ut meruiſti, ſic amittas bolū. De ijs qui prę ter opinionem, & fortunæ beneficio, celebritatem ſunt adepti.

ἔνθεν.) Appianus: Scipio & habitu & aſpectu ſic cōſormato, quaſi numine afflatus eſſet, genium ſibi familiarē adeſſe dixit, à quo incitetur in hoſtem. *Scipionis genium.*

ἐνθουσιασμός.) Afflatus diuinus, cū animus totus illuſtratur à Deo.

ἔνθ' οὔτε μίμνειν ἄνεμος, οὔτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ.) Philoctetes apud Aeſchylū: Hic nec exſpectare uentus, neq; nauigare ſinit. De ijs qui in impedita negocia inciderūt.

ἐνθυμήματα.) Enthymemata dicūtur oratorij ſyllogiſmi, in quib. maior propoſitio, ut nota, ab auditoribus aut iudicibus adijcitur: ueluti, Hic pœnam meretur, quia eſt ꝓditor. adijcit enim iudex, ut euidēs: Omnē proditorē mereri pœnam. *Omiſſa propoſitio neceſſaria.* In quibus autem id quod prætermittitur, notum non eſt: in ijs enthymemate concludi nihil poteſt. Nam ſyllogiſmus certam quandam propoſitionū compoſitionem ſignificare uidetur.

ἐνθύμιον.) Actis conſideratis, ac Mirmydonibus ſubactis, Acaſto principatū abrogauit. *Acaſtus.*

ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον.) In Care periculum. De iis q mercede uendūt ſuas difficultates, & alieno dimicāt periculo: eò ꝙ Cares mortaliū primi mercede militarunt.

ἓν κηρίον.) Vnus fauus: de multis cōſentientibus, ſiue factioſis, ſiue cōiuratis.

ἐν λίμναις διονύσιον.) In paludibus: locus eſt Athenis, in quo Bacchus colitur.

ἐν μύρτῳ.) In myrti ramo enſem tenebo. Harmodius & Ariſtogitō enſe myrti ramo occultato, Hipparchū tyrānum occiderunt. *Hipparchus.*

ἐν ὅλμῳ ἐκοιμήθη.) In holmo dormiit. Alij Holmum dicunt oraculum, ſiue tripodes Apollinis dici: alij, uates effici eos qui in mortario dormierint.

ἐννοσίγαιος, καὶ ἐνοσίχθων.) Neptunus concuſſor terræ, ac terræ motuum autor.

ἔννους.) Sophocles: Vir ſapiens noua ex ueteribus conijcit. id eſt, è præteritis pręſentia cognoſcit. *Prudentia.*

ἔνοχος.) Timęus Ephorum inſectatus eſt, *Timæus. Ephorus.*

eſt,cũ ipſe duorũ peccatorũ conuincat̃. Vnius, quòd acerbè accuſauit alios ob ea,quib.eſt ipſe obnoxius:alterius, ꝙ totum animũ corruptũ habet, qui talia ꝓnunciata ſcriptis ſuis inſeruerit.

ἐνωμοτία.) Ordo quidã militaris apud Lacedæmonios XXV uirorum,inde dictus,quòd iurarent ſe aciẽ non deſerturos. Alij dimidiũ λόχου manipuli, & decuriã:alij quartã manipuli partẽ, ἐνωμοτίαν dicunt;cuius dux ἐνωμοτάρχης.

Vnitio.

ἕνωσις.) Vnio, ſiue unitio, ſi ita dicere liceat, eſt ſeiunctarum rerum ſociabilis cõcurſus.inde dicta, quòd res in unũ cogantur.fitq; x modis;autoritate ſacrarũ literarum:Eſſentia,ut in animo & corpore:Affectione,ut in ſententiis, cum una eſt uoluntas:Appoſitione,ut in tabulis: Coagmentatione,ut in ſaxis: Temperamento,ut in liquidis, uino & aqua: Miſtione,ſeu ſubactiõe,ut in ſiccis & liquidis,ut farina & aqua: Confuſione, ut in ijs quæ liqueſcunt,ut pice & cera: Aceruo ſeu accumulatione,ut in ſiccis,ut frumento & hordeo κατὰ συναλοιφὴν: Cõdeletione,ſeu cõtactu,ut in ijs quæ auellũtur & reſtituuntur: ut in face quę ex igni procedit,& igni reſtituitur.

ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τὸ Δαιδάλου μύσος.) In omni fabula eſt & Dædali flagitium. Paſiphaen aiunt taurũ adamantem, oraſſe Dædalum, ut ligneam uaccam conficeret, in qua ipſa deliteſcens ab illo iniretur. E' quo concubitu prægnans facta, Minotaurum pepererit. Minos aũt quibuſdam de cauſis iratus Athenienſibus, ſeptenas uirgines, & totidẽ pueros, qui beſtiæ illi obijcerentur, tributi nomine ab illis exegit. Prouerbium igitur in Dædalum,ut illorum malorũ autorem,eaq; re inuiſum,iacitur.

ἐν πέντε κριτῶν γόνασι.) In quinq; iudicũ genib. Olim quinq; iudices fuerunt,qui de Comicis ꝓnunciarẽt; ſuffragia in genib. habẽtes,quę nũc in tabellas referũt. Apud Homerum: (θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.) Deorum in genibus ſitum eſt.

ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν.) A' dolio figlinam auſpicari. Prouerbium, de iis qui artium rudimentis præteritis, maiora capeſſunt:primisq; neglectis,in extrema ſe ingerunt.

ἐν Πυθίῳ κρεῖττον ἦν ἀποπατῆσαι.) In ęde Apollinis cacaſſe præſtitiſſet. Cũ quidam Apollinẽ cõtemnerent, & in eius fano uentrem exonerarent: Piſiſtratus id facinus capite ſanxit. Cũ uerò id edictũ riderent,idq; plures facerẽt magis de induſtria: cuſtodes cõſtituit. Qui cũ quendã deprehendiſſent: eum uinctum iuſſit in uia flagris cædi, præcone proclamante: Iſte uerberibus cęſus interficietur,quòd edictũ contempſit. Quæ res ita mouit Athenienſes,ut ſi qui poſtea malè tractarentur,aut delicti alicuius pœnas darẽt, hoc dicto uterentur.

Cacatio in templo.

ἐν πυρὶ βέβηκας.) Ignem ingreſſus es. Hoc dicendum eſt ijs,qui res lubricas & periculoſas cupidè ſuſcipiunt: Ei qui in igne ſit,citò eſſe recedendum.

ἐν σκότῳ ὀρχεῖσθαι.) Saltare in tenebris. De ijs quorum & labores teſte carent,& opera ſunt obſcura.

ἐνστάτην δαίμονα.) Aelian⁹ in opere de diuinis actis: Ex oraculo quodã placare uoluit dæmonem,familiæ ſuæ infeſtũ.

Dæmon infeſtus.

ἐνστατικός.) Iſidor⁹, ſi cui ſe oppoſuiſſet, inuictus manebat.

ἔνταξις,καὶ παρένταξις.) Inſertio,cũ ferẽtarij in phalangis interſtitiis collocãtur, nudi ſinguli iuxta ſingulos armatos.

ἐντελέχεια.) Perfectio, & forma rei ſubiectæ:ſeu forma quæ ex certa elementorum collocatione,materiæ accedit, ſeu inſeparabilis forma corporis. Etenim ἐντελέχεια eſt forma, & perfectio corporis. Dicitur autem ἐντελέχεια, id quod à corpore ſeparatum eſt: ut nauta à naui. quæ ἐντελέχεια cũ extrinſecus ſit,ordinat & exornat & perficit ſubiectum. Cum igitur ἐντελέχειαν brutam & naturalem animam dicit Ariſtoteles (τὸ ἀχώριστον εἶδος τῆς ἐντελεχείας λέγει) inſeparabilẽ formam entelechiæ dicit. Cum uerò rationis capacem animam ἐντελέχειαν appellat:ea de forma loquitur, quæ ſeparata eſt. ἐντελέχεια eſt forma,inde dicta,quòd unum quiddam & perfectum & continens ſit. Etenim forma unionis & perfectionis cauſa eſt materiæ. Nam & perfectio eſt ſubiecti: idque continet. Atque à ſua forma quidque potiſſimùm, id quod eſt dicitur: ut ſtatua nõ ab ære ſtatua dicitur.

Entelechia ſeparata.

ἐντευτλανωμένας.) Anguillæ in beta coctæ,ſuauiſſimæ eſſe dicuntur.

Anguilla.

ἐντέτηκεν.) His pro uera,infixa eſt prorſus falſa opinio.

ἐντεύξεις.) Ariſtoteles ſic appellat congreſſus & diſputationes cum indoctis: à quorum colloquiis, cum ſociabiles & humani ſimus, non eſt abhorrendum: ſed opera danda,ut eis noſtra proſit oratio. Neque uerò fieri poteſt, ut ex ueris

Indocti erudiendi uerbis ad captũ eorum accõmodatis.

& demonſtrabilibus, cum eis conferamus, quæ prorſus intelligere non poſſunt, neque etiam diſcere uolunt. Quare ne fructum quidem ex ulla re tali capient, cuius nec principium capiunt. Si uerò è probabilibus, & ijs quæ illis ipſis placent, cum eis diſputauerimus: ea quę dicemus intelligent, & à ſententia facilè deducētur, ſi quid perperam poſuerint. Qui enim uoluptatem bonum cenſet, eique ſeruit: huic ſi dicas, uoluptatē eſſe generationem, in natura ſentiēte: talem uerò naturam non poſſe bonam eſſe, ꝙ generatio perfecta non ſit: nihil autem imperfectum ſit bonum. Si quis ergo per hoc indocto demonſtrare conetur, uoluptatem non eſſe bonum: nihil profecerit apud eum, qui prorſus quid dictum ſit, non intellexerit. Si uerò communibus & probabilib. propoſitis quęrat, an'non uideatur ipſi, quod bonum ſit, efficere bonos, ſicut album albos, & calidum calidos? (καὶ τὸ τι τοῦ πιθανοῦ προσερήσεται) ac tum aduerſarium roget, an uideatur ei uoluptas facere bonos? in primis, id quod eſt euidens, ſumet, eam non facere bonos. Concludet itaque ex illius opinionibus & reſponſionibus, non bonum eſſe uoluptatem. Itaque etiam à ſententia illum abducet. Haud enim temerè quiſquam, id quod ipſe poſuerit, infieiatur.

*Voluptatem non eſſe bonum, indocto ut ſit demonſtrandum.*

*πάγαθὸν ἀγαθοποιόν.*

*Aurea mors.* ἐν τήκων.) Auro liquefacto per os infuſo, in aures argento, atque in nares, hominem occidit.

*Apoſtolica eloquentia.* ἐνστήξας) Infudit eorum animis dicēdi nim inexpugnabilē, & facundię ſuauitatem, ad perſuadendum efficaciſſimam.

ἐντομίδας.) Quadrupedes caſtratas ſacrificabant ob defunctos, ut ſteriles: mares uerò diis.

ἐντός.) Athenis interdictum erat, intra diem ſeptimum educere exercitum.

ἐν τῷ μέρει τις καὶ τὸ πῦρ.) Viciſſim, ſiue per uices, aliquis ignem (fodicet. σκυλδευέτω, σκαλευέτω) ſpoliet. Prouerbiū, in eos qui non ex æquo reip. conferunt.

ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος.) In nihil ſentiendo uita iucundiſſima: dicit Sophocles, ſi quis mala ſua non ſentiat. Nā ſi quis ab eo probari amentiā dicat, perridiculum fuerit.

ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν.) In triuio ſum cogitationū. Prouerbium, de reb. obſcuris & ambiguis. Nā qui ad triuiū peruenit, qua uia ſit ingrediendum ignorat.

ἐνυάλιος.) Enyaliū Sophocles diſtinguit à Marte, ut Genium illo minorem, belli præſidem.

ἐν νυκτὶ ἡ βουλή.) Noctu conſiliū: propterea quòd nox ocium det, & deliberandi ſpacium, de rebus neceſſariis.

ἐν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι.) In puteo pugnare cum canibus. De ijs qui cum improbo quopiam pugnant, nec poſſunt euadere. Quid uerò agas, non in puteo, ut prouerbium habet, à canibus circumuentus: ſed in profunda quapiam inueſtigatione, mira dubitatione æſtuās, quę à nemine mortaliū explicari queat, niſi Deo monſtratore?

*In explicabiles quæſtiones.*

ἐξάγιστος.) Mendacium auerſabatur nō ſecus ac aliam rem nefariam. Ob nefariā uoluptatem homines effœminati, omnes capillos componunt.

*Mendaciū.*

*Capillati.*

ἐξ ἀγορᾶς εἶ καὶ θρασύς.) Ariſtophanes: Homo forenſis es & audax.

ἐξ ἀκεραίου.) Polybius: Non ſtatim ac temerè, qui ſocietatem regum aliquorū aut principum ſuadent, ſunt proditores exiſtimandi. Neq; illi etiam, qui, ob difficultates quaſdam, autores patrię ſunt, ut prioribus amicitijs & ſocietatibus relictis, alias amplectantur. Nequaquam uerò. Tales enim ſæpius optimè ſūt de ſuis rebuſpublicis meriti. Exempla è ſtatu harum ipſarum rerum petí poſſunt. Subitò perſuadere nō poterat, propter uerecūdiam, & regis ſucceſſus.

*Proditionis ſuſpecio.*

ἐξακριβωθέντες.) Diodorus: Viri à rege, magnitudinis & proceritatis, & audacię atque ferociæ habita ratione, ſingulari ſtudio delecti.

*Legatorū proceritas.*

ἐξ ἁμάξης.) Lenæis, quæ à torcularib. nomen habent, Athenis poetæ in curribus ſedentes, ridiculas quaſdam cantilenas cantillabant. Vnde de plauſtro loqui, apud Demoſthenem.

ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκειν.) Ex arena funiculum contexere. De rebus quæ fieri nequeunt.

ἐξαναστάς.) Theſpiades, relictis Athenis, Theſpiam in Bœotia condidit.

*Theſpiades.*

ἐξαίτη.) Faxis, ò Iupiter, ne me iſte morbus inuadat.

ἐξαπάτη.) Logotheta: Non ita multò pòſt cognouerūt, non fallaciam, neque ſomnium fuiſſe quæ uiſa eſſent, ſed uigiliam & ueritatem.

ἐξ ἁπλῶν διπλασιάζων, ἢ πολυπλασιάζων.) Malles'ne optione data, moleſtus eſſe amicis, ac ſuauiter uiuere? an particeps omnium, amicis (lego, καὶ ἐς τοὺς) nō eſſe moleſtus? Sophocles: ἀρ' ἐστὶ πάντα

διφορὰ

διοτὰ γ' ἐξ ἁπλῶν κακά: Non'ne pro ſimplicibus gemina ſunt hæc mala?

*ὑποψία.* ἐξαρτήσας.) Fœdere facto, & pace conſtituta, ſubinde animo doloſo belli cauſas contra finitimos quæritabat.

ἐξ αἱρέσεως δίκη.) Vindicta. Si quis aliquē pro ſeruo cōprehenderet, quē alius in libertatē aſſereret: licebat ei qui ſeruū ſibi uendicabat, aſſertorem in ius uocare. quæ actio Vindicta dicebatur.

ἐξαιρετέα.) Carthaginē cenſebāt multi Romanorum euertendam eſſe, atque etiam Cornelius Cos. qui, ea incolumi, ſecuros ſe eſſe poſſe negabant.

ἐξελιγμῶν.) Euolutionū duo ſunt genera: unum per manipulos, alterum per iuga. & utriuſq; generis ternæ ſpecies. 1. Macedonica, manipulatim poſteriorem phalangis locū mutans, itemq́; anteriorem ſuperficiem in poſteriorem cōuertens. 2. Laconica * mutans phalangis poſteriorem locū, itemq́; pro priore ſuperficie ſumens poſteriorem. 3. Choria, quæ eundē tenet phalangis locum, ſingulis grauis armaturę militibus loca ſua priora mutātibus: ut dux manipuli, caudæductoris, & hic illius locum occupet: & ſuperficies quæ prius anterior fuit, ſit poſterior. Euolutiones autē ſecundū iuga fiunt, cū in reſectionib. ſiue ſegmētis, cornua uolueris cōſtituere. Segmēta uerò in cornib. quò & media firmentur, itēq́; dextra in ſiniſtris, & ſiniſtra in dextris.

ἐξελίξαντες.) Deinde uos phalangibus euolutis uerſatiles eſtote, & aduerſis proſequentibus occurrire. Deinde quidam diſcurſus in armis facti, & euolutiones & circuitus.

ἐξεμῶν.) Ne, q̃ſo, te, iſtud dicas, priuſquā uomiturus ſum, quò facilius id faciam.

*Martis hoſpitium.* ἐξένισεν.) Hoſpitium Martis ſunt uulnera & cædes.

ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.) Ex uno uidet oīa. De ijs qui res negligūt, nec perſpiciunt.

ἐξέπλευσε τῶν φρενῶν.) Enauigauit extra mentem: id eſt, errore mentis afficitur.

ἐξεραβδίζονται.) Mercede conducunt iuuenes, & beneuolos ſibi ad rem gerendam ſocios efficiunt.

*Ex amore morbus.* ἐξ ἔρωτος.) Ex amore interdū morbus oritur, ut accidit Antiocho Seleuci F.: cuius morbus eſt à medicis deprehēſus.

*Periclis ſcelus.* ἐξέστησαν.) Barbari ceſſerunt eis, ut potioribus.

ἐξεφύσησεν.) Ariſtophanes: Iniecta Megarici decreti ſcintilla tantum ſufflauit bellum, ut is fumus uniuerſis Græcis lachrymas excuſſerit.

ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε.) Ariſtophanes in Inſulis: Dices ut pueri, Promine alme Sol: cū in frigore nubibus cœlū obductum eſt.

ἐξήκεσ'.) Hei mihi. Satis erat malorum profectò mihi ad extremam regionem, ubi exigerem ærumnoſam uitam.

*Acceſſu facilis dux.* ἐξῆν.) Xenophon: Norant omnes, licere eū adire & prandentem, & cœnantem, & excitare dormientem, ſi quid haberent quod ad bellum pertineret.

*Laruæ.* ἐξηκασμένος.) Ariſtophanes: Ne time. neq; enim tuam refert imaginem. Moris fuit, ut Comici laruas hiſtrionibus darent, eorum ſimiles quos inſectarentur.

κἆτ' ἔγωγ' ἐξηγειρόμην.) Deinde expergiſcebar. De ijs qui mentiuntur: ut qui ſomnia ſua, non rem geſtam narrent.

ἐξηκεστίδης.) Execeſtides notabatur, ut peregrinus & erro: quod genus, cū uias probè norit, dici ſolet, Ne Execeſtides quidem rectam uiam norit. De ijs igitur uſurpatur, qui ſe expedire neſciūt, quiq́; à recta uia aberrarunt.

*Homonymiæ fallacia.* ἐξῆλθεν.) Zenoni præter opinionē euēnit, quod prædictū fuerat. Accidit enim, ut in tumulo quodam, cui nomen idem eſſet quod urbi imperatrici, concluſus; uitam finiret.

ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον.) Decepit uallus uitē. Quando ſeruator ſeruandum fruſtratur.

*ἕξις.* ἕξις.) Habitus eſt naturalis, cuiuſq; affectio atq; integritas: uelut, animi integritas ſunt uirtutes: corporis, integritas membrorum, conuenientia partium, & ſanitas. Horū uerò perturbatio, & error, & uniuerſa ſublatio, στέρησις, priuatio dicitur. διάθεσις & diſpoſitio, ſiue affectio facilè mutatur: habitus non itē, cuius duæ ſunt formæ, uirtus & uitium. *στέρησις. διάθεσις.*

*Princeps qui rem gerit.* ἐξιστάμενος.) Penes Marcellum ſumma rerum erat, ut nomine tantum & habitu cederet Iuliano, ſed ueriorem principatum adminiſtraret.

ἐξιτηρίους εὐχάς.) Preces & uota quæ fiūt uel cum iter ingrediuntur, uel cum diſcedunt è uita, uel, cum in aciem deſcenſuri ſunt.

ἐξοκέλλη.) Periculū nō paruum erit, capti (uel, deprehēſi, & cōuicti) ſi fuerim⁹.

ἐξομόσασθαι.) Teſtimonij dictionem iureiurando recuſare.

*Ex quo.* ἐξ οὗ.) Ex quo, non materiam tantum ſignificat apud profanos ſcriptores: ſed uſitatius eſt ſacræ Scripturæ, uocem illam adhibere, cum de ſuprema cauſa loquitur:

quitur: cuiuſmodi: Vnꝰ eſt Deus, ex qno ſunt omnia. Sed & de materia, eâdẽ uoce ueritatis oratio utitur: ut, Facies arcã è lignis nõ putreſcentibus: &, Facies candelabrũ ex auro puro: &, Primus homo è terra terrenus: &, E' luto confectus es tu, ſicut & ego.

ἐξούλης δίκη.) Actio unde ui (ſi modò ſic uertere licet) de quouis dicitur, cui ſuum quouis modo uel eripitur, uel ereptum non reſtituitur. Quod ſi quis iudicio uictus, mulctam ſuo tempore nõ ſoluiſſet: dupli condemnabatur. ac homo priuatus aliquid ſanè remittere poterat: ſed apud populum & rempub. nulla ualebat deprecatio.

ἐξ ὑείμ.) Tametſi rebus ſecundiſſimis utitur, tamen infelix eſt iudicandus.

ἔξω βελῶν καθῆσθαι.) Extra teli iactũ ſedendũ eſt. Monet, cauẽda eſſe pericula.

ἔξω γλαῦκε.) * Foras Glauce. Tempeſtarem enim ſignificat maximus ille.

Cleopatra ebria Mareotico. ἐξώκειλεν.) Cleopatra eò inſolẽtiæ prouecta eſt, ut reginam reginarum ſe appellaret.

Paupertas. ἐξωλέστερον.) Paupertas (inquit Ariſtophanes) beſtia eſt, qua nihil pernicioſius, & interitu dignius.

ἐξώλισθε.) Dionyſius ſecundus principatu pulſus, Corinthum abijt exulatum.

ἐξωμόσασθαι.) Rem aliquam uel propter morbum, uel ob aliam quampiam probabilem cauſam eiurare licet, itemq; recuſare iudicium.

ἐξωνήσατο.) Aurum ille quidem dedit, non tamen impunitatem redemit.

ἔξωρα.) Aliena ætate mea facio, neq; mihi decora.

Alcibiades. ἐξωρχήσατο.) At ille per ebrietatem in ædibus (Polytionis) Pultionis, Initia Cereris uulgauit, & ſubſannauit.

Exploratorum munus. ἐξπλωράτωρ.) Exploratorum munus eſt, rerum ſtatum omnem, & cõſilia hoſtium, locorumq; ſitum & cõditionem, & itinera indagare.

ἐξ οἴων ἔχω.) Nunc ó Lycie Apollo, pro facultatibus tibi ſupplico, atque obteſtor: alacer eſto nobis adiutor horum conſiliorum.

ἐξυβρίζοντα.) Iniuriæ (Decebali.) Decabelij eò progreſſæ fuerant, ut eius inſolentiam compeſci bello neceſſe eſſet.

ἐξ ὑποθέσεως.) Ariſtoteles ait, facultates quaſdam habitibus eſſe conſequentes ex hypotheſi, quibus homo utatur, ſi res poſtulet id, ad quod facultates ſint utiles: ueluti lenitatem, quæ habitus eſt, ſequitur ex hypotheſi facultas qnæ imperare poſſit immoderatæ iræ, & iniuſtę, ſi quando inciderit. Ex hypotheſi igitur facultas lenitatem ſequitur. nam iratus ſi fuerit, iram uincet.

ἐξυπτιάζω.) Vino ebrij cadũt proni, ceruiſia ſeu hordeaceo uino ſupini. Ebriorum caſus.

ἑορτὴ πολλὰ ἔχουσα.) Feſtũ multa habens. De ijs qui multas ſarcinas reponũt. Ductum ab ijs qui ad feſta properant, multasq; ſecum afferũt & uictimas, & ueſtes & panes, ne qua re careant.

ἑώρημα.) Bellerophontes equo alato Pegaſo, cupijt in cœlum aſcendere. Id in ſcená repræſentabatur machina quadam, quá & deos, & eos qui in aere uerſantur, deducebant. Machina ſcenica.

ἕως οὗ.) Quoad, quouſq;, donec, interim dum, tantiſper dum. In ſacra Scriptura ſæpè de re perenni poſitum reperitur. ut, Quoad poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: id eſt, perpetuò. Item: Non reuerſa eſt columba ad Noe, donec ſiccaretur terra. Ea uerò nunquã reuerſa eſt. Et, Ego ſum, & donec conſenueritis (inquit Deus) ego ſum: id eſt, ſemper. Neq; uerò ſenectus hominum, Dei eſſentiam circumſcribit. Et illud in diuinis oraculis: Donec peperit filium ſuum: ita intelliges non quaſi (ut uæcordes Iudæi blaſphemant) copula deinde cũ uirgine interceſſerit. Et, Donec ſublata fuerit luna: id eſt, omni huius uitæ tẽpore. Et, Vſq; ad patres: i. uſq; ad finẽ.

ἐπαγαγέσθαι.) Vir qui ob uirtutem Numen conciliare poſſit.

ἐπαγγέλλει.) Rex humaniter cum ſuſceptum, bono animo eſſe iubet, ac petere ſi quid uelit. At ille pro Monato Praati F. intercedit, qui XXX annos in obſcuro carcere concluſus erat. Monatus.

ἐπαγωγοῖς λόγοις.) Iubet eos blãdis uerbis ab inſtituto deduci.

ἐπαγωγή.) Origenes, cum nihil nõ interpretari uellet, in peccati tentationem ſe coniecit. Origenes.

ἐπαγωγή.) Inductio eſt oratio, quæ per quædam uera ſimile (lego αὐτοῖς) illis uerum propriè concludit. Sunt autem duo inductionis genera. Vnum ex cõtrario, alterum ex conſequenti. Ac ex contrario, per quã ei qui interrogatur, in omni reſponſione contrarium occurret: ueluti, Meus pater aut idẽ eſt qui pater tuus, aut ab eo diuerſus. Quòd ſi diuerſus à meo patre tuus pater, diuerſus à patre cum ſit, non erit pater. Sin idem eſt cum Inductio ex contrario.

meo

meo patre, pater meus erit. Aliud exemplũ: Niſi animal eſt homo, lapis erit, aut lignum. animatus enim eſt, & per ſe mouetur. Animal igiť eſt. Quòd ſi animal, & canis & bos quoq; animal eſt: homo etiam, qui animal ſit, & canis & bos erit. Atq; hoc inductionis ex contrario & repugnãtia genus, ad redarguendum pertinet. Alterum uerò ex conſequenti, eſt *Inductio ex conſequente.* duplex. Prius, quod rem particularẽ per particularem oſtendit.* Quæritur enim *Rhetorica in ſingularibus uerſatur.* in eo: Hic'ne occiderit? Demõſtratio eſt, quòd eo tempore cruentatus ſit inuentus. Eſt autẽ oratorium. nam in particularibus uerſatur rhetorica, & non in uniuerſalibus. Neq; enim uniuerſe de iuſto quærit, ſed de particularibus iuſtis. Poſterius genus eſt Dialecticum, cũ (Particulare per uniuerſale) uniuerſale per particulare demõſtratur: ueluti quæriť, Sit'ne *Dialectica in uniuerſalibus.* anima immortalis? &, Vtrum uiuentes oriãtur è mortuis? Id in libro de Animo, per uniuerſale quiddam demonſtratur: quòd ex cõtrarijs oriantur cõtraria. atq; ipſum uniuerſale è quibuſdã particularibus colligirur, ſomnum ſcilicet ex uigilia naſci, & contrà: & maius è minori, & *Inductio.* contrà. Locus è Topicis: Inductio & ra*Ratiocinatio.*tiocinatio inſtrumenta ſunt Dialecticorũ, per quæ fit exercitatio. ac per uniuerſale oſtẽſio eſt ratiocinationis: per ea uerò quæ ſub uniuerſali continentur, inductionis. Subiungitur autẽ, ut ſyllogiſmo ſeu ratiocinationi enthymema, ita indu*Enthymema.*ctioni exemplum. & eſt Enthymema rhe*Exemplum.*toricus ſyllogiſmus, exemplũ uerò rhetorica inductio. Eſt autem Inductio, per ſingularia ad uniuerſalia progreſſio. Itaq; non rectè dicũt, qui inductionem dicũt orationem eſſe, à ſimili ad ſimile procedentem neq; enim uniuerſale ſimile eſt, & quæ ſub eo continentur. Eſt autẽ uniuerſalis, oſtendendi gratia, potiſſimùm inuenta inductio. Oratio uerò, quæ à ſimilibus ad ſimilia procedit, exemplũ potius ſignificat. nam ea oratio quæ per ſingularia fidem uniuerſali facit, idq; oſtendit, ea demũ eſt inductio. Qui enim per uniuerſale oſtendit, omnibus in rebus optimum eum eſſe qui ſciat: eò quòd ſumit gubernatorẽ ſcientem eſſe optimũ, aurigam item, & ducem, & medicum, & geometram, & muſicũ & fabrum: is inductione, omnibus in rebus optimũ eſſe peritum & ſcientem, oſtendit.

ἐπαγωγή.) E' doctrina de acie inſtruenda, Epagoge eſt, cum agmẽ agmini ſubiungitur. ut cum tettarchia præcedit, reliquæ omnes tetrarchiæ ſuccedunt: aut, Xenagia præcedente, reliquæ Xenagiæ ſequũtur. Deniq; cum in itinere cohors cohortem ſequitur: ut cum pręcedentis cohortis tergiductoribus, ſequentis cohortis duces coniungantur.

ἐπαΐειν.) Dialecticam parũ attigit,* ut pauca quædam intelligeret, nihil curioſius rimatus. Etenim uulgare iſtud, Si A ſit, etiam B eſſe: eſſe autem A, ergo etiã B eſſe: iam uel cauponarũ aniculæ ſciũt.

ἐπίκτητον.) Acquiſitam animo Photinus *Virtus acquiſita.* uirtutẽ dixit, & ei, cuius imitatione illã acquiſierit, cognatã. Ac niſi animus eã acquirat, eundem fore cum eo, à quo illa ſit. Nunc aliud eſſe hoc, aliud illud.

ἐπακρία χώρα.) Antiquis temporibus uicatim habitantes Athenienſes, in unũ *Athenarum distributio.* conductos Cecrops in tribus XII diſtri*Cecropia.*buit, & urbem à ſe Cecropiam cognominauit: duasq; tetrapoles, quę à quaternis urbibus dicuntur * utranq; conſtituit: tres reliquas ἐπακρίδας quaſi appendices appellauit, eodẽq; nomine tribus illis uicinus ager dictus eſt ἐπακρίας.

ἐπιλαμπᾶν.) Ariſtophanes: Quid'nam ad nictum quæritandum excogitauit?

EPAMINONDAS. In pugna ad Mantineam Epaminondas uulnere accepto, *Vulnus.* uiuus ex acie in caſtra relatus, manu uulneri admota, dolorẽ ferebat, ſocios intuens. Prælio aũt finito, eâdem remota, expirauit: ſepultus eo loco, quo pugna*Sepulchrũ.*tũ fuerat. Monimẽto ſtatua eſt impoſita, cũ clypeo, cui draco inerat: qui ſignifica*Inſignia.*ret, eũ ex genere (σπαρτῶν legendum, nõ σπαρτιατῶν) Spartorũ eſſe, id eſt eorũ qui è ſatis à Cadmo draconis dentibus orti perhibentur. Vir artis imperatoriæ ſummam inter Græcos laudem adeptus, aut *Oraculi ludibrium.* nulli certè ſecundus. Hic oraculo dato, ut pelagus caueret: nauem conſcendere uerebatur. Sed Apollo de ſaltu, cui pelagi nomen eſſet, locutus erat ſcilicet.

ἐπανατείνοντο.) Iis qui benè ſe geſſiſſent, *Præmia uirtutis.* ſpes amplior proponebatur, cùm laudis & gloriæ, tum opũ & dignitatũ, ſi quod deinceps maius bonum obtigiſſet.

ἐπαυχεῖν.) Ingenio potius utendum, *Ingenium.* quàm libris parendum eſſe dicebant.

ἐπάρας.) Audaciſſimos homines ſpe beneficiorum ad nefaria facinora impulit. Falſò nunciata Imperatoris morte, & *Pollicitationes.* multis in ſuas partes pollicitationibus pertractis facilè magnas copias coegit.

ἐπαρτήσας.) Aelianus: Ne benignè ſuſci*Execratio.*peret

peret animas illotum,ſed æternis ſupplicijs mulctaret.

Conſtantia. ἐπικαρτερουμένων.) Tanta fuit illius uiri tolerantia, ut maximis terroribus impendentibus, & cruciatibus admotis, nihil arcani eloqueretur.

ἔπαρχος πραιτωρίων.) Prętorio prefectus, cui apud Romanos munꝰ exactionis tributorum Orientis eſt mandatum.

Nuptialia dona. ἐπαύλια.) Sic dicũtur muneta, quæ poſtridie nuptiarũ à ſponſæ patre, tam ſpõſæ quàm ſponſo cum pompa mittebantur. Puer enim pręcedebat, alba ueſte facem incenſam ferens. Hunc ſequebatur mulier caniſtrum geſtãs, cæteris ordine ſequentibus, quæ aurum, parellas, ſmegmata, lecticas, pectines, lectos, alabaſtros, ſandalia, thecas, pyxides unguentarias, interdum etiam ſponſo dotem unà afferrent.

Hecale hoſpitalis. ἐπαύλιον.) In Hecales epitaphio: Ambulato placidiſſima mulier eam uiã, quã acerbi dolores animi nõ ſæpe conficiũt. Tuarum, mater, hoſpitalium ædium erimus memores, quæ cõmune omnium diuerſorium fuerunt.

Clearchus philoſophiam uitare iubetur. ἐπανερχέσθω.) Dictum in Clearchũ (Heracleotam) Solenſem, qui uaria ſcripſit: Diſcede ex Academia, & fuge philoſophiam. Neq; enim tibi fas eſt ea frui, quę te uultũ infeſtiſſimo intuetur.

Vxor. ἐπ' αὐτόπτῳ, ἐπ' αὐτοφώρῳ.) Re Carthagine palàm deprehenſa: ultrò ab uxore ſe decipi eſt paſſus.

EPAPHRODITVS, Chæronenſis grammaticus, Archiæ Alexandrini grãmatici alumnus: à quo inſtitutus, à Modeſto Aegypti præſide emptus eſt. cuius filium * Pitelinum cum inſtituiſſet, Romæ claruit ſub Nerone, uſq; ad Neruam. quo tẽpore Ptolemæus etiam, Hephæſtionis F. uixit, & alij multi uiri doctrina celebres. Cum autẽ ſubinde libros mercaretur, ad 30000 coegit, eosq; bonos & exquiſitos, minimeq; uulgares. Corpore fuit magno, & nigro, inſtar elephãti. Habitauit in Phœnianocorijs, ubi binas habuit ędes. Deceſſit anno ętatis 75, ſcriptis compluribus relictis.

(Margin: Epaphroditi Bibliotheca. — Phœnianocoria.)

Aequitas Seueritas. ἐπαινέτης.) Arrianus, quæ ordine modeſtẽq; gerebantur, laudabat: ſi quid ſecus fieret, ſtatim reprehendebat, pòſt etiam mulctabat.

ἐπαισχές.) Mihi quidem iſtud & indecorum eſt, & noxium: illi autem multò & fœdius & pernicioſius. Obſidio quidẽ laborioſa, receſſus aũt probri plenus.

ἐπεγχανών.) Vindicta non paſſa eſt hominem ſuperbum & contemptorẽ, Meletis interitum deridere.

Accuſatio. ἐπικάλει.) Nemo unquam amicorum eum uel ſocordiæ, uel languoris & ceſſationis, ubi induſtria eſſet opus, uel ignauiæ, quæ pigriciæ & timoris filia eſt, accenſauit. At iſte ſæpè crimina in amicos conijciebat.

Sitis. ἐπικηρυξαι.) Cum ſitim tolerare non poſſent, pacem per præconẽ petiuerũt.

ἐπελπίζων.) Partim eos pollicitationibus in ſpem erigebat, partim exigua lucella diſtribuebat, partim opibus & dignitate ſuperiores, cæteris ſpoliabat, publicatis eorum bonis.

ἐπεμβαίνων.) Fortunæ illorũ perquàm inſcitè, & inhumaniter inſultabat.

Haſta in funere. ἐπενεγκεῖν.) Iſter ait, moris fuiſſe Athenis, ut cognati eorum qui uiolenta morte perijſſent, in efferendo funere haſtam adhiberent, * aut in tumulo defigerent, eaq; ratione interfectoribus ultionẽ denunciarent.

Fuga. ἐπ' ἐξαγωγῇ.) Baculis cædebatur, & peregrè uendebatur, ignauiæ & fugæ precium ferens ſeruiturem.

Paupertas. ἐπιπέμψω.)

*Omnia quæ uiui poſſedimus, affero ad Orcũ,*
*Nec quequã hinc abiẽs Phœbe relinquo tibi.*

ἐπίσεισε.) Terrorem iniecit eis, quaſi ſtatim interficiendi eſſent.

Clearchus. ἐπιστάτει.) Ibi Clearchum eſſe ducem cognoſcere licebat, qui haſtam læua, dextra baculum geſtaret.

Sepiæ. ἐπιπίλησιν.) Sepiæ in piſcatu emittunt atramentũ, ut turbato loco in quo ſunt, piſcatores lateant.

ἐπίφυ.) Vtraq; manu inhærere. τὸ δὴ λεγόμενον, ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἐπίφυ.

Platonis prudentia. Arceſilaus. ἐπέχει.) Plato de ijs quæ certò comprehendit, pronũciat: falſa coarguit, de obſcuris ſuſtinet aſſenſionem. Arceſilaus uerò quia de (lego περὶ πάντων) rebus omnibus dubitabat, librum nullũ ſcripſit.

ἐπειδὴ τὸν ταντάλου λίθον τῆς κεφαλῆς ἀποτιναξάμεθα.) Tantali ſaxum à capite excuſſimus. De periculo, quod cum urgeret, præterijt. Vel de eo qui negociũ inchoatum reliquit.

ἐπειδή.) Quia uinum bibere uoluiſti, unà etiam feces tibi ſunt exhauriendæ.

ἐπειοῦ δειλότερος.) Epeo timidior. Cratinus comicus dicebatur, fortaſſe quòd in tribunatu Oeneiæ trib. ignauior fuiſſe uideretur. Epeus autem timidus fuiſſe perhibetur.

ἐπει-

*Aſtydamia.* ἐπείρα.) Aſtydamia Peleum Acaci F. adamauit. Qui cum recuſaſſet, nerita ne ſe proderet, callidius quàm uerins dicit, ſe ab eo de ſtupro appellatam.

πεῖρα.) Periclitandi animi eius cauſa, pecuniam mittit, corruptelæ illecebras.

*Fortuna ſeneſcit.* ἐπήβολος.) Si te beatum cenſes, ut notorum compotem, & auro abundãtem: ſcito Fortunam quoq; ſeneſcere.

ἐπηγάγετο.) Vrbis incolas ſine ulla uolentia ſibi conciliauit.

ἐπήγγελλεν.) Minos quóuis nauigabat, & multis, ut hoſpitiũ pararẽt, denũciabat.

ἐπήλυσιν.) Latronũ incurſionẽ uitare.

ἐπλεύσιμος πλοῦτος.) Vẽtoſæ diuitiæ. hoc eſt, fallaces & inconſtantes.

ἐπλέων.) Deus facta regis nõ approbabat.

ἐπήρεια.) Denunciauit ut obſeruarent, ne qs fortè ex alio exercitu adeſſet, qui eis noceret.

ἐπήρησαν.) Vijs interclusis, non paruum urbanis terrorem incuſſit.

ἐπὶ ἀσπίδα.) Aſpidi & baſiliſco inſiſtes. nam illa uenenum lethale immittit: hic etiam aſpectu nocet.

*Veteris diſciplinæ memoria.* ἐπιβεβήκασι.) Non ipſi quidẽ in uetere illa diſciplina uixerũt, ſed ijs qui in ea uixerant, ſucceſſerunt, locutiq; ſunt: eorumq; cõſuetudine facti doctiores, multa in ſuæ ætatis homines beneficia contulerunt, cùm aliarum rerum, tum ueterum hiſtoriarum uocales præcones.

*Iuſtiniani ἐπιβολή.* ἐπιβολή.) Vectigal, ſiue mulcta, quaſi adiectionem dicas, ſub Iuſtiniano peſtis improuiſa extitit, prædijs impoſitũ, qđ poſſeſſoribus omnẽ uictus parãdi ſpem prorſus adimeret.

ἐπιβολή.) Polybius: Eſt, cũ & caſus fortium uirorum conatibus obſtitit. Eſt &, cum ſecundum prouerbium, ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχε: Quamuis ipſe bonus, tamẽ incidit in meliorem. Hoc tradunt de Hyllo Herculis F. & Euchemo (Tegeate.) Aegeate.

*Experientia teſtis.* ἐπιβοῶμαι.) Experiẽtiam teſtem & regulam meorum ſermonum inuoco.

*Minerua. Pandora.* ἐπίβοιον.) Cum quis Mineruæ bouem immolabat, immolabat & Pandoræ ouem cum boue.

*Scytharum ſupplicatio.* ἐπὶ βύρσης καθίζεσθαι.) In corio ſedere. Moris apud Scythas fuit, ſi qs ab alio iniria afficeret, quã ulturus, ſe aduerſario fore parẽ non putaret: ut boue immolato, carnes in fruſta cõciſas elixaret, & corio humi extẽto inſideret, manib. in tergũ reiectis: quo nullũ eſt apud Scythas maius ſupplicãdi genus. Qui uerò uolebat, parte carnium accepta, & dextro pede corio inſiſtẽs, ſe pro uirili opem ei laturum pollicebatur. Eratq; id ſanctiſſimũ iuſiurandum.

ἐπιβύσας.) Ariſtophanes: Oratoribus nummulis ora obturaui.

*Acceſſiones.* ἐπιγεννήματα.) Polybius: Eorum eſt qui dè bello rectè adminiſtrãdo deliberant, ut medicos in morbis, ita & ipſos nõ minus eorũ quæ accedere atq; exiſtere ſolent, rationem habere, quàm mali primi.

EPIGENES comicus: cuius fabulæ ſunt, Athenæo in Dipnoſophiſtis autore, Heraine, id eſt Iunonia: & Mnematiõ, id eſt paruum monimẽtum: & Bacchia, ſeu Bacchatio.

ἐπιγνώμονες καὶ ἐπιγραφεῖς.) Dicebãtur ij, qui cuiq; uel ciui uel inquilino quantum tributi pendendum eſſet, decernebant. Epidamnus olim dicebatur urbs, quæ nunc Dyrrachium.

EPIDAVRI cultus fuit Aeſculapius: quæ urbs uicina fuit Argis. Limæra etiã dicta, ſiue à portubus, ſiue à pratis. Item Miliſſia à placãdo: & Hæmera, quòd ara Aeſculapij ſubinde uictimis cruentaretur. Demũ Epitaurus, & Epidaurus. Alij dicunt Limerũ eſſe Laconiæ, unã è centum illis urbibus: propterea quòd multos habeat portus.

ἐπὶ δελφινίῳ.) Delphiniũ prætoriũ Athenis, in quo cauſam dicebãt, q ſe fatebãtur cædẽ feciſſe, ſed ſecundum leges.

*Delium.* ἐπὶ δηλίῳ.) Deliũ Bœotiæ loc⁹ eſt, in q̃ Atheniẽſes prælio uicti ſunt à Bœotijs.

ἐπὶ διετὲς ἡβῆσαι.) Id eſt, XVI annos eſſe natum. nam pubertas ſeu adoleſcentia ab anno XIIII incipiebat. Ephebi porrò apud Athenienſes dicebãtur uſq; ad annum ætatis decimum octauum: cũ id nomen biennium tenuiſſent. Ac tum in album ciuitatis inſcribebantur.

ἐπίδοσιν.) Cum philoſopharetur, nihil eius progreſſus impediebat, & maximũ operæprecium faciebat.

*Clamor clamore eluſus.* ἐπιδουπῆσαι.) Abari ſtatuerãt, in belli motu ſonitũ excitare cõfuſum & agreſtẽ, unaq; cũ fremitu bellico pulſare tympãa, ut tãtus tumult⁹ exiſteret, ut pcellerẽt & terrerẽt Romãos. Qđ Bon⁹ præcognitũ militib. indicauit, ne re ſubita cõſternarẽtur: ſed id qđ futurũ erat, animis ſibi repſentãtes, & opinione, aſſueſcerẽt p id qđ nõdũ aderat, ei qđ futurũ erat. eosq; iuſſit, pulſatiõe tympãorũ audita, uiciſſi ſcuta concutere, & bellicũ clãorẽ tollere, & pæana cãere, & ligneas ſitulas collidere.

ἐπιει-

ἐπιεικῶς.) Piè admodum effugij habenas permittit Deo.

ἐπιβαρής.) Homo ſenex, ægrotus, moribundus.

ἐπιθυμία, eſt bruta appetitio: cui ſubijciuntur penuria, odium, contentio, ira, amor, indignatio, iracundia. Eſt autem σπάνις, penuria, cupiditas quædam in fruſtratione, & ueluti ſeparata à te, fruſtra tamen ad eã contendens, & anxiè. μῖσος, Odium, eſt cupiditas quædã nocẽdi alicui *, ſubinde longius progrediens, atq; dilatãs ſeſe. ὀργὴ, Ira eſt cupiditas ulciſcendi eum, qui læſiſſe iniuria uideatur. ἔρως, amor, cupiditas quædã rei præclaræ. eſt enim ſuſceptio laboris ob formã in oculos incurrẽtem. μῆνις, Indignatio, eſt ira inueterata, cum acerbitate & captatione occaſionis. θυμὸς, excandeſcentia, eſt ira inchoata.

*σπάνις. μῖσος. ὀργὴ. ἔρως. μῆνις.*

πυρὸς ἐπὶ καλάμης ἀρῶν.) Exarare ſtipulas: Solent agricolæ altero quoq; anno terram incultã relinquere, ut ſolidas gignat fruges, ſi quotannis ſatione fatigata non fuerit.

*Altera quies.*

ἐπικαλυμμένων.) Criminationibus quibuſdam fidẽ ſolet reorũ uita derogare.

*Vita anteacta.*

ἐπικαλῶν.) Suſtulit homines, nihil cauſatus aliud, niſi utrunq; uirum ſapiẽtem atq; optimum eſſe.

*ἀμφοῖν fortaſſe.*

ἐπικαμπὴς περίταξις.) Acies inflexa, quæ cum medij in hoſtes irruũt, cornua à partibus poſterioribus tectà ſub ſe collocata habet.

ἐπικατέσεισεν.) Ioſephus: Antiocho Hieroſolyma obſidente, Eleazarus Matathiæ F. altiſſimum elephantem conſpicatus ornatũ, eoq; uehi Antiochum ſuſpicatus, magna ſtrage hoſtium edita, aluoq; belluæ percuſſo, effecit ut ab elephante opprimeretur: nihil conſecutus aliud, niſi quòd rem arduã eſt aggreſſus, contritusq; perijt.

*Eleazari facinus.*

ἐπικεκηρυχέναι.) Cũ urbs aut princeps aliquem alienæ ditionis ſublatum uolebat, interfectori, aut ei qui uiuum eũ adduxiſſet, pecuniam promittebat publico præconio. Ad hunc modum Græci, ei qui Xerxẽ uel uiuum uel mortuũ Athenas perduxiſſet, C talenta promiſerunt.

*Proſcriptio.*

ἐπίκληρος.) Lex Athenis fuit, ut ſi quis nothum haberet filium, legitima filia caperet hæreditatem, nothis autem V. minæ circitèr relinquerentur.

*Nothorũ portio.*

ἐπικλύσασα.) Cleopatra multo auro in Eleos effuſo, conabatur Iouis ſtatuam emere.

*Iouis ſtatua.*

ἐπὶ κνάφου ἕλκεις.) Per ſpinas trahis: id eſt, corrumpis. ſumptum à fullonibus.

ἐπίκωπος.) Publio Cos. fœdus Romani fecerũt cum Carthaginenſibus, ne quam nauem pararẽt remigijs inſtructã, præter X triremes, & piſcatorias, & conſuetas illius loci, quarum nulla plus decem ſcalmis haberet.

*Carthaginenſe fœdus.*

EPICVRVS, Neoclis & Chœræſtrates F. Athenienſis, è Gargetio municipio: fratres habuit Neoclem & Chæredemum. Philoſophari cœpit anno ætatis 12, & peculiaris ſectæ fuit autor. Primum Sami uerſatus cum parẽtibus, deinde Mitylenis, unum annũ ſcholæ præfuit: pòſt Lampſaci, ac demum Athenis in ſuis hortis. Audiuit Nauſiphanem Democritum philoſophum, & Pamphilum Platonis diſcipulũ. Natus eſt Olympiade (109) 79. ſeptem annis poſt Platonis obitum. uixit uſq; * ad ſucceſſores Antigoni Gonatæ: Scholaq; eius permanſit uſq; ad Cæſarẽ primum, annos 235. quibus ſucceſſores habuit 14. Scripſit multa. numẽ nihili fecit. fratres habuit 3, qui infinitis morbis impliciti, miſerrimè perierunt. Atq; ipſe etiam Epicurus, adoleſcens etiamnum, haud facilè poterat è lectulo deſcendere, cæcutiens, & radios ſolis non ferens, amœniſſimo & ſplendidiſſimo Deo illi inimicus. Auerſabatur etiam ignis ſplendorem, & ſanguinẽ per inferiores meatus excernebat: corpore ita extenuato, ut iniecta ueſtimenta ferre non poſſet. Metrodorus item, & Polyænus, ambo eius ſodales, peſſimè omnium perierũt. Impietatis ſuæ fructũ tulit haud pœnitendum: à uoluptate ita uictus, ut poſtremò in teſtamento ſuo ſcriberet, ut & patri & matri & fratribus, & Metrodoro ac Polyæno ſodalibus, ſemel quotannis immolaretur, ſibi uerò bis: maiore luxu ibi etiam probato, ſapiens ille: & menſæ ſaxeę conficerentur, & tanquam donaria in ſepulchro iuſſit collocari * leno iſte & helluo. Atq; hæc mandauit, cum non abundaret opibus, inſanus cupiditate: quaſi illæ quoq; unà cum ipſo eſſent morituræ. Epicurei Senatuſconſulto Roma ſunt exacti: & Meſſenij in * Arcadia, eos qui in eodẽ quaſi præſepi paſti eſſent, expulerunt, quos & peſtes adoleſcentum eſſe dicerẽt, & philoſophiæ labẽ imprimere, propter mollicieni & impietatem. Eos itaq; ante Solis occaſum agro Meſſenio excedere iuſſerunt, ijsq; pulſis, à ſacerdotibus luſtrari fana.

*Schola. Præceptores. Aetas. Duratio ſcholæ. Epicuri ualetudo. Metrodorus. Polyænus. Teſtamentum. A Romanis & Meſſenijs proſcripti Epicurei.*

fana, & à Timuchis (ſic enim à gerendis honorib. magiſtratus ſuos appellãt) rotã urbẽ purgari, tanquã ſordibus & ſentina quadã liberatã. Ferũt & à Lyctijs in Creta, quoſdã ex Epicureis eò ꝓfectos, fuiſſe pulſos: legẽq; populari ſermone ſcriptã, qua effœminatæ ſapiẽtiæ ac degeneris & turpis inuentores, & dijs inniſi Lycto pellerẽtur: Quòd ſi qs eò ꝑ audaciã ueniſſet, contẽpta lege: eũ in cataſta uinctũ iuxta curiã dies 20, nudũ melle & lacte perfundi, ut ab apibus & muſcis cõſumeret̃ interim. Quib. exactis, ſi ſuperſtes eſſet adhuc, muliebri ueſte indutum de ſaxo præcipitari iuſſerũt. Epicurus librũ ſcripſit quas κυρίας δόξας nominauit, peſſimã ſui ingenij indicia: quę illud etiã continebãt, uniuerſitatẽ hãc temerè ferri, nõ uolũtate & iudicio deorũ: ac celebres illas atomos à ſe mutuò feriri & ſeparari, eq; his fieri aerẽ, terrã & mare: deinde cõmiſtiões diſtingui, & cõgreſſus, & prorſus in atomos reſolui, & ferri omnia temerè & fortuitò, nõ ſapiẽtia opificis gubernari,* ſine prouidẽtia permiſceri omnia, neq; gubernatorẽ, neq; rectorẽ, neq; paſtorẽ habẽtia *. nõ paſſus eſt eũ põpa Dei intereſſe, repudiato illius delyrio: ſed uerborũ eius uæcordiã & rabiẽ compreſſit, atq; ab Epicuro reſilijt, & eius opiniones ualere iuſſit.

*Lyctiorum decretum.* *κύριαι δόξαι. ἀπρονοησία. ἄτομοι.*

**EPICRATIS** comici fabulæ ſunt, Mercator & Antilais.

**EPICRATES** orator fuit, & demagogus, hirſutus & barbatus admodum, cognomẽto Scutifer. Plato comicus: Rex barbæ, & Epicrates ſcutifer. &, Epicrate barbam non paulò pulchriorem habes.

*Barbam.*

Epicrates Athenienſiũ demagogus, cognomẽto Ephorus, cuius in oratiõe falſæ legationis meminit Demoſth. Alius eſt, cuius mẽtionem facit Lycurgus in oratione de Vectigalibus, quem aiũt rem DC. talentûm habuiſſe. Fuit & alius Epicrates, cuius meminit Demoſthenes in oratione contra Aeſchinem.

*Diues.*

ἐπικρεμαμένου.) Ob magnitudinem impendẽtis adhuc periculi, tolerabilia cætera omnia iudicarunt.

**EPICTETVS** Phryx Hierapolitanus, philoſophus, ſeruus Epaphroditi, ſatellitis, imperatoris Neronis, pede mutilatus ex fluxione, hábitauit Nicopoli, urbe nouæ Epiri. Vixit uſque ad tempora M. Antonini: ſcripſit multa.

*Epictetus. Epaphroditus.*

**EPICYDES** & Hippocrates fratres, duces Syracuſanorũ, Romanis lõgo tẽpore infenſi. Cum Syracuſanos ad bellũ cõcitare nõ poſſent, ad Leontinos Syracuſanis inimicos cõfugerũt, patriã accuſantes, ꝙ fœdus Hieronis de tota Sicilia ictũ ſibi ſolis * uendicarẽt. Qui cũ irritarentur, Syracuſani promulgarunt: ſi quis Hippocratis aut Epicydis caput attuliſſet, ſe auro id eſſe repẽſuros *. At Leontini Hippocratem ſibi ducem crearunt.

*Romanis infesti.* *Hieronis fœdus.*

ἐπιλαχών.) Athenis ſortiebantur, qui ſenatores aut magiſtratꝰ fieri cupiebãt. Deinde, poſt unumquenq; eorũ cui ſors obuenerat, ſortiebatur alius: ut, ſi prior ille uel improbatus uel mortuus eſſet, eius ipſe loco uel in ſenatũ legeretur, uel magiſtratu potiretur.

*Sortitio & ſubſortitio magiſtratuum.*

ἐπὶ λειψυδρίῳ μάχη.) Pugna ad Lipſydriũ. Locus eſt ſupra Parnethẽ, quẽ pulſi à tyrãnis, Alcmæonidis ducib. munierunt. Qui cũ à Piſiſtrato expugnatus eſſet: carmen quod σκολιὸν (quaſi curuum ſeu obliquum dicas) in eos canebatur.

*Lipſydriũ. Alcmæonidæ. Piſiſtratus. Carmẽ σκολιόν.*

*Ah ah Lipſydrium prodens ſocios,*
*Quales uiros perdidiſti?*
*In prælio fortes & patricios.*
*Cum oſtẽdiſſent à quibus patribus orti eſſent.*

ἐπιλησμότατον.) Ariſtophanes: Non tu hinc in malã rem, obliuioſiſſime & ſtultiſſime ſenecio?

**EPILYCVS**, poeta comicus. Ex fabulis eius eſt, Athenæo autore, Coraliſcus.

ἐπὶ μέγα.) Sybaritæ luxurioſiſſimè uiuentes, & magnis opibus aucti, & ſibi & alijs beati uidebantur.

*Sybaritæ.*

ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου.) Athenis fori curatores ſorte legebãtur, quib. mãdata fuit rerum uenalium curatio: & ut frumenti, quod in mercatu Attico appelleret, binas partes in urbem perferri cogerent.

*Lex frumẽtaria.*

ἐπιμεληταί.) Apud Perſas, ut ſcribit Xenophon, curatores erãt, qui uulneratos in bellis curarent.

*Vulneratorũ curatio.*

ἐπιμεληταί.) Curatores etiã cœtuum in ludis deligebant̃, qb. curę eſſet, ne ſaltatores immodeſtè ſe gererẽt in theatris.

*Diſciplinæ conſeruatio.*

ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων.) Curator Initiorum. Apud Athenienſes Initia curat primùm is qui rex ſacrificulus dicitur. Deinde Curatores, qui quaterni à populo deliguntur, bini ex uniuerſis Athenienſibus, ſinguli ex Eumolpidis & præconibus qui κήρυκες dicuntur.

ἐπιμεμφόμενος.) Maximè de Perſis querebat̃, à qb. plurimis affectus eſſet iniurijs.

**EPIMENIDES** Phæſti, aut Doſiadę, aut Agiaſarchi F. & matris Blaſtæ: Cretenſis, Cnoſius, uerſificator. Cuius ani-

*Anima emiſſaria, ut & Hermotimi Clazomenij.*

mam fernnt, quoad uellet, & exceſſiſſe è corpore, & in id eſſe reuerſam. Eius defuncti cutem lõgo tempore pòſt, literis diſtinctam, repertam eſſe tradunt. Vnde prouerbiũ, Epimenidea cutis: de rebus arcanis. Hic luſtrauit Athenas à Cylonio piaculó, 44 Olympiade, iam ſenex. Verſibus multa ſcripſit: Iniria, luſtrationes, & alia obſcura. Vixit annos CL. quorum (LVII) VI dormijt.

*Epimenidea cutis.*

Ἐπικεκλωσμένον.) Cum fatale iter, & diuinitùs mihi decretum confecero.

Ἐπινήσαντες.) Sarmẽtis an.ẽ mœnia & omnis generis ſordibus cõportatis, fimoq; iniecto, ignẽ ſubiecerunt: tantoq; fumo excitato, ut abeuntes conſpici nõ poſſent, obſidionem ſoluerunt.

*Obſidionis ſolutio.*

EPINICVS comicus, cuius Athenęo teſte, fabula eſt Ὑποβαλλόμεναι, Subditæ.

Epinicus, præfectus urbis ſub Baſiliſco, inexplebili pecuniæ auiditate & populos & urbes omnes cauponatus, iniquis edictis ꝓuincias impleuit. Quæ cũ * neq; magiſtratuũ ordines, neq; externæ trib. ferrẽt, fugerũt, & exactiones tributorũ reliquerunt: iſtiusq; auaro domi natu urgẽte, ſupplices in communibus tẽplis ſederũt, furta illius arguentes. Cui magiſtratu per ignominiã abrogato, ſucceſſorem dederunt Laurentium, magni fori principem oratorum, qui quaſcũq; cauſas defendebat, eas lucri ſui cauſa ꝓrogare & extrahere non ſuſtinebat.

*Aurum exactor.*

*Laurentius orator.*

Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς.) In acie nouaculæ: in ipſo negocij articulo.

Ἐπιούσιος ἄρτος.) Panis naturæ noſtræ congruens, uel quotidianus.

Ἐπὶ παλλαδίῳ.) Palladium, prætorium Athenis, in quo Ephetæ, id eſt arbitri honorarij, cædẽ nõ uolũtariã diſceptabãt. Argiui ab Ilio redeũtes, cũ Phaleris appuliſſent, ab Atheniẽſibus, q eſſent ignorantibus, ſunt occiſi. Pòſt uerò cũ Acamas id eis indicaſſet, ac Palladiũ ibi inuentũ eſſet: ex oraculo prętoriũ ibi condiderunt, ut Phanodemus tradit. Clitodemus ait, cũ Agamemnon cũ Palladio Athenas delatus eſſet, Demophontem id rapuiſſe, & multos perſequentiũ occidiſſe. Agamẽnone aũt grauiter id ferẽte, cauſam dixiſſe, quinquaginta Atheniẽſibus, ac totidẽ Argiuis iudicãtibus, qui ἐφέται, id eſt ſiue arbitri, ſiue cõmiſſarij dicti ſint: quòd ab utriſq; cõtrouerſia illis diſceptanda permiſſa eſſet.

*Argiuorum cædes.*

*Palladium.*

Ἐπίπαστα.) Solebãt placẽtas aut panes cõficere, & bellaria quædã aut ſalſa inde re, unde multũ bibere cogerentur. Inuidus iſte linxit publicè uẽdita, nũc ſtertit ebrius, in foribus ſupinus.' Stertũt enim potiſſimùm ſupini, aut ebrij.

*Irritamenta ſitis.*

*Stertimus.*

Ἐπίπνοια.) Polybius: Romani diuino quodã afflatu pleni, alacritatem animorum inuicto robore munierunt.

Ἐπιπόλαια.) Superficialia. Non ea quæ probabilia uidẽtur, ſed quæ qualẽcunq; duntaxat ſpeciem habent, & modica attentione coargui poſſunt: cuius generis ſunt rixoſæ propoſitiones, aut ratiocinationes. Cuiuſmodi eſt: Qui uidet, oculos habet: unde concluditur, coclitem ſeu luſcum oculos habere. Et, Quod dicis ex ore tuo egreditur, currum autẽ dicis, ergo currus ex ore tuo egreditur. Et, Quæ nõ amiſiſti habes: hoc ſumpto cõcludes aliquẽ habere cornua, quòd ea ſcilicet non amiſerit. Itẽ, Eum qui uiſum habeat, uidere: dormientem autẽ habere uiſum, ergo uidere. Talia probabile quiddam, idq; perquàm minurum & ſuperficiale (ſi dicere liceat) habent.

*Argutiæ ridiculæ.*

Ἐπιπόλαιος.) Syluanus uir bonus erat, & in cæteris ſanctus, moribus ſimplicioribus atq; apertis.

Ἐπιπρεπέστατα.) Hannibal, Carthaginenſium imperator, appoſiticios parauit capillos, qui conuenirent pro inſigniorib. ætatum diſcriminibus, elegantiori ueſtitui: hiſq; ſubinde mutatis utebatur.

*Hannibalis metamorphoſis.*

Ἐπίπροσθεν.) Proclus uniuerſæ philoſophiæ Theologiam præferebat, ſed uitæ ad uirtutem confirmatæ ſimilem illi pietatem anteponebat.

Ἐπὶ πρυτανείῳ.) Prytaneum prętorinm, cum telum ſiue lapis, ſiue quid eiuſmodi in conſpectu erat, ignoto autore cædis. Moris enim antiqui fuit, etiã res inanimas in iudicium adducere, & iudicare, an exterminandæ eſſenr.

*Etiam res inanima condemnatæ.*

Ἐπίρρημα.) Ariſtophães: Si cui ueſtrũm libet, ſpectatores, nobiſcum uiuere ſuauiter: iam nos Aues adeat. Nam quæ hic turpia ſunt, legum arbitrio: hæc omnia ſunt apud nos aues honeſta.

*Auium respublica.*

Ἐπισάξαι.) Xenophon: Tumultu orto, uiro Perſæ ſternendus eſt equus, & thoracato conſcendendus: quæ omnia ſunt factu difficilia noctu, & in tumultu.

*Equites Perſæ.*

Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθέλκεις.) Contra teipſum Lunam detrahis. Theſſalicæ mulieres Lunam detrahentes, dicuntur & oculis & pedibus priuari. Dicitur prouerbium in eos, qui ipſi ſibi mala accerſunt.

*Theſſalæ.*

Ἐπι-

Ἐπισῆσαι.) Omni genere fraudis ſupplices circumuênir.

EPISTHENES, infamis ob puerorũ amorẽ fuit, ſub Seuthe Thracum rege.

Carduchi. Ἐπισκοπον.) Carduchi funditores optimi, ſagaciſſimè & lapides & plumbeos globos ciaculantur.

Ἐπίσκοποι.) Inſpectores & cuſtodes dicebantur ij, quos Athenienſes in ſuæ ditionis urbes, ad ſtatum rerũ cognoſcendum & conſtituendum mittebanr: ſicur ἁρμοσταὶ, id eſt coagmentatores ſeu compoſitores, quos Lacedæmonij.

Ἐπὶ σπείρᾳ σχοινίον.) Ad ſpiram funiculus. De ijs qui offerunt aliquid ijs qui eo abundant. nam è ſpiris fiunt funes.

Hecatomnus. Ἐπισταθμός.) Hecatomnus Cariæ præſes, ſiue ſatrapa.

Ἐπιστάτης) Subſtes, poſt (ſeriei ductorem) ſerlem collocatus. hunc qui ſequitur πρωτοστάτης, antiſtes. Eũ qui ſequitur, denuò ſubſtes: ut totus ordo conſtet ex protoſtatis & epiſtatis. Quidam tamen lochagum, id eſt ſeriei ductorẽ, protoſtatam dicunt: uragum, id eſt tergi ductorẽ, epiſtatam: hypoſtatam uerò, tertiũ à protoſtata. πρωτοστάτης, ἐπιστάτης, ὑποστάτης.

Senatus Atheniensis ordo. Ἐπιστάτης) Vnus è ſenatoribus dicebatur antiſtes ſeu præſes, cui id ſorte euenerat, nec licebat eundẽ bis eſſe præſidem. Cuſtodiebat autem templi, in quo ærarium erat, claues, & publicum ſigillum. Cum uerò ſenatores qui πρυτάνεις dicebantur, quiq; Rempublicam gerebant (neq; enim omnes ſenatores eodẽ tempore, ſed per uices negocia publica tractabant) ſenatum aut populũ cogebant: epiſtates proedros nouem, quaſi præſides dicas, ſortiebatur, è ſingulis tribub. ſingulos: ea excepta, quę tũ Remp. gerebat. & rurſus ex ijs nouem, unum Epiſtaten ſortiebatur, & negocia ei tradebat: ipſe uerò actiones dabat in iudicijs, curabatq; ut ex legibus omnia gererentur, neq; prætermitteretur quicquam quod ad iudices edocendos pertineret.

Ἐπιστάτης.) Vulcanus in atrijs & iuxta focos & caminos pingebatur, ut ignis inſpector.

Occaſio. Ἐπιστάτης.) Occaſio, rerũ omnium optima magiſtra. In qualibet enim re opportunum & commodiſſimum tempus eſt occaſio. Nã bonæ quoq; & honeſtæ res, ſi fiant intempeſtiuè, non probantur: ut ſi medicus cum ægroto de morbi natura diſputet, ut ſi apud ebrios de tẽperanda diſſerat (τὸ ἄκαιρον ἁπανταχοῦ λυπηρόν.)

Elephanti. Ἐπιβάτης.) Dion Coccceianus: Elephanti turres ægrè portantes, iã ne ipſos quidem magiſtros ferebant.

Ἐπιστεφέας κρατῆρας.) Crateras olim ad ſummã uſq; oram, boni ominis gratia, implebant. (Crateras magnos ſtatuunt, & ulna coronant.)

Scientiæ & ſenſus diſcrimen. Ἐπιστήμη καὶ αἴσθησις.) Scientiæ & ſenſus diſſimilium ſunt generum, & non multũ diſtantium, diuerſaq; ſunt genere. Nam ſcientiæ genus eſt ὑπόληψις, exiſtimatio ſeu opinio. Senſus uerò non eſt opinio. Proportione uerò ſunt eadem. Vt enim ſenſus ſe habet ad ſenſilia: ſic ſcientia ad ſcibilia, & utraq; iudicandi prædita ſunt facultate. Ac iam nonnulli propter eorum ſimilitudinem, idẽ ſcientiam & ſenſum eſſe dixerunt. Verùm differunt inter ſeſe. Senſus eñi in ijs uerſatur rebus, quæ aliter eſſe poſſunt: ſcientia uerò nullius eſt quod ſecus habere ſe poteſt. Ac ſciẽtia quidem cuiuſq; ſcibilis, eſſentiam cognoſcit: ſenſus uerò nullius ſenſibilis eſſentiam cognoſcit. Scientia acquiritur: ſenſus à primo ortu ineſt. hic cõmunis etiam beſtijs, illa hominum propria. ſenſus eſt naturæ, ſcientia doctrinæ. In ſenſu præcedit habitus actionem. nam cũ uiſu præditi eſſemus, uidimus. in ſcientijs autem habitus actionibus comparamus, agendo enim grammaticè, grammatici euadimus. Ad hęc, ſublato ſenſu, animal ũnà tollitur: ſcientia uerò ſublata, non itẽ. Ariſtoteles in opere de Demonſtratione, ſcientiam ſcientiæ præſtare duobus modis dicit: uno, cũ altera alterius principia demõſtret: ueluti, Phyſiologia eſt accuratior q̃ medicina: ſic & Geometria, quàm ea ars quæ machinas cõficit: eadẽq; de cauſa arithmetica pręſtat harmonicæ. Alia ratione ſcientiam ſcientia uincit, cum habet expers materiæ ſubiectum: ut arithmeticam geometria, & eas diſciplinas quib. materia ſubijcit̃ Theologia. Quapropter dicit in Metaphyſ. Ariſtot. (ἡ τῶν νοητῶν θεωρία.) Earũ rerũ quæ intelliguntur, contẽplationẽ & facilimã eſſe, & difficilimam. Facilimam, quia ſit rerum ſtabiliũ, ſemperq; ſui ſimiliũ. maximè enim perſpicuæ ſunt res diuinæ, ut immutabiles prorſus, & natura & facultate & actione. & ſic quidem facilimam. Difficilimam autem, propter noſtram infirmitatẽ. neq; enim ualemus corporis incluſi cõpagibus, & perturbationibus animorum agitati, aciem in lumen earũ intendere: id quod & noctuis in ſole accidit.

Habitus. Actio. Scientiæ præſtantia.

Infirmitas noſtra difficilia putat, quæ facilima ſunt.

cidit. Ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις φαντασιῶν προσδέξει * ἀνυποκρίτῳ. Scientia eſt habitus in ſuſceptione uiſorũ * non ſimulata. Philoſophicas ſcientias eſſe dicit Ariſtoteles, naturalẽ, moralẽ, logicã, & metaphyſicã.

Philoſophica ſcientia.

Ἐπιστολάς.) Ille ſacerdoti mãdata exponit dormienti: qui Dei mandata obſeruat, probè meminit reditus ad eum.

Reditus ad Deum.

EPISTOLA Iuliani parabatæ ad Porphyrium catholicũ. Copioſa omnino & magna fuit Georgij bibliotheca, omnis generis philoſophis & multis cõmentarijs referta. Nõ pauca, inter cætera, & Galilęorum ſcripta, eaq́; multa & uaria. Vniuerſam igitur eã bibliothecã cõquiſitã, curato Antiochiã perferendã: ac ſcito te grauiſſimas pœnas daturũ, niſi eã omni ſtudio indagaris: & utcũq; ſuſpectos de ſurreptis libris, quouis modo inquirendo, & iureiurando obſtringẽdo, & acribus quæſtionibus de famulis habẽdis (ſi perſuadere non potueris) ablatos reſtituere atq; afferre in medium coegeris.

Georgij bibliotheca.

Ἐπίστω.) Planè ſcito, te nũc iſta quærentem, interitũ meũ quærere. Sophocles: Hæc ſcito, & animo inſcribito: Tu ægrotas, & dolor iſte diuinitùs te inuaſit. Ariſtoph. gnoſce mihi. deridere eñ neſcio.

Ἐπιστρεφής.) Quãuis ſolers & cõſideratus, tamẽ facilè deduci à ſentẽtia uidebatur.

Ἐπιστροφή.) Cõuerſio, cũ totã aciẽ dẽſatam, ſecundũ antiſtitẽ & ſubſtitẽ, tanquã uiri unius corpus in haſtã aut in clypeũ inclinamus, toto ordine circũ ſeriei ductorem tanquã centrũ circumducto, & in locũ anteriorẽ trãſlato, ita ut à dextra cõſpiciatur, ſingulis & aſtitibus & ſubſtitibus permanentibus.

Ἐπὶ σχολῆς φιλοσοφεῖν.) Per ociũ philoſophandum.

Ἐπίτακτοι.) Subordinati: milites, quibus mandatũ erat, ut pugnam intuerentur, & parti laboranti ſubuenirent.

Ἐπὶ τὰ Μανδροβούλου.) De ijs qui ſe ad deteriora cõuertunt. A Mãdrobulo quodã, qui cũ * fodinas metallicas uel theſaurũ * (Geophaniũ) Sami reperiſſet, primum arietem Iunoni aureũ dedicauit, deinde argenteum, pòſt æneũ, deinceps nullum: ut tradit Ephorus.

Ἐπιτελείωμα.) Conſummatio: id quod poſt omnes uictimas ea de cauſa immolatur, ut priores uictimæ ſint integræ.

Ἐπιτήδευμα.) Nomine Hicanus, ſtudio latro, Aeſchylum tibicinem & Steſichorum citharœdum interfecit.

Hicanus latro.

Ἐπιτηδειότερος.) Mithridates cũ cætera legitimus rex, tum Rom. accõmodatior.

Ἐπιτιμήσεις.) Reprehẽſiones apud Ariſtotelẽ ſunt quinq;, nec eædẽ quęſtionis quæ examinationis. Prima eſt, cũ è quæſitis nihil cõcluditur, nec id qđ ꝓpoſitũ eſt, nec aliud quicquã: eſtq; ἀσυλλόγιστον. Et cũ propoſitiones falſæ & improbabiles ſunt, quib. inferet cõcluſionẽ. Talis eſt is qui dicit: Quod eſt præter ens, non ens eſt. Quod nõ ens eſt, ne unũ quidẽ. Vnũ igitur eſt ens. neq; enim hoc cõcluditur. Ac ſic quidẽ nõ id quod ꝓpoſitũ eſt, cõcludit: ſed aliud quid cõcludit ſyllogiſticè. Quod enim (eſt nõ ens) eſt præter nõ ens, nihil eſt. Alius dicit: Si factũ qđ eſt, principiũ habet: quod factũ nõ eſt, principiũ non habet: neq; id qđ ꝓpoſitũ eſt, neq; aliud quicquã cõcludit, præterquã quòd ea quæ ſumũtur, falſa & improbabilia ſunt. Alterã ponit reprehenſionẽ, ſi ꝓpoſitiones ſyllogiſticè ponãtur, & oratio cõcludit aliquid, nec tamẽ id qđ propoſitũ eſt, ſed aliud quiddã. Tertia reprehẽſio, ſi quæpiã adiecta cõcludant propoſitũ ſyllogiſticè, & tamẽ adiectũ deterius ſit poſitis & interrogatis, & minꝰ ꝓbabile cõcluſione. Quarta reprehẽſio, ſi abſtulerimus ab oratiõe aliquid, atq; ex reliquis ſyllogiſticè cõcludatur, ſicut fit in oratione redundante. Quintã reprehenſionem eſſe dicit, cũ ex minimè probabilibus, & minus credibilibus ipſa cõcluſione, conſtat oratio: aut è ueris quidẽ, ſed oſtẽſu difficiliorib. ipſa quæſtiõe.

Reprehenſiones ſyllogiſticæ.

Ἐπιτιμία.) Cephalus orator: Quoties eum de dignitate & patria periclitãtem conſeruauit?

Ἐπιτίμια.) Sophocles: Eſto nobis promptus horum conſiliorum adiutor, & oſtende mortalibus remunerationem.

Ἐπίτιμοι.) Seruis libertatem, capite diminutis priſtinam dignitatẽ, inquilinis ciuitatem, ærarijs debiti cõdonationem decreuerunt.

Conceſſa libertas.

Ἐπιτροχάδην.) Coruus celeriter crocitans, tempeſtatem ſignificat.

Ἐπὶ τροχοῦ δεῖ σ' ὄντα στρεβλούμενον εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας.) In rota excruciatũ, ibi te oportebit facinora tua dicere: Ariſtophanes in Pluto. Prouerbium in improbos. Rota enim quædam Athenis fuit, ad quam alligati ſerui pœnas dabant.

Rota ſeruorum.

Ἐπιτυχεῖν.) De conſulibus non ſegniter deliberandũ. Neq; enim urbe in tantis periculis cõſtituta, magiſtratum eum quibuſuis eſſe mandandum.

Ἐπιφάνεια.) Superficies ſiue extremitas eſt cor-

eſt corporis finis, aut id quod latitudinē tãtùm habet, & nō profunditatē. Hæc & intellectione & eſſentia dicitur. Epiphania etiã dicitur, Seruatoris noſtri IESV CHRISTI in carnem aduentus.

EPIPHANIVS, Vlpiani F. Petræus ſophiſta, & in patria & Athēis docuit. Scripſit de cōmunione & differentia ſtatuũ, Progymnaſmata, Declamationes, Tribunoſplebis, Polemarchicum, Exornationes, & Miſcellanea quędã præcepta.

Epiphanius Conſtantiæ Cypri epiſcopus, quondam Salaminis. Scripſit contra omnes hæreſes ſermones, qui Panaria dicũtur, & alia multa: quæ ut à doctis ob res, ſic ab indoctis propter uerba leguntur. Extrema ætate deceſſit.

Epiphanius epiſcopus Selybriæ, ſiue Olybriæ, ſcripſit orationem peruetilem in crematores imaginum.

Epiphanius & Euptepius, ambo Alexandrini genere, & uſitatorũ Alexandrinis initiorũ callētiſſimi. Eupr epius eorũ princeps, quæ Perſica dicũtur: Oſiriorũ uerò Epiphanius. nec huius ſolùm numinis, ſed & Dei omni æuo celebrandi: quę cũ dicere poſſim qui ſit, non tamen ſcribo, hoc quidē tēpore. Epiphanius uerò illa quoq; ſacra enarrabat. Hi uiri nō ipſi qdē in uetere illa diſciplina uixerũt: ſed ijs q in ea uixerant, ſucceſſerũt, locutiq; ſunt, eorumq; facti cōſuetudine doctiores, multa in ſuæ ætatis homines beneficia cõtulerunt, cùm aliarũ rerũ, tum ueterum hiſtoriarũ uocales præcones.

ἐπιφυλλίδες.) Ariſtophanes in Ranis: Racemationes iſtæ ſunt, & offutiæ. De ijs qui ſe poetas aut ſapientes eſſe putãt.

ἐπιφυόμενος.) Alios, manus eorũ amplexus precabaī, ut ſubuenirēt inopiæ.

EPICHARES, Sicyonius proditor, cuius meminit Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte.

ἐπίχαρις.) Quamuis grauis & negocioſus, tamē in congreſſibus iucundus.

*Comœdia inventio. Phormus.* EPICHARMVS, ſiue Tityri, ſiue Chimari & Sicidis F. uel Syracuſanus, uel ex urbe Sicanorũ Craſto, unà cũ Phormo comœdiam inuenit. Edidit fabulas LII. aut, ut Lycon ait, XXXV. Quidam eum *Cadmus Cous.* fuiſſe Coum tradunt, ex ijs qui cũ Cadmo in Siciliam migrarint. alij Samiũ, alij Siculum Megarenſem. Fuit ante Perſicũ bellum annis 6. Syracuſis edens fabulas, *Euetes. Euxenides. Mylus.* cum ſe Athenis Euetes & Euxenides & Mylus oſtentarent.

ἐπιχαιρεκακία.) Maleuolentia, uoluptas ex alienis malis.

EPICHEREMA, Dialecticus eſt ſyllogiſmus.

ἐπὶ χειρῶν ἄξουσί σε.) Manibus tollēt tē. Id eſt, manu ducent, uiam oſtendent, fulcient infirmum, omni ope ſubleuabunt.

ἐπιχωρήσας.) Quę concedi poſſunt, tibi concedo: idemq; autor ero, ne res Romanorũ magis etiã in dubium adducas.

ἐπίγδοος τόκος.) Vſuræ octauæ, cũ ſortis octaua pars fœneratori datur: ueluti de quaternis drachmis, terni oboli.

ἐποποιία.) Verſu heroico deſcripta hiſtorica, epopœia dicitur: Id eſt, poeſis ſine fabula.

ἐποχή.) Primus Pyrrhon ἀκαταληψίας καὶ ἐποχῆς formam introduxit: hoc eſt, negauit quicquã poſſe cōprehēdi, eaq; de cauſa cohibendã aſſenſionē affirmauit. *Pyrrhon.*

ἐποχή.) Quaſi inuectionem uel inſeſſionem dicas. Eſt ea ſigni cœleſtiſ pars (gradum uulgò dicunt) quam Sol & Luna & quiuis alius planeta obtinet: quorum hic eſt ordo. Phænon, id eſt lucens, Saturnus ♄. Phaethon, id eſt ſplendens, Iupiter ♃. Pyrois, id eſt ardens, Mars ♂. Sol, ☉. Phoſphorus, id eſt lucifer. Venus ♀. Stilbō, id eſt micãs Mercurius, ☿. Quodlibet ſigniferi circuli ſignum diuiditur in partes ſeu gradus XXX. pars, in alias LX partes: hoc eſt, ſexageſimas & minuta ſiue ſcrupula prima, & unum primum minutum rurſus in alia ſexaginta ſecunda: ultra quæ (ἐν τῷ προχείρῳ) in facili canone progredi non eſt neceſſe. *Ordo planetarum.*

ἐπωβελία.) Cũ Athenis multi, ac forenſes & in mercatu uerſantes potiſſimum, uiros bonos & quietos ciues pecuniæ cauſa calumniarētur: decretum factum eſt, ut qui reum non peregiſſet, ſexta litigioſæ pecuniæ parte mulctaretur: hoc eſt, de ſingulis drachmis, quæ ſenos ualent obolos, ſingulos obolos ſoluerent. *Pœna temerè litigantium.*

ἐπῳδός.) Incantatrix, quæ pueros ægrotantes carminibus curat. Polybius: Nihil intentatum relinquunt, nullũ carmē, nullas præſtigias, amuleta nulla. Sophocles: Non eſt docti medici, carmina recitare, cum hulcus ſectionem deſiderat. *Curare carminibus.*

ἐποπτεύειν.) Ego dominum clàm execratus, ita efferor lætícia, quaſi ſacra Cereris intuear, & feſtum diem agam. *Improbus ſeruus.*

ἐπωνυμίαν.) Coruini cognomē fecerũt Marco, ab aue adiutrice in certamine.

ἐπώνυμοι.) Eponymi dicuntur eorum ſtatuæ, à quibus X tribus Athenarũ nomina habent. Nam & ciues & hoſpites *Statuarum honos.*

uirtute præſtãtes, æneis ſtatuis ornabantur: delectiq; fuẽre X clariſſimi uiri, quorum ſinguli centena nomina in ſortem coniecerunt: unde tribus ſunt diſtinctæ. Iuxta has ſtatuas leges proponebantur, ut à quouis accuſari poſſent, priuſquam à populo ſciſcerentur.

ἐπρέσβευε.) Socrates philoſophiã de moribus magnifaciebat.

ἑπτὰ.) Septenarius numerus pro multiplici ponitur.

ERASISTRATVS Iuliates, ex Iulide Ceæ inſulæ urbe. Appellat̃ itaq; Ceius, F. Cretoxenæ, Medij medici ſororis, & Cleombroti. Hic Antiochum regem ex amore nouercæ Stratonices ægrũ, ſanauit. Manu enim cordi admota, ex palpitatione, quoties Stratonicen fortuitò prætereuntem uideret, amorem deprehẽdit. Sepultus eſt iuxta Mycalẽ montẽ, è regione Sarni. Scripſit medicos li. IX.

*Antiochus. Stratonice.*

ERATOSTHENES, Aglai ſiue Ambroſij F. Cyrenæus Ariſtonis Chij philoſophi, & Lyſaniæ Cyrenæi grammarici, & poetæ Callimachi diſcipulus. Accerſitus Athenis à tertio Ptolemæo, uixit uſq; ad quintum. Quia uerò in omni doctrinæ genere ſecundas à ſummis ferebat, (τὰ βήματα ἐπεκλήθη) graduũ cognomen habuit. Alij Platonem alterum, alij Quinquercionem dixerunt. Natus eſt CXXVI Olympiade: obijt anno ætatis LXXX ex inedia, propter aciem oculorum hebetatã, diſcipulo inſigni relicto Ariſtophane Byzantio. cuius rurſus diſcipulus fuit Ariſtarchus: qui & ipſe diſcipulos habuit Mnaſeam, Menandrum, & Ariſtidem Scripſit philoſophica & poemata & hiſtorias, aſtronomiam, ſeu ſitũ ſtellarum, De ſectis philoſophorum, De uacuitate doloris, Dialogos multos, & de Grammatica.

*Ariſtophanes. Ariſtarchus. Scripta.*

ERGANE Minerua dicitur, quòd operum muliebrium ſit inſpectrix.

ἐργαστήριον.) Polybius: Nemo eſt quin eam urbem conſpicatus, officinam belli, ut ait Xenophon, diceret.

*Vrbs officina belli.*

ERGISCE, Thraciæ locus, ab Ergiſco Neptuni & Abæ nymphæ F.

ARGOCLES, & Ergophilus, duces Athenienſium.

ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.) Quam quiſq; norit artem, in ea ſe exerceat.

ἔρρε κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ μερὶς, ἔρρε ποθ' ἅδαν, ἔρρε τὸν οὐ Σπάρτας ἄξιον ὃν ἔτεκον.) Abi in malam rem catule degener, mala portio, abi ad Orcum: Abi tu, quẽ Spartã indignũ peperi. O' Xenophanes, Diagoræ, Hippones, Epicuri, & omnis reliquus grex infelicium, & Dijs inuiſorũ, abite in malam rem.

*Lacæna filij interfectrix.*

ἐρεβοδιφᾶν.) Palpare in tenebris, inquirere ſubterranea & infera.

ἐρέθισμα.) Ad ſingulare certamẽ illũ prouocabat, cum deriſu. Is uerò principiò ſe continebat: pòſt, contumeliã non ferens, equum in eum incitauit.

ERESIVM, urbs Bœotiæ.

ἐρέσσων.) Nõ amplius me, ut prius, denſis alis plaudens, lecto expelles, mane experrectus. *Gallus.*

ἔρρει.) Proſpero Fortunæ flatu utebatur, & in omnib. ad optatos exitus peruehebatur. *Proſperitas.*

ἐρήμη δίκη) Deſertũ uadimoniũ, cum reus, qui ſe iudicio nõ ſiſtit, cõdemnat̃.

ἐρήμην ἁλῶναι, indicta cauſa damnari.

ERITHACVS, auis ſolitaria, & non gregalis: quam Syluiam, nubeculã, ſiue ruticillam dici putant.

ἐριννύς.) Erinnys, Furia, Infernus, & maleficus dęmon. Iuxtà Erinnys homicida, ex ore fatalem miſit uocẽ. ἐριννύων διαρρὼξ, Furiarum propago. De turpibus & deformibus.

ἐριοπωλικῶς πεποίηκας.) Verba madefeciſti, quo grauiora eſſent, ut mercatores lanam. At tu uerbum uolucre inſeruiſti.

ἔρις.) Lis litem gignens, ambit aliam orationem. De ijs qui amicè inter ſe cõfabulantur.

ERIPHVS comicus. Dramata eius ab Athenæo XIIII Dipnoſophiſtarum recenſentur: Aeolus, Peltaſta, Melibœa.

ἑρκεῖος ζεύς.) Herceus Iupiter, cui aræ intra (curiã) aulã extructæ erãt. Ius ciuitatis habebãt, q Ioue Herceũ habebant.

ἔρκος.) Aelianus (τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου.) Totius uitæ finis expectandus, neque ſe quiſquam in beatis ante obitum numerare debet. Incertæ ſunt enim res humanæ, dũ anima ulli eſt intra ſeptũ dentiũ.

HERCVLIVS, ſine ullo prætextu ſæuus erat, & tyrannicus, animiq; ſui aſperitatem toruitate uultus præ ſe ferebat. Itaq; prorſus ingeniũ ſecutus ſuum, Diocletiani etiam ad omnia cõſilia inhumana & aſpera ultrò ſe miniſtrum præbuit. *Herculij crudelitas.*

ἑρκύνιοι δρυμοί.) Hercynij ſaltus ſunt, à quibus Iſter nauigabilis à fontibus attollitur.

ἕρμα) At Hercules ſaxa ingẽtia in Oceani fauces coniecit, quo impedimento eſſent belluis accedentibus.

HER-

HERMAGORAS Amphipolitanus philoſophus, Perſei diſcipnlus. Dialogi ei⁹ ſunt: Miſocyon, id eſt canum ſeu Cynicorum oſor: Vnus liber de calamitatibus: Ecchytum, id eſt effuſum, tractat ouorum inſpectionē: De ſophiſta, ſeu ratione docendi, aduerſus Academicos.

Hermagoras, Temni Aeolenſis F. cognomento Carion, ſcripſit Rhetoricos libros V. de expolitione, de decoro, de genere dicendi, de ſignris. Romæ docuit unà cum Cæcilio ſub Cęſare Auguſto, obiit prouecta ætate.

ἑρμαφρόδιτος.) Hermaphroditus: qui aut ntrumq; ſexum habet, aut turpiter & facit & patitur, aduerſus & auerſus impudicus.

ἑρμαῖ.) Hermæ Mercurij. Menecles ſiue Calliſtrates in opere de Athenienſib. ſic ſcribit: A' uaria porticu uſq; ad regiā, ſunt ſtatuæ, qnæ Hermæ dicuntur: unde locus id nomen accepit, quòd multæ ibi & à priuatis & à magiſtratib. dedicatę eſſent: quarum quidam Hipparchei Hermæ dicebantur, ab Hipparcho Piſiſtrati F. Fuerunt item Hermę ſaxei & in ędium ueſtibuliis, & in fanis.

ἑρμαῖον.) Primitiæ ad ſtatuas Mercuriales in uiis collocabantur, quas uiatores ederent: itemq; acerul lapidum Mercurio ſacri in uiis obſcuris.

ἑρμαῖον.) Omnis uir bonus prædæ eſt malis: habent improbi ſuos reditus ex altera parte.

*Ammonius. Heliodorus. Damaſcius. Theodote. Iſidorus.*

HERMIAS philoſophus, Ammonij & Heliodori diſcipulus, Damaſcij pater, ſummus amicus Aegypti, fratris Theodotes, matris Iſidori philoſophi. Erat autē Aegyptus uir diſcendi cupidus. Fuit Hermias natura bonus & ſimplex, philoſophatus ſub magno Syriano, induſtria nullo ſodalium inferior, ac ne ipſo quidē cōdiſcipulo uetere Proclo: ſolers & acutus ſupra modum, ut Aegypto morienti iureiurādo cōfirmaſſe perhibeatur, animā eſſe immortalem, & interitus expertem. Eā fiduciā illi faciebat uitæ integritas, naturam corporis auerſata, & ad ſeſe cōuerſa, ſeparationē animaduertēs, atq; ipſam adeò immortalitatē. Nā eloquentiæ ille quidē à perfectione aberat: ſed in uirtute ita præclarè exercitatus, ut nec Momus illū reprehēdere, nec liuor odiſſe poſſet. Tāta erat māſuetudo uiri, tāta integritas. Nā ſi quid emebat, librū præſertim, ſi uenditor fortè illū minoris indicaſſet, plus adijciebat: iuſtumq́; licet multò maius, precium perſoluebat.

*Syrianus. Proclus. Aegyptus. Animæ immortalitas. Aequitas.*

ἑρμαῖον.) Mercuriū filium eſſe dicunt Iouis & Maiæ, quaſi Mentis & Prudentiæ dicas: unde oritur oratio: quam propter celeritatē faciunt uolucrē. nihil eſt enim ea uelocius: & Homerus alata uerba dicit. Fingunt eum adoleſcentulum, quòd non ſeneſcit oratio: atq; etiā quadrangulum, ob ueri ſermonis firmitatē & cōſtantiā. Veritas enim undecunq; ſui ſimilis eſt: mēdacium uerò uariū eſt, ac multiplex, ſecumq́; ipſum minimè cōſentit. Lucri quoq; autorē, & mercatorū inſpectorē faciunt: eaq; de cauſa marſupiū illi tribuūt. Etiam Phœnices deos ſuos fingunt ſacculos ferētes, ꝙ aurū ſit principatus ſymbolum: eoſdemq́; Gręci armatos, quòd armis ſubigantur homines.

*Oratio mentis & prudentiæ F. Veritas. Mendacium. Deorum loculi, arma.*

ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος.) Mercurius ter maximus, ſapiens Aegyptius, ante Pharaonem floruit. Ter maximus autem dictus eſt, quòd de Trinitate locutus eſt, in trinitate unā eſſe Deitatem aſſerens. * Sic fuit lumen intelligens ante lumen intelligens, & fuit ſemper mens mētis lucida, & nihil aliud fuit huius unitas (ꝗ niſi, ꝓ ꝗ fortè legendum) & ſpiritus omnia cōtinens. Extra hunc nō eſt Deus, nō angelus, nō eſſentia ulla alia. Omnium enim Dominus eſt, & pater, & Deus: & omnia ſub ipſo, & in ipſo ſunt. Nā ſermo eius, q eſt undiq; perfectus & fœcundus & opifex in fœcunda natura * puer & genitabili (ſpiritus) aqua fœcūdam fecit aquā. His dictis, preces ſubijcit huiuſmodi: Obteſtor te cœlum, magni Dei ſapiens opus: obteſtor te uocem patris, quam locutus eſt primam, cum omnem mundū firmauit: obteſtor te per unigenitum ſermonem & patrem omnia cōtinentem, propitius propitius eſto.

*Trinitatis aſſertor. Obteſtatio.*

Hermias eunuchus Atarnites (quę prouincia eſt Myſiæ ad Helleſpontum, cui præfuit, regi Perſarum dicto audiens) eunuchus cū eſſet, & ſeruus Eubuli, Bithyni principis & philoſophi, ab Ariſtotele eruditus animum ſcripſit eſſe immortalem. Hic eunuchus ille eſt ter uenditus, Ariſtoteli familiaris; cui filiam ſuam adoptiuam in matrimonium collocauit. Hippocratis uerſus iambicus:

*Eunuch⁹ cū eſſet, ac ſeru⁹ imperauit Hermias.*

Hic ꝗuis cōfractis eſſet teſticulis, tamē ex uxore ſua filiā Pythiadē procreauit.

*Filia ſi adoptiua fuit: ab eunucho quomodo procreata fuit?*

HERMIPPVS Atheniēſis, comicus antiquæ Comœdiæ, luſcus, Myrtili comici frater, edidit fabulas XL.

Hermippus Berytius, è uico in mediterraneis, diſcipulus Philonis Biblij, à quo commendatus eſt Herennio Seuero, ſub Adriano Imperatore, quamuis ſeruili genere ortus. Fuit ualde eloquẽs, & multa ſcripſit.

*Praecox ingenium.* HERMOGENES Tarſenſis, cognomento Xyſtor, ſophiſta, quẽ & Muſoni philoſophus & Marcus imperator audiuit. Fuit ingenioſiſſimus, in adoleſcẽtia tamẽ magis quã adulta ætate. Cũ enim annũ ætatis 24 attigiſſet, errore mẽtis affectus, à ſeipſo degenerauit, ſine ulla cauſa aut morbo corporis, ut Antiochus ſophiſta de eo per riſum dixerit: Hermogenẽ inter pueros ſenẽ, inter ſenes puerũ eſſe. Annos natus circiter 18, ſcripſit artẽ Rhetoricã, quæ in manib. eſt omnibus. de Statibus lib. 1 de Figuris lib. 2. de Cœleſyria lib. 2. De hoc Philoſtratus Lemnius ſic inquit: Hermogenes, quẽ Tarſi genuerũt, anno ætatis 15 tantã gloriã eſt adeptus, ut Marcus imperator eius audiendi amore caperetur. Auditoriũ igitur ingreſſus Marcus, eo diſſerente eſt delectatus, & extẽporè loquentẽ admiratus, ſplẽdidis munerib. donauit. Ad uirilem aũt ætatẽ cũ ueniſſet, nulla euidenti de cauſa uel morbo, habitũ illũ & facultatẽ amiſit. Vnde facetiarũ occaſionẽ præbuit *Alata uerba.* inuidis, qui dicerẽt: uerba omnino alata eſſe, ut dixerit Homerus, quæ Hermogenes tanquã alas amiſiſſet. Cum apud *Facetiæ.* Marcũ Imperatorẽ diſſereret: Adſum, inquit, tibi imperator, pædagogo egẽs oratore, & oratorẽ ætatẽ expectãs: pluraq; *Cor piloſum.* alia ſcurrilia dixit. Obijt ſenio cõfectus, unus de populo habitus. Deſpectus enim fuit, cũ eſſet ab arte deſtitutus. Mortuum inciſum eſſe ferũt, & cor eius piloſum, & magnitudine natura humana lõgè maius inuentum eſſe tradunt.

HERMOCOPIDAE, qui ſtatuas Mercuriales truncarũt, in Siciliã nauigaturi.

HERMOLAVS grammaticus Conſtantinopolitanus, ſcripſit compendiũ *Stephani Epitome.* libri Stephani de Gentibus, Imperatori Iuſtiniano dedicatum.

HERMVS, Atticę municipium eſt, Acamantiæ tribus.

ἑρμώνιος χάρις.) Hermoniũ beneficiũ. Quod neceſſariò dat, nõ ex animo, ſed *Hermon Pelaſgus.* fictè: amicitiæ ſimulatione, nõ uerè. Hermon enim rex Pelaſgorũ, Dario Thraciã inuadente, & omnia ſubigente: Lemnũ Athenienſibus per beneficij ſpeciẽ conceſſit, cum reuera Datium timeret.

ERAEADAE, municipiũ Atticæ, Hippothoontiæ tribus.

ἔρως.) Amor, ſeu Cupido. Nullus amor *Amor honeſtus, caſtus.* eſt elegãs. hæc propoſitio in uniuerſum pronunciãs, refutatur: quòd non omnis amor ſit malus. Diuidimus enim amorem, in uehementem rei ueneræ cupiditatem (ut Epicurus dicit) qui ſcitus eſ- *Epicurus.* ſe nõ poteſt: & in conatum induſtrię, ſuſceptionemq; laboris, ob pulchritudinẽ elucentem, ut Stoici dicunt: aut in recor *Stoici.* dationem conſpectæ aliquãdo pulchritudinis, ut Plato. Elegantes enim hi ſunt *Plato.* amores. Cum autem hoc poſitum ſit, ſapientem amaturũ eſſe: refutare hoc uolentes, definiemus quid ſit amare: dicemusq; eſſe, amore alicuius capi. Sed quia nondũ clarũ eſt id quod dicitur, ad amoris definitionem progrediemur: in quo definiendo, ſi ſumpſerimus, brutam eſſe cupiditatem uoluptatis, à pulchritudine corporis oriundæ: aut, uehementem uenerearum rerum appetitum: propoſitionem refutauerimus. Hęc enim aliena eſſe ſapiente, conſtat. Item, ſi uehementẽ appetitum definierimus: quoniam uox uehemẽs rurſus obſcura eſt, eã oratione explicabimus. Amorem aiunt eſſe conatũ & cupiditatem (induſtriæ) beneficentiæ propter elucentem pulchritudinem: ne- *Thraſonides.* que eſſe coitus, ſed amicitiæ. Nam Thraſonidem quidem, quamuis dominũ mulieris, ab amica abſtinuiſſe, cui ſe inuiſũ eſſe noſſet.* Eſſe igitur amorem amicitiæ:* non mitti diuinitùs. Formam, eſſe florem uirtutis. Amor eſt primum & maximum elementum latè patentis rerum naturæ hiſtorię, & induſtria atque ſolertia: hic eſt pulchrorum, atque etiam bonorum omnium acerrimus indagator. Damaſcius.

ἐρώτησις.) Interrogatio probabilis, propoſitio dialectica. Non omnis ergo propoſitio eſt interrogatio, ſed Dialectica. Non omnis interrogatio eſt propoſitio dialectica. ſunt enim plura interrogationis genera. Nam qui interrogant, aut de *Accidens.* accidente interrogant: ut, Qui ſit ignis *Subiectum.* naturalis motus? aut quid Socrati euenerit? Aut uice uerſa, definiunt accidẽs, & ſumunt in interrogatione: id uerò cui accidit, id eſt ſubiectum, cognoſcere ſtudent. ut ſi quis roget, album aut nigrum cui animanti accidat? &, quodnam bonum ſit per ſe expetendum? & quis ille ſit, qui ſedet? Eſt & aliud interrogationis genus (ἐκ περιουσίας) ex abundantia, eum pro-

prolato eo, ꝙ in quęſtione eſt, dicit interrogans: Quid eſt homo? eſſentiam enim rei cognoſcere ſtudet, nõ accidẽs illius. Tertium interrogationis genus eſt, ueluti cum quis de propoſitione interrogationem aut reſponſionem poſtulans, alteram contradictionis partem dicit: ueluti, Eſt'ne mundus rotundus? Sub hoc genus interrogationis cadit propoſitio dialectica,

ἔρσῃ.) Cicadæ rore paſcuntur.

ἐρυγὴ.) Ructus, eſt flatus occultus, in feruore alimenti abruptis bullis, per ſuperiora exhalans.

ἐρύθημα.) Nullũ pratũ irriguũ & tenerũ & fœcundum uerno rore, ruborẽ æquè amœnũ & riſum ſuauiorẽ gignit. At ille frontẽ etiã perfricat, nec mutat colorẽ.

*Erythræũ mare.*

ἐρυθρὰ θάλασσα.) Erythræum mare dicitur ſinus Perſicus, non à rubro colore fluctuum, ut nonnulli putãt: ſed à quodam Erythra, illis in locis rerum potito.

ERYTHRA urbs Ioniæ, cuius ciues Erythræi.

*Erythrij benignitas.*

ERYTHRIVS pręfect⁹ ſub Zenone, cũ neq; fiſcũ ſufficere cerneret: neq; on⁹ imponere maius tributis, q̃ cõſtitutum eſſet, ſuſtineret: aut improbè quicquã facere, quippe uir humanus: * eorum quę deberẽtur donatione à Zenone petita, magiſtratu abiit, cum dolore ciuitatis. Solus enim ille ex ijs qui tũ in Republica uerſabãtur, ad cõmune omniũ bonũ natus erat: qui & petentib. celeriter gratificaretur, neq; ullũ ex ueterib. inimicis ulciſci uellet. Fiſcus aũt tũ ad ſummã penuriã redierat: ut nihil eſſet reliquũ. Nã quæ Leo moriens in fiſco reliquerat, celeriter à Zenone exhauſta erant omnia: cùm inconſultè amicis largiendo, tũ nõ eam diligentiam adhibẽdo, ut aliorum quoq; furta deprehenderet.

*Zenonis profuſio & negligentia.*

ERYMANTHVS, Arcadiæ mõs: unde aper Erymanthius, ab Hercule occiſus.

ERCHIA, municipiũ Atticæ tribus *. unde Archiadæ, & Erchienſes.

*Memoria inſignis.*

ESDRAS, ſub * Xerxe rege Perſarũ, legis peritiſſimus, libros qui deſiderabãtur, è memoria depromptos, cõſcripſit, gentiq́; ſuæ tradidit.

ESTHER, Iudaicæ gẽtis puella, regiũ apud Artaxerxem, cognomẽto Longimanũ, eſt adepta honorẽ: ſuosq́; populares, inter quos & Mardochæum auunculũ, defendit: qui regi inſidias detexerat, quas propter edictũ regiũ contra Iudæos, in oſcuro loco deliteſcens, audierat.

ESSAEI, Iudæi aſcetæ, id eſt, in ſtudio pietatis ſeſe exercẽtes, à phariſæis & ſcribis è diametro differentes: poſteri Ionadabi, filij Rechabi, iuſti illius: inter ſeſe amantes, & aliis uerecundiores, uoluptatem tanquam probrum auerſantes, temperantiam & continentiam & uacuitatẽ à perturbationibus uirtutem exiſtimantes. Ac coniugium illi quidem deſpiciunt: ſed alienos pueros adoleſcentulos adhuc, ad ſe receptos & pro cognatis habent, & ſuis inſtitutis erudiunt: omne flagitium exterminant, dictionem moratam curant, contemplationi plerunq; addicti. unde etiam dicti ſunt Eſſæi, id eſt contemplatores.

*Filij adoptiui.*

ἐσθίων.) τρώγων γλυκερὰ, πικρίας ἕξεις τρόπους: Edens dulcia, mores acerbitatis habebis. ὀνειροκριτικόν.

*Explicatio ſomnij.*

ἐς κεφαλὴν σοι.) In caput tuum. Hoc reſponderi ſolet male precantibus.

ἐς κόρακας.) Ad coruos. Bœotiis, q Arnen quondã incolebãt, dictũ fuit ab Apolline, tũ eos ea regione pulſum iri, cũ albi corui apparuiſſent. Adoleſcẽtes aũt quidã ebrij coruos ceperũt, & per ludibriũ gypſo inductos dimiſerunt. Quib. Bœotij uiſis, perturbati ſunt, quaſi exitũ iam ſortiente oraculo. Itaq; adoleſcẽtes tumultum illum ueriti, fugerunt, & locũ quendam incoluerunt, quem coruos dixerunt: quò poſtea Bœotij delinquentes relegarunt. Alij dicunt, eò ſic dici, ꝙ hoc animal ſit impudens, & ominoſum hominibus. Ariſtoteles autem ait, peſtilentia graſſante, cum multi corui eſſent, eos ab hominibus captos & repurgatos ſiuiſſe uiuere: & peſtilentiæ dixiſſe, Fuge ad coruos. Aeſopus uerò fabuloſè tradit, magnum graculum ſe coruis parem ratum, ad illos ſe cõtuliſſe: à quibus cum uinceretur, ad graculos rediјſſe, qui indignati, eum cędẽtes dixerint: Fuge ad coruos. Ariſtides cenſet, ideo ſic dici, quòd corui in aſperis & præruptis locis nidificent: ut Ad coruos, ſit idem quod, In tenebras, in interitum.

*Albi corui.* *Coruorum natura.* *Peſtis ad coruos relegata.* *Aeſopi graculus.* *Nidi coruorum.*

ἐς ἀλεκτρυόνας ὀρνίθας μαχομένους.) Quando gallos committunt, alliis paſcunt, quò acriores ſint in pugna.

*Galli pugnaces.*

ἐς μασσαλίαν πλεύσειας.) Maſſiliam nauigato. De effœminatè molliterq́; uiuentibus. Nam Maſſilienſes effœminatè uiuebant, uariis ueſtibus, iisq́; talaribus & unguentis utentes.

*Maſſilienſiũ mollicies.*

ὁ ἔσω ἄνθρωπος.) Internus homo apud Apoſtolum, eſt anima: externus, corpus.

*Pars pro toto.*

Eſt

Eſt enim cum ex parte rotum nobis animal cognoſcitur: ut, Effundam de ſpiritu meo ſuper omuem carnem: & Moſes Iſraeliras alloquens: In LXXV animabus, inquit, deſcenderunt patres tui in Aegyptum.

ἰσωματ-πία.) Polybius: Veluti caſus, *Scipio.* & Fortuna quædam, ira res geſtas Scipionis exornabat, ut illuſtriores ſemper & maiores expectatione uiderentur.

*Arceſilaus uecors.* ἱσπασας.) Arceſilae, quid mihi tantum meri auidè exhauſiſti, ur in mentis errorem arq; amentiam incideris?

*Veſper.* ἕσπερ☉.) Parmenides, uel (ut alij) Pythagoras, primus deprehendit, eundem *Lucifer.* eſſe Heſperum & Luciferum.

*Delicati.* ἱσπύδαζον.) Polybius: Veſtibus & ſer*Imbelles.*uitiis magnoperè ſtudebant, & plerique ſupra facultates ornabantur: arma uerò negligebant.

ἰς πῦρ ξαίνεις) Ignem diuerberas. De iis quæ fieri nequeunt.

ἰς τέφραν ἢ ὕδωρ γράφεις.) In cinere aut aqua ſcribis. De iis qui fruſtra laboranr.

ἱστεφάνων.) Athenienſes, læta nunciantibus, & aduocatis ſuis, coronas honoris ergò decernebant.

*Tellus.* ἑςία.) Veſta. Mulierem fingunt Tellurem, tympanum geſtantem, quod uentos in ſe concludat.

*Veſtales Helenæ.* ἑςιάδες.) Veſtales uirgines. Sacrificulę, quas Helena Conſtantini Magni mater, poſt inuenta ſancta & precioſa ligna, tēplo extructo in ſepulchro Domini, inſtituit, decreto uictu è publico. Quibus peractis, octogenaria circiter, uitam cū morte commutat. Filius uerò, eius corpus Romę in palario ſepeliuit. Syneſius: Non dixerim, eos arcani aliquid cælare, ſicut Veſtales ignem.

ἑςίᾳ θύομεν.) Veſtæ ſacrificamus. De ſacris domeſticis, unde nihil aufertur.

ἑςιάτωρ.) Epulum prębebant tribubus alij ultrò, alij ſorte delecti.

ἐςὶν.) Lucerna corporis eſt oculus.

ἐςί τις δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς μηδένα καταφρονεῖν, ἀνθρώπους ὄντας.) Eſt Vindictę quidā *Vindicta.* oculus, mortaliū nemini cōtemnendæ.

ἑςωμυλάμην.) Ariſtophanes: Da ueniam, ſi quid homo pauper dixi, & nugatus ſum.

ἐςρατήγησε μετ' ἐρασινάδου.) Dux fuit cū *Eraſinades.* Etaſinade. In calamitoſos. Nā qui ad Arginuſas rem malè geſſerant duces, hic, Thraſyllus * Pericles & cæteri, qui non ceſſerant: publicè interfecti ſunt. Eraſinades etiā ultrà, peculatus & Helleſpontiæ pecuniæ ſutreptæ accuſatus.

ἐσφαλκέναι.) Suā quoq; domū, quantū in ipſo fuit, labefactauir, ob ꝓpenſionē & defenſionem partis huius.

ἔσχατα ἐσχάτων κακὰ διαπέπρακται.) Extrema extremorum mala perpetrauit. Prouerbium, de improbiſſimis. Sicut, Atrociano atrocior: Caninio caninior, id eſt impudentior.

ἔσχατα κακὰ) Mala extrema perpetien*Ciues. Hoſtes.*da potius à populatibus, quàm hominibus perfidis deditio facienda.

εἰς ἔσχατον μυσῶν πλεῖν.) Ad extremum Myſorū nauigare. ἔσχατ☉ μυσῶν πλεῖ.) Extremus Myſorum nauigat *. Græcis peſtilentia laborantibus, oraculum redditum eſt, ut ad extremum Myſorum nauigarent. Qui cum initio dubitarent: tādem in extremitatibus Myſorum, Aeoli*Oraculum. Aeolis.*dem repererunt. Alij dicunt, Telepho, *Telephus.* quo loco parētes ſuos reperturus eſſet, ſciſcitanti, hoc reſponſum ab Apolline fuiſſe, ut ad extremū Myſorū nauigaret. Cum autē in Teuthraniā, quæ loca Myſi tenerent, perueniſſet: incidiſſe in matrē ſuam. Prouerbiū pertinet ad eos, quibus difficilia mandantur.

ἐσχεδίαζον.) Polybius: Omnia prorſus ab initio ad finem uſq; perpetua ſerie; negligenter & perperam eſſe facta.

ἑταίρα.) Scipio ſcorta, haruſpices, uates *Onera castrorum.* caſtris expulit: quibus milites reb. aduerſis terriri utebantur.

ἑταῖραι κορίνθιαι.) Meretrices Corinthię: *Corinthiæ meretrices.* Lais, Cyrene, Læna, Synope, Pyrrhine, Scione, Rhodopis Thracia: cōſerua Aeſopi, fabularum ſcriptoris, quæ libertatē cōſecuta, in Aegypto manſit. Ariſtophanes in Pluto: Atq; etiam meretrices aiūt Corinthias, Si quis eas appellet pauper, non auſcultare: Sin diues, ſtatim illi podicem obuertere.

ἑταῖροι.) Plato & cæteri philoſophi ger*Eruditi ſodales.*manos eruditiōis amatores, ſodales uocabāt: quos & Iulianus imitabatur, in cō*Iulianus.*greſſibus eruditorū omnes ſodales appellans, non elatus imperio.

ἑταιρῶν.) Lex fuit Athenis, ut meretri*Meretricū ueſtitus.*ces ueſtes ferrent floridas: id eſt, ut opinor, uarias, aut ornatas & uiridas.

ETEOBVTADAE, familia Athenis magna & clara, poſteri Butæ ſacerdotis. *Butes.* Ex his deligebātur ſacerdotes Athenis, & Mineruæ urbanæ ſacrificula.

ἐτεὸν.) Vere'ne cenſes eſſe deos?

ἑτεραλκὴς νίκη.) Victoria in alterā inclinans partem, cum uicti uincunt.

ἑτε-

ἑτέρου.)Homerus: Aequè ille mihi inuiſus eſt,ac portæ inferorũ, Qui aliud lingua prõptũ, aliud pectore clauſũ habet.

ἑτερόστομος φάλαγξ.) Anceps phalanx uocatur, quæ ſic incedit, ut duces ſuos partim in ſiniſtro,partim in dextro latere habeat collocatos.

ἐτησίαι).Eteſiæ,uenti quotannis ſpirãtes adulta æſtate:quòd Sol à meridianis partib. in Septentriones euectus, & factus altior,humores reſoluit:qui reſoluti,& in aerẽ ac ſpiritũ cõuerſi,gignunt Eteſias,qui à Septentrione in Auſtrum feruntur,atq; in altiores Aethiopiæ montes multi & denſi incidentes, pluuias cient,quibus inundat æſtate Nilus,è meridionalibus & ſiccis locis fluens.

*Nili inundatio.*

ἐτίθετο.) Viſionem ſomniorum nihil curabat.

ἐτιμησάμην.)Equidem omnibus meis opibus redimerẽ, ut,ſublato Antonio, Cicero ſupereſſet.

*Cicero.*

ἔτισε.)Pœnas facinorũ dedit, nõ celeri morte extinctus, ſed lento ſupplicio conſumptus.

*Iugum Dei excuſſum.*

ἐτραχηλίασεν.)Iugũ Dei omnipotẽtis, inſtar tauri contumacis,excuſſit. Iob.

ἔτρυχεν.) Tellus ſterilitate occupata grauiſſimè illos afflixit.

*Periculum.*

ἔοικα βοῦς ἐπὶ σφαγὴν μολεῖν.)Bouis inſtar uideor ad mactationem uenire.

εὐίκασι.) Similes ſunt Laconicis Pyli capitis. Prouerbiũ,in pallidos & extenuatos. Pylus urbs eſt Laconiæ, ubi Cleon dux captiuos abduxit è Sphacteria:quos & metu captiuitatis, & quòd diu in deſerta inſula,& omni cõmeatu deſtituta obſeſſi, & poſt captiuitatẽ longo tẽpore in uinculis detenti eſſent,pallidos & tenues & deformes fuiſſe, conſentaneũ eſt.

εὔα.)Eua prima mulier, & primum delictum mundi:quamuis eam maritus Adam uitam appellaſſet, ut matrem futuram uiuentium.

εὐαγγέλιον.)Euangelium, res pulcherrimas annunciat.

EVANGELVS comicus:cuius,Athenæo autore, fabula eſt ἀνακαλυπτόμενος, Retegendus.

εὐαγής.)Pieriam tubam,uerſatiliũ grauem hymnorum Fabrum, detinet Pindarum hic puluis.

*Pindarus.*

*Aeneas.*

εὐάγκαλον.) Aelian⁹: Aeneas patrẽ humeris ĩpoſitũ extulit,filio pio leue on⁹.

εὐαγόρας.) Euagoras Lindius hiſtoricus,uitã ſcripſit Timagenis, & aliorũ doctorũ:quęſtiones ordine alphabeti:Thucydidis artẽ oratoriã libris V. Quæſtiones Thucydideę dictionis:hiſtoriã Aegyptiorum regna continentem.

*Timagenes.*

EVAGRIVS uaria ſcripſit,& cõmentarium in prouerbia Salomonis.

EVATLVS,improbus fuit orator.

εὐανακλήτους.) Placabilem & facilem ſe præbere ijs qui ſuccenſuerint & deliquerint.

*Panathenæa.*

εὐανδρία.) Dinarchus:In Panathenæis præſtantiæ uirorum certamẽ agebatur.

εὐαρμοστότερος.) Videbatur ad omnia tempora Piſiſtrato eſſe accõmodatior: quòd & profundiore eſſet ingenio,&cõſtantior quàm confidentior.

*Piſiſtratus.*

*Conſilium.*

εὐβουλία.)Cõſiliũ.i. capiẽdi cõſilij prudẽtia,ſcientia uidẽdi quib. rebus & quo modo agendis utiliter acturi ſimus.

EVBVLVS demagogus clariſſimus, diligẽs atq; induſtrius, cũ magnã pecuniã coegiſſet,eã Athenienſib. diſtribuit. Vnde factũ, ut ciuitas illo gubernante ignauiſſima & deſidioſiſſima euaderet.

*Liberalitas ignauiæ mater.*

EVBVLVS Cettius Athenienſis, filius Euphranoris,comicus,edidit fabulas XXIIII.Fuit Olympiade CI,mediæ & ueteri comœdiæ affinis.

*Oraculum.*

εὐγενέστερος κόδρου.)Nobilior Codro,Melanthi Meſſenij F.(patris Medõtis & Nelei)qui à Medonte fuit ortus,& Neleo. Hic Codrus,cũ Dorienſes bellum Athenienſib.inferrent,quòd exules Pelõpõnenſiũ,atq;,inter alios, Melanthũ ſuſcepiſſent:oraculo accepto,fore ut urbẽ caperent,ſi regi hoſtiũ pepercisſent: oraculo cognito, lignatoris habitu ſumpto, Dorienſiũ excubias adortus,unũ ex militib.occidit.Reliqui igitur,ut Eudemus tradit,irati, cõprehẽſum eũ occiderunt: qui oratores Codrum pro honorato dicere affirmat.Alij ſic narrant: Codro Athenis regnante, cum Laconia ſterilitate laboraret,uiſum eſſe Lacedæmoniis, Athenas expugnatũ ire: pulſisq; Atticæ incolis,inter ſeſe partiri agros. Cõſultoque oraculo,& reſpõſo accepto,potituros urbe,niſi Regẽ occidiſſent:expeditionem ſuſcipiunt. Sed Cleomenem Delphum,qui oraculũ audiſſet,id miſiſſe Athenienſibus. Quo Codrus cognito,pgreſſus ex urbe,ſarmenta collegerit:quẽ cum duo rogarent,quis eſſet?altero falce occiſo,ab altero fuerit interfectus.

*Mors pro patria oppetita.*

*Cleomenes Delphus.*

EVGENIVS Trophimi F. Auguſtopolitanus, Phryx, grammaticus, docuit Conſtantinopoli, in primis clarus iã ſenex,ſub Anaſtaſio imperatore. Scripſit

dimen-

dimenſionem membrorũ Melici carminis XV fabularum Aeſchyli, Sophoclis, Euripidis. De Pœonico & Palimbachio. De nominib. tẽplorum, quomodo proferãtur: ueluti Dionyſeũ, Aſclepieum, id eſt ædes Bacchi, ædes Aeſculapij: Miſcellanea uocabula, ordine alphabetico. Habet etiã admirabilia in tono, ſpiritu, ſcriptura, fabula, prouerbio, *Accidẽtia nominũ in α deſinentiũ, cuiuſmodi eſt ἔνδεια, ᾠδία: & quomodo bifariam efferantur, & alia quædam trimetra Iambica.

*Felicitas.* εὐδαιμονία.) Felicitas, eſt uitæ proſperitas. Felix uerò, qui è uirtute uiuit.

εὐδαιμονέστερος τῶν καρκίνου στροβίλων.) Felicior Carcini ſtrobilis (nucibus pineis) id eſt infeliciſſimus. ſic Carcini poetæ filios inſectatur Ariſtophanes, ob aſperitatem corporis.

*Media contrariorum.* εὐδαιμονία.) Quædã contrariorũ medio carent: ut in homine, morb. ſanitas, albũ, nigrũ. Felix aũt & infelix, habẽt mediũ. nam ſi quis felix eſt, is nõ eſt infelix. Nõ tamẽ, ſi nõ eſt felix: neceſſariò infelix eſt. neq;.n. ſine medio opponũtur, felicitas & infelicitas. Fieri nãq; poteſt, ut uir bonus non ſit felix: & qui bonus nõ eſt, *Felix. Bonus.* cum eſſe malum neceſſe non eſt. Neque enim medio carent uirtus, & uitium: ac modeſtus homo non inſanit, nec tamen immodeſtus inſanit. Itaq; huiuſmodi cõtraria non ſunt ad confirmandum & refutandum utilia. Sed ſi Græcæ uocis originem ſpectamus: cõfirmare poſſumus, uirum bonum eſſe felicem. Si enim δαίμων cuiuſque, ut Xenocrati placuit, eſt animus: is cuius anim⁹ bene ſe habet, eſt beatus. Vir bonus igitur, cuius animus bene ſe habet, eſt beatus. *Genius animus cuiuſq;, Xenocrate autore.*

εὐδαίμων.) Multæ res inueniuntur, quę cũ notione felicis coniunctæ, proſint iis penes quos ſunt. Beatus eſt diues, uirtute præditus. Neceſſe omnino eſt, bonis apud Manes melius eſſe, malis peius. Atque etiã dum hanc uitã agunt, iuſtos ſequẽ felix gratia, iniuſtos infelix pœna. *Beatus.*

EVDAEMON Peluſiotes grammaticus, ęqualis Libanij rhetoris, cuius à ſtylo abhorrere uideretur eius dictio, ad quẽ uidetur contentioſè ſcribere. Scripſit poemata diuerſa, artẽ grammaticã, nominum orthographiam.

εὐδαίμων ὁ κόρινθος· ἐγὼ δ' εἴην τενεάτης.) Felix eſto Corinthius, aſt ego ſim Tenęates. Tenæa pagus eſt prope Corinthũ, conſitus arboribus. Prouerbiũ inde ductum eſt, quòd Corinthii in urbe magna degentes, ſint inuidioſi & occupati: Tenæatæ uerò, propter tenuitatem fortunatum quietius uiuant. *Viuitur paruo bene.*

EVDEMVS orator uaria ſcripſit: De uocabulis, quibus uſi ſunt oratores & eloquentiſſimi quiq; ſcriptores, librũ ordine alphabetico utiliſſimum.

*Salutationes.* εὖ διάγειν.) Bene degere, Epicuri: χαίρειν, gaudere, Cleonis: εὖ πράττειν, bene agere, uel, bene agi cum aliquo, aut facilè agitate, Platonis ſalutatio.

*Gloria.* εὐδικία.) Gloria deuictis hoſtibus, & pacatis rebus æqui iuris adminiſtratione parta, magis etiam conſpicuum illũ omnibus reddebat.

EVDICVS, unus ex ijs eſt, quos uniuerſæ Theſſaliæ Philippus præfecit.

εὐδοκία.) Bona Dei uoluntas.

EVDOXIVS epiſcopus Antiochiæ, ex Arabiſſa minoris Armeniæ: cuius pater Cæſari⁹, ſub Maximiano martyrij corona eſt redimitus, quãuis prius indulſiſſet uoluptatibus. Sed priores maculas, martyrij ſanguine uoluit eluere. Nam utroq; pede magnis clauis ſex trãsfixo, in ignẽ eſt cõiectus: & cũ ſtatim flãmæ admotus expiraſſet, ſemiuſtulatum & integrũ cadauer cognati eius in agro quodam, Subelo nomine, condiderunt. *Cæſarius.*

EVDOXVS Aeſchinis F. Gnidius, philoſophus, Platonis æqualis, tres habuit filias: Actidem, Delphidem, Philtidem. Aſtrologus inſignis, & multa ſcripſit eius generis. & Octaeteridem, id eſt octo annorum circuitum, & aſtronomiam uerſibus eſt executus.

εὐεξία.) Bona habitudo, robur corporis, eximia & ſumma ſanitas. In paucis rẽ non ita ſe habere repetias, ut maiori bono maius malũ nõ ſit contrariũ. Sed εὐεξίᾳ meliori ſanitate, cõtraria eſt καχεξία minor morbo. Nã εὐεξία in ſe cõtinet etiam ſanitatẽ: quo nomine maius bonũ eſt, & per ſe expetendũ. καχεξία nõ item morbũ: multi enim mala prędìti habitudine, nõ ægrotant. Morbus aũt καχεξίαν quoq; cõplectitur. Vt enim ſanitatẽ εὐεξία, ſic morbus καχεξίαν ſequitur. *Maiori bono maius malum cõtrarium.*

εὐεστώ.) Sicut ἀειεστώ, à bene & ſemper eſſendo. Democritus Abderites finẽ & felicitatẽ eſſe dicit εὐθυμίαν, animi tranquillitatẽ, nõ quæ ſit eadẽ uoluptati, ut quidã perperam accep erũt: ſed qua tranquillus eſt & cõſtans animus, nulli timori aut ſuperſtitioni aut perturbatiõi obnoxius. Eam affectionẽ cùm εὐεστώ, tum alijs pluribus nominibus appellat.

EVE-

**Eveterivs** ſub Iouiano Imperatore, doctrina & ingenij præſtantia nihilo ueteribus inferior, ſed ob molliciem animi, & ſimplicitatem, multos etiam inſontes cauſam dicere coegit.

εὐηθείας.) Nihil erat negocij, loci illius hominibus facere fucum.

εὐημερία.) Alexis in Olynthia: Proſperitas domina, & charæ Muſæ.

**Eveni** duo poetæ fuerunt Elegiaci, uterq; Parius.

εὔθετος.) Dauid: Rectos (id eſt, eos qui Deum cognorunt, erroremque reliquerunt) decet laudatio.

*Ordo.* εὐθημοσύνη) Xenophon: Præclarum cenſebat Cyrus, etiam in ædibus inſtitutum eſſe bonum ordinē: ut ſuo quidque loco poſitum, ſtatim cum opus eſſet, depromi poſſet.

*Peregrini.* εὐθενούμενοι.) Paulatim reb. eorū creſcētibus, potentiores hoſpitib. euadent.

**Evthias** quidam, ut ſycophāta, malè audiens.

*Apollonius Tyaneus.* **Evthydemvs**, magiſter Apollonij Tyanei, Tarſenſis Cilix. Apollonius ætate progreſſus, magnas in doctrina uires habuit, & exercitationis facultatem, linguæq; Atticæ, ut omnium oculi in eū conijcerentur. nam & forma cōſpicuus erat. Natum aūt annos XIIII, pater ad Eudemū ducit Tarſos Ciliciæ, à quo erudiretur. Ac is quidem aſſiduus erat apud præceptorē: ſed mores urbis ineptos iudicabat, & ad philoſophandū ibi minimè accōmodatos. *Tarſenſes deliciæ.* Nuſquā enim delicatius uiuitur: & dicaculi atq; inſolētes ſūt oēs: magis dediti (rei nauticæ) luxui & libidini, quàm Athenienſes ſapiētiæ. Vrbem perfluit Cydnus fluuius, cui aſſidēt ut aues aquaticæ. Patre itaq; exorato, effecit ut magiſter in uicinū oppidum Aegas migraret: *Aegæ.* ubi & trāquillitas apta philoſophaturo, & ædes Apollinis conſpicua hominib. eſſet. Ibi unà cū eo philoſophati ſunt & Platonici, & Chryſippei, & Peripatetici: ac ne Epicuri quidē doctrinam contempſit, Pythagoricā uerò diſciplinam ab Euxeno didicit.

**Evthyclis** comœdia ſunt ἄσωτοι Luxurioſi, ſiue Epiſtola, Athēæo autore.

εὐθυλήπτων.) Sic ſolent uehemētes cupiditates, cum deſideratis rebus non facilè potiri licet.

*Comicorū licentia.* **Evthymenes** prętor Athenis, ſub quo decretum, prætore Morychide, ſcriptum, de nemine à comicis perſtringendo, abrogatum eſt.

*Theagenes Thaſius.* **Evthymvs** Locrenſis Epizephyrius, certauit cum Theagene Thaſio pugile: ac ſuperauit quidem Theagenes Euthymum, cum inſectatione: nec tamen oleaginam corollam in pancratio auferre potuit, uictus ab Euthymo, q tres cōtinentes Olympiades uicit, coronas adeptus: non cum Thaſio illo, ſed cum alijs cōgreſſus. *Euthymi cum Alybante heroe pugna.* Idem Euthymus, etiam cū Alybante Temeſæo heroe pugnauit. Eſt aūt urbs Italiæ Temeſa: quò iuxta Siciliā errans Vlyſſes peruenit. *Temeſij genij uictima uirgo.* ibiq; quidam è nautis uirgine per ebrietatē ſtuprata, ab oppidanis lapidibus eſt obrutus. Ac Vlyſſes quidem eius interitu neglecto, diſceſſit. Cæterùm hoc interfecto, dæmon Temeſæos uexare atq; occidère ita inſtitit, ut de urbe relinquenda cogitarēt: niſi à Pythia moniti, heroem placaſſent: ſano extructo, & quotannis formoſiſſima uirgine deſponſa. Quæ cum multis annis fieri ſolita comperiſſet Euthymus: ędem ingreſſus, uirginisq; ſimul & miſericordia motus, & amore captus, ita ſe parauit, ut qui cum dæmone pugnaturus eſſet. Qui cū noctu apparuiſſet: uictū ita expulit, ut poſthac nunquā ibi conſpiceretur. uirginemq; uxorem duxit.

*Rationes qui ſh mag. ſtratu.* εὐθυνῶν.) Actio fuit in eos qui aut urbē non rectè gubernaſſe, aut legationē perperam obijſſe, aut publicū aliquod munus non rectè adminiſtraſſe uiderentur. ac iudicia quidem X uiri, Logiſtę ſeu Ratiocinatores dicti, ſortiuntur: accuſat autem qui uult. & iudicibus permiſſum eſt, conuictis mulctam irrogare. *Per clis factum.* Pericles præfectus impenſis eburneæ Mineruæ à Phidia factæ, cum L. talenta interuertiſſet: bellum concitauit, ne rationes referre cogeretur.

εὐθυρρημόνων.) Ariſtophanes: Non uult apertè ſibi dici, quod cum moleſtia eſſet auditurus.

εὐθύς.) Ariſtophanes: Mane, medium te comprehendi, ut effugere nō poſſis. Metaphora ſumpta eſt à luctatoribus, q ſic comprehenſi uincuntur.

εὐθὺ σκοποῦ.) Rectà ad metā: id eſt, accuratè. Sic εὐθὺ τοῦ Διός, Rectà ad Iouem.

*Antiochi Epheſus.* εὐκαιρία.) Antiochus rex Epheſum, ꝓpter opportunitatem, uehemēter appetebat: quòd & contra Ioniam, & Helleſpontiacas urbes, ſitum arcis terra marique obtinere, contra uerò Europā propugnaculum Aſiæ regibus commodiſſimum eſſe uideretur.

εὐκαιρίαν.) Admiratus urbis ſitum, &

 arcis

arcis opportunitatem,tam ad loca quæ in Iſthmo,quàm quæ extra Iſthmũ ſunt. Mirabantur bonitatem terræ,& Nili opportunitates. De Corintho,opinor, & Aegypto uerba fiunt,

*Gloria.* εὔκλεια,)Se non quidem in bonis numerare gloriam: ſed uehementer appetere,propter aliorũ utilitatẽ. Nam ſi philoſophi indecorè agere uiderentur:omne ex uita uerecundiæ,honorumq; morum ſtudium ſublatum iri. Ioſephus: Pluris gloriam quàm uitam faciebat.

*Secta Dialectica, & Eriſtica.* EVCLIDES Megarẽſis, è Megaris in Iſthmo ſitis,philoſophus, autor ſectæ à ſe Megaricæ dictæ: quam & Dialecticã, & Eriſticam,id eſt litigioſam appellauit. Socratis fuit diſcipulus:cui in ſchola ſucceſſerunt primùm Ichthyas, deinde Stilpon. *Ichthyas. Stilpon.* Scripſit dialogos Alcibiadem, Aeſchinem, Critonẽ, Phœnices, Lampriã, Amatorium,& alia quædam.

εὔκλειαν) πρόφρων ἡμετέραν εὐκλέισον γενεὰν,Alacer noſtram illuſtra familiam.

εὐκτὸν.) Agathias:Franci ſtrenuè urgebant, ut Narſetem capturi uiuum, & paruo cum labore bellum ad optatum exitum perducturi. *Narſes.*

εὐλαβηθεὶς.)Piſides:Non reformidaſti urgentes morbos.

εὐλαβῶς.)Philippus,cũ Achæos à bello Romano abhorrere cerneret,quouis modo ad odium eos cõcitare ſtudebat.

εὐλαὶ.) Babrius in Fabuloſis: At Pheretima Cyrenes regina, pœnas facinorum ſuorum dedit. uiua enim uermibus ſcatere cœpit.

*Benedictio.* εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ θεὸς.) Deus nobis benedicat. Homines cũ Deo benedicunt, uerba tantũ illi offerũt,reipſa benefacere illi nõ poſſunt:Deus uerò cũ benedicit:uerba facto confirmat, & benedictis bonorũ oĩs generis copiã ſuppeditat.

εὔλογον.)Probabile, rationi conſentaneũ:quod plures rationes habet, ut uerũ ſit.ueluti, Cras uiuã. Cũ aliquãdo uerba fierẽt apud Cleanthẽ philoſophũ, & Ptolemæum regem, An ſapiens opinaretur? *An ſapiens opinetur?* & quidã cũ opinari negaſſet:illum rex coarguere uolens, cerea mala punica iuſſit apponi. Sapiente uerò decepto, exclamauit rex:eum falſo uiſo aſſenſum eſſe. Cui ſapiens argutè reſpondit: ſe nõ aſſenſum, eſſe mala punica:ſed probabile eſſe,quòd ſint mala punica. *Eſſe. Probabile eſſe.* Intereſſe autem inter uiſum certò comprehendens, quæ eſt καταληπτικὴ φαντασία: & εὔλογον,id eſt probabile.

εὐλόφως.)Erecto animo cum ſeditioſis conflictatus,Socratis ſermonem,quem is(autore Xenophonte) cum Iſchomacho habuit,uerum eſſe oſtẽdit:Virũ fortem ab ijs etiam qui nocere illi ſtudent, iuuari poſſe. *Vir fortis ab inimicis iuuatur.* Facilè & fortiter exercitationem ferebat,neq; corpore uexato, neque animo afflicto. *Robur.*

*Mors expectanda.* εὔλυτος.) M. Antoninus ait: Expecta expeditus, dum receptui è uita canatur: neque iureiurando egens,neq; ullo homine teſte.

*Diuitiæ.* εὐμάρεια.)Diuitias parare, promptũ: conſeruare,non facile.

*Animo ualidus, æger corpore.* EVMENES Macedonum rex,corpore debili & afflicto,ſplendore animi damnum id penſabat: uir inter plurimos nulli ſui temporis regum ſecundus: ſed in rebus grauiſſimis & pulcherrimis maximus & ſplendidiſſimis. Qui cum primùm à patre regnum prorſus in pauca & tenuia oppidula contractum accepiſſet: ſuum principatum maximis regnis parem effecit: non tam Fortunæ ſuffragio & caſu, quàm ſolertia atq; induſtria & labore ſuo. Gloriç cupidiſſimus fuit,è ſuæ ætatis regibus: & plurimis Grçcis ciuitatibus benefecit, plurimos priuatim homines ſibi conciliauit. Tertium eſt, ꝙ fratres tres * & ætate & uigore animorum præſtantes, omnes in officio cõtinuit, ut & parérent ipſi, & ſatellites eſſent,& regni dignitatẽ tuerentur. Quod haud temerè factũ reperias. Hic Eumenes ab Antigono ſublatus eſt,uir ſapientior cæteris Macedonibus, & in ducendis exercitib. reprehenſionis expers, ut & ad poſteros nomen eius celebretur. *Antigonus Eumenis interfector.*

εὐμενίδες.) Eumenides, ἐριννύες, Furiæ, ſũt tres: Alecto, à pertinacia: Tiſiphone, ab ulciſcendis cædibus: Megæra, ab inuidia dicta. *Alecto. Tiſiphone. Megæra.* Sunt ſubterraneæ dæmones, & (ut Sophocles ait) terribiles deæ, Telluris & Tenebrarum filiæ. Has Aeſchylus in Eumenidibus, à Minerua mitigatas fuiſſe tradit,quò æquiores Oreſti ſe prçberent. *Minerua placat Furias.* unde εὐμενίδες,id eſt benignæ atque propitiæ dictæ ſunt: quibus Oreſtes, in Areopago maternæ cædis abſolutus, nigram ouem immolarit. Prouerbiũ, ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλὰ, Alia alibi pulchra: hinc ortũ,quòd alij aliter Furias appellent, & alia nomina pulchra ducãt: Attici uerò boni ominis ergò Eumenides eas dicãt. Philemon uerò σεμνὰς θεὰς, uenerabiles deas ab Eumenidib. diuerſas eſſe dicit.

εὐμεταβολώτερος κοθόρνου.) Cothurno uer-

uerſatilior. Prouerbium, in eos qui ſubinde mutantur. Cothurnus calcei genus eſt, utriq; pedi aptum: cognomentũ Theramenis, unius è triginta.

*Initiationes. Deuotiones. Infamis Epicuri ſapientia.*

EVMOLPIDAE, genus ortũ à Thrace Eumolpo, qui initiationem excogitauit. aut à Muſæi filio, qui fuit à * ſecundo quintus. Deuouerunt eum Eumolpidæ & Ceryces, id eſt præcones. Neglectis grauibus Eumolpidarum & Cerycum, aliarumq; ſacrarum & diis chararum gentium promulgationibus, infamẽ & effœminatã ſapientiã eſt amplexꝰ.

*Lyricum certamen. Choreumantia.*

EVMOLPVS, ſiue Eleuſinius, ſiue Athenienſis, filius Muſæi poetæ, ſeu (ut q. dam tradunt) diſcipulus Orphei, uerſificator heroicus ante Homerum. Fuit & Pythionices. nam & Lyricũ certamẽ inter poetas erat. Scripſit initia Cereris, & initia ſuis filiabus tradita. Verſuũ ſũt tria millia. Scripſit & de inſpectione manuũ librum unum, ſed proſa.

*Fames.*

εὐμοιρία.) Fame urgẽte, inutiles in pomœrium eiecerunt, quos præſtaret ab hoſtib. occidi. Damaſcius: Felicitas quędam ad contemplationem & intellectionem ueri & falſi.

EVNIDAE, familia apud Athenienſes citharœdorum, qui ſacris operam nauabant.

*Sophiſticæ argutiæ in Theologiã inuectæ.*

EVNOMIVS, ſcriba Aetij, cognomẽto impij, ſub Valente imperatore, Cyzici epiſcopus deſignatus. Qui cum ex Aetij conſuetudine ſophiſticos illius mores, imbibiſſet: dum uerbis intentus, argutias comminiſcitur: ſe ijs inflatum in blaſphemiam impegiſſe nõ animaduertit: ut qui & Arij dogma profiteretur, & multifariam ueris ſentẽtijs repugnaret. In ſacris literis ita parum eruditus, ut eas ne intelligere quidem poſſet: confuſa dictione uſus, eadem ſubinde inculcans, nec is qui propoſitum ſcopum poſſet attingere: ut indicant libri 7, quos ille, & quidem inani labore, in epiſtolam ad Romanos conſcripſit: multis uerbis ira factis, ut ipſius epiſtolæ ſcopum attingere non poſſet. Eiuſdem generis etiam Orationes eius ſunt, uerbis redundantes, ieiunæ ſententiis.

*Commentarij in epiſtolam ad Romanos.*

*Benedictio pro deuotione.*

εὐνοίας.) Exercitũ, cuius execrandi ergò acceſſitus eſſet, commendatũ & acceptũ eſſe Deo. De Balaamo, ut opinor.

εὔνους.) Ariſtoteles in Topicis ait: Si oſtendere uolumus, amicum non ſemper eſſe beneuolum: dicendum eſt, beneuolum eſſe qui & rectè ſentiat, & uera & bona intelligat. non autem in omnibus rectè ſentire amicum. Verùm hic locus habet aliquid plauſibile, probabile, & dialecticum: nec tamen hoc in omnibus uerum eſt, quod eiuſdem uocis alius atq; alius uſus eſt: & etymologia ea de cauſa ſæpe fallit, ut Græci ſermonis exempla demonſtrant, εὐθάλασσος, εὔχειρ, μεγαλόψυχος, εὐδαίμων, quæ Latinè, hoc quidẽ loco, reddi commodè non poſſunt. Ad rem autem ipſam quod attinet, amici officium optabilius eſt quàm beneuoli, & amicitia beneuolentiæ pręferenda. Amici enim munus eſt, benefacere amico, idq; libenter: Beneuoli uerò, uelle tantũ benefacere. Et quia beneuolentiæ præſtat amicitia, munus etiã amicitiæ potiꝰ eſt munere beneuolentiæ. Pręſtat itẽ benefacere amicis, quàm nocere hoſtibꝰ. Eſt enim beneficentia in amicos, liberalitatis: hoſtiũ autem læſio, fortitudinis.

*Etymologia fallit ob polyſemiam. Amicitia. Beneuolentia. Liberalitas. Iuſtitia.*

εὔνους ὁ σφάκτης.) Beneuolus eſt mactator. De Oreſte, id eſt, homine inſano & miſero dici rectè poteſt.

*Epicureus ſemiuir.*

εὔνουχος.) Vir quidam fuit (ſi demus eũ fuiſſe uirum) animo diſputationibus Epicuri effœminato, & eneruato.

*Euxenus Apollonij magiſter. Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε.*

εὔξενος.) Non planè uir bonus, nec actuoſæ philoſophiæ deditus, inguinis & gulæ mancipiũ, Epicuri gregalis. Pythagoricas autem ſententias ita norat, ut aues ea quæ ab hominib. diſcunt. Nam & Salue, & Bene tibi ſit, & Deus eſto propitius, atq; id genus alia, etiam auiculæ optant, nec quid garriant ſcientes: nec hominibus bene cupientes, ſed lingua tantum informata. At ſicut pulli aquilarum infirmis adhuc alis iuxta parentes uolitant, ijsq; magiſtris ad uolatum ſe exercent: cum uerò efferre ſe poſſunt, parentes anteuertunt: præſertim cum prædæ auidos eſſe, & ob nidorem humi uolitare ſentiunt: ſic etiam Apollonius Euxenum puer audiebat, eique auſcultabat. Sed anno ætatis decimoſexto ad uitam Pythagoricam ſe contulit, à numine aliquo incitatus. Nec tamen Euxenũ amare deſijt: ſed deducto in ſuburbanos hortos, & teneros, & fontibus irriguos, Tu quidem (inquit) tuo more uiuito: ego uerò Pythagoram imitabor.

*Apollonius.*

*Pontus Euxinus.*

EVXINVM pontũ Herodotus marium omnium eſſe maximè admirabilem dicit.

EVXITHEVS, proditor Eleorum.

EVODVS, Rhodius, uerſificator heroicus, in Romana poeſi admirabilis.

lis. Fuit autem ſub Nerone. Libri eius non extant.

*Iuſiurando.* εὐόρκου.)Heſiodus:Hominis iuriſiurā di ſeruantis,id eſt religioſi progenies, poſt eum eſt melior. Ariſtophanes: Si uiri religioſi & ſancti moribus delectaris.

εὐώνυμοι.)Euonymi, id eſt ſiniſtri, Erechtheiæ tribus municipium.

εὐωρία.(Sic dicitur cura remiſſior, nec nimis ſolicita.

εὐπάθεια.) Bona affectio diuiditur in χαρὰν,εὐλάβειαν, βούλησιν: gaudium, cautionem,uoluntatem. Ac gaudium quidem, quòd ſit probabilis animi elatio, contrarium eſſe dolori:cautionē, timori (neque enim timidum fore ſapiētem, ſed cautum) cupiditati repugnare uoluntatem, quæ ſit appetitio probabilis. Quemadmodum igitur primis affectib. quædam ſubijciuntur: ſic etiam primis bonis affectionibus ac uoluntati ſubijci εὔνοιαν beneuolentiam, εὐμένειαν facilitatem, ἀσπασμὸν ſalutationem, ac potius charitatem,ἀγάπησιν dilectionem:cautioni uerecūdiam,caſtitatem:gaudio, τέρψιν delectationem,εὐφροσύνην hilaritatē, εὐθυμίαν animi tranquillitatem.

*Gaudium. Dolor. Cautio. Timor. Voluntas. Cupiditas. Beneuolentia. Facilitas. Salutatio. Verecundia. Caſtitas.*

εὐπράγων.)Ariſtophanes:Facilè in quamuis partem traduceris : adulari ac decipi te gaudes : Semper dicenti inhians,tuaq; mens cum adeſt,abeſt. Leuior erat,& ob ebrietatis ſtudium facilè mutabat ſententiam.

εὐ παράσχοι.) Si Deus uictoriam uobis conceſſerit.

εὐπάρυφα.)Diogenes canis ſplendidè ueſtitum quendam Corinthi conſpicatus:Huic,inquit,me uende.

εὐπέτεια.)Naturâ ſe omnes ad facilima quæq; conferunt.

*Hortator.* εὐ πεφυκώς.) Harmodius hortatus eſt milites, naues ut conſcenderent. Natura enim in primis aptus erat ad confirmandos hominum animos, & in ſuam ſententiam pertrahendos.

εὐπείθιος καὶ ἀρχιάδας.) Eupithius & Archiadas, Hegiæ filij. Quorum Eupithius quidem ingenij dexteritate atque induſtria præditus, moribus tamen ad idiotiſmum inclinans, & uerò abſurdius etiam aliquid quàm idiotam deceret, præ ſe ferebat : atque ( ut ſemel dicam) patre multò erat inferior. Archiadas autem ſegniter, ac potius nihil philoſophabatur,propter paternas opes aſſentationis non expertes : ſed puræ conſcientiæ ſtudebat ſupra modum, nec minus quàm philoſophi. Familiares eius inani ſpiritu ſine mente pleni erant: ac uarijs referti affectibus, ne in medio qui dem rerum gerēdarum moderationem ſeruare poterant. Μισγάγκεια κακῶν:Cōuallis malorum. Philoſophia malis alienis non læditur aut corrumpitur,ſed ſuo tantum:ut Socrates aiebat. Philoſophię dedecori fuit. Quem enim maximè con ſeruari,& ad optima quęque inſtitui decebat:eum cùm in uoluptatibus educādo, tum animos eius ſuprà quàm decebat exaggerando : ſemetipſos in omne probrum coniecerunt.

*Archiadas. Hegias.*

*Philoſophia non læditur & munus.*

οὐδὲν ἔχων ἔξαρμα φύσεως:Ingenio prædītus non excelſo.

εὐπήληκ.) Etiam galeatæ Mineruæ in haſta Cicadam uidebis me ó uir, inſidentem.

εὔπολις.) Eupolis, Soſipolis filius, Athenienſis comicus: prodire in theatrū cœpit natus annos XVII, ac fabulas edidit XVII. uicit VII. Naufragio perijt in Helleſponto, bello Laconico. Vnde edictum eſt,ne quis poeta militaret. Fabulæ eius ſunt,Capræ, Deſertor, ſeu Eſfœminati,& aliæ.

*Poeta ne militet.*

εὐπόριστον.)Ferrum apud Turcos rē eſſe non facilè parabilem aiunt.

*Ferrum.*

εὐπότμως.)Ducis prudentia,& ex ea proſperæ etiam aliquid Fortunæ.

εὐπραξία.)Ozias ob rerum proſperitatem impegit ad paterna delicta: ad quæ illum opum ſplendor opum, & magnitudo rerum,quas rectè curare haud poterat,impulit.

*Haud facile eſt æqua commoda mente pati.*

εὐπράττειν.) Epiſtolæ Platonis ſunt XIII, quæ omnes ad doctrinam morum referuntur.

*Platonis epiſtolæ.*

εὐρεσιλόγος.)Polybi[9]:Vereor ne cui ueſtrûm garrire uidear ex ſuperuacaneo: quamuis haberem plura quæ dicerem.

εὑρετής.) Expeditiſſimus tum ſuarum, tum alienarum dubitationum inuentor:non is qui doctrinę uarietate,& alienarum fabularum hiſtoria ueritatē obrueret atque occultaret: ſed qui dubitātibus ora obturaret.

εὐριπίδειον.) Euripides inquit: Aliorum medicus ipſe hulceribus ſcatens. Item : Columnæ ſunt ædium liberi mares,id eſt filij.

*Medicus. Filij.*

εὐριπίδιον.)Amatores amicas ſuas diminutiuis nominibus appellant.

*Diminutiua.*

EVRIPIDES Athenienſis tragicus, maior natu quàm celebris ille, Fabulas edidit XII.uicit II.

Eu-

Euripides tragicus, ſuperioris ex fratre nepos, ut tradit Dionyſius in Annalibus: ſcripſit Homericam * editionem, niſi ea fortè ſit alterius. Fabulæ ſunt hæ: Oreſtes, Medea, Polyxena.

Euripides Mneſarchi, ſeu Mneſarchidæ & Clitonis F. qui (acti in exiliũ) fugiẽtes, in Bœotiã migrarũt: deinde in Atticã cõſederunt. Matrẽ eius holerũ fuiſſe uenditricẽ, falſum eſt. fuit enim admodũ nobilis, ut Philochorus demonſtrat. Cũ Xerxes Helleſpontũ traijceret, in urero geſtatus eſt: eoq́ue die natus, quo Græci Perſas in fugã coniecerũt. Fuit initio pictor: deinde auditor Prodici, iu arte dicẽdi: Socratis, in doctrina de morib. & rebus philoſophicis. Frequenter & Anaxagoram Clazomenium audiuit. Sed ad ſcribendum tragœdiã appulit animum, cum ob dogmata ſua periclitatũ illum uidiſſet. Fuit homo ſeuerus, triſtis, inuenuſtus: unde oſor mulierum habitus. Nihilominus tamẽ uxorem duxit, primùm Cheriñam, id eſt Porciam, Mneſilochi F. è qua Mneſilochum, Mneſarchidem & Euripidem genuit. Hac repudiata, duxit alteram, æquè impudicam: Athenisque relictis, ad Archelaum Macedoniæ regem ſe contulit, ibiq́; ſummo in honore uixit. Periit inſidiis Arridæi Macedonis, & Crateuæ Theſſali æmulorum poetarum: quorum impulſu regis ſeruus cánes in eum immiſit. Alij non à canibus, ſed à mulieribus eum laceratum tradũt, noctu euntem ad Craterũ Archelai delicias: ut qui id quoque genus amoribus indulgeret. Alij, ad uxorem Nicodemi Arethuſij. Vixiſſe fertur annos LXXV, & oſſa eius à rege Pellam translata. Fabulæ eius ſunt uel LXXV, uel XCII. Reſtant LXXVII. uicit V. ſuperſtes quater mortuus ſemel, actore fratris filio Euripide. In ſcena uerſatus eſt annos XXVI totos, obiit Olympiade XCIII.

*Pictor. Rhetor. Philoſophus. Poeta. Filij Euripidis. Ἀνάγνωσμα. Archelaus. Arridæus. Crateuas. Craterus.*

εὔριπος.) Mare anguſtum, aut locus aquoſus intra duas terras, hoc eſt Atticã & Bœotiam, cuius loci aqua ſepties eodem die mutatur.

εὐρώς.) Situs, humiditas putrefacta.

εὐρώτας.) Eurotas Spartæ fluuius. Lacæna filio ſuo: Relinque Eurotã, abi ad inferos, poſteaquã cognouiſti fugã eſſe miſerã: qui neq; meus es, neq; Lacon.

εὐρυβατεύειν.) Eſſe improbum. Eurybatum enim tradunt unum è Cercopib. fuiſſe, perfoſſorem parietum.

εὐρυβάτης, ἢ εὐρύβατος.) Eurybatũ ſcribit Ephorus, Epheſium fuiſſe, qui acceptam à Crœſo pecuniam ad conducendum militem aduerſus Perſas, Cyro tradiderit. Hinc Eurybatas, improbos & proditores dici. Diotimus in Herculis laboribus: Cercopes in triuiis Bœotiorũ ambulantes, multũ nocebant, genere Oechalienſes. Olus & Eurybatus duo inſauſti uiri: Nicander. Aegineum Eurybatũ callidiſſimum, cuius meminit Ariſtoteles lib. I. de Iuſticia. Ariſtophanes in Dædalo, cum Iouem inducit iu multas formas ſe transformantem, diuitem & callidum: Si quis, inquit, ueſtrûm uidit Iouẽ Eurybatum. Ferunt autem Eurybatũ furem, dũ in carcere cuſtodiretur, iuſſum à cuſtodibus compotantibus ſpecimen edere ſuæ ſolertiæ in ædibus conſcendẽdis: initiò recuſaſſe, ac uix tandẽ aſſenſum, ſpongiis & retinaculis ferreis expeditis, per muros curſim aſcendiſſe: dũq; illi mirabundi ſuſpiciunt, ſuperato tecto prius quàm illi circũdare ædes poſſent, deſiliſſe de ædibus.

*Proditor Crœſi. Cercopes. Olus. Eurybati furis ſolertia.*

EVRICLES, omnis engaſtrimythus: id eſt uentriloquus. ab Eurycle quodam huiuſmodi uate.

*Engaſtrimythi.*

EVRYMEDON Pamphyliæ fluuius, iuxta quem Cimon dux Athenienſium Perſas terra mariq; uicit.

*Cimon.*

EVRYSACES, filius Aiacis Telamonij, cuius ſacellum Athenis Euryſacium dicitur.

εὐσέβεια.) Religio, ſeu pietas, ſciẽtia eſt diuini cultus. Boni igitur uiri ſũt idonei qui Deo ſacrificent, caſti eũ ſint, & puri à peccatis in Deũ, & grati Deo, ſancti & iuſti. Sunt ijdem etiã ſacerdotes, qui ſacrificia, dedicationes, luſtrationes, & reliqua ſacra norint. Pietas res facilis eſt, plenaque modeſtiæ, minimeq; grauis. Sophocles: Pietas unà cum hominib. moritur: nec ijs uel uiuentibus uel morientibus perit. Piè colendus eſt Deus. nam cętera omnia minoris facit pater Iupiter. Via hominib: ad felicitatẽ à Deo demonſtrata eſt una per uirtutem. Vniuerſæ autem uirtutis decus, & faſtigium quoddã, eſt religio. Sola enim hęc rerum humanarũ iuſtam curam ſuſcipit, & ad res diuinas homines recta uia deducit.

*Religio. Viri boni Deo grati. Sola pietas nec in morte deſerit. Religio uirtutum faſtigium.*

EVSEBIVS Pamphili, Arianæ ſectæ addictus, Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus, ſacrarum literarum ſtudioſus, & diuinæ bibliothecæ unà cum Pamphilo martyre diligentiſſimus indagator. Multa edidit opera: Demonſtrationis Euangelicę

*Euſebij ſcripta.*

libros XX. Euangelicæ præparationis libros XV. Theophaniæ, id eſt diuinæ patefactionis atq; præſentiæ libros V. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros X. Annalium regularum uariam hiſtoriam, earumque Epitomen. De Euangeliorum diſſenſione. In prophetam Eſaiam libros decem. In Porphyrium eo tempore, ut putant, in Sicilia ſcribentem, Orationes XXX. Topicorum, id eſt de inuentione librum I. Defenſionum Origenis libros VI. De Pamphili uita libros III. Alia ſcripta de martyribus, & in CL Pſalmos probata commẽtaria, & alia multa. Floruit maximè ſub Conſtantino Imperatore, & Cõſtantio: & ob Pamphili martyris amicitiam, cognomentum eius eſt adeptus. Idem Euſebius etiam ad Marinũ ſcripſit: quo in opere dicit, Chriſti eccleſiã duo uitæ genera & rationes ſancire: Vnum quidẽ excellens, & humana conſociatione ſuperius, cuiuſmodi ſit ſolitariũ: inferius uero alterũ, & humanius, in quo etiam coniugium concedatur.

*Duo Christianæ uitæ genera.*

Euſebius Arabius ſophiſtes, æmulus Vlpiani.

εὐσκευοῦμεν.) Bene parati ſumus, & habemus omnia quib. opus eſt ad mortẽ.

*Paratum eſſe ad mortem.*

EVSTATHIVS Epiphanienſis, annalium compendium ab Aenea uſq; ad Anaſtaſium imperatorem, libros IX. & alia quædam edidit. Euſtathius Sebaſtianus, unà cum Baſilio Ancyrano eiuſdẽ urbis epiſcopo, ſectæ Macedonianæ fuiſſe autor perhibetur.

*Macedoniana ſecta.*

EVSTEPHIVS Aphrodiſienſis ſophiſta, * Epiphaniorum Adrottenorũ, quod templum ſitum eſt in Lydia. Scripſit declamationes.

EVSTOCHIVS Cappadox ſophiſtes, ſcripſit (contra Conſtantem) tempore Conſtantis Imperatoris, & Antiquitates Cappadociæ, ac reliquarum gentium.

εὐσυνείδητος.) Qui ita uiuit, ut bonam habebat conſcientiam.

*Conſcientia.*

EVSTHENIVS comicus. Ex fabulis eius eſt Empole, id eſt uenditio: Aeliano autore.

εὐσχήμων.) Decorus, nõ locuples & diues, ſed modeſtus & legum obſeruans, & * concordiæ ſtudioſus.

EVTOCIVS, è Thracia profectus, nec animo ꝓbo, nec genere nobili, ſed gregarius miles, multum pecuniæ publicæ cohortis ſuæ ſuffuratus, in Palæſtinam abijt: ſeq; Eleutheropolitanis inſinuare cœpit, largitionibus magnis in ſenatũ * aſcitus, & res quærere meliores. Sed ab Eleutheropolitanis non receptus, Aſcalonem tranſijt, à Cratero tum rerum potiente benignè unà cum pecunia ſuſceptus, & libertate ciuili donatus eſt. Qua re Thraces cognita, Eutocium unà cum pecunia repetiuerunt. Quem cum Craterus miſſum non faceret: in ius uocatus à militibus, uincit Thraces. Ea de re tale eſt editum oraculum *.

*Eutocius tantum furatus, quantum & ſibi & ciuibus eſſet ſatis.*

εὐτράπελος.) Solus ipſe princeps, ingenio adeò uerſatili, ut apud Athenienſes ſummus eſſet Athenienſis, & Lacon apud Lacedæmonios, & Theban⁹ apud Thebanos. De Alcibiade, opinor.

*Verſatile ingenium.*

EVTROPIVS, Italicus ſophiſtes, Romanæ hiſtoriæ cõpendiũ lingua Italica, id eſt Latina ſcripſit, & alia quædam.

Eutropius eunuchus, ꝓcurator Theodoſij Imperatoris, ut ait Eunapius. Rufinus enim, qui uir eſſet, aut certè haberetur, & honorib. perfunctus, & uaria fortuna iactatus, nõ contra rationẽ aut præter decorũ uidebatur ab omnia innonãte fortuna deſtitui. Eutropius uerò cubicularius, illius poteſtatem nactus, uſque adeò concuſſit omnia, tanta tonitrua edidit: ut non Rufinus modò ipſe eſſet: ſed fabuloſus ille Salmoneus, nihil illi collatus eſſe uideretur: qui quidem, eunuchus cum eſſet, per uim uir eſſe ſtuderet. Ac fabulæ quidem tradunt, Gorgonem ſimul & conſpectam eſſe, & ſpectatores in ſaxa mutaſſe: at noſtra ætas nugas inanes & tricas apinas fabulam illã eſſe oſtendit. Hominem hunc prolixè inſectatur hiſtoricus, ut moribus eius dignum fuit.

*Rufinus.*

*Salmoneus.*

*Gorgones.*

Eutropius, Imperatoris Arcadij (πρόκοιτος, qui eſt ante lectum) cubicularius, nullum facinus prætermiſit, tum magiſtratus publicè uendendo, tum (τὰς τῆς δυνάμεως) milites calumniando, tum proceres relegando, tum omnibus contumelijs ſenatum afficiendo. Ac ne à Barbarorum quidem ſocietate ſibi temperauit: ut qui ipſe faſtigij Imperatorij conſcendendi ſpem aleret. Cum autem aliquando, etiam eos qui in templa confugiſſent, comprehendere uellet: legem promulgauit, qua concederet illos uel ab aris abſtrahi. Ac ea lex uix promulgata erat, cum ultio crudelitatis eſt ſecuta. Nec enim multò pòſt imperatore offenſo, in templum confugit, ſub altari iacens, Ioanne Chryſoſtomo epiſcopo: indeq;

*Sua lege captus.*

indeq́; abſtractus, noctu capite plectitur. Sic Eutropius pœnis peccati illius datis, etiam è Conſulum catalogo eſt deletus, ſolo collega Theodoro inſcripto. Sub hoc gens Eunuchorum, ob illius ſupercilium & potētiam, ita creuit, ita auctum eſt, ut nonnulli iam barbatuli, unà cum reſtibus uitam quoq; amitterent.

*Eunuchorum ſupercilium.*

εὐτυχεῖ) πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ, Abſq; labore nihil ſuccedit.

EVTYCHES, monaſterij princeps Conſtantinopoli, tertius Manetis & Apollinaris impiæ ſectæ defenſor, alium eſſe (παρ' ἑαυτῷ) apud ſeſe Chriſtū, & aliū (τὸν θεὸν λόγον) Deum ſermonem, annuncians: non ſuſtinens homouſiam nobis & ὁμοφυῆ cognatam carnē Domini confiteri. Et negabat (ἀπηρνεῖτο σώζεσθαι λέγειν) ſeruari (dicere) in Chriſto duas naturas, cum earum unione & concretione. Alia quoq; monſtroſa & abſurda comminiſcebatur, cum è cœlo deſcendiſſe Domini corpus, &, tanquam per canalem, uirginem tranſiſſe ſermonem cœlitùs diceret, eo indutum, ut è muliere natus uideretur, quāuis natus non eſſet. Manichæa eſt hæc oratio, & fanatica, multo magis quàm illa. Naturam unam in Chriſto & hic peruerſo corde prædicauit.

*De Chriſti natura, ſecta.*

*Domini corpus nec eſſe aſſerit.*

εὐφημεῖ.) Ariſtophanes:

*Linguis faueat omnis populus, ore clauſo.*
*Aedes enim ingreſſus eſt Muſarum cœtus.*

*Muſæ.*

εὐφημία ἔστω.) Linguis fauere iubent comici, cū nota faciūt, aut decreta ſcribūt.

*Commune ſilentium.*

EVPHEMIVS, patriarcha Conſtantinopolitanus.

EVPHORION, filius Aeſchyli tragici, Athenienſis, tragicus & ipſe: q fabulis patris nondum editis, actis, quater uicit. Scripſit & ſua quædam.

Euphorion, Polymneti filius, è Chalcide Eubœæ, condiſcipulus in philoſophicis Lacydis & Prytanidis, in poëticis Archebuti Theræi, cui & in delicijs fuerit. Natus eſt Olympiade 126, quo tēpore Pyrrhus à Romanis uictus eſt. Fuit colore melleo carnoſus, æger pedib. charus uxori Alexādri, Eubœæ regis, Crateri filij. Multū locupletatus, ad Antiochū magnū Syriæ regē ſe contulit, eiusq́; Bibliothecæ præfuit: ibiq́; defunctus, uel Apameæ uel Antiochiæ ſepultus eſt. Libri eius uerſibus heroicis ſcripti ſunt hi: Heſiodus: Mopſopia, ſiue confuſa: habet enim promiſcuas hiſtorias. Mopſopia, quòd Attica olim ſic dicta fuit, ab Oceani filia Mopſopia, & poematis oratio ad Atticos mille annos extēdit, argumēto ab ijs ſumpto, à quib. depoſita pecunia fraudatus erat, qui pœnas etiā lōgè pòſt daturi eſſent. Deinde colligit oracula, à mille annis euētu cōprobata. Sunt autē libri ſex, & Quintus millenarius inſcribitur de oraculis, ut mille annis eueniant.

*Oracula mille annis reddita.*

EVPHRAEVS Orita, Platonis diſcipulus.

εὐφρονη.) Quis uocaliſſimæ aui intra ædes perſuaſit, ut nocturnas horas numeraret?

*Gallus gallinaceus.*

EVPHRON comicus: cuius fabulæ ſunt, Deformis, Muſæ, Synephebi, Spectatores.

εὐφυΐα.) Naturę & ingenij bonitas. Ingenioſi eſt, amplecti ueritatem, auerſari mendaciū. Hoc q habet, is id quoq; habet, ut uerū rectè iudicare poſſit. Qui uerò facilè alios ſequunt ac diſcūt, eodēq; modo erga omnes diſciplinas ſunt affecti: nō rectè ingenioſi dicūtur, quòd iudicio carēt, quod eſt ingenij præcipuum & propriū munus. Ingenioſi enim, ſiue diſciplinæ hę ſint, ſiue quid aliud, ea quę alicuius precij ſunt, & parare ſtudent, & amant: cætera & auerſantur & oderunt, idq́; rectè faciunt, & ſunt boni iudices.

*Veritatis amor.*

*Iudiciū dicꝰ cū ingenij.*

εὐχη.) Votum, eſt promiſſio, qua Deo aliquid pietatis ſtudio conſecratur.

προσευχη, adoratio, eſt ſupplex petitio à Deo.

EVCHEMVS, quidam Aegeates.

EVCHIDES, Aſſappus, Chryſomazus, & Echion, uelociſſimi curſores fuerunt.

*Curſores.*

εὐψυχίαν.) Vt in Epaminondæ, Pelopidæ, Braſidę, Cleonbroti interitu accidit, cùm ob uitæ uirtutē, tum ob conſtantiā in morte: non poſſunt hiſtorici animos uirorum illorū pro dignitate celebrare. Nō eſſe formidabilem maiorem hoſtiū numerum. Fortitudinem enim ſemper eſſe multitudine ſuperiorem.

*Virtus excellens.*

*Fortitudo multitudine potior.*

εὔψυχος.) Ariſtoteles in Locis, negat uitæ uirtutem, & in morte conſtantiā, ſolius eſſe fortis: ſi etymologiā ſpectemus. εὔψυχος enim eſt, qui bonum habet animum: ſic etiā iuſtus eſt εὔψυχος, & temperans & prudēs. Sic εὔελπις & εὐδαίμων dicitur, qui bonam ſpem & bonū genium habet. Arrianus: In piculis potiſſimùm declaranda eſt animi conſtantia.

*Etymologia nō ſemper cū uſu loquēdi cōſentit.*

ἐφεδρεύειν.) Imminent illis amici & cognati interfectorum, cædem ulturi.

*Vltio.*

ἐφεδρεία. Apud Romanos capitale eſt, deſeruiſſe munus ſuum: id eſt, ſtationem ſeu aciem (παράταξιν lego.)

*Deſerti muneris pœna.*

ἐφεδρεύει.) Captant occaſiones, paratiq; ſunt (ad rebellandum) ad iſta denuò obtuenda.

ἐφεκτικοὶ.) Philoſophi qui de rebus dubitant, & eas poſſe cõprehendi negant.

ἐφ' ἕνδεκα κώπαις.) Vndecim remis magnos fluctus excitate. Acclamatio nautica eſt.

Epheſici. Epheſiæ literæ. Am ſeẏen ſür alles unglück.

EPHESIAE literæ: carmina quædam obſcura, quæ & Crœſus in rogo recitauit: & Olympiæ Mileſio & Epheſio certantibus, Mileſium luctari non potuiſſe, propterea quòd alter iuxta talum Epheſias literas haberet. Quibus cõpertis & dẽptis, * concidiſſe Epheſium perhibẽt.

Iudices capitales.

ἐφέται.) LXXX iudices capitaliũ cauſarum, quinquagenarijs maiores, & ſingulari opinione probitatis: dicti Ephetæ, quòd ab eis nõ eſſet prouocatio. Dicebant autem ius uel in Palladio, uel in Prytaneo, uel in Delphinio, uel in (Phreatto) Phreate.

Argutiæ.

ἐφείσθω τούτοις ἐξονυχίζειν.) Liceat iſtis enucleate, id eſt argutari, & minutiſſima quæq; perſequi.

Hæredipetæ.

ἐφήδοντο.) Cognatorum quidam illius calamitate gaudebãt, ut opibus eius qui orbus eſſet, potituri, uitamq; deſidẽ, impudicam & luxurioſam ageret.

Mortales.

ἐφημέριοι βροτοὶ.) Mortales unius dieculæ, quotidianorum gnari, futura non proſpicientes.

EPHIALTES, uulgò Babuzikarius: medicis eſt exhalatio, è crapula & cruditate caput inuadens.

Antoninus.

ἐφιέναι) Hiſtrione tragœdiæ prouocante, quòd à Polemone initio fabulæ ſcena exactus eſſet: rogauit Antoninus Imperator, quo tempore id accidiſſet? reſpondente illo, Sub meridiem: perfacetè Imperator, At me (inquit) media nocte domo eiecit, nec tamen prouocaui. Sit hæc ſignificatio Imperatoris mãſueti, & magnamini.

ἐφ' ἱερὸν.) Hieron dicitur XII deorum templum Boſpori.

Luctus.

ἐφίῃ.) Quid iſta mihi deſideras toleratu difficilia, ploratum & luctum?

Votum.

ἐφικέτευ.) Precabatur illi à Deo, cùm alia bona plurima, tum imperij, quàm lõgiſſima homini cõceſſa eſſet, durationem.

EPHIPPVS, Athenienſis, comicus mediæ Comœdiæ.

(Ephorus) Ephippus Cumanus, Demophili filius, Iſocratis oratoris auditor, hiſtoricus: habuit filium Demophilum hiſtoricũ. uixit Olympiade XCIII, ut etiam Philippi Macedonis regnũ anteceſſerit. Scripſit hiſtoriarum ab Ilij expugnatiõe, Troianoq; bello uſq; ad ſua tẽpora, libros 30. De bonis & malis lib. 24. Rerum paſſim admirabilium lib. 15. Quid quiſq; inuenerit, libros 2. & alia.

Res equeſtris.

ἐφίππων ὀνόματα.) Equeſtris rei uocabula. ἴλη, turma, continet eqtes LXIIII. ἐπιλαρχία, CXXVIII. ταραντιναρχίαι, * duæ turmæ equitũ, uirorũ 1024. * τέλη, duo ephipparchiæ, equitum 1048.

Integritas magiſtratuum.

ἐφίστη) Magiſtratus eis præficiebat omnib. integerrimos, ne ex auaricia perperam agerent.

ἐφθοὶ πυροὶ.) Elixum frumentũ excitat ad Venerem, ideoq; Veneri immolabatur. (Liber & alma Ceres Venerẽ ſectantur amicam.)

ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος.) Viaticũ eruditionis ſunt diuitiæ. (Si rectè utaris. Sin minus, nequiciæ.)

Improbi potentes.

ἐφόδιον.) Deum orat, ne rerum potiantur improbi, néue opes habeant ad iniuriæ facultatem.

Deus.

ἔφορος.) Omnium rerum inſpector & uindex Deus.

Ephorus.

EPHORVS Cumanus, & Theopompus Damaſiſtrati filius, Chius, ambo Iſocratis diſcipuli, ſed ingenijs diſſimilibus. Ephorus ſimplici, & in hiſtorica dictione ſupinus & ſegnis, ſine ulla contentione: Theopompus acerbo & maligno ingenio, copioſus, denſus, uehemens, ueritatis in ſcriptis ſuis ſtudioſus. Itaq; Iſocrates hunc frenis, illum calcaribus egere dixit. Miſſus autẽ in exiliũ Theopompus, ſupplex fuit Epheſiæ Dianæ. Alexãdro ſæpe ſcripſit, * eumq; laudibus ornauit multis. Sed & uituperationẽ eiuſdem ſcripſiſſe fertur, quæ non extat.

Theopompus. Calcaria. Frena.

Ephorus Cumanus, hiſtoricus, iunior: ſcripſit Galeni hiſtorias libris 27. Corinthiaca, de Aleuadis, & alia quædam.

ἔφοροι.) Pericles, quam pecuniã Spartanorum Ephoris, ob uſum Reipublicę, largitus fuerat, in rationes non retulit: quòd magno probro ijs qui acceperãt, futurum fuiſſet: ſed in neceſſarios uſus collatam eſſe, ſcripſit (ἐς τὸ δέον ἀνηλωμένα χρήματα, τὰ τοῖς προδόταις δεδομένα.)

Cenſores Laconici.

ἔφοροι.) Ephori apud Lacedæmonios fuerunt quinq;: ex eo dicti, quòd eſſent ſtatus publici inſpectores.

EPHOD, nomen Hebraicum eſt, declarationem aut redemptionem ſignificans. Forma eius fuit, textum ſpithamæ magnitudine, inſtar pectoralis, ex aurei

fili

*Adamantis radiatio, ut ex oraculi.* fili arte uaria cõfectum. In medio habuit ueluti ſtellam, totam auream: utrinq; binos ſmaragdos, quorum uterq; ſenas tribus Iſraeliticas inſculptas gerebat, Adamante inter utrunq; interiecto. Sacerdos igitur Deum aliqua de re interrogaturus, colligabat ephod in pallio, in medio pectoris, & infernè manus ſupponebat: ita reperiebatur in palmis eius planũ inſtar tabulæ, & in ephod intuens rogabat Deũ. *Color niger, cruētus.* Quòd ſi Deo interrogatio placuiſſet, ſtatim fulgurabat adamas, e-miſſisq; radijs lucebat. Sin diſplicuiſſet, ſuo loco manebat. Si uerò Deus populum occidendum daturus erat, ſanguineus: ſin peſte afflicturus, niger fiebat.

EPHRATA, Bethleem: Hebraicè Mariam ſignificat.

*Nuptiarum rus.* ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.) Effugi mala, & inueni meliora. De ijs quorum res in melius mutantur. Moris enim Athenis fuit, ut puer, cuius uterq; parens uiueret, in nuptijs uerſaretur, ſpinasq; cum glandibus & uannũ panib. plenã ferẽs, diceret: Effugi mala, & inueni meliora: mutationem in melius ſignificãs. Nam coronã ex ſpinis & glandibus malũ dicebãt.

ἐχέμυθος.) Cùm primis taciturnus erat, & occulti animi: ſed ad prouehendã uirtutem & * comœdiam minuendam toto pectore intentus.

*Philtra. iudicia.* ἐχενηὶς ἢ ναυκράτης.) Echeneis, ſeu naucrates. Remora, piſciculi genus nõ eſculenti, magnitudine gobij, quaternis pinnis, quo quidã ad amatoria pocula, nõnulli ad iudicia utuntur. Nomẽ ex eo tulit, quòd currentibus nauib. adhæreſcat.

*Tyrannus.* ECHETVS. Homerus: Mittã eum ad Echetum regẽ, mortalium omniũ peſtẽ: q ei & naſũ & aures infeſto ære amputet.

ἐχέτω.) Ariſtophanes:

*Tranquillitas.*
*Teneat uentos tranquillus ether,*
*Nec fluctus maris reſonet glaucus.*

ἔχει.) Habet uir mulierem: habetur & uir à muliere.

ἔχεις τι; ἢ τι ὄφιν, ἢ ἰχθυῶ.) Habes'ne aliquid? Aut ſerpentẽ, aut piſcẽ. De piſcantibus, uenãtibus & aucupãtibus dicitur.

ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει.) Erinaceus partum differt. De ijs quibus mora incommodat. Erinaceus enim quo diutius partum differt, eo magis à ſpinis fœtus ſui pungitur in enixu.

*Maturè cauendum diſſidium.* ἐχῖνος.) Φυγεῖν πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης: Tẽpeſtatẽ fugito ante tempeſtatẽ. Prouerbium. πρὶν δύω ἐχῖνοι εἰς φιλίαν ἔλθοιεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δὲ ἐκ χέρσου: Prius inter duos echinos conueniet, terreſtrem & marinum. De diſſimilibus.

ἔχις.) Vipera, ſola ex ſerpentibus non oua, ſed animal parit.

ἔχθιον.) Sophocles: Nihil magis inuiſum eſt malo cõſilio. Hiſce ego legibus non uiuam. *Malum conſilium.*

ἐχθρεῦσαι.) Inimicitias interceſſiſſe ferunt inter ſcarabeum & aquilam, ex eo quòd alter alterius oua diſſipaſſet. *Aquila & ſcarabeus.*

ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.) Sophoclis Aiax: Abeo ad lauacra, & maritima prata, ut piaculis meis luſtratis grauem deæ indignationem uitem. Ac progreſſus in ſolum aliquem locum, Occulam gladium hunc meum, telum inimiciſſimum, Effoſſa terra, ubi à nemine conſpiciatur: Sed eũ nox & Orcus infernè ſeruent. Ego enim ex quo munus hoc ab Hectore in manus ſumpſi: nihil mihi à Græcis honoris eſt habitũ. Verùm enim eſt mortaliũ prouerbium: Hoſtiũ dona non eſſe dona, neq; utilia. Proinde in poſterum ſciemus dijs cedere: ſciemus & Atridas uenerari. Principes ſunt. Itaque honori cedendum. Nam & atrociſſima & robuſtiſſima quæq; honoribus (id eſt magiſtratibus) cedunt. *Hoſtilia dona caueto. Serò ſapit Aiax. Honores.*

ἐχθροῖς συνέσθειν εἰς καταλλαγὴν φέρει.) Cum inimicis edere, affert reconciliationem. ὀνειροκριτικόν. *Explicatio ſomnij.*

ἔχοντας.) Tridui cõmeatũ in bellũ afferre iubebant duces, è publico dari ſolitũ. *Cõmeatus.*

ἐχόντων μὲν οὖν ὡς ἔχουσιν ἕκαστοι, καὶ ὡς τῷ ἑκάστῳ φίλον κρινέτω.) Ita quiſq; ſit ut eſt, & ſuo quiſq; iudicet arbitratu.

## INITIVM LITERAE Z.

ZΑγρεὺς.) Zagreus, infernus Bacchus, Iouis & Perſephones filius.

ZALEVCVS, Locrenſis Thurius, Pythagoricus philoſophus & legis lator: obijt pugnans ꝓ patria. Prius fuit ſeruus & paſtor: ſed accuratè inſtitutus, leges tulit ciuibus ſuis inter quas & illa fuit, ut mulieres in forũ ꝓdeuntes, ingenuę quidem cũ ſuis cognatis & una pediſſequa cãdidis, reliquę uarijs ueſtib. induerenť. *Veſtitus mulierum.*

ζάλην.) Plato de Republica: Puluerẽ & grandinem fugientes uẽto iactatam, ſub muro ſubſiſtunt.

ZAMOLXIS Scytha, Pythagoræ ſeruus, ut tradit Herodot⁹ in IIII. teuerſus in patriã, docuit animã eſſe immortalẽ. Mnaſeas autem ait, apud Getas coli Saturnum, diciq; Zamolxim. Hellanicus uerò ſcribit, Græcum fuiſſe, qui Geris Thracenſibus Initia demonſtrârit: dixeritq; *Zamolxis Saturnus.*

ritq;, neq; ſe moriturum, neq; ſectatores ſuos, ſed ab omni parte beatos fore. Quæ cum effaretur, ſtruxiſſe ſimul domicilium ſubterraneum. Deinde ſubitò in Thracia nuſquam comparuiſſe, deſideratum à Getis. Quarto autem anno cum rurſus prodijſſet, Thraces omnia illi credidiſſe. Quidã eum Pythagoræ Samio, Mneſarchi filio, ſeruiſſe tradunt, ac libertate donatum, iſta commẽtum eſſe. Sed diu ante Pythagoram uidetur fuiſſe Zamolxis. Terizi & Crobizi credũt animorum immortalitatem, & mortuos ad Zamolxim ire tradũt: quem redıturum eſſe aiunt, idq; ſemper uerũ eſſe putant. Itaq; ſacrificant & conuiuantur, quaſi defunctus ſit rediturus.

*Zamolxidis commentum. — Terizi. Crobizi.*

ἡ ζάμολξις.) Zamolxis deæ nomen.

ζαὲς ἐλαςρηθεὶς.)

*A Iouis infeſta mẽbra ligante niue Cõpulſus.*

ζαπληθής.

*Steſichorum, ingẽs & immenſum os Muſarũ,*
*Sepelyt Catana fuliginoſum ſolum.*

*Monſtrum hominis.* ZERCON, Scytha dictus, Mauruſius genere, deformitate corporis & balbutie ridiculus. Breuis erat, gibboſus, diſtortis pedibus: naribus ita depreſſis, ut naſus inter eas uix appareret. Aſpari Ardaburio in Libya donatus, captus eſt, Barbaris Thraciam inuadentibus, & ad Scytharum reges adductus. Ac Attila quidem nec aſpectum eius tulit. Bledas autem eo ſupra modum delectatus eſt, cum non ſolùm ridiculè loqueretur, ſed & ambularet, magnificeque incederet. Itaq; conuiuijs & expeditionibus intererat, armis ridiculis inſtructus: Bledæ adeò charus, ut cum Romanos fugitiuos ſecutus eſſet, neglectis cęteris, iſtũ omni ſtudio inquiri uberet: adductumque in uinculis conſpicatus, riſerit. miſſaq; ira, fugæ cauſam quęſierit, & qua gratia Romanorum res meliores ſuis iudicaret? Is uerò reſpondit, ſe non rectè fugiſſe: ſed peccati eius fuiſſe cauſam, quòd ſibi uxor nõ daretur. Itaq; Bledas maiore etiã cum riſu deſpondet ei mulierẽ nobilem è Reginæ miniſtris, ſed ab eius miniſterio ob facinus quoddam excluſam. Sic perpetuò cum Bleda uixit. Poſt obitum uerò eius Attila Occidentalium Romanorum duci Aetio, Zerconẽ dono mittit, qui eum ad Aſparem remiſit.

*Attila. Bledas. — Facinoroſa deſponſa monſtro.*

*Pontiũ conſternendorũ ratio.* (ζεῦγμα.) Romani facillimè pontibus flumina ſternunt, ut in quo milites non ſecus atq; alia in re bellica ſubinde exercentur, tum in Iſtro & Rheno, tum in Euphrate. Eſt autem ratio, quam non omnibus exiſtimo eſſe notam, huiuſmodi. Latæ naues ſunt, quibus iungitur fluuius. Recedunt autem ſurſum nonnihil ſupra eum locum, quem iuncturi ſunt: datoq; ſigno, unam primam nauem dimittunt, quæ ſecundo flumine iuxta ſuam ripam feratur. Quæ ubi ad locũ ponte iungendum peruenerit, ſtoream ſaxis plenã in flumen conijciunt, funı alligatam inſtar ancoræ: quo deuincta nauis in ripa conſiſtit, tabulis & iuncturis, quarum rerum copiam uehit, (περιχεῦμα μέχρι τῆς ἀποβάσεως) ſubitò uſq; ad excenſum cõſtrata. Deinde aliam paululum ab illa dimittunt, & mox aliã, donec in aduerſam ripam perduxerint iuncturam. Nauis uerò ea quæ ad hoſtes accedit, etiã turres habet, & portam, & ſagittarios, & catapultam fert. Cum autẽ multa tela in ſtratores conijcerentur. Caſſius tela & catapultas immitti iubet. Sed primo Barbarorum agmine deiecto, ſuccedunt alij.

*Sponſæ adductio.* (ζεῦγος.) Iugo mulorũ aut boum lecticæ biſellio ſimili iuncto, accerſunt ſponſam, & è paternis ędib. benè ueſperi curru impoſitã, in ſponſi domũ ducũt: ſponſa in medio collocata, hinc ſponſo, inde amico aut cognato honoratiſſimo & chariſſimo aſſidentib. quẽ πάροχον dicũt, quòd iuxta ſpõſam & ſponſum uehatur.

ZEVXIPPI ſtatuas deſcripſit Chriſtodorus, poeta heroicus.

ZEVXIS, optimus pictor, *Iſocratis tempore: qui in æde Veneris Cupidinẽ pulcherrimum, roſis ornatum, pinxit.

*Iouis ſimulacri mythologia.* (ζεὺς.) Iouis ſimulacrum tradunt ſedere, nudum ſupernè, infernè tectum, læua ſceptrum tenens, dextra porrigẽs aquilam. Ac ſeſſio quidem potentiæ firmitatem innuit: nuditas ſuperiorum, quòd conſpicuus ſit intelligentibus & cœleſtibus mũdi partib. Cætera tegũtur, quòd Deus humi repẽtib. eſt ignotus. Sceptrũ in lęua, ſignificat poteſtatẽ. Aquila altera manu extẽta, notat, eũ ſpiritibus in aere uerſantib. imperare, ut aqlas uolucrib.

*Prouidentia diuina.* (ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας.) Iupiter tandem diphtheras inſpexit. Prouerbiũ, de ijs qui uel facinorũ pœnas dant, uel beneficiorũ remunerationẽ conſequuntur. Prouidentiã enim eſſe tradũt: & Iouem, quæ fiant, omnia pellibus inſcribere, ac tandem eas euoluere.

*Iupiter.* (ζεὺς κτήσιος.) Iupiter opulentus, collocabatur in conclauibus & ærarijs, ut diuitiarum dator (πλουτοδότης.)

ζη,

(ζῆ, καῖε πῦρ.) Viue, incende ignem. De ijs quæ ægre fiunt.

(ζῆλος.) Zelus, æmulatio, boni alicuius cupiditas, ſine ulla inuidia in animo exiſtens: ueluti, Præditus es fortitudine? æmulor uirtutem tuam hoc eſt, idem adipiſci bonũ ſtudeo, tibi nõ inuidēs, ſed & ipſe uir fortis eſſe uolēs. Appianus: Dentatũ æmulatione uirtutis ſequebať multitudo delectorũ iuuenũ ad DCCC, ad omnia facienda paratorum. Itaq; Senatui grauis erat in concionibus.

*Dentatus.*

(ζηλοτυπία.) Zelotypia, æmulatio uiri, ex ſuſpiciõe cõtra uxorē, ſuſpicio in aliũ luxurioſum. Iamblichus: Primo certamine defuncti ſumus, aggrediamur & alterũ. etenim opportunè exercitati ſumus.

*Pergendũ.*

(ζηλῶν.) Sophoclis Aiax filiolo Euryſaci: Te nunc ob iſtud fortunatum iudico, quòd nihil horũ malorũ ſentis. In nihil enim ſapiēdo, ſuauiſſima uita eſt. Ac nõ ſapere, malum eſt, ualde doloris expers, donec gaudere & dolere diſcas.

*Ignoratio malorum fortunata.*

(ζηλῶσαι.) Herodotus: Quotum ſi quis apud nos uitę rationē ęmulari conetur: nihilo rectius habebit ijs, qui cicutã aut aconitum aut helleborum hauſerint.

*Peruerſa imitatio.*

(ζηλωταὶ.) Zelotæ apud Iudæos, legis obſeruãtes: quos Ananus in tēplo concluſit, impoſito præſidio aſſidens.

(ζηλωτότατον βίον ἀνθρώπων διάξεις.) Ariſtoph. Vitam ages omniũ beatiſſimam.

(Ζηνόβιος) Zenobius ſophiſta, Romę docuit ſub Adriano Cæſare. Scripſit epitomen ꝓuerbiorũ Didymi & Tarræi, libris III. Saluſtij hiſtorici Romãi ſcripta Græcè uertit, & * quæ eius Tela uocãtur: Genethliacũ Adriano Cęſari, & alia edidit.

(Ζηνόδοτος.) Zenodotus Epheſius, uerſificator & grãmaticus, Philetæ diſcipulus, ſub Ptolemęo primo, primus Homeri corrector, bibliothecis Alexandrinis præfectus, & filiorũ Ptolemæi p̃ceptor.

ZENODOTVS, Alexãdrinus grammaticus, *in urbē uocatus ad ea quę ab Ariſtarcho in poeta improbabanť. Scripſit aduerſus Platonem, de dijs: de Homerica cõſuetudine: Solutiones Homericarum dubitationũ: in Heſiodi Theogoniam, & alia multa.

ZENON Teleutagoræ Eleatæ filius, tēporibus Pythagoræ & Democriti uicinus (fuit enim Olympiade LXXVIII) diſcipulus Xenophanis aut Parmenidis. Scripſit (ἔριδας) cõtentiones: enarrationē uerſuũ Empedoclis: aduerſus philoſophos de Natura. Hũc aiunt inuentorē fuiſſe Dialecticæ, ut Empedoclē Rhetoricæ. Sed cũ uel Nearchum uel Diomedontem Eleæ tyrannũ pellere uellet: captus, ab eoq; rogatus, linguã ſuam præmorſam in os tyranni expuit: & in mortarium cõiectus, tundendo cõtritus eſt.

*Dialectica, Rhetorica. Occiſus à tyranno.*

Zenon Muſæi filius, Sidonius, philoſophus Stoicus, diſcipulus Diodori cognomēto Saturni, * magiſter & ipſe Zenonis Cittiei: ſcripſit apologiam Socratis, & Sidoniaca.

Zenon, Mnaſeæ ſeu Demij filius, Cittieus (Cittiũ uerò urbs Cypri eſt) Stoicæ diſciplinæ autor. Stoici autē cognomētum tulit, quòd in porticu doceret Athenis, quæ primùm Pyſianactea, deinde à picturis ποικίλη, id eſt uaria dicta fuit: Cratetis Cynici diſcipulus, deinde Polemonis Athenienſis. Obijt nonagenarius, cibo ſubinde abſtinens, donec inedia deficeret. Huic oraculum cõſulenti, qua ratione optimè uicturus eſſet? reſponſum ferunt, εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς: hoc eſt, ſi mortuis cõcolor fieret: uel, ſi mortuorum conſuetudine uteretur: id eſt, ſi ſcripta ueterũ legeret. Cognomento Phœnix dictus eſt, quod Id oppidulũ Phœnices incolas haberet. Floruit ſub Antigono Gonata, Olympiade CXX. Prouerbium, Zenone continentior: ob ſummã eius in uictu frugalitatem. Nouæ hic philoſophię autor fuit. Superauit enim oēs genere doctrinæ & grauitate, atq; etiam profectò beatitate. Obijt morborũ expers, & ſanus perpetuò.

*Stoicorum nomen à loco.*

*Mortuorũ conſuetudo uita beatiſſima.*

*Zenone cõtinentior.*

Zenon * Cittieus: orator'ne an philoſophus, dubiũ. Scripſit de ſtatibus, de figuris, cõmētarios in Xenophõtē, in Lyſiã, in Demoſthenē, de Epicherematib.

Zenõ Dioſcuridæ filius, Tarſenſis, aut Sidoni⁹ philoſoph⁹, diſcipul⁹ Chryſippi Tarſēſis philoſophi Stoici, & ſucceſſor.

Zenon Alexandrinus, homo Iudæus, qui publicè genti ſuæ nunciũ remiſit: albo aſino, per eorum ſynagogam ſabbatho, ut apud eos receptum eſt, traducto. Fuit hic Zeno natura bon⁹ & æquus, ſed tardior in eloquētia & diſciplinis: ſemp quidem aliquid diſcere cupiens, & rogitans quod ignoraret. Nam & difficilimè percipiebat: & quæ uix tandem perceperat, facilimè obliuiſcebatur.

*Albi aſini per Synagogam traductio.*

*Homo ſtiuæ aptior quàm Scholæ.*

ZENO alius, Procli tēporibus, Pergamenus, ingenio & ipſe ad diſcendũ tardiore: ſed bonus, ꝓbatisq; morib. Vter autem eorum Saluſtio cauſam diſſidendi à Proclo dederit, dicere non habeo.

*Diſſidium Procli.*

ZE-

*Homo uelut ludibrium.* *Homonymiæ impoſturæ.*

ZENON imperator, audita clade ſuorum, in caſtellum, quod populares Conſtantinopolim uocabant, in tumulo ſitum, confugit. Quo cognito, ſuis cũ gemitu: Homo igitur, inquit, Dei ludibriũ eſt, cum & me ſic ludificari uiſum ſit numini. Vates enim cõſtanter affirmârunt, oportere me Iulio menſe Conſtantinopoli eſſe. Ac ego me in urbe fore putaui: nunc & deſtitutus ab omnibus, & exul, in hunc tumulum ueni, inuẽta miſer appellatione conſimili.

*Zenonis ingenium.* *Sebaſtianus deprauator imperatoris.* *Omnia uenalia.*

ZENO Romanorum imperator, nõ eâdem fuit crudelitate qua Leo, neq; ita inexorabili iracundia, & multis in rebus animo fuit ſplendoris & gloriæ cupido: multaq;, quò admirationi eſſet, p oſtentationẽ potius quàm uerè & ex animo faciebat. Sed nec rerum gerendarum peritus erat: nec ea ſcientia præditus, qua regna tutò gubernantur. Lucri autẽ atq; emolumenti non ita furenter appetens, ut Leo: nec crimina in poſſeſſores comminiſcens, nec tamẽ prorſus alienus ab auaricia. Ac bonam gubernationẽ Romani ſenſiſſent, niſi Sebaſtianus, tum in aula potentiſſimus, illum quóuis ſuo arbitratu impuliſſet, uelut in foro cauponans omnia, nec ſine precio quicquam in regia ſinens confici. Nam & magiſtratus uendebat omnes, precio tum ſibi reſeruato, tum Imperatori cõmunicato. Quòd ſi quis acceſſiſſet, qui paulũ quiddam adijceret: is præferebatur. In toto deniq; palatio nihil erat rerũ omnium, quod uenale non eſſet. Quòd ſi Zeno magiſtratum aliquem ſuis familiaribus contuliſſet, ipſe mancipis inſtar eum ab illis redemptum, pluris uendebat alijs, Zenoni furta præbens.

*Filius Zenonis.*

ZENO Romanorum imperator, filiũ ſuum admodum adoleſcentem, imperij ſucceſſorem relinquere cupiens,* & dignitatibus ornabat, & corpus exercere iubebat ad ſtaturæ incrementum. At imperatorij proceres, poteſtatẽ nacti fiſci affatim exhauriendi, curabant ut adoleſcens Sybaritico luxu corrumperetur, & lenocinio ſuo ad inſanos eum amores æqualium incitabant. Itaq; uitæ ratione ad uoluptatem & ſuperbiam comparata, ab omni honeſtate remotus, & iam tum arrogantiam, ob expectationẽ imperij, è uultu elucentem, præ ſe ferens: ſublimis incedere, & erigere ceruices cœpit, ac (paucis ut dicam) erga omnes non aliũ ſe præbere, quàm aduerſus ſeruos. Verùm inſpector omnium rerum, & natiua & edocta ei⁹ improbitate perſpecta, ita illum mulctauit, ut alui profluuio multos dies ſine ſenſu lectum inquinans, immatura ætate rebus humanis eximeretur.

*Interitus.*

(ζῆσαι.) Vixiſſe bis aiũt, & reuixiſſe, Herculem, Tyndareum, Glaucum: quidam etiam Aeſopum.

*ἀναβιῶναι.*

(ζητηταί.) Quæſitores, magiſtratus quidam Athenis, certis temporibus creari ſolitus, ſi quando rempublicam lædentes inquirendi erant: aut ij deferẽdi, qui pecuniã ciuitati debitam nõ ſoluerant.

(ζητῶν γὰρ ὄψον, θοιμάτιον ἀπώλεσα.) Dum obſonium quæro, ueſtem perdidi. De infeliciſſimis.

*Infelicitas.*

(ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία.) Feruet olla, uiuit amicitia. De iis q cœnę cauſa ſunt amici.

*Paraſiti.*

(ζῶ.) Sophocles: Non tuus ego ſeruus ſum, ſed Apollinis.

*Caput.* *Radices.*

(ζῶα.) Animantes ſurſum habere capita dicuntur, omnino nõ reſpectu reliqui corporis, ſed quòd in ijs ſit motionis initium. Cum igitur animalia pleraq;, ac penè omnia prona terram ſpectent, ut caput ne poſterioribus quidem partibus ſit eminentius: tamẽ ſuperiores eorum partes dicuntur eſſe caput, & uicinæ capiti. Sic in ſtirpibus circumcirca ſunt rami & folia: ſed ſi motionis ſpectetur initium, maiorq; neceſſitudo: ſurſum quidem ſunt radices, deorſum rami: eaq; de cauſa proportione capiti, atq; etiam ori reſpondent. Per eas enim, tanquam os, alimentum ſuppeditatur, & deriuatur in corpus.

*Vita ſtirpiũ.* *Animalium uita.*

(ζωή.) Vita, conſeruatio, & manſio rerum. Vita & uiuere, multis dicitur modis: hoc eſt, cum multæ ſint animę facultates, per quas uita innaſcitur: plures etiam ſunt per eas uitæ, & ipſum uiuere: ueluti ſecundum mentem, ſecundũ ſenſus, & cætera. Quare cui uel unum horũ ineſt atq; adeſt, id uiuere dicitur, quãuis & ſenſu & loco motiua & reliqs careat. Itaq; & ſtirpes alendi præditæ ui, uiuere quidem dicuntur: eſſe animalia non dicuntur. Quapropter ut curſores dicuntur, non ij qui utcunq; currunt, ſed qui uehementer & concitatius currũt: ſic & animalia dicuntur, quæ uita ſunt nõ qualicunq;, ſed euidentiore prædita.

(ζωὴ πίθου.) Dolij uita. De ijs qui tenuiter humiliterq; uiuunt. Sumptum à Diogene philoſopho, cui dolium iucundiſſimum fuit domicilium.

ZOY-

ZOYLVS Amphipolitanus (urbs autem Macedoniæ eſt Amphipolis, olim Nouem uiæ dicta) cognomento Homeromaſtix, quòd Homerũ derideret. Qua propter Olympiæ ſpectatores eum de * Scironijs rupibus præcipitem egerũt. Ac orator ille quidem fuit, & philoſophus: ſed & grammatica quædã ſcripſit contra Homerum: Poeſeos lib. 9. hiſtoriam ab ortu deorum uſq; ad obitũ Philippi. Libros tres de Amphipoli, & contra Iſocratem oratorem, aliaq; plurima, in quibus fuit & Homeri uituperatio. *Homeromaſtix.*

*Vt quimus.* ζῶμεν.) Plato in Hippia, de iis qui non ſuo arbitratu uiuũt: Agimus, inquit, nõ ut uolumus, ſed ut poſſumus.

ζῶναι.) Zonæ in terra ſunt quinq;: Septentrionalis ultra Arcticum circulum, inhabitabilis ob frigus: temperata: combuſta: altera temperata: Auſtralis, inhabitabilis ob frigus.

ZONAEVS ſcripſit amatorias epiſtolas, & de ludo pilæ. Circumferuntur & aliæ eius epiſtolæ ruſticanæ, ſed (cum eo genere non conſentiunt) ab eius ſtylo diſſentiunt.

ZONA tropicè pro facultate capitur, ꝙ cincti ad rẽ gerendã ſint expeditiores.

*Explicatio ſomnij.* ζωνὴ κατιδοῦσα, τὴν ὁδὸν λύει τάχιστ'.) Cingulum diſſectũ iter citò ſoluit. ὀνειροκριτικόν.

ζωοδότης.) Qui omnibus uitam impertit, bonus Deus.

ζῶος φύγοις κρομμύου μόνον λαβών.) Reuiuiſces, cepa modò accepta. De ijs qui paruis è rebus magnam gloriã capiunt.

ζῶσαν.) Viuẽs matri tuæ manifeſto ꝓbro es: Et ualidæ Spartæ patriã iura ſoluis.

ZOPYRVS Perſa, in regis ſui gratiã flagris cæſus, naſoq; & auribus à ſemetipſo mutilatus, Babylonẽ eſt ingreſſus: fidemq; nactus ob cladem corporis, urbem prodidit.

ZOROASTRES Perſomedus, ſapiẽtia ſuperior aſtronomis, primus autor recepti apud illos magorum nominis. Bellum Troianũ anteceſſit annis D. Circumferũtur eius libri IIII de natura. De gemmis, I. Prædictionum ex inſpectione ſtellarum, libri V.

*Zoroaſtris cineres.* Zoroaſtres aſtronomus, ſub Nino rege Aſſyriorum, precatus eſt, ut igne cœleſti abſumeretur: ac monuit Aſſyrios, ut ſuos cineres cõſeruarent. Sic enim regnum eis ſemper eſſe permanſurum. Et quidem etiam nunc ab eis aſſeruantur.

ZOROMASDRES, Chaldæus ſapiẽs, ſcripſit mathematica & phyſica.

ζῶσας.) Sophocles: Peritorũ conſilijs cuctus etiã maximè uideo reſpondere.

ZOSIMVS, Alexandrinus philoſophus, ſcripſit χυμευτικὰ, id eſt de fuſiõe: ad Theoſebiam ſororem ordine Alphabetico lib. 28. à quibuſdã inſcribũtur χειρόκμητα, id eſt manualia: & Platonis uitã.

Zoſimus ſophiſta, Gazæus uel Aſcalonites, temporibus Anaſtaſij Imperatoris, ſcripſit oratoriam dictionem ordine Alphabetico: commẽtarium in Demoſthenem & Lyſiam.

ζῶσμα.) Romanorũ ferentarij ſinguli ſaga habebãt, & cinctum in femoribus.

ζυγομαχεῖν.) Heſiodus: Duos boues mares IX annornm fac habeas. Nã hi & robuſti ſunt, & inter ſe non diſſentiunt. *Boues iugales.*

ζυγὸς.) Iugum in re militari, multitudo eorum qui ſeſe circumſtant.

ζυγὸς.) Lex in ſacra Scriptura iugũ dicitur, & Chriſtus: Tollite iugum meum; quia commodũ eſt, & onus meum leue. *Legis iugũ.*

ζυγῷ.) Viros inermes, exutos, ſingulatim turpiter ſub iugum miſerunt.

ζῦθος.) Zythus, uinum ex hordeo.

ζύμη.) Ferũt à ſexta hora decimæquartæ diei menſis, ſigno tuba dato, omnem panem fermentatum, ſi quis Hebręis ſupereſſet, cremari ſolitum. *Azyma.*

## INITIVM DIPHTHONGI EI.

EI δὲ.) Piſides: Vtinam Perſidis extincta eſſet audacia.

εἴβεται.) Speluncæ Nympharum irriguæ, tantum aquæ ſtillantes in curuum hunc puteum.

εἰδέα.) Plato diuerſis nominibus eãdẽ utitur de re. Ac ideam nocat εἶδος, formã ſeu ſpeciẽ & genus, & παράδειγμα exemplum, & ἀρχὴν principium, & αἴτιον cauſam, & id quod neq; moueatur neq; maneat, & idem & unum & multa. Et uiciſſim, unum nomẽ diuerſis rebus accommodat. ut φαῦλον ſignificat ſimplex, facile, probũ: ut Euripides in Licymnio, de Hercule: φαῦλον ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθὸν πᾶσαν ἐν ἔργῳ σοφίαν περιτέμνοντα: Simplicẽ, inornatum, maximis in rebus bonũ, omnem ſapientiam factis conſtringentem. Interdũ pro malo, uili, uulgari, quolibet. Plato de animo: Rẽ, inquit Cebes, haud magni momẽti quęris. φαῦλον πρᾶγμα. Idem: Res erit ſcilicet non contemnenda, nec paruam uirtutem requiret. *Platonis dictio.*

εἴδη.) Principia formarum ſeu ſpecierum dicebant Pythagorei monadem & dyadem & triadẽ, quòd ab unitate uſq; *Numeri Pythagoreorum.*

ad quaternionem compoſiti numeri efficiunt denarium, quem perfectum & de eadem appellant. Aiebant igitur * quaternaria his eſſe principia, tum communiter in omnibus, tum ſeorſim in rebus intellectilibus & naturalibus & ſenſilibus, quæ Gręcis νοητὰ ſunt, καὶ φυσικὰ, καὶ αἰσθητά. Ac communiter quidē in omnibus, monas ſunt intellectilia. Impartilis ἀμερὴς enim eſt illorū non eſſentia (οὐσία) modò, ſed & actio quę in ſtatu & quiete (ἀκινησία) ſpectatur. Dyas, eſt ſcientia, aut ſcientifica (τὰ ἐπιστημονικὰ) definitè enim id quod ab aliquo eſt, τὸ ἀπό τινος, ad aliqd uenit. Nam ſcientia tranſitio eſt ex definitis ad definita. nec enim ſcientia eſt infinita: cū ἐπιστήμη dicatur ex eo, quòd ad ſtatum ſeu ſtationē nos perducat. Trias, ſunt opinabilia & naturalia. Naturalia uerò dico uniuerſalia in naturalibus, nō ſingularia. nam uniuerſalium naturaliū eſt opinio. Trias igitur eſt opinio, quæ ab aliquo exorſa, nō definitè ad aliquid fertur: ſed aut ſic, aut aliter.

εἰδήσεις.) *Cognoſces Alcmanem lyra pulſatorem Lacena.*
*Eximium, quē Muſarū nouē numerus habet.*

Scientia. εἴδησις.) Cognitio triplex eſt. aut enim ſcientia (ἐπιστήμη) dicitur εἴδησις, ut ait in Phędone Plato. Scire enim hoc eſt, ſciētiam quam comprehenderis, tenere, & nō amiſiſſe. aut generalior cognitio: aut ſimplex, ſiue communior: & horum utrunque continens, ut ait Ariſtoteles in Phyſicis. Noſſe etenim, & ſcire (τὸ εἰδέναι, καὶ ἐπίστασθαι) in omnibus ſcientijs contingit. Nam uerbo εἰδέναι, generalem cognitionem ſignificat: uerbo ἐπίστασθαι, accuratam, aut eam quæ communiter de omni cognitione dicitur, quam in Metaphyſicis adhibuit.

εἶδος.) Species, forma, id quod ſub genus ſubijcitur: ueluti ſub animal, homo, apud philoſophos. Proclus mirabatur Iſidori formam, ut diuinā, & intrinſecus philoſophicæ uitæ plenam.

Simulacrū. εἴδωλον.) Simulacrum, umbratilis ſimilitudo, aut ſpecies corporis, umbra quędam ætheri ſimilis. Bacchylides: Nigro colore tinctum ſimulacrū uiri Ithacenſis. & poeta de Anticlia: Ter mihi elapſū è manibus umbrę ſimile. Intelligendum igitur eſt, ſimulacra corporum imaginē exhibere intuentibus, nō etiam ſubſtantiam rerū. Iubet Pythia ſimulacrū quoddam ſpecie mulieris effictū ſublime ſuſpendi: quo facto, conualuit ciuitas. Scriptura dicit: Nō facies tibi ſimulacrū, nec ullam ſimilitudinē: quaſi inter hæc uocabula interſit. Simulacra (εἴδωλα) eīn ſunt, rerū nō ſubſiſtentiū effigies: ueluti ſunt Tritones, Sphinges, Cētauri. Similitudines (ὁμοιώματα) uerò, rerū ſubſiſtentium imagines, ut ferarū aut hominū. Intereſt & inter adorare & colere (προσκυνῆσαι, λατρεῦσαι.) Fit eīn, ut ex metu adoremꝰ, nō etiā animo ſeruiamus. Sed utrūq; eſt impiū, & inuiſū Deo. Damaſciꝰ: Pro reb. geſtis ſimulacra qdā deſcribimꝰ, umbrā ſōniorū, ſecūdū Pindarū. Ephraimitæ, ſimulacrorū cultores fuerūt. Sophocles:

Simulacrū ſuſpenſum.

*Video uos nihil eſſe aliud niſi Simulacra* (id eſt, effigiem formæ rebus uaniſſimis uaniorē) *quicunq; uiuimus, aut leuem umbrā.* Mortalium res caducæ.
*Huiuſmodi itaq; intuens, elatum* *Nullum*
*unquam dixeris ipſe aduerſus deos uerbum:*
*Nec efferēris ullo modo, ſicubi præ alijs* *Vel*
*manu uales, uel magnarum opum copijs.*
*Nā dies inclinat et reducit* *Omnia humana.*
*Modeſtos aūt* *Dij amāt, & oderūt improbos.*

εἰκάζων.) Prudētiſſimus habitus eſt ſuę ætatis, ut qui res obſcuras ſolertiſſimis coniecturis indagaret.

εἰκάθειν.) Sophocles: Cū ꝓpter tēpora nihil ualeas, potentioribus eſt cedendū.

εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης.) Etiāſi lupi mentionē feciſſes. id eſt, Lupus in fabula. De ijs, quorū iniecta mētione, ipſi ſtatim adſūt.

Genij cultus. εἰκαῖον.) Cultus genij, quē quiſq; noſtrûm habet, eſt, ut eum ab omni perturbatione & uanitate, & querimonia de dijs & hominibus immunem cōſeruet.

εἰκῇ.) hoc eſt, ex ijs quę temerè credūtur. μὴ εἰκῇ τὴν ἄβυδον, Ne temerè Abydū pręterea s, aut tranſeas. Dicitur de ijs qui ſe periculis committunt.

εἰκῇ ῥαψωδεῖ.) Temerè nugatur. Fingit ille inſaniā, temerè ac fortuitò alia atq; alia garriens, ut poſteriora cū prioribus non conſentiant.

εἰκῇ τῷ ἡρακλεῖ.) Temerè Herculi. De ijs qui res citra calumniam & ſine reprehenſione conficiunt.

εἰκοβολεῖν.) Polybius: Lumē parant, ut neq; labārur, neq; temerè tela cōijciant.

Moderatio in rebus ſecundis. εἰκὸς.) Erat eùm ob alias uirtutes admirabilis, tum ob hāc, quòd in rebus ſecundiſſimis nihil à ſtatu naturæ diſcedebat, neq; ſucceſſibus per licentiam abutebatur. Probabile eſt, malè etiam cū eo agi, qui aliquid ſuſcipiat. &, ut eſt apud Pindarū: Oportet agentem aliquid, malum etiam tolerare. Herodotus: Sic exiſtimo, itaq; conſentaneum eſt.

Perículoſæ actiones.

εἰκότα.) Probabili coniectura, quid euenturum eſſet, ratiocinans.

*Chriſti capilli.* εἰκῶ.) Sciendũ eſt, accuratiſſimos hiſtoricos, in Chriſti imagine magis probare criſpos & raros capillos.

εἰκὼν.) Imaginis elegãtia nõ diu durat.

εἰλείθυιαι.) Ilithyię deæ, parientium curatrices.

εἴληφεν ἡ παγὶς τὸν μυῶ.) Laqueus murẽ cæpit. De ijs qui rectè capti ſunt.

εἵλωτες.) Helotes, ſerui Lacedæmoniorum.

εἷμα.) Praxidice quidem fecit, ſed de conſilio Dyſeridis, ueſtem hanc: & communis eſt utriq; ſapientia.

εἱμαρμένη.) Fatum. Philoſophi dicunt, unum eſſe Deum, & Mentem & Fatum, qui alijs atq; alijs nominib. appelletur. Eſt autem fatum, cauſa uniuerſorum cohærens: aut, ratio qua mundus gubernatur: aut, ſeries quædã & nexus inuiolabilis ob cauſam ineuitabilem: aut, uis mouẽs materiã. Nos uerò Chriſtum Deũ confitemur adminiſtrare omnia.

*Chriſtus κοσμοκράτωρ. Deus. Fatum. Voluntas. Fortuna.* Ea quę infra Lunam ſunt, à quatuor cauſis pendent: à Deo, à fato, à uoluntate noſtra, à fortuna. uelnti, Conſcendere nauem noſtri eſt arbitrij: ſed in ſerenitate ſubitò exiſtere tempeſtatem & procellas, fortuitum. Nauem uerò ſubmergendam præter ſpem conſeruari, prouidẽtiæ diuinæ. Fati autem multi ſunt modi.

εἱμαρμένην.) Fatum, uim cogẽtem eſſe dixerunt, & materiæ motricem. Fortunã uerò * Plato dicit cauſam eſſe per accidens: aut σύμπτωμα, caſum aliquem naturæ aut uoluntatis.

*Democritus.* Democritus etiam dixit, alia nos omnes à Deo habere, alia à fato & fortuna, & minutiſſimis illis corporib. & * manifeſtè ſurſum deorſumq; tendentibus, quæ uibrẽtur & implectantur & ſegregentur, & circumferantur neceſſariò, unde non ſolum diuitias & paupertatem, & morbum & ſanitatem, ſeruitutem & libertatem, bellũ & pacem manare: ſed & uirtutẽ & uitium ab ijs decerni. Ac alij alia effati, inter ſeſe pugnârũt. *Atomi Democriti.*

εἱμένος.) Album ſcire, aut nigrũ. Prouerbium.

εἰ μὴ δύνασαι βοῦν, ἔλαυνε δ' ὄνον.) Si bouem non potes, aſinum age. Prouerbium monet, pro uiribus cuiq; agendum eſſe.

εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα.) Niſi pater eſſes. Alterum membrum diſſimulatur: dicerem, te parum ſapere.

εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐσώθημεν.) Niſi citò perijſſemus, ſalui non eſſemus. Prouerbium hoc ſum omnes qui præcipites ruebant, in ore habebant.

εἶναι μὲν.) Ero quidem qui ſum, ſed nõ is eſſe uidebor: Naturam non mutabo, ſed figuram.

εἴπῃς τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ.) Tria illa dicas iuxta aulam: id eſt, in prætorio. Qui ad capitale ſupplicium abducebantur, ijs licebat cibo & potu plenis tria dicere, quæ uellent: deinde ore obturato, ad necem ducebantur. *Condemnatorum tria uerba.*

εἰρεσιώνη.) Ramus oliuæ ſiue lauri, coronatus lana, omnis generis fructibus dependentibus. Hunc effert puer florenti ætate, & Pyanepſijs, quod feſtũ ab elixãdis fabis nomẽ habet, ante fores ædis Apollinis collocat. Ferũt enim Theſeũ, quo tẽpore in Cretã nauigaret, tẽpeſtate ad Delũ appulſum, uotũ feciſſe Apollini: ſe * ramos olearũ coronaturũ eſſe, ſi occiſo Minotauro euaſiſſet incolumis, & ſacra facturũ, &, ſupplice illo ramo coronato, elixaturum ollas plenas ptiſſanæ triticeæ, & pultis, & aram dedicaturum. Pyanepſia interdum celebrant ad auertendam peſtem. Sic autem canebant pueri: *Theſei uotum.*

*Ireſione ficus fert, & pingues panes:*
*Et mel in cotyla, & oleum ad abſtergendum:*
*Et calicem mero plenum, ut ebria dormias.*

Poſt feſtum * extra agros ad ipſas fores collocant aut ſuſpendunt, & quotannis mutãt. Crates uerò Atheniẽſis, de Athenienſium ſacrificijs ait, olim in annonæ penuria, ciues oleaginum ramũ lana coronatũ, ſupplicãdi ergò, Apollini ex oraculo poſuiſſe. Alij tradunt, cũ (peſtis) fames orbem terrarũ premeret, Apollinẽ iuſſiſſe Atheniẽſes ſacra Cereri, q̃ Proeroſia dicũtur, facere pro omnibus. Qua de cauſa undecũq; mitti primitias Athenas, grati animi ergò. Pyanepſijs & Thargelijs Athenienſes Soli, & Horis, id eſt quatuor anni temporibus, ſacrificant. *Athenienſium ſacrificia pro omnibus. Proeroſia.*

εἰρηναῖος.) Irenæus, latinè Pacatus, diſcipulus Heliodori metrici, grãmaticus Alexandrinus, ſcripſit de Athenienſium ſupplicationibus & pompis: de Alexandrinorum dialecto, eam oriri ab Attica, libros VII. Atticorum uerborũ libros III. Atticæ conſuetudinis in dictione & accentu ordine Alphabetico, libros III. Regulas Græciſmi, lib. I. De Atticiſmo, lib. I. & alia multa.

εἰρήνησεν.) Cæſar cũ pacatè uiuere poſſet, bellum ſuſcepit.

εἴρων.) Diſſimulator, impoſtor, ſimulator,

tor, qui eludit & derider omnia: q quod facere poteſt, ſe poſſe negat. ἀλαζὼν, arrogans: huic contrarius, ſuperbus. Non animaduertit ſe trãſire uerum uel dicto uel facto, ſiue detrahendo ſibi, ſiue arrogando.

εἰρωνευόμενοι.) Omnes gẽtes & uerborũ uarietate & animi fraudulẽtia deridẽtes.

εἰρωνεία.) Irõia diuidit̃ in deriſũ χλεύην, μυκτηρισμὸν, σαρκασμὸν, ἀστεϊσμὸν, ὑποκορισμόν.

Epicuriſmus. ἠρύσατο.) Cum Epicuri nugis gauderet, duo inde mala attraxit, impietatem & intemperantiam.

εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ.) Vnus uir, nullus uir. Quòd ab uno nihil præclarum geritur.

εἰς ἀρχαίας φάτνας.) Ad uetera præſepia. De ijs qui iucundam uitæ rationem amiſſam recuperant.

εἰς ἀσθενοῦντας ἀσθενῶν ἐλήλυθα.) Ad ægrotos ægrotus ueni. De ijs quorum caſus ſunt conſimiles.

εἰσβολή.) In mente tria ſpectantur, εἰσβολὴ, παραδοχὴ, συγκατάθεσις: id eſt, aggreſſio, ſuſceptio, aſſenſio: quæ Dauidi ſunt, ἐνώτισις, σύνεσις, προσοχή: id eſt, Auſcultatio, Intellectio, & Attentio. Ac auſcultatio quidem eſt conſideratio uerborum, intellectio uerò eſt apprehenſio uerborũ, attentio uerò deſiderij cõſummatio.

εἰς δέον.) Opportunè, ut decuit, cõmodo Reipublicæ, &c. Si quis aperrè dicere nõ uult, quomodo pecuniã cõſũpſerit.

εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν.) Iudicij nomen, ut res controuerſæ declarentur & proferantur. Ariſtoteles ait ad prætorem referri hoc cauſæ genus, qui re expẽſa & perquiſita, det actionem.

εἰσήγγειλεν.) Doegus Achimelechum, ſiue Abimelechũ (eſt enim binominis) maieſtatis reum fecit, & Saulem regẽ ad nefariam ſacerdotum cædem impulit.

Perſica deliberatio. εἰσηγήσαντο.) Herodotus Perſas hoc modo deliberare ait: Si quid ſobrij retulerint, de eo cõſultare ebrios: Sin ebrij ꝓpoſuerint, id confirmare ſobrios.

εἰσιτήρια.) Feſtum Athenis, quo magiſtratus oẽs ineũt, ineũtq; anni principiũ.

εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν.) *Diuûm peruenit ad aures.* De ijs quorum facta non latent.

εἰσεκύκλησεν.) Ariſtophanes: Aedepol Fortuna res inexplicabiles in ædes noſtras intulit.

εἰς κόλπον πτύειν.) In ſinum ſpuere: id eſt, præ uerecundia non magnificè loqui.

εἰς κόπρον θυμιᾶς.) In ſtercore thymiama. De rebus inutilibus & futilibus dicitur ab Atticis.

εἰς Κυνόσαργες.) In Cynoſarges. Dictum per cõtumeliam, & execrationẽ. Eſt Atticæ locus, ubi nothos pueros collocabãt: quòd & Hercules, quamuis nothus, diuinos honores conſecutus fuerit: ſic dictus à cane albo, uel celeri. Nam cum Herculi res diuina fieret, canem album (alij aquilam) coxas abreptas eò detuliſſe: atq; Athenienſes oraculo monitos, ibi ſanum Herculis condidiſſe tradunt.

εἰς μελίττας γ' ἐκώμασας.) Ad apes commeſſatum ueniſti. Prouerbiũ, in eos qui ſubitò affliguntur, præter expectationẽ.

εἰς ὀρθὸν ἀποδῦναι, καὶ ἐπ' ὀρθὸν καταστῆσαι.) Quenq; uirum in priſtinũ ſtatum & habitũ reſtituere: ueluti ſi reuocati ab hoſtibus, iubeãtur haſtæ inniti, deinde rurſus erigi, iterum hoſtes petendi erunt.

εἰς οὐρανὸν τοξεύειν.) In cœlum iaculari. De ijs qui per contumaciam aliquid fruſtra faciunt.

εἰς πάγας ὁ λύκος.) In laqueos lupus. De improbis, cũ in euidẽs inciderint piculũ.

εἰς πῦρ ξαίνειν.) Ignem diuerberare. Prouerbiale, de ijs qui (καθ' ἑαυτῶν) contra ſeſe aliquid fruſtra faciunt aut dicunt. Simile huic eſt, κατὰ πετρῶν σπείρειν, Saxa conſerere. &, εἰς τέφραν γράφειν, In cineres ſcribere. Ego iuſiurandum eius inſcribendum eſſe cineri iudico.

εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν.) In perforatum dolium haurire. Prouerbium, ſumptum à fabula Danaidum. Iuxta idẽ dolium, animæ profanorum (id eſt, non initiatorum) & impiorum crucientur.

εἰς τὸν ἀγρὸν ἐπιβλέπειν.) Agrum intueri ſolent ij, qui obſidentur & oppugnantur, in eo eſſe cupientes.

εἰς Τροφωνίου μεμάντευται.) Trophonium cõſuluit. De ſeueris & tetricis. Nam qui in antrum Trophonij deſcendebãt, deinceps non ridere ferebantur. Trophonium autem aiunt, fratris Agamedis caput tenentem, perſequente Aegæo, in hiatum, ubi nunc eius oraculum eſt, uoto facto incidiſſe. Si patrij ſpecu.

εἰς Τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν.) Trœzenem eſt eundum. De imberbibus, aut parũ barbatis. Pogon enim, id eſt barba, Trœzeniorum portus eſt.

εἶτ' ἐφ' ὕδωρ κακός.) Ad aquam malus. De pauperibus & infortunatis dicitur. In iudicijs enim uiliſſimum munus fuit, aquam litigantibus dimetiri.

εἴ τι Πεισάνδρου βδελύττῃ τοὺς λόφους καὶ τὰς ὀφρῦς.) Si Piſandri deteſtaris criſtas, & ſupercilium. Hic uulgò ridebatur, ob igna-

ignauiam: ſed belli amans & concitator erat, priuati emolumēti gratia: & utebatur criſta triplici, & armis inſignib. quò fortis uideretur, cum non eſſet.

*εἴ τις ἐν αἰγύπτῳ σῖτον ἄγοι, καὶ ἐν κιλικίᾳ κρόκον, ὅμοιόν ἐστι τῷ γλαῦκα ἀθήναζε.*) Si quis in Aegyptum frumētum uehat, & in Ciliciam crocum, perinde fuerit ac ſi noctuam Athenas. De ijs qui fruſtra coaceruant ea quæ antè adſunt.

*εἰ τὸ μέσον κτήσαιο κορίνθου καὶ σικυῶνος.*) Si mediū poſſederis Corinthi & Sicyonis. Aeſopo ſcriptori fabularum de diuitijs percontanti, Apollo hoc oraculum reddidit. Fertilis enim eſt ea regio. Eſt & Bacidis uatis oraculum: Aſt ubi habitarint lupi, canæq; cornices, unà intra Corinthum & Sicyonem.* Obſcurè innuit, urbem Nephelococcygiā, id eſt Nebulocuculiā intra cœlū & terrā eſſe conditā.

*Schlauraffenland. Contumacia. Iniuria.*

*εἰ τοι νομίζεις.*) Si exiſtimas poſſeſſionē quandam eſſe contumaciā ſine prudentia, non rectè ſentis. Si putas te homini cognato malè facientem, non daturum eſſe pœnas, malè ſapis.

*εἰ φίλου χρήζεις ὑπουργίας.*) Si amici requiris operam. De ijs qui generoſo ſunt animo. Aegrotanti Antiſtheni Diogenes porrecto cultro ſic dixit.

PRINCIPIVM LITERAE H, *quæ latinè ferè tranſit in E longum: nonnulli & in æ diphthongum mutant, haud ſcio num autoritate ueterum, an ex imperitia.*

*ἢ ἢ σιώπα, μηδὲν εἴπῃς νήπιον.*) Ariſtophanes: Age age tace, ne quid ſtultū dixeris.

*ἢ.*) Præſtat in terra eſſe pauperem, quā in mari diuitem. Malo guttam fortunæ, quàm ſapientiæ dolium. *θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ πίθον φρενῶν.*

*ἡ ἀπὸ σκυθῶν ῥῆσις.*) Scytharū dictio. De ijs qui apertè alicui malè precantur. Nā Scythæ Darium poſtulantem, ut ſibi parērent, plorare iuſſerunt.

*Præcocia ingenia.*

*ἡβητήρ.*) Non boni ſunt puberes. Odi pilum illum qui citò creſcit.

*ἡβυλλιῶσαι.*) Nupturæ euellebāt pilos.

EGELOCHVS, tragicus hiſtrio, quē Plato ridet, ut inſuaui præditum uoce. *ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις (γαλήνῃ) εὐδίαν ὁρῶ.* Euripides in Oreſte: E' fluctibus, uel, poſt fluctus, denuò uideo tranquillitatem.

*Magiſtratum Athenienſium. Archon.*

*ἡγεμονία δικαστηρίου.*) Principatus iudicij. Magiſtratibus non omnibus licebat quarumuis litium dare actionem. Prętoris, τοῦ ἄρχοντος erant, pupillorum, delirij, & fraudatorum hæreditate diſceptationes. Ratiocinatorum, τοῖς λογισταῖς poſcere rationes geſti magiſtratus. Regis ſacrificuli, capitales cauſæ, & impietatis, & ſacerdotiorum, & ſacerdotum de ſacrificijs controuerſiæ. Idem * etiam altaribus præconio arcebat, patriç religioni aduerſantes. Polemarchi, id eſt prętoris peregrini, deſertæ clientelæ, deſertiq; patrocinij crimina: & quicquid apud ciues Archō, id apud inquilinos Polemarchus adminiſtrat. Theſmothetæ, calumniarum, corruptelarum, cōtumeliarum, adulteriorum, inſidiarum, peregrinitatis, falſæ inſcriptionis in album municipij, aliarumq; rerum iudicia exercebant. Vndecimuiri latronum, furum, plagiariorum iudicia reddebant. Imperator, στρατηγὸς de Trierarchia, & permutatione facultatum. Hæc igitur qui adminiſtrāt, principatum habere iudicij dicūtur. Sed & rex ſacrificulus, unà cū Curatoribus ſacrorum, qui ἐπιμεληταὶ dicuntur, initijs Cereris præeſt, ac ſolus coronam habet.

*Logiſtæ. Rex ſacrificulus. Polemarchus. Archon. Theſmothetæ. XI uiri. Strategus. Rex ſacrificulus.*

*ἡγεμονικόν.*) Princeps ſeu imperatoria pars animi, in qua uiſa & appetitiones exiſtunt, & unde ſermo oritur*, quam eſſe dicunt in corde.

*ἡγεμὼν συμμορίας.*) Dux claſſis urbanę, ob diuitias in conferendis tributis.

HEGEMON Thaſius, cognomento Lens, ſeu Lentulus.

Hegemō, unus ex ijs fuit Athenis, qui Macedonibus ſtudere, & largitionibus corrupti eſſe uidebantur. Ex fabulis eius eſt Philina, Athenæo autore.

HEGESIPPVS, cognomento Crobylus, (ab implexis capillis) cuius eſſe putatur ſeptima Philippica de Haloneſo, Demoſtheni inſcripta. Ex eius fabulis eſt Philetærus, id eſt amans ſodalium, Athenæo autore.

*Proclus. Diuitiarum corruptela.*

HEGIAS uirtute patri præſtitit, & eloquentia: & adhuc adoleſcens, eam ſpem & ipſe aluit, & omnibus de ſe fecit, ſe magno Plutarcho non multo fore inferiorem. Itaq; Proclus eum, iuuenem etiamnum, ad Chaldaicorum oraculorum auſcultationem admiſit. Nam diſcendi ſtudium in eo, & probitas naturalis fuit. Enimuero diuitiarum natura illa, & conſuetudo eſt ſcilicet, ut magno malo ſint ingenijs, & animis hominum, uberem paſtum adulatoribus præbentes, nō auri duntaxat (nam id quidem adeò graue non eſt) ſed & iuuenilis animi, teneri adhuc, qui ab huiuſmodi beluis planè inſtar florentis ſtirpis depaſcitur. Iſti igitur

*Sacrorum uſurpatio.*

Hegiæ corruperunt animum, ne germanè & uerè philoſopharetur, quãuis aliàs ſtudioſus enarrationis naturæ. Nã in reliqua uitæ conſuetudine alicubi à recta ratione aberrabat: & præ alijs ſacer eſſe uolens,* affinium ſacra, illis nõ aſſenſis, peregit in Attica, multaq; alia uetuſtiſſima inſtituta loco mouit, alacritate animi maiore quàm pietate. Vnde in Republica celebris, graues inimicitias ſuſcepit eorum, qui magnam pecuniam, qua ille potiebatur, appetebãt, & inſidias illi ex patrijs inſtitutis parabant.* Præditus tamen erat Hegias parte aliqua magnificæ Theogenis naturæ, in benefaciendo: ſed eò præſtantius, quòd amicis & egentibus largiebatur.

*Theogenes.*

*Lingua Mercurio.*

ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται.) Lingua nuncio horum inciditur: hoc eſt, lingua uictimarum Mercurio datur, quam Calliſtratus præconibus dari ſcribit.

ἡ γλῶττ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.) Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

ἠγμένος.) Miratus adoleſcẽtem, filiolam ei, quæ & ipſa in philoſophia inſtituta eſſet, deſpondit.

ἡγέμων.) Habebat uir, ciuiũ maximus illic, priuſquã me fortuna talis oppreſſit.

ἠγρίωσαι.) Sophocles:

*Delicatæ aures.*

*Tu efferatus es, neq; ſuaſorem admittis.*
*Quòd ſi quis ex beneuolentia te monet,*
*Eum odiſti, hoſtem atq; inimicum exiſtimãs.*

ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.) Aut edendæ ſunt carnes teſtudinis, aut nõ edendæ. Paucæ teſtudinis carnes tormina gignunt, multæ purgãt. Vnde prouerbium tractum Demõ aſſerit. Alij accommodãt ad eos, qui cum detrectent militiam, tamen militent. Aiunt autem Terpſionis hunc uerſum eſſe.

ἤδη.) Iam, pars temporis aut futuri, aut præteriti, uicina præſenti.

ἡδόμενος.) E' Plotino: Voluptates, moleſtiæ, fiducia, metus, cupiditates, auerſationes & dolores, cuius nã ſunt? aut animi, aut utentis animi corpore, aut tertij cuiuſdam ex utroq; conflati: idq; bifariam. aut enim ipſa miſtio eſt, aut aliud quiddam ex miſtione.

*Animus. Corpus. Commiſtio.*

*Voluptas definitiones.*

ἡδονή.) Voluptas, leuis motio, aut generatio, aut natura ſenſibilis, aut bruta diſſolutio, aut actio habitus ſecundũ naturam, non impedito eo fine qui extremas actiones ſequitur. Ex his definitionibus confirmare & refutare queas, uoluptatem bonum eſſe, uel non bonum. Voluptas, læuis: labor, πόνος, aſpera motio eſt. quarũ illa grata eſt omnibus animantibus, hæc inuiſa. Ac uoluptatẽ corporis eſſe perfectam (nõ καταστηματικὴν, conſtantẽ illam, poſitã in indolẽtia, ſeu remotione dolorũ*, & quaſi perfectam ἀοχλησίαν, uacuitatẽ moleſtiarũ) dicũt, & differre finẽ & fœlicitatẽ. Finẽ enĩ eſſe, uoluptates ſingulas: felicitatẽ uerò, cõpagem quandã, & quaſi congeriem ſingularum uoluptatũ, tam præteritis, q̃ futuris eo numero cõprehenſis. Ac ſingulas uoluptates per ſe experendas eſſe. felicitatẽ uerò nõ per ſe expeti, ſed ꝓpter ſingulas uoluptates. Voluptas autẽ eſt bruta elatio *ob id quod in alio ſitũ eſſe uideat̃. cui ſubijcitur κήλησις, delinitio: ἐπιχαιρεκακία, maleuolentia: τέρψις, delectatio: διάχυσις, hilaritas. Ac delinitio eſt uoluptas, quæ aures demulcet. Maleuolentia, uoluptas ex alienis malis. Delectatio, quaſi cõuerſio & incitatio animi ad relaxationẽ. Hilaritas, eſt relaxatio (ἀνάλυσις ἀρετῆς) uirtutis. Cõfici aũt poteſt ex utraq; cõtradictionis parte ratiocinatio ꝓbabilis. nã bonũ q̃dẽ eſſe uoluptatẽ, hic ſyllogiſm⁹ oſtẽdit. Id qđ appetitur ab omnib. bonũ eſt: Voluptas appetitur ab omnib. ergo uoluptas eſt bonũ. Eandẽ aũt nõ eſſe bonũ, talis: Bonũ facit bonos: uoluptas bonos non facit: ergo uoluptas nõ eſt bonũ. Voluptas eſt motio læuis: Omnis motio eſt actio imꝑfecta: nihil aũt imperfectũ bonũ eſt: uoluptas igit̃ nõ eſt bonũ.* Voluptas alia impura eſt, alia naturalis ſtat⁹, quã Epicur⁹ omnis finis actionẽ eſſe docuit: hoc eſt, ꝓtimũ bonũ, qđ eſt Deus. Voluptatis faſtigiũ, id qđ nulla moleſtia ꝑmiſtum eſt.

*Finis. Felicitas.*

*κήλησις. ἐπιχαιρεκακία. τέρψις. διάχυσις.*

*Voluptas bonum ne an malum.*

HEDONI, gens Thracię: & Hedonia, prouincia.

HEDYLEVM, mons eſt Bœotiæ.

Ἠετιώνεια.) Eetionea uocatur alterum Piræei promontorium, ab Eetione terræ illius poſſeſſore.

ἠΐθεος.) Adoleſcentibus nõ tantus eſt labor, quantus nobis puellis, tenero animo præditis.

*Puellæ. Adoleſcentes.*

Ἠιών.) Eion, urbs Thraciæ, Mendæorum colonia. quam Theopompus narrat, eiectis Amphipolitis, ab Athenienſibus euerſam eſſe.

ἠθοποιΐα.) Ethopœia, imitatio morum propoſitæ perſonæ.

ἡ κάμηλος ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία.) Camelus ſcabioſus multorũ aſinorũ fert ſarcinas (εἰς ἀγλαΐαν) ad ſplẽdorẽ, quas hũi depõit. De Laide meretrice.

ἠκα-

ἤραχοι.) *Heroum nati in lo pueri Homero Moleſti fuerunt, gripho Muſico contexto.*

ἥκιςα.) Negociatio minimè lucroſa illi fuit. Minimè uideres illũ uel dicto uel facto à uero recedere. Xenophanes iuſſit principũ uirorum uti conſuetudine, uel rariſſimè, uel ſuauiſſimè. Ξενοφάνης ἔφη τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν ἢ ὡς ἥκιςα ἢ ὡς ἥδιςα. Minimè illis curæ eſt ueritas. Iamblichus: Vir mentiendi minimè gnarus, ſed cum primis amans ueritatis. Deus cũcta intuetur, & ſupplicia minimè uult atrocia & inclementia eſſe. Clementia.

ἠκρωτηριασμένος.) Demoſthenes de Corona: Patrias ſuas mutilarunt. Proditores.

ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ.) Canis in preſepi. De iis qui nec ipſi rebus utuntur, nec alios uti ſinunt. Canis enim cum hordeo non ueſcatur, equum ueſci prohibet.

ἠλεί.) Heli ſacerdos Iſraelis fuit, cuius filios Ophni & Phinees, ob petulantiã, & confuſionem in ſacrificiis, diuina uindicta perſecuta eſt, ut in pugna trucidarentur perirent. Ille uerò diuinã uocẽ audiuit, quæ diceret: Dixi domũ tuã tranſituram eſſe coram me perpetuò. Nunc uerò non ſic: ſed eos qui me glorificant, glorificabo: & qui me nihili faciunt, ignominia afficientur, & extirpabo ſemẽ tuum ex altari meo. Et rurſus: Ecce ego ulciſcor domum Eli uſq; in ſeculum, ob ſcelera filiorum eius. Pœna proſanatæ religionis. Poſteri maiorum delicta luunt.

ELI Eli Limas abachthâte. Deus meus, Deus meus.

ELIAS propheta, ſub Achabo rege. Achabi filius Ochozaias impius maximè fuit, uſus Muſca ſimulacro Accaronio. Quos Elias ob idololatriam obiurguit, & centurionem à quo arceſſebatur, cum L uiris cum comitantibus, igni cœleſti extinxit: alterum q; ſimiliter. Tertius ſupplex illi factus, manſit incolumis, prophetamq; ſecum abduxit.

HELIAEA, maximum prętoriũ Athenis, ſic appellatũ, quòd ſub dio ſit, & ſolis radijs feriatur: in quo qui ius dicebãt, mille uiri, aut mille quingenti, publica negocia diſceptantes, è binis aut ternis coacti prætorijs, Heliaſtæ, triobolum accipiebant, poſt iuriſdictionem. Vnde ab Ariſtophane Trioboli cognati dicũtur. Omnes Athenienſes olim dabant iuſiurandum Heliaſticum. Triobolum iudicum.

ἠλιθιώτερος τῆς πραξίλης ἀδώνιδος.) Stupidior (Praxitelis) Praxiles Adonide. De hominibus ſtupidis.

ἠλιθιάζω.) Mens non ineſt ueſtris comis, qui me deſipere putetis: cũ ego de induſtria ſtultè faciã. Supra modũ ſtupidus, & tardus, aſino ſimilimus, & qui frenum trahenti parẽret, auriculis crebrò agitatis. Simplicitatem & ueritatẽ, ſtulticiam exiſtimabat. Stulticiam ſimulare loco, ſapientia ſumma eſt.

ἥλικες.) Aequales: ſic dicebantur à pari ætate Antiochi Epiphanis cohors, omnes proceri adoleſcentes, Macedonico more armati & inſtituti. Epiphanis cohors.

ἤλιγον.) Fabius iubebat, ne tam darent operam hoſtibus ut nocerent, quàm nẽ quo ipſi afficerentur incommodo. Cauere. Nocere.

ἧλιξ ἥλικα τέρπει.) Aequalis æqualẽ delectat. Non adoleſcentem adoleſcentes delectabant, ſed pares, nõ ætate, ſed morum ſimilitudine.

ἥλιον κρύπτεσθαι, ἄςρα δείκνυσθαι.) Solem occultari, aſtra demonſtrari. Hæc rhetores uocant γοργὰ incitata: grãmatici ὁμοιοκατάληκτα, ſimiliter deſinentia: philoſophi πάρισα, comparia.

ἥλιος.) Φωςῆρας ἰδεῖν, πραγμάτων δηλοῖ φάσιν.) Lumina, id eſt ſolẽ & lunã cernere, actionũ ſignificat lucẽ. ὀνειροκριτικόν. Explicatio ſomnij.

ἥλιος.) Poſt obitũ Vulcani, regis Aegypti, Sol filius eius regnum ſuſcepit, cũ uixiſſet dies 4477. qui conficiunt annos VII, menſis III, dies V. Nam alij dies pro annis numerabant, alij lunæ circuitus, alij quatuor anni tempora. Sed qui pòſt rerum potiti ſunt, & prouincias tributarias effecerunt, prouentu frugum tẽpora diſcreuerunt, ac propriè uocarunt annos. Sol igitur patris leges conſeruans, mulierẽm in adulterio deprehenſam publice traduxit. Vnde Homerus commentus eſt, ſolem oſtẽdiſſe Martem cum Venere concumbentem. Ac Venus illi quidem eſt adultera cupiditas: Mars uerò, deprehenſus cum ea miles. Vulcanus. Sol. Annorum numeratio. Homeri um Martis adulterium.

ἥλους κρατῶν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν βλέπει.) Clauos tenens, ſtimulos inimicorum ea ue. ὀνειροκριτικόν. Explicatio ſomnij.

ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν.) Clauũ clauo pellis. Prouerbiũ, in eos qui peccatũ peccato corrigere ſtudent: id qđ fieri nequit.

ἡ λύκου δεκάς.) Lupi decima, uel decuria. Prouerbium, Lycus Athenis iuxta prætorium heros, lupi imagine: ac primùm (δικαςαὶ, largitionum captatores) δικαςαὶ iudices, apud Lupiformem heroem ſunt appellati.

ἠλύσιον.) Elyſium, templum apud inferos, alij in Aegypto, alij circa * Leſoum eſſe tradunt. Elyſius campus, in quo homines iuſti apud Gentiles poſt obitum Elyſium.

*Cocytus. Phlegethon.*

degunt: ſupplicio uerò digni, in Cocytũ frigidiſſimum, & Phlegethontem ardentiſſimum fluuium peruenient.

ἦμαρ.) Sophocles: Nam quid dies diei adiectus uitã progãs delectare poteſt?

ἡμεδαπός.) Ariſtophanes: Figura uerborum noſtras eſt.

*Non imminuit præſentia famam.*

ἢ μὲν κλέος, ἦ δὲ καὶ ἦσθα.) Qualis de te rumor, talis ipſe eras. De ijs qui famę ſuę reſpondent.

ἡμέρα δυνάμεως καὶ ἐπιφανείας.) Dies potentiæ & repræſentationis. Alter Chriſti aduentus, qui cuique affert & præmia uita acta digna.

ἡμέρα πονηρά.) Dies mala, id eſt iudicij, & æternum ſupplicium. Qui paruam caſtigationem in hac uita ſubierit: clementius illic iudicium experietur.

ἡμερινὰ ζῶα.) Diurna animalia, quę ab omnibus interdiu cernuntur: nocturna uerò, noctua, eleos, bubo, nycticorax, epolius, ſcops: marina, halcyon, aedon, ceyces, fulicæ, larus, charadrius, catarractes, canclus.

*Vitis.*

ἡμερίς.) Vitis omnia demulcens, ebrietatis nutricula, mater pomi criſpi, quæ curuas plicas produces corymbi.

ἡμεροδρόμοι.) Curſores, regij adoleſcẽtes, ephebis paulo maiores, quib. prima lanugo ferè prouenit, qui nihil ſecũ ferunt præter arcus, ſagittas, iacula, & lapides ignem eiaculantes. Hæc enim eis ad iter ſunt utilia.

ἡμιμόχθηροι.) Semimprobi, ex ſemiſſe mali, qui peccata uituperant, & tamen peccant.

*Magicus & fugitiuus nũmus. Paſes ipſe tuit ueſcere delicijs.*

ἡμιωβόλιον πάσητος.) Paſetis ſemiobolus. Paſes hic mollis quidem natura fuit, ſed magia ſuperauit omnes: qui ſubinde reciperet eum nummum, quem uenditori dediſſet: & ſuis carminib. & cœnas ſumptuoſas, & miniſtros menſæ exhiberet conſpiciendos, quæ rurſus omnia euaneſcebant.

ἥμισυ.) Heſiodus: Amentes, neq; ſciũt quanto plus ſit dimidium toto. Hiſtoria ſic habet. Duo fratres fuerunt, quorũ alter moriens, alterum & filij tutorem & curatorem bonorum inſtituit. Qui cum uir eſſet improbus, dum pupilli bona ſtudet interuertere, ſua etiã perdidit. Huic opem imploranti, & res meliores quærenti, * reſponſum eſt: Amens, non intellexit quanto plus ſit dimidium toto. Hæc doctrinam continent, animum purgant, uitam ornant, temperantiam inſerunt, iuſticiam ſanciunt.

*Pauca bene parta iniuſtis lucris potiora.*

ἦ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο;) Nũ Morſimi quis dicta excerpſit? De abiectis & infamibus. Morſimus enim tragœdus fuit, poeta frigidior, * Philiclis F. oculorũ medicus puſillus, filium habuit Aſtydamãtem. Piſides: κἀγὼ γὰρ εἷς ἦν τῶν βοᾶν ἠπειγμένων. Et ego unus eorum fui qui ad clamandum incitati erant.

ἦν.) Ariſtophanes in Pluto: Ego fui uir pius & iuſtus, infelix tamen & pauper.

ἦν ἄρα.) Fuit igni calidior, & impudentibus urbanorum ſermonibus impudentior. De ijs qui modum excedunt.

ἦν ἄρ' οὐ.) *Nullũ talẽ iuuenẽ cruẽtus Mars Peremit odioſa in turbine pugna.*

ἠνέσαμεν.) Ab ineunte ætate uitam hãc laudauimus.

*Oracula.*

ἠνιγμένος.) Oracula perſpicua non erant, ſed obliqua, & uariè inuoluta, ut quæ aliud ſentirent, aliud dicerent.

*Autoritas mercenaria.*

ἠνία.) Vter ueſtrûm plurib. me beneficijs affecerit, ei cõcionis habenas tradã.

HENIOCHVS, mediæ comœdiæ poëta, cuius fabulæ ſunt: Trochilus, Epiclerus, Gorgones, Polypragmon, Thorricium, Polyeuctus, Philetærus, Bis deceptus, contra Polyeuctũ. Fuit & noſtra ætate Polyeuctus, homo nefaſtus, ſemiuir, inuiſus Deo, iracũdus, Cocyti & Stygis, uitæ grauis & pernicioſus partus.

*Polyeuctus.*

ἤξιε.) Procopius: Nolebat actiones accommodare temporibus, ſed quouis tẽpore quiduis agebat.

ἡπατοσκοπία.) Haruſpicina, uiſcerum inſpectio, è quorũ ſectione futura prædicebantur.

*Bellum.*

ἤπερ.) Rex ijs quæ aderant cõtentus, nolebat (id quod optimũ eſt) bello elatus, bellicis euẽtibus fidere: ut qui nihil omnino firmi & fidi haberent.

ἡ Περγαία ἄρτεμις.) Pergęa Diana. De circulatorib. & tironib. dicitur, quòd hæc dea ſemper uagari & errare creditur.

ἤπειρον.) Vſitatũ eſt Iſocrati, terrã quę regi Perſarum paret, Epirum dicere.

EPIONE, uxor Aeſculapij, & filia eius Hygiea, Aegle, Iaſo, Aceſo, Panacea, nomina facta à lenitate, ualetudine, ſplẽdore, ſanitate, remediis morborũ omniũ.

*Iuno.*

ἥρα.) Iuno, aer: qui quia purgat, ſimulacrũ eius geſtat forpicẽ æneũ, quo pili reſecari, & corpora glabra fieri ſolebant.

*Heraiſcus idolorum cognitor & menſtruorum.*

ἡραΐσκος.) Heraiſcus, diuiniore fuit ingenio. Aſclepiades uerò in Aegyptiorũ ſapientia minus eruditus: quippe cũ ille tandiu domi, hic tandiu peregrè uerſatus eſſet. * Alter uerò par, tamẽ altero lõ

gè

gè inferior erat ingenio & ſciẽtia. Nam Heraiſcus, ipſius naturæ impulſu uiuentia & nõ uiuẽtia ſimulacra diſcernebat. Primo enim aſpectu cor eius uulnerabatur præ admiratione, ut exultaret tã corpore quàm animo, quaſi numine afflatus. Ac ſi quod eum ſimulacrum nõ cõmoueret: id uerò inanime erat, & diuinę inſpirationis expers. Sic diiudicauit ineffabile ſimulacrum Aeternitatis, quod ab eo Deo tenetur, quẽ Alexãdrini Oſiridis ſimul & Adonidis nomine, arcana quadã dei cõmiſtione colebãt. Idẽ Heraiſcus ea natura fuit, quæ naturæ pollutiones auerſaretur. Nam ſi mulierem impuram utcunq; & undecunq; loquentẽ audiſſet, ſtatim ei caput dolebat: idq; illi argumentum erat ſeceſſus, id eſt, ut opinor, menſtruorum. Ac ita uiuenti ſemper aderat aliquid diuini. Mortuo uerò illo, cum uſitata illa ſacerdotibus Aſclepiades tradere pararet, cùm cætera, tum Oſiridis ueſtes, quibus tegeretur corpus: ſtatim cũ lumine elucebãt undiq; è ſindonibus arcanæ (διαχαράγματα) deſcriptiones, & circum ipſum conſpiciebantur formæ ſpectrorũ diuinæ, euidenter oſtendentium, quibus dijs eius animus cõtubernalis eſſet factus. Fuit & primus eius ortus uerè myſticus. Fertur enim ex utero matris prodiiſſe, indice ſilentij digito labiis admoto: quo modo Aegyptij fabulantur natum eſſe Orum: & ante Orum, Solem. Itaq; cum is digitus labiis adhæreret: ſectione illi fuit opus, & labrum ſemper inciſum permanſit, conſpicuum omnibus ſignum arcanæ illius natiuitatis. Itaq; & uita eius talis fuit, ut eius animus in adytis & initiis perpetuò uerſaretur: utq; non in Aegypto tantùm patria ſacra * moueret: ſed peregrè etiã, ſicubi quid huiuſmodi rerum relictum eſſet. Ac fuit Heraiſcus Bacchus, ut ſomnium demonſtrauit. Aſclepiades uerò diutius in Aegyptiorum libris uerſatus, peritior erat theologiæ patrię, cùm principia eius & media meditatus, tum infinitate prorſus extremorũ finium indagata: ut ſcire licet ex hymnis, quos ſcripſit in Aegyptiorum deos, & ex eo Opere quod ſcribere inſtituit, omnium Theologiarum ſiue religionum cõſenſum cõtinente. Scripſit etiam hiſtoriam Aegyptiorũ, Ogygiorũ res geſtas cõtinentẽ, non minus annorum 30000, ſed paulo amplius. At Heraiſcus nõ modò bonus erat & lenis: ſed & iræ aliquid aduerſus

Spectra dæmonum in funere.

Digito cõpreſſo labellum.

Aſclepiades.

παντόγονια.

Hiſtoria 30000 annorum.

improbitatem, & fortitudinis cõtra inſidias hominũ habebat: ſic tamẽ, ne uſpiã iuſticiæ limites egrederetur. Nam Erythrius quidem Aegyptius, & Ammonius, inter ſeſe Byzantij decertabant, nec alter alterum in extremum adducere diſcrimen deſiſtebat. Heraiſcus uir Aegyptius, acutiſſimè quidem res intelligebat: ſed refutare mendacia, & uias à ueritate abducentes inueſtigare, non æquè poterat: ingenio feliciore præditus, ad ueritatem explicandam.

μισοπονηρία.

Erythrius.

Ammonius.

Veritatis amator potius quàm defenſor.

ἡρακλέως ἄγαλμα.) Hercules Pici, qui & Iupiter, F. philoſophus optimus, pingitur leonina pelle indutus, & clauã geſtans: triaque mala tenens ſiniſtra, quæ dracone, philoſophię claua occiſo, eum abſtuliſſe fabulantur: hoc eſt, cupiditatis impetus uiciſſe, quòd tres animi partes exornatas habuerit. Tria enim mala, ſunt tres uirtutes: nõ iraſci, non eſſe auarum, non appetere uoluptates (μὴ ὀργίζεσθαι, φιλαργυρεῖν, φιληδονεῖν.) Leonis exuuię generoſum animum declarant.

Herculis allegorica philoſophia.

HERACLEON Aegyptius, è pago Tilote, ſubiecto Heracleę urbi, grãmatic9, Romæ docuit. Scripſit cõmentarios in Homeri rhapſodias, & in Lyricos, & de Imperatiuis uerbis apud Homerum.

HERACLEA urbs Siciliæ, quæ Minoa dicitur.

ἡράκλεια.) Herculis fana in Attica multa fuerunt. quorũ Marathoniũ & Cynoſargeum Athenienſes maximi fecerũt.

ἡράκλεια λίθος.) Herculanus lapis, magnes, ferrum attrahens. Piſides:

*Omnes attrahens ut Herculanus lapis,*
*Aut rectius ut dicã, ipſum Herculanũ lapidẽ.*
*Naturam enim ipſe habet magis attrahentẽ.*

Euripides in Oeneo: Mortalium animos explorans, quemadmodum Magneſius lapis, Gloriam attrahit, uiciſſimque remouet.

ἡράκλεια λουτρά.) Herculana balnea: id eſt, calidæ aquæ, quas Vulcanus Herculi donauit.

HERACLIDES Euphronis filius, philoſophus.

HERACLIDES Ponticus, oriundus à Damide, uno ex ijs qui Thebis coloniam Heracleam duxerunt, Platonis diſcipulus. quo in Siciliam profecto, relictus fuit ut ſcholæ præeſſet. Hic draconem aluit, & manſuefecit, & contubernalem ac concubinum habuit: qui ſolus in lecto inuentus eſt, cum quidem Heraclides ſanus cubitum iuiſſet, non autem

Heraclidis draco.

Inuen-

inuentus eſſet. Ac alij quidem eum immortalem eſſe factum, alij ſe ob immortalitatis opinionē in puteū præcipitaſſe putarunt. Scripſit multa.

Heraclides Oxyrynchites, philoſophus, Serapionis F. cognomento (Lēbi) Lembus. Fuit ſub Ptolomæo VI, & fœdus cū Antiocho factū ſcripſit. Scripſit & philoſophica, & alia.

Heraclides Lycius ſophiſta dixit: Nicetes (ὁ κεκαθαρμένος) purgat⁹ ignorauit ſpolia Pygmæorum ſe aptare coloſſo.

Heraclides Pōticus, Heracleotes grāmaticus, Didymi clariſſimi doctoris Alexandrini auditor. Hic cum aprū Ariſtarchi diſcipulū Romæ celebrem, & Didymū frequenter perſtringentem audiuiſſet: Sapphico ſiue Phalæcio uerſu tres libros ſcripſit explicatu difficiles, multāq; dubitationē propoſitarū quæſtionū cōtinenres, quos Leſchas ſeu Nugas appellauit. His Romam allatis, & * Apro propoſitis, ibi manſit: ac Scholas habuit ſub Claudio & Nerone. Scripſit & uerſu heroico multa.

*Monothelitæ.* *Ligna S. †*

HERACLIVS Romanorum imperator, ab Athanaſio Iacobitarum patriarcha, & Sergio Syro Conſtanrinopolitano, in ſectā Monothelitarum eſt deuolutus. Heraclio imperatori, in Perſide agēti, filij duo & filiæ duæ obierunt. Ipſe uerò acceptis uiuificis lignis obſignatis, quemadmodum accepta fuerant, atque permanſerant, Hieroſolyma profectus, Modeſto pontifici & eius clero mōſtrauit. Hi & ſigillū incolume atq; intactum agnouerūt, & clauē ab eo ſumpſerunt, & adorarunt, & in altum ſuſtulerūt. Imperator igitur ea Byzantium miſit, quæ Sergius in Blachernis repoſuit. nec multo pòſt Heraclius Byzantium è Perſide iter habens, multis cū laudibus ſuſceptus, in urbem duxit IIII elephantes, quos in equeſtrib. certaminib. in triumpho duxit, omni genere magnificentiæ uſus. Et q̃a de opibus magnæ Eccleſiæ pecuniam ſumpſerat: conſtituit ut è fiſco, & ipſi eccleſiæ & clero annua pecunia penderetur. Filium ſuū Conſtantinū Cos. fecit: & Heracliū Martinæ F. Cæſarē deſignauit. Cuius morte audita, in palatiis (ἐν τοῖς εἰς τὰ ἥρια παλατίοις.) Erianis uerſabatur. * Ac præfectus conductis & coniūctis nauigijs in freto, quod Anguſtum dicitur, tranſijt iuxta littora ſinus Phidaliæ, & per pontem Barybyſſi fluminis in urbem introijt. Deceſſit ex aqua intercute. Sub hoc imperatore Heraclio, 200000 uirorum bello Iſaurico perierunt. Hic cum Sergio patriarchæ maximam pecuniam, & aurum & argentum & gemmas precioſas mitteret, illa omnia ſubmerſa ſunt.

*Heraclij reditus in urbem.*

*Clades.* *Naufragiū.*

*Melior potius quàm imperator.*

Heraclius dux exercitus ſub Zenone, homo audax, & ad manu decertandum paratus, ſed prudētia in periculis carēs, & inconſultè res aggrediens, celeritatem furore percitam uiri fortis eſſe iudicabat: quæ res tandem grauiſſimorum illi caſuum cauſa fuit.

ἡράκλειος ψώρα.) Herculana ſcabies: id eſt, curatu difficilis, cuius ſanatio balnea Herculana deſiderat. Minerua enim Herculi multa lauacra aperuit, ad reſocillationem laborum & dolorum.

ἡρακλῆς.) Hercules, ut depulſor malorum à calamitoſis inuocabatur: itemq; Heraclidæ.

*Heraclitus obſcurus.*

HERACLITVS Bloſonis, ſeu Bleutonis, aut Horacini F. Epheſius, philoſophns phyſicus, cognomento Obſcurus: nullius philoſophi diſcipulus, ingenio & diligentia magiſtris uſus. Quidam tamē autores ſunt, eū Xenophanis & Hippaſi Pythagorei aſſiduū fuiſſe auditorē. Prorſus negligi corp⁹ iuſſit, idq; ſterquilinio fœdius eſſe iudicandum: adhibita curatione expeditiſſima, quoad eo Deus inſtrumento iuſſerit uti. Itaq; aqua intercute laborans, medicorum curationem aſpernatus, ſe totum fimo bubulo perunxit, quē ad ſolem ſiccari ſiuit. Sic ergo iacentem canes lacerarūt. Alij arena obrutum perijſſe dicunt. Vixit Olympiade LXIX, ſub Dario Hyſtaſpis filio. Scripſit multa * poeticè.

*Corporis contemptor.*

*Fimus bubulus hydropis curator.* *Interitus.*

*Purpuræ inuentio.*

HERCVLES Tyrius, ſub Minoe, purpuræ tincturam, quæ conchylium dicitur, iuuēnit, canis ſui maxillis cruētatis: obtulitq; Phœnici regi, qui primus purpuram geſtauit.

ἡρακλῆς ξενίζεται.) Hercules hoſpitio ſuſcipitur. Prouerbium, in ceſſatores. Nam quia uorax heros ille fuit, hoſpites eius tardiores erāt. Nomē ἡρακλῆς factum eſt ex oraculo, ab ἥρα grata, & κλέος gloria.

ἡρακλῆ.) Herculē te Phœbus cognomento uocat. Grata enim ferens hominibus, immortalem gloriā cōſequēris.

*Sella inſidioſa Vulcani capta Iuno.*

ἥρα.) Iuno ſella quadā inſidioſa à Vulcano filio capta eſt, cū inſidiaretur Herculi: autore Pindaro, Clemēte, Epicharmo in Comeſſatoribus ſiue Vulcano.

ἡραῖον τεῖχος.) Iunonium caſtellū, nomen

men urbis aut caſtelli in Thracia, conditi à Samiis.

ERINNA, Teia, ſeu Lesbia, ſeu Telia (eſt aũt Telus parua inſula iuxta Gnidũ) quidam etiã Rhodiam putauerunt, uerſificatrix, ſcripſit uerſu heroico ἠλακάτην Colum, uerſibus CCC, Aeolica & Dorica lingua. Fecit & Epigrammata. Obijt uirgo XIX annos nata. Verſus eius pares iudicati ſunt Homericis. Fuit amica & æqualis Sapphus.

*Artemiſia. Piſindelis. Lygdamis.*

HERODOTVS, Lyxi & Dryonis F. Halicarnaſſeus, illuſtri genere natus. Fratrem habuit Theodorum. Samum ſe cõtulit, propter Lygdamidem, tertium ab Artemiſia tyrannum Halicarnaſſi. Piſindelis enim Artemiſiæ, Piſindelidis filius Lygdamis fuit. Sami aũt Ionicã dialectũ excoluit: & hiſtoriam libris IX ſcripſit, auſpicatus à Cyro Perſa, & Cãdaule Lydorum rege. Sed Halicarnaſſum reuerſus, cũ, tyranno expulſo, tandẽ inuiſum ciuibus ſe eſſe cerneret: Thurium, quo tum Athenienſes coloniam deducebãt, ultrò abiit: ibiq; defunctus, & in foro ſepultus eſt. Alij Pellæ mortuũ tradũt. Libri eius Muſæ inſcribuntur. De Herodoto, in epiſtola ſcribit Iulianus apoſtata: Quis ignorat Aethiopum ſermonẽ de cibo apud nos optimi alimenti? Nam cũ placentam attigiſſent, ſe mirari dixerũt, quomodo ſtercoribus ueſcentes uiueremus? ſi quis fidem Thurio ſcriptori habet. Gentes autem ichthyophagas & ſarcophagas ne per ſomnium quidem noſtram uictus rationem uidiſſe, tradunt ij qui orbem terrarum deſcripſerũt. Quorum uictũ ſi quis apud nos æmulari uellet, nihilo cum eo melius, quàm cum iis qui cicutam aut aconitum aut helleborum bibunt, ageretur.

*Aethiopes de noſtra uictus ratione.*

*Idem alijs cibus, alijs uenenum.*

HEROPHILA, quæ & Sibylla Erythræa, Theodori F. ſcripſit heroico uerſu lib. diuinationum III. & uel Conſulũ uel Tarquinij temporibus Romam uenit, pecuniæ parandæ ſpe. Sed cõtempta ab illis, duos libros cremauit, quos ſecũ attulerat: unus tertius remanſit, magna pecunia emptus à Romanis.

ἥρωας.) Heroas dicũ, ſuperſtites præſtantium uirorum animas.

HERODES primus rex Iudæorum, tres habuit filios ſibi cognomines, atq; binomines: Herodem Antipã, qui præcurſorem decollauit, ſub quo & Chriſtus crucifixus eſt: & Herodem Philippum, cui primùm nupta Herodias, Salomen filiã habuit, ſaltatriculam illam: & Herodem Agrippam, qui Iacobum Zebedæi F. ſuſtulit. Hic, cum ei populus tum acclamaſſet, VOX Dei, & non hominis: ſtatim pœnas dedit. Argentea enim ſtola indutus, & in theatro in ſublimi ſolio conſidens, cõcionem habebat. Solaribus autem radiis in ueſtẽ eam incidentibus, fulgor cum ſplendore ueſtis permiſtus, circumſtantium oculos fulguris inſtar perſtrinxit. Qui hac re commoti, ut deum illum cũ celebrarent, magis etiam inſoleſcit miſer: quem ſubitò angelus Domini percuſſit, ut è ſolio exiliret, quòd uenter eius uehementer torqueretur. Iacobum autem accuſator duci ad mortem cum uideret, pœnitentia ductus, ad pedes Apoſtoli proſtratus: Ignoſce mihi (inquit) uir Dei: pœnitet enim eorum quæ contra te dixi. At beatus ille ſtatim eum deoſculatus: Pax tibi (inquit) fili, & uenia peccati. Tum is ſtatim ſe palàm omnibus Chriſtianum profeſſus, martyrij præmium tulit. Alter uerò Herodes in dies periens, & uermibus ſcatens, miſerabiliter uitam finiit, ut & impius eius pater. Nam Is quoq; uiuus etiamnũ, præmia facinoris contra Chriſtum & æquales eius commiſſi ferẽs turpiſſimo genere mortis interijt.

*Antip. Philippus. Herodias. Agrippa. Accuſator D. Iacobi fit martyr. Interitus Herodis.*

Herodes cognomento Iulius, Filius Attici, F. Plutarchi, genere Aeacides, Athenienſis, è Marathonio municipio, ſophiſtes, theſauro reperto tantas opes cõſecutus, ut & ſtadium conderet Athenienſibus, & theatrum rectò munitum. Pater eius Aſiæ præfuit. Conſulatum bis geſſit. Fuit autem ſub Adriano & M. Antonino Impp. eruditus à Fauorino & Polemone. Scripſit Ephemeridas, id eſt acta diurna, ſiue quotidiana, ſcriptũ eruditum, & epiſtolas & orationes ex tẽpore, quarũ meminit Philoſtratus in uitis Sophiſtarũ. Ei in ſchola ſucceſſit Adrianus ſophiſta. Herodes eodem tempore fuit, quo Ariſtides ſophiſta. Extant & alia plurimã, è quib. magnitudo ingenij & ſummum acumen huius uiri perſpicitur atq; elucet. Obiit anno ætatis circiter LXXVI, tabe confectus.

*Theſauri inuentio. Adrianus, Ariſtides.*

HERODIANVS, Alexandrinus grãmaticus, Apollonij grammatici, cognomẽto Dyſcoli, id eſt Difficilis, F. Fuit ſub M. Antonino Cæſare. Itaq; iunior eſt Dionyſio Muſicæ hiſtoriæ ſcriptore, & Hebræo Philone. Scripſit multa.

HERON Cotyis F. Athenienſis orator,

tor,cauſas Athenis actas ſcripſit. Deinde enarrationem Dinarchi: Commẽtarios in Herodorũ,Xenophontẽ,Thucydidẽ.Selectorũ uerborũ lib.3.Epiromen Heraclidis hiſtoriarũ *.De antiquis oratoribus,eorũq; orationibus,quib.alij alios uicerint.Hierõ: Cõmiſit ſe Proclus uiro pio, & perfecta inſtructo eruditione ſecundum rationem Alexandri.

ἥρως.) Heros ſemideus, potens, generoſus.

ἦσαν.) πάλαι ποτ᾽ ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. Olim,quondam ſtrenui fuerunt Mileſij. Prouerbium ex oraculo,in eos qui à uetere præſtantia degenerarunt.

ἡσίοδος.)Heſiodus Cumanus, adoleſcens à patre Dio & matre Pycimede translatus eſt Aſcram Bœotiæ. Genus eius deducitur è Dio Ampelidæ F.F. Melanopi,quẽ quidã aiunt (τοῦ ὁμήρου προπάτορος εἶναι πάππον, ὡς ἀνεψιαδοῦν)aui Homeri fuiſſe auũ:ut ſobrinus Heſiodi ſit Homerus,ab Atlante uterq; oriundus. Eius poemata ſunt hæc: Theogonia, Opera & dies,Clypeus, Heroinarum enumeratio lib.5. Epicedium in Batrachũ amaſiũ ſuũ:De Idæis Dactylis,& alia multa. Interfectus eſt,cũ hoſpes eſſet Antiphi & Ctimeni,qui noctu cũ putarẽt ſe ſtupratorẽ ſororis ſuę interficere,inuiti ſuſtulerunt Heſiodum. Fuit Homero,quibuſdã autoribus,maior natu: aliis, æqualis. Sed Porphyrius & pleriq; natu minorẽ Homero C annis ſtatuunt,ut 32. tantum annis primã Olympiadem anteceſſerit.

*Heſiodi poemata.* *Interitus.* *Aetas.*

ἠθεῖν.) Hoc accepto calice ſtatim quiſpiam gaudebit:eſt enim & magnus, & plenus.

*Poculum.*

ἠιόν.)*Sic haſta extenta in longa columna,*
*Sede Panomphao Ioui manens ſacra:* &,
*Sede in hoc diuino fano clypee ſplendide.*

ἠπεραιρεο.)Herodotus:Corinthius dux ſolus è cæteris obſtrepebat,ſe cùm nauibus Artemiſio receſſurum iactans.

*Seditioſus.*

ἤσθιεν.)Nihil aliud norãt niſi mordere.

ἡ συκάμινος συκαμίνῳ ῥύπτεται.) Morus moro purgatur.De ijs qui ea quę in ſeſe habent utilia,à ſemetipſis petunt.

ἡ συρακουσῶν δεκάτη.)Syracuſanæ decimæ.De ualde locupletibus.

HESYCHIVS Mileſius, F. Heſychij (δικαγόρου)cauſidici & Sophiæ,ſub Anaſtaſio imperatore. Scripſit nominũ enarrationẽ, ſiue tabulã eorũ qui eruditiõis ergò nominati fuerũt:*cuius cõpendiũ eſt hic liber. & annalium inſtar confectã hiſtoriam,ſex interuallis(ſic enim libros ſingulos appellat) diſtinctam, quib. res Romanorũ imperatorũ quolibet tẽpore geſtæ continentur, & principatus eorũ,qui in ꝓuincijs rerũ ſunt potiti: & Byzantina acta uſq; ad Anaſtaſium, cognomento Dicorũ.Cæterùm in ea tabula illuſtriũ Eccleſiæ doctorũ nullius meminit:ut inde ſuſpicio ſit, nõ fuiſſe Chriſtianũ,ſed Græca uanitate refertum.

*Nomenclatura doctorum.*

ἢ τὰν,ἢ ἐπὶ τᾶς.)Aut hũc,aut in hoc.Sic Lacæna filio dixit,eum ei clypeũ daret.

ἡττηθεὶς τῆς ἀληθείας.)Victus es ueris. Galli gallinacei uicti,natura duce, ſequũtur uictores.Theocritus:

*Criſtatarum auiũ ſunt iſta ſimillima pugna.*

ἦτορ.)Homerus:

*Animam teneram rapit illi.*

Hoc dictum Stoicos mouit, ut opinarentur animam unà cum corpore & creſcere,& minui.

ἤτω.)Eſto gloria Domini in æternum.

*Biſchoff od r hader.*

ἢ τρὶς ἕξ,ἢ τρεῖς κύβοι.) Teſſeræ aut ter ſex,aut tres.Nam XVIII uictoriam certiſſimam,tres cladem ſignificant.

ἡ φανοῦ θύρα.)Phani ianua:Phanum,ait Demon,cæcum fuiſſe fœneratorem:cui cũ cõclauis ianua aperiretur, talẽ ab eo factã,ut ſine ſtrepitu aperiri non poſſet. Quoſdã uerò tradere, id ab eo factũ ob adulterã uxorẽ,quæ cũ mœchos per tectũ admitteret, è deriſu uicinorũ in prouerbium Phani ianuam abijſſe: de ijs qui cuſtodiendo nihil proficiant.

*Obſtrepera ianua male cuſtodit adulteram.*

ἥφαιστε πρόμολ᾽ ὧδε.) Vulcane ſic, id eſt acturùm prodi.

ἡφαίστειος δεσμός.) Vulcaniũ uinculũ: De rebus quæ effugi nequeunt.

ἡφαιστία.) Lemni duæ fuerunt urbes, Myrrhina,& Hephęſtia:id eſt Vulcania.

*Lemnos.*

HEPHAESTION,Alexandrinus grãmaticus, ſcripſit enchiridia uerſibus, & carmina uaria. De poematũ perturbationibus, comicarũ dubitationũ ſolutiones,& Tragicarum,aliaq; plurima,& uerſuum dimenſiones.

Hephæſtion Macedo,ſodalis Alexandri Macedonis. Ferunt Alexandrum ueniſſe ad tabernaculum mulierum Darij Perſæ,atq; cũ uno Hephæſtione ingreſſum.Matrẽ aũt Darij,ignaram uter eorũ eſſet Rex(cum uterq; eodẽ eſſet ornatu) acceſſiſſe ad Hephæſtionem, eumq; adoraſſe,qđ maior illi uiſus eſſet.Qui cum retrò ceſſiſſet, & quidam è reginæ miniſtris Alexandrum illi demonſtraſſet: eã pudore errati retroceſſiſſe. Cui dixerit Alexander: Eã non erraſſe,nam & illum eſſe

*Hephæſtiõ à matre Darij pro Alexandro ſalutatus.*

eſſe Alexandrum. Quæ ego neque ut uera, neque ut prorſus incredibilia deſcripſi. Nam ſiue res ita geſta eſt, Alexandrū cùm ob clementiā erga mulieres, tū ob fiduciā & honorē amici laudo: ſiue probabile uiſum eſt ſcriptorib. rerū eius, eū talia quoq; facturū fuiſſe, ac dicturū, etiā hoc nomine Alexandrum laudo. *Seu uerum, ſeu probabile, laudabile.*

ἥφαιστος.) Vulcanus, deus & ignis ſic dicitur. Mercurio Aegypti rege defuncto, Vulcanus ſucceſſor regnauit dies 1680, id eſt annos 4, menſes 7. dies 8. Neque enim tū annos Aegyptij metiri norāt, ſed diei circuitū dicebant annū. Sed quia & arcanorum religionis peritus, & bellico ſus fuit: deus eſt dictus: atq; ictus in prælio, claudus factus. Idē & legē modeſtiæ tulit Aegyptiis, quorū uxores apud maritos perſeuerare ignorabāt. arcanoque uoto (τὴν ὀξυλάβην, ὀξυβάφην) ferri tincturam (ab aere, pro ἀέρος lego ἀρέος) à Marte accepit, arma ferrea fabricatus tū bellica tum ruſtica. Nam ante eum res & fuſtibus & ſaxis gerebatur. *Dies pro annis. Vulcani claudicatio. Lex coniugij.*

ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον.) Vallus uitē. (ἀπὸ τῶν ὑπὸ χεῖρα.) De iis qui alicui parent, uel præſtò ſunt.

ἠχώ.) Echo, fit per refractionem à ſolidis & læuibus corporibus, maximè cauis, aere uoce icto. Nam is qui loquitur, ferè totum circumcirca aerem impellit, præſertim anteriorem. Vnde fit, ut magis exaudiamus aduerſum nobis loquētem, quàm auerſum. Is igitur anterior aer impulſus, cum ad aliquid ſolidū, cauitate præditum, fertur, cuiuſmodi ſunt antra, quia continuus eſt, nec diſſipatur, eò quòd à cauitate continetur, in ſolidū corpus delatus, retorquetur inſtar pilæ in parietem coniectæ: itaq; redit ad eum à quo eſt impulſus, agente nimirū aere, propter utraq; pro ſua ui (διχῆ) diſiūcta. Nec enim eò ſolùm, quia cauus locus eum diſſipari non ſinit, qualis illatus eſt, ob duri corporis ſoliditatem in contrarium pellitur: ſed eò etiam, quòd in cauum locum incidit, non uacuum, ſed aere plenum: ut eſt aer cōtinuus', & unitus ob cœli ambitū. * Itaque ab aliquo percuſſus aer clamante, diuiſo ſtrepitu propter impetū, ab eo ſtrepitu qui eſt continuus & unitus, quia diſſipari nō ſinitur, in ſolidū corpus impingit: & quia ulterius pergere nō poteſt, cum actione ſua, hoc eſt ſtrepitu refringitur, retroq; agitur: itaq; fit, ut reciprocetur ſtrepitus. Alexāder autem aliter hac de re diſputat. *Vox aduerſi, auerſi. Locus confuſus, &, ut opinor, mendoſus.*

ἡ ψελλὴ οὐ πιστεύει.) Balba non chedit: (pro, credit.) De ijs qui ſua incommoda diſſimulare ſtudent.

PRINCIPIVM LITERAE I.

IADMONIS Samij Rhodopis ancilla fuit: quā genere Thraciā, & meretricē factā, Charaxus Sapphonis frater uxorē duxit, ex eaq; liberos procreauit. *Rhodopis. Charaxus.*

IAZARTES, Tanais fluuius.

IACOBVS, Heſychij medici F. cognomento Pſychochriſtus, *ex Damaſcena prouincia. Pater eius Rhodū uenit, atq; Drepanum Argiuū, ubi uxorē duxit Iacobi matrē. Qua unà cum puero relicta, cū annos XIX Alexādriæ & in Italia peregrinatus deceſſiſſe crederetur: Iacobi mater alteri nubit, qui filiis & filiabus ex ea ſuſceptis moritur. Iacobus aūt cū patrē Cōſtantinopolim rediſſe cognouiſſet, ad eū ſe cōtulit, diſciplinā auſpicat⁹: & medicinā fecit ſub Leone Imperatore, ſummā eius artis ſcientiam & perfectionem conſecutus: ut qui morbos nō ſolùm dignoſceret, ſed etiā ſanaret, tam ratione quàm experiētia: idq; diligenter & accuratè. Itaq; omnib. ætatis ſuę medicis gloria præſtitit, ut iam uel antiquis cōpararetur: eorumq; pleroſq; ſuperaret, & quaſi diuina facultate pręditus amaretur & adoraretur ab indigentibus: itaq; ſibi & artis ſuæ rationib. cōfideret, ut cū ad ægrotū ueniſſet, è ſignisq; morbū perſpexiſſet, ſi uitalem eſſe morbū dixiſſet, omnes bonā de ſanitate ſpem conciperent: ſin minus mortē inſtare crederēt: neq; ullum expectatio ſua fefellerit. Solebat & ipſe dicere, Medici optimi eſſe, aut ſtatim deſperare de morbo: aut, ſi eum attigiſſet, mox nonnihil leuare ægrotantem, & meliuſculè habentem relinquere, nec prius ab eo diſcedere. Ac omnes ferè urgentib. malis, aut ſtatim, aut paulo pòſt liberabat. Quapropter alij quidem ſeruatorem Iacobum appellabant, ueluti Aeſculapiū: medici uerò criminabantur & inſectabantur, quaſi non medicum, ſed Deocharum quendā & ſacrū. Neq; uerò fallebātur. erat enim Deo charus ille uir, & bonus, Deoq; uerè gratus. Quod ſi illud philoſophi dicere licet, Aſclepiadeam opinabantur eſſe Iacobi animam, & natura Pœoniam: acceſſiſſe etiā amatoriā artis diligentiam, quę maximè ſoleat artifices ſingulos cōciliare, & cōmendare artis præſidib⁹. Sic & Phidiā numine afflatū feciſſe ſtatuas: ſic & Zeuxidem pinxiſſe imagines. *Parentes Iacobi. Præſagia uitæ & mortis. Medici munus. Deocharus. Artis amor.*

r Iaco-

Iacobus hic, hauſto ueneno ſub Valente obiit, Libaulo rhetore autore: eo quòd inquiſiſſet, quis in imperio Valenti ſucceſſurus eſſet?

*ιαλέμου ψυχρότερος.)* Ialemo frigidior. Prouerbiũ. Ialemus Calliopes filius fuiſſe fertur, infelix (poſthumus) neglect⁹ & pupillus. pro lamentatione uſurpatur.

Contumelia. *ιαμβίζειν.)* Sicut Iambus ex breui & lõga conſtat: ſic etiam contumelia parua de cauſa orta, fit maior. Homerus:

*Exigua eſt primũ mox ſeſe attollit in auras.*

IAMBLICHVS, ſeruili genere dicitũ ortus. Babylonia. Scripſit ea quæ Babylonia uocantur, continent autem Rhodiuis & Simonidis amorem, libris XXXIX. Agit & de Zobara eunucho, Meſoptes formoſiſſimæ amatore.

Iamblichus alius, ex Chalcide Syriæ philoſophus, diſcipulus Porphyrij philoſophi, Plotini auditoris. Fuit ſub Cõſtantiuo Imperatore, ſcripſit libros philoſophicos diuerſos.

Ianuarij pictura. IANVARII ſimulacrũ eſt quadriforme, ob quatuor anni cõuerſiones. Alij fingunt cũ dextra manu clauẽ geſtantẽ, ut principiũ tẽporis, & apertionẽ anni, ac ianitorẽ. Alij in dextra eius numerũ CCC, in læua LXV tenentẽ, ut qui ſit annus. Aeonoarius. Longinus Ianuariũ, Aeonoariũ, peruim quaſi æui patrem efficere ſtudet.

IAPETVS, antiquus quidam gigas, pro delyro ponitur, Ariſtophanes: Neq; acceptarum plagarum memor, ob ætatem, quæ te ab infantia nutriit & educauit, Iapetum me uocabis.

*ἴασις.)* Morbi alij curantur ad tẽpus, ea curatio eſt *ἄκεσις*: alij prorſus ſanantur, quæ eſt *ἴασις*.

IASO, uxor aut filia * Philari.

IASON Menecratis F. Nyſaenſis à patre, à matre autem Rhodius, philoſoph⁹, diſcipulus & ex filia nepos & ſucceſſor Rhodiæ ſcholæ Poſidonij philoſophi. Scripſit uitas * illuſtrium uirorũ, & philoſophorum ſucceſſiones, & uitam * Græciæ lib. quatuor, ſecundum quoſdã. Scripſit & de Rhodo.

Iaſon Argiuus hiſtoricus, iunior Plutarcho Chæronẽſe, grãmaticus. Scripſit de Græcia lib. 4. eiuſq; antiquitates cõmemorat: & à tẽporib. Medicis res geſtas Alexãdri, uſq; ad Athenas ab Antipatro Caſſandri patre captas, perſequitũ.

*ἰατροὶ.)* Medici de aere, auibus & aquis ſcripſerunt. Patria ſtirpium. Solent autem ex arrogantia patrias ſtirpium nominare: ueluti ſuccũ Cyrenaicum, tithymallum Laconicum: ut noſtra ætate, Rheum Ponticum, & Rheum barbarum.

*ἰαύει.)* Neq; indormit Littoribus ærũnoſo ſenio confectus.

IACHEN, uir Aegyptius, Deo charus & ad multa utilis fuit, ſub (Euene) Senye rege Aegyptiorum, amuletis & carminibus medens, in doloribus & morbis ſummus artifex: qui & peſtilentiæ graſſationes repulerit, & ſub Caniculæ ortum æſtiuum ardores mitigarit. Peſtilentiæ profligatio. Itaque ſumptuoſè eſt ſepultus. Quòd ſi quando publicus morbus inualeſcebat: ad fanum huius accedẽtes ſacerdotes, & ſacris ritè peractis, ex ara eius igne petito, & pyris in urbe incenſis, ac fœtidi aeris corruptricem illam luem tabefaciendo & ſuperando, morbum (ô rem admirabilem) igni extinxerunt.

IBERES, nomen gentis, & Iberia regio. Eſt & alia Iberia (Occidentalis) quæ Heſperia & Hiſpania dicitur. Sub Magno Conſtantino baptizati ſunt inferiores Indi & Iberes, & Armenij.

IBIS auis, ſerpentes deuorans.

IBYC⁹, ſeu Phytię, ſeu Polyzeli Meſſenij hiſtoriographi, ſeu Cerdãtis F. * genere Rheginus. Vnde Samũ uenit, cũ ibi imperaret Polycrates tyrãni pater, Crœſi tẽporibus, Olympiade 54. Fuit inſanus amator puerorũ: & primus ſambucam inuẽnit, quę genus eſt triangulę citharę. Libri eius ſunt 7, Dorica lingua ſcripti. In ſolitudine cõprehenſus à latronibus, uel grues (quæ fortè fortuna ſuperuolabant) ultrices fore dixit. Ac ipſe quidem interfectus eſt. Pòſt autem cum unus ex latronibus grues in urbe conſpicatus, dixiſſet, Ecce Ibyci uindices: quidam eo audito, uerba illa perſecutus eſt, ut latro facinus confiteretur, & cum ſociis pœnas daret. Ibyci grues. Hinc prouerbium factũ *αἱ ἰβύκου γέρανοι*, Ibyci grues.

IGNATIVS diaconus, & uaſorũ cuſtos magnæ Conſtantinopolitanę eccleſiæ, metropolitanus Nicææ, grammaticus: ſcripſit uitas Taraſij & Nicephori, ſanctorum & beatorum patriarcharum: Epitymbios elegos, Epiſtolas, Iambos in Thomam (aduerſarium.) Antarten, & alia multa.

*ἴδε ἀφύη πῦρ.)* Vidit ignem aphya. Prouerbiũ de celeritate. *ἅμ' ἔπος, ἅμα δ' ἔργον*, dictum ac factum.

IDAEVM antrum eſt in Creta, & Idęi dactyli. Homeri poeſis conduplicata.

IDAEVS Rhodius, Liſſi F. poeta heroicus, uerſu uerſui inſerto poeſin Homeri cōduplicauit. Scripſit & alia, Rhodia ad uerſuum 3000.

ἰδιέρως.) Qui primo aſpectu amare incipit.

IDA, Omnis mons ſyluoſus; & antrum Cretæ.

ἰδίω.) Sudaui, ut prorſus intellexi.

*Proprium partis.* ἴδιον.) Propriū duplex eſt. Siue ut partis propriū: ut pedis eſſe ꝓpriū dicimus ambulare. Nō enim quaſi pes nō indigeret totius, dicimus eius eſſe propriū ambulare: indiget enim ei⁹: ſed ꝙ partis huius præter cæteras ſit propriū. Aut quòd non eget totius ad ſubſtantiā, ſiue ut ſit: ut ſi quis dicat, tenacitatē in oleo cum aqua cōfuſo propriā eſſe olei, aut dulcedinē in uino mulſo propriā eſſe mellis. *Pars non egens totius.* nam talis proprium dicit non ſimpliciter ut partem, ſed ut id quod non egeat totius ad ſubſtantiā. *neq; enim uino eget mel ad dulcedinē conſtituendā, ſed eſt à toto ſeparabile: eſt enim ea in ſolo melle. *Celtiberi equites.* Propriū hoc habent Celtiberi in pugna: ut cum pedites ſuos laborare uiderint, ex equis deſcendentes in aciē, equos ordine ſtantes relinquāt. extremis enim de loris equorū paruos clauos ſuſpendunt, eoſq́; ſtudioſe defigunt, itaq́; parēre docent equos, & ordine ſtare, dū reuerſi clauos reuellerint.

*Taciturnus.* ἰδιώτης.) Damaſci⁹ de Iſidoro: Omniū ſuæ ætatis, & indoctorū & philoſophorū, maximè taciturnus, occultiq́; animi fuit: ſed in uirtutis incremēta & uitiorū imminutionē totō animo incubuit.

ἴδμονα.) canem omnis robuſtæ uenationis gnarum.

IDOMENEVS, ſcripſit hiſtoriam Samothraciam.

IDRIEVS, Cariæ princeps fuit, Hecatōni F. Mauſoli frater, & Artemiſiæ.

*Achaab.* IEZABEL, Achaabi regis uxor, muliercula ſtrenua & audax, eò impietatis & furoris delapſa eſt, ut tēplum etiā Tyrio & Sidonio deo cōſtrueret. Ipſe quoque Achaabus amentia & improbitate oēs ſuos maiores ſuperauit. Sub his fuit *Elias.* Elias propheta, qui cum ab illis uexaretur, in igneo curru eſt àliò translatus. *Iehu.* Iezabelē uerò Iehu rex de turri proiectā, canibus deuorandam dedit.

ἵεντο.) Guſtata uictoria prorſus rerum potiri uoluerunt.

ἱερὰ νόσος.) Morbus ſacer Lunæ aſſcribitur, ut eius effectrici.

κίρκος.)

*Explicatio ſomnij.*

*κίρκους καταχὼν πάντως οὐ θέλεις τύχης.*
*χειρὸς πετασθεὶς κίρκος, ἄρχουσι βλάβη.*
*Accipitribus prehenſis, omnino eo quod noles poteris.*
*Manu elapſus accipiter, magiſtratibus nocet.*
*ὀνειροκριτικά.*

HIERAX unus fuit ex Amphipolitis legatis, Athenas miſſus, cū urbē & agrū Athenienſibus tradituri eſſent.

ἱερὰ ὁδός.) Via ſacra eſt, qua myſtæ ab urbe Eleuſinem eunt.

ἱερατική.) Sacerdotium & philoſophia non ab iiſdē principiis oriūtur. *Philoſophia.* Nā philoſophia quidē ab una illa omnium cauſa, ad fundū & finē rerum pertinet, per media tota genera diuina, & poſt deos pręſtantiora, & in tertio (quod aiunt) gradu (collocata. ἐν ὕδει ἐστὶ τῶν προειρημένων. Ne unum quidē) apparētia. Nihil enim unū eſt, ex iis quæ in uniuerſū antè dicta ſunt ab utriuſque ſectæ philoſophis: ut facilis ſit accommodatio iis, qui Gręca uolunt cum Aegyptiacis coniungere. *Sacerdotiū.* Sacerdotium uerò, cultura deorum, ab exornantibus cauſis incipit, & in ijs uerſatur. * *Aegyptij de immortalitate animorū.* De immortalitate animorum & Aegyptij eodem modo philoſophantur, & de infinitis apud Inferos rebus, locis omnis generis, pro cuiuſq; uirtute & uitio attributis: & de infinitis uitæ mutationibus, quaſi animæ aliàs in aliis corporib. *μετεμψυχώσεις.* aut generibus animalium aut ſtirpium degant. Aègyptij enim ſunt primi huius philoſophiæ autores, à quib. hęc omnia Pythagorici ad Gręcos tranſtulerunt.

ἱερείας, ἢ ἱμεραίας ἐνύπνιον.) Sacrificulæ uel Himeræ ſomniū. *Somnium de Dionyſio Alaſtore Siciliæ.* Nā Himeræa quędam anus, fertur ſibi uiſa eſſe in cœlum duci: cumq́; in Iouis penetralia perueniſſet, conſpexiſſe uirū rufum, cathena ferrea uinctum ſub Regis ſolio: ac quis eſſet percunctatam, audiſſe, Alaſtorem eſſe Siciliæ. Ac ſomnium quidē eſt huiuſmodi. Aliquot autem annis pòſt, cōſpicata Dionyſium tyrannide potitum, & ſomnium ſuum multis retulit, & hūc eſſe quem uidiſſet narrauit. Eam uerò Dionyſius iratus interfecit.

HIEROBAAL dictus eſt Gedeon, ꝙ Baalis ædem euertiſſet.

*Nouus cultus firmandi regni ergò inſtitutus.* HIEROBOAM ſuſpicat⁹, ſi populus adoratum Hieroſolyma aſcenderet, reuerſurum à defectione ad Dauidicam familiam, ſe relicto, aut interfecto: uitulos duos aureos cum pergulis, alterum Bethele, alterum in tribu Dania, ad fon-

tes parui Iordanis dedicatos, deos haberi iuſſit, qui maiores eorũ ex Aegypto eduxiſſent: ibiq; adorari, per cauſam longi itineris Hieroſolymis neglectis: & ſacerdotes temerè delegit, Leuitis Hieroſolyma relegatis. Feſta uerò eadẽ inſtituit, quæ in tẽplo agitabãtur. Populus itaque pronus ad corruptelã, haud inuitus paruit Hieroboamo: q Sicimis regiã ędificauit, ibiq; degit, itẽq; in urbe Phanuel.

*Sicima. Phanuel.*

Hieroboam alius rex Iſraelitarum annis XL, contumelioſus aduerſus Deũ, & periniquus, cultor ſimulacrorũ, multorumq; abſurdorum & peregrinorum operum autor, populum Iſraeliticum in infinita mala coniecit.

HIEROGLYPHICA ſcripſit Chæremon.

*ἱερογραμματεῖς.)* Sacri ſcribæ apud Aegyptios, etiã futura uerè prædicere poterant. Quorũ quidã regi prædicit, genitũ iri tum quendã apud Iſraelitas, qui educatus, Aegyptios afflicturus, Iſraelitas aucturus eſſet, & uirtute oẽs ſuperaturus, & gloriã immortalem conſecuturus: de Moyſe loquẽs. Euenes Aegypti rex fuit iuſtiſſimus: cuius uirtutẽ cùm alia bona diuinitùs comitata ſunt, tum eius ætate Iachen ſacerdos extitit.

*Præſagium de Moyſe. Euenes. Iachen.*

HIEROCLES philoſophus Alexandrinus, conſtãs & magnificus, excellẽti ingenio & facundia, pulcherrimorũ nominũ & uerborũ copia in ſui admirationẽ auditores rapiebat. Fuit & diſcipulus ei Theoſebius, qui (ſi quiſquã aliꝰ eorũ, quos nos quidẽ nouimus) hominũ animos introſpiceret. Is aliquãdo Hieroclẽ inter narrandũ dixiſſe aiebat: Socratis diſputationes ſimiles eſſe teſſeris. erectas enim ſtare, utcũq; cecidiſſent. Hieroclis aũt fortitudinem & generoſum animũ, calamitas eius demonſtrauit. Nã Byzantiũ profectus, offenſis potentibus, ad tribunal ductus, & uerberibus cæſus, caua manu, manante ſanguine excepto, aſperſit iudicem, ſimul dicens: *κύκλωψ τῆ πῖ οἶνον ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα*: Cyclops bibe uinũ, poſt carnes humanas deuoratas. Exilio autem mulctatus, & Alexãdriam tandem reuerſus: more ſuo cum diſcipulis philoſophabatur. Excellentiã ingenij eius declarãt ea quæ ſcripſit in aurea Pythagoræ carmina, & de prouidentia, & in alijs libris multis, in quib. uidetur ille uir, uita quidem excelſa, ſed cognitione haud accurata. (*τὴν μὲν ζωὴν ὑψηλόφρων, τὴν δὲ γνῶσιν οὐκ ἀκριβής.*)

*Theoſebius. Socratis oratio teſſeris ſimilis. Hieroclis conſtantia in cruciatu. Scripta.*

HIEROMNEMONES dicebantur, qui ad Amphictyonicum conciliũ è ſingulis urbibus, quæ eius concilij ius habebant, mittebantur.

*ἱερὸν ἡ συμβουλή.)* Res ſacra conſiliũ. De ĩis qui conſilijs pollent.

*ἱερὸς πόλεμος.)* Duo ſacra bella geſſerunt Athenienſes. unum aduerſus Bœotios, oraculum Phocenſibus erepturos: potitique uictoria, id Phocenſibus reſtituerunt: alterum eâdem de cauſa, cõtra Lacedæmonios.

HIERO tyrãnus, primus per ſe regnũ Syracuſanũ, & ſociorũ principatũ comparauit: cum nec opes nec autoritatem, nec quicquam aliud à fortuna paratum accepiſſet: atq; etiam neminem occidiſſet, neminem relegaſſet, nulli ciuiũ moleſtus fuiſſet: eodemq; modo conſeruauit. Nam cum annos LIIII regnaſſet: & patriæ pacem retinuit, & ſibi principatũ inſidiarum expertem cuſtodiit: & cuiuſuis excellentiæ comitem inuidiam effugit. Nam cum ſæpius inſtituiſſet principatum deponere: publicè à ciuibus haud ſitus eſt. Et cum beneficentiſſimus, gloriæq; rerum omnium circumflueret: annos amplius XC uixit, omnibus & ſenſibus integris, & partibus corporis ſaluis. Quod ego ſignum non exiguum, ac maximum potius modeſtiæ & continentiæ eſſe arbitror.

*Regni adepto & adminiſtratio, fortunata. Summa pœtæ liuor.*

HIERONYMVS tyrãnus fuit, de cuius interitu hiſtorici quidã, & ſęuitia, uerba cõplura fecerunt: ut nec Phalaris, nec Apollodorus, nec ullus alius tyrannus acerbior eo fuiſſe uideatur: cum tamen puer ſuſcepto principatu, mẽſes nõ amplius tres aut duodecim eo functꝰ, mortem obierit. Quo tẽpore fieri ſanè potuit, ut unus atq; alter excarnificatus, & quidã ex amicis & Syracuſanis cæteris occiſus fuerit. Inſignẽ uerò fuiſſe illius iniquitatẽ, & ſingularẽ impietatẽ, nõ eſt conſentaneum. Ac moribus illũ quidẽ admodum fuiſſe importunis & iniuſtis tradunt: ſed cum nullo tamen ſuperiorũ tyrannorum eſt comparandus. Enimuerò qui res ſingulatim deſcribunt, cum argumenta breuia & anguſta ſuſceperint, inopia rerũ coacti, exaggerare mihi parua uidentur, & de rebus memoria indignis multa uerba fundere. Nonnulli etiam ex inopia iudicij in idẽ uitium incidunt. Quanto enim probabilius narrationis ſermonẽ, libros explentem & amplificantem, Hieronymo prætermiſſo,

*Phalaris. Apollodorus. Temporis breuitate refutari hiſtoricos. Mendacia ex inopia rerum atq; iudicij.*

ad

*Hieron. Gelon.* ad Hieronem & Gelonē tranſtuliſſent? Sic enim is & audiendi cupidis iucundior, & ſtudioſis omnino utilior eſſet.

Hieronymus Cardianus, res temporibus Alexandri geſtas deſcripſit. Cardia uerò, nomen urbis eſt Thraciç Cherſoneſi.

IEPHTHAE Iudex Iudææ, Iſraelem de manibus Palæſtinorum eripuit: uoto Deo facto, quod primùm ſibi occurriſſet, id ſe immolaturum. *Immolatio filiæ.* Cum itaque filiam ob rem bene geſtam ſaltantē uidiſſet: eam ſtatim occidit. Quamobrem Iudæorum uirgines quaternis dieb. quotannis memoriam eius celebrarunt.

*ιεν.)* In frigidam ſe coniecit, balnea ſenectutem hominum eſſe dicens. *Balneū ſenectus hominum.*

*ιεις.)* Sophocles: Qui ſagittas in magnos uiros dirigit, non aberrat. Sin uilē quempiam petat, nō perſuadeat auditoribus. Diuites enim liuor inceſſit. *Magnitudo inuidioſa.*

IEHV rex Samariæ, Iezabelē & Achabi filios interfecit, ut ab Elia propheta dictū fuerat. Hic totius exercitus multitudine cōgregata, callidè ac ſubdolè dixit: Achaab quidē parū Baali inſeruiit, Iehu autē multum illi ſeruiet. *Baalis cultores dolo circumuenti occiduntur.* Nunc igitur oēs ad me uocate prophetas & ſacerdotes Baalis: quia magnum ſacrificium Baali faciam. Quiſquis uerò abfuerit, non uiuet. Iis igitur omnib. cōgregatis, & idoli æde cōpleta, coràm edixit: Inquirite nūquis Domini ſeruus interſit? nulloq́; reperto, interfecit omnes, Baaleq́; cremauit. Non tamen legem diuinā conſtanter tenuit.

*ιηίϕ.)* Ieius, Apollo, ad quem purgatio peſtilentiæ refertur.

IESVS CHRISTVS ET DEVS NOSTER. *Theodoſij Iudæi de Chriſti ſacerdotio, & quod uirgine ortus, narratio, mira illa quidem: ſed pontificia cenſura regulata.* Temporibus religioſiſſimi imperatoris Iuſtiniani, fuit homo quidā princeps Iudæorū, nomine Theodoſius plurimis Chriſtianis, & ipſi Imperatori notus. Iiſdemq́; temporibus Chriſtianus quidā, Philippus argentarius, Theodoſij familiaris & ſyncerus amicus, hominem hortatus eſt quodam tempore, ut Chriſtianus fieret, his uerbis aggreſſus: Cur tandem, cum uir ſapiens ſis, & præconia legis & prophetarum de Domino Chriſto ſatis noris, ei nō credis, neq; fis Chriſtianus? Perſuaſum enim de re habeo, te non ignarum eorum, quæ diuinis Scripturis prodita ſunt, de cōmunis noſtri Domini Chriſti aduentu, recuſare Chriſtianiſmum. Properè igitur tuā animam conſerua, credens in ſeruatorē & Dominum noſtrum IESVM Chriſtū: ne in incredulitate perſeuerans, æterno iudicio fias obnoxius. His Iudæus auditis Chriſtianum laudauit, gratiisq́; actis ad hunc illi modum reſpondit: Approbo tuum diuinum mei amorem, quòd ſalutis animę meæ ſtudioſus, me Chriſtianū efficere cōtendis. Itaq; tanquā corā Deo, occulta cordiū ſciente & contemplante, abſque dolo & ſimulatione, ueriſſimū ſermonē habebo tecū. Ac adueniſſe à lege & prophetis prędictum Chriſtum, certus ſum, & cōfiteor fidenter, ut apud ſyncerū amicum meum, & ad mihi benefaciendum ſemper paratū. Cæterùm humana quadam cogitatione uictus, non fio Chriſtianus. *Falſæ gloriolæ choragiū anteponere ſe ueritati & æternæ ſaluti fatetur Iudæus, furentérne, an fallat ter?* Nunc enim, dum Iudæus ſum, princeps ſum Iudæorum, magnoq́; honore & multis muneribus afficior, & omnib. rerum ad degendam uitā neceſſariarū copijs circūfluo. Quòd ſi Eccleſiæ catholicæ patriarcha fierē, aut magiſtratus atq; honores ampliſſimos à uobis cōſequerer: non tanta opinor obſeruantia colerer. *Epicureus ergo es, aut Sadducæus.* Ne igitur ui tæ huius uolupratib. excidā, uitam (non rectè ſanè) futuram deſpicio. Vt aūt rationes meas charitati tuæ ueras probem: credo tibi myſteriū, quod eſt apud nos Hebræos occultū: ex quo certò ſcimus, Chriſtū, qui à uobis Chriſtianis adoratur, eū eſſe, qui à lege & prophetis eſt prędictus. Eſt autem myſterij hæc ratio. Antiquis temporibus, cū Hieroſolymitanum templum conderetur, conſuetudo apud Iudæos fuit, totidem ſacerdotes, quot ſunt noſtrates literæ, id eſt XXII, in templo conſtitui. Hinc etiā diuinitùs inſpirata uolumina XXII numeramus. *Nomenclatura XXII ſacerdotum.* Codex igitur repoſitus erat in templo, in quo uniuſcuiuſq; XXII ſacerdotum appellatio, & nomē patris eius & matris deſcribebatur. Vno aūt ex eis defuncto, reliqui in templo cōueniebāt: cōmuniq́ue ſuffragio in eius locū ſurrogabant alium, quò is numerus cōpleretur. Addebatur etiam in codice, quo die ille ſacerdos obijſſet? quo patre, qua matre natus? & quis in eius locū ſucceſſiſſet? quo patre, qua matre natus? Hoc more apud gentē Iudaicā durante, accidit, ut iis temporibus unus è XXII ſacerdotib more retur, priuſquā cœpiſſet Ieſus ſeſe patefacere, & docere homines, ut in ſe crederēt. Cōueniunt ſacerdotes reliqui, ut in defuncti locū deſignēt alium. Cum autem quilibet aliquem, qui eo munere di

gnus uideretur, deſignaret: cæteri eũ, ut non omnib. ſacerdotij uirtutib. præditũ, improbabant. Quamuis enim prudens eſſet, & uita moribusq; probatis: tamen ſi legem & prophetas minus callêret, ineptus ſacerdotio iudicabatur. Ad hunc itaq; modum ſacerdotibus multis deſignatis, & omnib. improbatis: unus quidã ſacerdos ſurgit, & in medio ſtans, ait cæteris: Ecce multi à uobis nominati, inepti ad ſacerdotiũ ſunt inuenti. Ferte igitur & me, de quodam homine dicentẽ, in demortui locum ſurrogando. Neminem enim ueſtrûm ſententiam meã improbaturum arbitror. Poteſtate autem à reliquis data: Volo, inquit, in defuncti locum ſacerdotem fieri IESVM Ioſephi fabri F. qui etſi ætate adoleſcens, eloquẽtia tamẽ & uita & moribus eſt ornatus. Atq; exiſtimo neminem unquã mortalium eſſe uiſum uel ſermone uel uita & morib. talem, qualis ille eſt: idque uobis opinor omnibus, Hieroſolymis habitantibus, eſſe notũ, & extra cõtrouerſiã. Hac oratione cæteri ſacerdotes audita, uirũ probarunt, & decretũ ſciuerũt: IESVM in ſacerdotij ratione, omnibus eſſe præferendum dicentes. Quidam tamen dicebant, eum nõ eſſe ex tribu Leui, ſed ex tribu Iuda: tum Ioſephi eſſe filium exiſtimantes (ſic enim apud Iudæos uocabatur) Ioſephum uerò è tribu Iuda, nõ è tribu Leui oriundum eſſe, teſtabantur oẽs: eaq; de cauſa, quòd è tribu Leuitica nõ eſſe uideretur, ſacerdotem fieri uetabãt. Sacerdos autem qui eũ nominarat, reſpondit, miſtum eius eſſe genus. Olim enim, antiquis ætatibus, permiſtas fuiſſe duas illas tribus, atq; inde Ioſephi genus ortũ. Quo reliqui ſacerdotes audito, decretum cõprobarunt: cõmuniq; cõſilio toti cœtui ſacerdotum uiſum eſt, pro defuncto ſacerdote IESVM conſtituere. Quia uerò mos tenebat, ut non modò nomẽ deſignati ſacerdotis in codicẽ referretur, ſed & patris & matris eius: dixere quidã eorũ, oportere prius uocari parentes eius, eorumq; nomina ex ipſis cognoſcenda: petendã & aſſenſionẽ eorũ, ſit ne ipſorũ filius, is qui ſacerdos deſignetur? Placuit & hoc omnibus. Is autẽ qui antè, IESVM ſacerdotẽ deſignarat, dixit: Ioſephũ patrẽ IESV obiiſſe, ſolamq; matrẽ eius ſupereſſe. Itaq; oẽs cenſuerũt matrem eius in concilium eſſe uocandam: ex eaque cognoſcẽdum, an mater ſit IESV? & an eum ipſa pepererit? & nomen mariti eius audiendum, ex quo genuerit IESVM. Quare ab omnibus probata, uocarunt matrẽ IESV, ad eamq; dixerunt: Quia ſacerdos ille obiit, filius iſtius & iſtius, noſq; in illius ſurrogate locum filium tuum IESVM uolumus: & moris eſt, nomen & patris & matris deſcribi: dic age nobis, Eſt ne IESVS filius tuus? tuq; eum peperiſti? Maria his auditis, ſacerdotib. reſpondit: Filium meum eſſe IESVM, cõfiteor. ego enim eum peperi: ac teſtimonium mihi perhibent & uiri & mulieres ſuperſtites, qui me illum pariente adfuerunt. Sed eũ patrẽ in terra non habere, argumẽtis arbitratu ueſtro ex me exquirite. Nam dum uirgo in Galilæa degerem: angelus Dei, me uigilante, non dormiente, conclaue in quo erã, ingreſſus, mihi lætum nuncium attulit, me è Spiritu ſancto parituram eſſe filiũ, cui nomen IESV me facere iuſſit. Virgo igitur cum eſſem, & uiſionem hanc uidiſſem, concepi & peperi IESVM: manſique uirgo in hunc uſque diem, etiã poſteaquam peperi. His ſacerdotes auditis, fideles obſtetrices acceſſiuerunt, eiſque mandarunt, ut accuratè perquirerent & explorarẽt, an adhuc uerè uirgo eſſet Maria? Illæ uerò ipſis rebus certò edoctæ, uirginem eam eſſe affirmarunt. Aduenerunt etiam mulieres adhuc ſuperſtites, quæ pariente illam uiderãt, teſtificantes, filium eius eſſe IESVM. Sacerdotes autẽ oratione Mariæ, & teſtiũ partus eius obſtupefacti, Mariæ dixerũt: Dic nobis apertè & fidenter, ut ex ore tuo audiamus (τίνος ἐςὶ καὶ τίνος υἱός.) cuius ſit, & cuius filius ſit, ut ita eum inſcribamus. Quos enim nobis dixeris parentes eius: eos nos, & non alios inſcribemus. Tum illa reſpondit: Verè ego illum peperi, patrem eius in terra neſciens: ſed audiui ex angelo, Dei filium eum eſſe. Filius igitur meus eſt, quæ Maria uocor: & filius Dei: & coniugij expers uirgo ego ſum. His ſacerdotes auditis & codice prolato, ita ſubſcripſerunt: Hac die ſacerdos ille obiit, filius huius & illius: & factus eſt pro eo communi ſuffragio noſtrûm omnium, ſacerdos IESVS, filius Dei uiuentis, & Mariæ uirginis. Hic codex ſtudio principum apud Iudæos uirorum, è templo Hieroſolymitano ereptus eſt, quo tẽpore id unà cum urbe captum fuit, ac Tiberiade repoſitũ: ac myſterium hoc perpaucis, & fidelib. noſtræ gentis, notum eſt: eoque mihi etiam, ut prin-

*Perfecta & doctrina & uirtus ſacerdotum requiſita.*

*Tribus Iudaicæ & Leuiticæ permiſta.*

*D. Mariæ narratio, de ortu filij ſui.*

*Exploratio uirginitatis D. Mariæ.*

*Inſcriptio Ieſu in catalogum ſacerdotum.*

*Codex Tiberiade repoſitus.*

*Aut mentiris Iudæe, aut inſanis.*

principi & doctori noſtræ gentis, patefactum. Neq; enim ex lege tantũ & prophetis certi ſumus, Chriſtum, qui à uobis Chriſtianis adoratur, ipſum eſſe filiũ Dei uiuentis, ob ſalutem mundi profectũ in terram: ſed & ex deſcriptione, quę etiam nunc aſſeruatur uſq; ad hodiernũ diem, & repoſita eſt Tiberiade. Quæ cũ Chriſtianus è Iudæo audiuiſſet, diuino ſtudio commotus, illi dixit: ſe ſtatim & è ueſtigiò dicta illins relaturum fideli & pio Imperatori, ut Tiberiadem mitteret, & codicem, de quo is loqueretur, ad Iudæorum incredulitatem coarguendam, promulgaret. At Iudęus Chriſtiano: Cur inquit, animã tuam ſcelere obſtringes, iſtis ad Imperatorem referendis: cum tamen uoti compos non ſi futurus? Nam ſi quid iſtorum factum fu.. it, magnum bellum conflabitur: ſequentur cædes: Iudæi, cum ſe opprimi uiderint, locum in quo repoſitus eſt codex, incendent: fruſtrà laborabimus, uotorum compotes non futuri: & id tantùm effecturi, ut ſanguis effundatur. Hæc enim ut ſyncero amico, charitati tuæ aperui, ut tibi perſuaderem, me Chriſtianiſmum non ex ignorantia, ſed ex ambitione recuſare. His Chriſtianus è Iudæo auditis, ueraq; ratus dicta eius: fideli quidem Imperatori ſermonem illum non retulit: ne diuino ſtudio fidelis ille & magnus Imperator incitatꝰ, re infecta, tragœdias moueret. Sed multis notis & amicis eum ſermonem expoſuit: quẽ nos, cũ ab ijs qui ex ipſo argentario audierãt, accepiſſemus, nõ paruum ſtudium adhibuimus, ut, ueré ne illa Iudęus an ſecus dixiſſet, cognoſceremus. Itaq; Ioſephum (qui excidiũ Hieroſolymorum deſcripſit, cuius mentionem crebram facit in Eccleſiaſtica hiſtoria Euſebius Pamphili) apertè dicere cognouimus, in excidij Commentarijs, Ieſum in templo cum ſacerdotibus ſacrificaſſe. Quod cum à Ioſepho dictum reperiſſemus, uirò antiquo, & Apoſtolorũ temporibus uicino: operã dedimus, ut is ſermo etiam à diuinis Scripturis comprobaretur. Proinde in D. Lucæ Euangelio reperimꝰ, IESVM ingreſſum eſſe ſynagogam Iudæorum: traditoq; libro, Eſaiam prophetam legiſſe, dicentem: Spi-
» ritus Domini ſuper me, qua gratia unxit
» me: ad lætum nuncium pauperibus afferendum, miſit me. Quapropter cum animo reputauimus, niſi munus aliquod ſacerdotale Chriſtꝰ IESVS apud Iudæos tenniſſet, nõ futurũ fuiſſe, ut liber illi dareť, quẽ audiẽte populo recitaret. Neq; enim apud nos Chriſtianos in Eccleſia cuiquã licet ſacrarũ literarũ libros legere populo, niſi in ſacerdotes cooptato. Quare cùm ex Ioſephi ſcriptis, tũ ex euãgeliſtæ Lucę narratione cognouimꝰ, Iudæũ Theodoſiũ, ea quę ſuprà cõmemorata ſunt, Philippo argentario nõ cõfinxiſſe: ſed uerè, ut ſyncero amico, myſteriũ apud Iudæos cælatum, cõmunicaſſe.

*Codicẽ Iudæis extorqueri poſſe, negat Iudæus.*

*Ioſephi autoritate, Iudæi narrationem cõprobare ſtudet.*

*Chriſto liber in ſynagoga traditus.*

*Coniectura pendet ab hiſtoriæ ueritate.*

ἰθεῖα.) *Neq; enim obſcurè*

*A Ioue directi nouit momenta iuris.*

*Iuriſprudentia.*

ἴθορος.) Ithoros, prouerbiale nomen de ijs qui adhortantur.

ἰθύφαλλοι.) Ithyphalli: Inſpectores Bacchi, phallum ſequẽtes, muliebri ueſte induti. Phallus autẽ dicitur, inguen intentum. Sic & poemata dicuntur, quæ phallo erecto cum tripudio canuntur.

ἱκανὸς ὁ θεός.) Deus ſatis habet uirium.

ἰκαριεῖς.) Icarienſes, municipium Atticum Aegeiæ tribus.

ἱκετηρία.) Supplices, oliuæ ramum coronatum uel manibus tenebant, uel alicubi deponebant.

ἰκρίῳ.) Paribulo Iudæi Seruatorẽ affixerunt. Cenotaphijs tabulas addere ſolebãt. Vulgare & uſitatum apud Atticos indicium, eorũ qui per calamitatem eſſent mortui, nec Athenis ſepulti.

*Tabulæ cenotaphiorum.*

οὐδ᾽ ἴκταρ βάλλει.) Ne propè quidem attingit: id eſt, multum aberrat.

ἰκτεριῶσι.) Morbo regio laborantibus quiuis humor uidetur eſſe amarus, eo ꝙ humor circa linguã eo ſapore eſt imbutus: quo primùm guſtato, illa cibũ & potum non percipit. Quæri autem poſſit, ſi amarus eſt humor circa linguã, an non melle oblato minus amatus uideri debeat, dulcedine admiſta immoderatum amarorem caſtigante? Nunc dulci oblato, magis amarorem ſentit. Cæterùm ꝗa ante id ſenſus quieſcit, humorem linguę uicinum non percipit. Nam * ſi nulla re oblata moueatur, magis ſentiet amarorem. Vt igitur humida lingua præditus, minus ſentit: ſic &, qui eſt nimis ſicca. Oportet enim pati aliquid ſenſus inſtrumentum à guſtabili humido. Nimis uerò ſiccum minus afficitur ab humido, & tardius: idq; demonſtrant coria diu ſiccata, quæ ab humore non afficiuntur.

*Mel amarũ icterico.*

*Lingua ſicca, humida.*

*Coria.*

ἴκτερος.) Morbus arquatus, regius, ſiue aurugo, qui morbus è bile naſcitur: quo laborantes colorem auri præſe ferunt, oculis etiam inſtar miluorum pallidis

& nigris redditis. Dicunt morbum eſſe, qui ex iracundia naſcatur. Sanantur aũt, ſi charadrium auem, id eſt rupicem uel hiaticolam inſpexerint.

*Charadrius morbi regij remedium.*

*ἰκτῖνος.)* Miluus, auis rapax, uere apparens. unde prouerbiũ *προκυλινδεῖσθαι ἰκτῖνι*, procumbere ante miluum: id quod pauperes facere præ gaudio ſolent, hyeme liberati, eum tanquã regẽ adorãtes.

*Miluus ueris nũcius.*

*ἱλάριος.)* Hilarius Antiochenꝰ, Syrus, princeps ſenatus, natura bonus, diſcendi cupidus, atq; etiam acutus in ſermonibus, libris omnis generis inſtructiſſimus, in philoſophicis tamen diſputationibus parum eruditus. Nã cum Reipublicæ ſuæ muneribus fungi cogeretur, ocium philoſophandi non habebat. In adoleſcentia quoq; ad modeſtiam non facilè perduci poterat: q̃ res & ipſa multum eum ab elegãtiore uita retrahebat. Sed enim Fortuna ſapientiorem illũ reddidit, & tempus, ſimul etiã ætatis incontinentia exoleſcẽte. Domeſtica enim infelicitas, ac potius felicitas, ei obtigit. Nam uxor eius in adulterio cum familia ri quodam eſt deprehenſa. Fuit aũt corruptor ille Moſchus orator: qui pro beneuolentia & familiaritate malam Hilario gratiã retulit, ſtupranda coniuge. Ille uerò calamitate illa nihil perturbatus, rem fecit uiro forti & prudenti dignam. Cum enim illum deprehendiſſet: & uxore homini ceſſit, & ſuo loco, ut ille ſecundum legem ſenator eſſet. Ipſe uerò (nec enim liberos ex uxore ſuſceperat) patria relicta, ſe ad philoſophicam uitam contulit, in Cariã & Lydiam profectus. Athenas autem cum ueniſſet, Proclum in philoſophia uoluit audire. Qui cum eius luxum non ferret, quem cum concubinis aduenisse audiſſet, & ſolita adhuc intemperantia: digreſſus Athenis Hilarius, aliã philoſophiæ rationem eſt ſecutus, Proclea ſibi accommodatiorem.

*Reſpublicæ. Luxuria. Adultera uxor. Moſchus orator. Proclus hominem luxurioſum regcit.*

HILARIVS Phryx, ſub Iouiano Romanorum Imperatore, non ille quidem doctrina celebris, ſed is cui Deus futurorum præſcientiã impertiri uideretur. Vates igitur optimus fuit.

*Diuinitus afflatus.*

*ἱλαρός.)* Appianus: Cũ feſtiuo clamore & applauſu illum deducebant, & bono animo eſſe iubebant. Hilaritas animi eum maximè decebat. Vrbem hilari uultu reſpicientes, mortem ſe alacres expectare dicebant.

*ἵληθι.)* Propitius eſto Bacche: tuam choream neglexi.

*ἰλιὰς κακῶν.)* Ilias malorum. De magnis malis.

*ἰλιγγιᾶν.)* uertigine laborare. Cum torſio circa cor contingit, conſequuntur tenebræ.

ILIVM, Phrygiæ urbs. Cum res Argonautarum geſtæ ſũnt, in Græcia quidem Erythræa Sibylla uaticinata eſt: in Phrygia uerò Tros, Ili & Ganymedis pater, regnauit. Is Troiam ſuo, Iliũ filij nomine cõdidit: & urbibus repletis, omniũ locorum principes, in dedicatione illarum, cõuocauit: excepto Tantalo Thracum rege. Aliquãto pòſt, Ganymedem filium unicè charum miſit, qui Europço Ioui, grati animi ergò, uictimas & dona offerret, adiunctis illi L. uiris. Ratus itaq; Tantalus eum explorandi regni ſui cauſa adeſſe: adoleſcentem, priuſquam ad templum perueniſſet, cæpit: cauſaq; cognita, curauit. Is uerò pauliſper ibi uerſatus, ex morbo deceſſit. Tantalus autem triſtis, cum in loculo condidit: eiuſq; comites ad patrẽ remiſit, filij obitum nunciaturos. Poetæ uerò raptum eſſe à Ioue Ganymedem finxerunt, ſub aquilæ ſpecie: celerem eius interitum ſignificãtes.

*Argonautæ. Sibylla. Tros. Ilus. Ganymedes. Tantalus. Europçus Iupiter. Mythologia.*

ILLVS, fuit magus Zenonis.

ILLYRII, Barbari uel Thracẽſes, uel * Perſici. Stephanus. Illyria, regio prope Pangæum ab Illyrio, Cadmonis F. Incolæ dicuntur Illyrij, Illyriei. Regio, Illyris, Illyrias, Illyrium.

HIMERIVS, Aminiæ oratoris Pruſiadis Bithyniæ F. ſophiſta, ſub Iuliano imperatore, Proæreſij Athenis æmulus, in ſenectute orbatus oculis. Scripſit declamationes.

*ἱμερόεντα.)* Ipſa tibi Cytherea amabilẽ ab uberibus Ceſtum dedit habendum.

*ἱμείρω.)* Deſiderare uitam, & uiuendi eſſe cupidum, maximæ ignauiæ ſignum eſt, & improbitatis.

*ἱμητὴν.)* Abari ſe ad Danubium flumẽ contulerunt.

*ἵνα.)* Arrianus: Quo loco maximè oppugnari mœnia poſſe uidebantur, caſtra metatus eſt.

*ἵνα μὴ φάγῃ σκόροδα, μηδὲ κυάμους.)* Vt neq; allia, neq; fabas edat: id eſt, ut neq; iudicet, neq; bellum gerat. Allium enim in bellum ferebant: iudices uerò fabas arrodebant, ne obdormiſcerent.

*Iudicium. Bellum.*

INDACVS ſub Leone, Marciani ſucceſſore, floruit, homo audaciſſimus, & pedibus ualẽtiſſimus, læua manu robuſtior, celeritate præſtans. Fuit enim Euchide

*Curſores et lebres.*

chide & Aſſopo, & Chryſomazo & Echione, & ſi quis alius celeritate pedum celebratur, uelocior. In eundo conſpiciebatur, & rurſus euaneſcebat, fulguris inſtar, per præcipitia, nõ currenti magis quàm uolãti ſimilis. Quã enim uiam homo equis mutatis uno die cõficere non poterat, eã hũc ſuis pedibus abſq; dolore percurrere afferebant. Nam à caſtello Cheteo uno die Antiochiã pueniebat, & poſtridiè in idẽ caſtellũ reuertebatur: ex eoq́; denuò, quietẽ nõ deſiderãs, uno die Neapolim Iſauriæ proficiſcebatur.

*INGRVSIA, apud Romanos cibus, qui infirmis datur, nec uitam, nec mortem conferens.

*Indorũ uexilla.* INDI, gens barbara, cuius in bello ſinguli milleni equites uexilla habebãt: draconem in pertica extentum, argẽteo capite, dentibus exertis, rictu minitabũdo. Reliquum corpus ſerico erat contextũ, latitudine & profunditate & coloris uarietate uerum draconẽ referens. Id uexillum eques qui geſtat, pertica in aerẽ elata, impetu cõcitat equum: ſpiritus autẽ, uti par eſt, ui impulſus, in id incidit, & receſſib. caui texti inſinuat⁹, nec ſe ob firmitatem explicare ualẽs, in aere fluctuat, & uariũ illud textũ extollẽs, oẽs cõuerſiones draconis ueri ſe mouentis exprimit.

*[illegible]orum equitas.* Indi neq; corporibus, neq; pecunijs, regi aduerſus Romanos præſtò fuerunt. Religio eñ illis eſt, oppugnare eos quibus iniuria fit.

*ἰν' ἰνδῆς.*) Ariſtophanes: At iſtorum fortaſſe breui nobis pœnas dabis: ut noris quales ſint mores uirorum iracundorũ & iuſtorum, & naſturtia tuentium: id eſt, toruo uultu aſpicientium.

*ἰνίον.*) Inium, occiput, à cerebri baſi ad latos neruos, qui robur noſtrum continere uidentur.

*Leucothea Learchus. Melicerta.* *ἰνῦς ἄχη.*) Dolores Inonis. Hæc duos habuit filios, Learchum & Melicertam, qui ſagittis ab Athamante patre confixi ſunt. Pòſt, dicta eſt Leucothea dea.

*Nubes pro Iunone.* IXION Iunonem adamauit. quo ex illa intellecto Iupiter, ut rem cognoſceret, nubẽ Iunoni ſimilem illi obijcit. Cũ qua ille cum coijſſet, Iupiter iratus, rotæ illum diſtentum affixit, ſubinde agitatæ, & in orbem redeunti.

IVBA, Libyæ & Mauruſiæ rex, quem Romani captũ & flagris cæſum, in triumpho duxerunt: nõ tamen occiderunt, ob eruditionem. Fuit ſub Auguſto Cæſare: & Cleopatræ filiã Selenen, id eſt Lunã, quam è C. Cæſare natã adoptarat, uxorẽ duxit. Scripſit multa. Eodẽ tempore Didymus etiã Chalcenteros, ab æneis inteſtinis propter indefeſſum ſtudiũ dictus, qui multa contra eum ſcripſit, floruit.

IOBATES, Sthenobœæ pater, ad quẽ Prœtus literas de Bellerophonte interficiendo dedit.

IOVIANVS, imperator Romanorũ orthodoxus, magna cura & ſolicitudine complexus eſt eccleſias, & exulãtes epiſcopos reuocauit: & ad D. Athanaſiũ miſit, ut ſynceræ fidei certitudinem ſcripto ſibi declararet. iſq́; illi miſit epiſtolã rectis ſententijs refertã. *Athanaſius.* Imperauit poſt Iulianum. qui cũ optionem dediſſet militibus, ut aut ſacrificarẽt, aut exautorarentur: hic zonã deponere maluit. *Zonam deponere. Niſibis.* Niſibin pfectus, urbẽ populoſam, ac duos menſes ibi cõmoratus, quicquid pecuniæ habuit, cõſumpſit: incolas nullo benigno ſermone aut beneficio pſecutus, homo nõ ſuapte uirtute, ſed ppter paternã gloriam ad tãtum faſtigiũ euectus. *Ignauia & luxuria.* Fuit etenim nõ quidem prorſus infirmo corpore, nec bellicarum rerũ rudis, ſed rudis & expers doctrinæ: etiã quod habebat ingenij, p ignauiã obſcurabat, ac delebat. Hic poſt Iulianũ, ut dictũ eſt, imperio Romanorũ potitus, omnibus rebus deſpectis, dignitate, quam cõſecutus erat, frui ſtudebat. atq; è Perſide fugiens, in fines Romanorum, ad oſtentandam fortunã ſuam, properabat: ac Niſibin urbem Romanæ olim ditionis, Perſis dedit. *Bibliotheca crematio.* Deridebatur igitur cãtilenis & uerſibus aliò detortis, & famoſis libellis, ob Niſibidis proditionem. Idem Iouianus ab uxore ſua incitatus, ædem elegantiſſimam ab Adriano imperatore ad cõſecrationem Traiani patris conditam, & à Iuliano bibliothecam deſignatam *eunucho cuidam Theophilo, cũ omnibus libris cremauit, ipſis concubinis cum riſu pyram incendẽtibus. *Paſquilli in Iouianum.* Antiocheni autem Imperatori irati, famoſos libellos partim humi abijciebant, ut quiuis tolleret, ac legeret: partim parietibus affigebant. Erãt autem huiuſmodi:

*Veniſti è bello: utinam ibi periſſes.* &,
*Dyſpari, forma præſtãtiſſime: & reliqua.* &,
*Niſi ego te captum, & caris ueſtibus exutum,*
*Lana & tunica, queq́; pudenda obtegunt,*
*Ipſum plorantem in Perſas remiſero.*

*Dicteria.* Anus autem quædam, pulchritudinem & magnitudinem eius conſpicata, cum amentẽ eſſe didiciſſet: Quanta, inquit,

quit, eſt longitudo & profunditas, tanta eſt ſtulticia. Et alius quidã homo priuatus, magna uoce in circo equeſtri clamare auſus, riſum præbuit omnibus, cũ inania quædam & ( ætati ſuæ indecora ) frigida de ſtatura illius dixiſſet. Ac grauius *Saluſtius.* aliquid cõmiſſum eſſet: ni Saluſtius quidam ſeditionem compeſcuiſſet. Iouianus uerò hyeme Ciliciam & Galatiã petens, Dadaſtanis obijt, fungo uenenato deuorato. In principatu autem humanũ & liberalem ſe præbuit. Sub Iouiano fuit *Acacius.* Acacius, Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus: qui libellum de orthodoxa fide ſcripſit, ſynodum Nicænam comprobans.

IOVII & Herculij, uomina ſunt legionum, ab Ioue & Hercule dictarum.

IOTHOR, ſocer Moyſis.

IOLAVS, ſiue Atticè Ioleos, heros quidam, qui Athenis colitur.

IONIVM pelagus, quod nũc Adriã, & Ionius ſinus.

IORDANES flunius, ex eo dictus, ꝙ duo flumina cõmiſceãtur, Ior & Danes.

*Aſſentatio inepta.* IORTIVS, cum nihil ex ſe promere portentoſum poſſet, facto ſilentio: Annon illud, inquit, chari compotores, cogitatis, rotundam eſſe menſam, & exquiſitè orbiculatam? Ob eam igitur inſignẽ aſſentationem: magnus, uti par eſt, ortus eſt riſus. Angularis enim fuit, & non rotunda Mecœnatis menſa. Plutarchus.

*Athenæ.* ἰοςίφανοι.) Splendidæ & amœnę Athenæ. Pindarus.

ἰότητι.) Diana, tua noluntate & nuptię ſimul, & liberi contingant, Lycomedei filiæ, ludo talorum gaudenti.

IVVENALIS, poeta Romanns, ſub Domitiano Romanorũ impatore fuit: *Paris. Praſini.* qui cum ſaltatore Praſinæ partis Paride gauderet, eaq; de re & à Senatu & à Iuuenale malè audiret: Iuuenalem Pentapolim in Africa relegauit, ſaltatorem uerò locupletatum Antiochiam miſit: qui ibi domo & balneo ædificato, mortuus eſt.

*Aureum aſini caput.* IVDAS, & Iudæi. Democritus hiſtoricus ſcribit, Iudęos aureũ aſini caput adorare: & tertio quoq; anno hoſpitem captum illi immolare, carnibus minutatim inciſis eum interficientes.

IVDITH. IVDITH Hebræa, ſub Xerxe Perſarũ rege fuit. Cum Aethiopum reges Perſis arma inferrent, & rex expeditionem cõtra illos ſuſcepiſſet, Iudæi ad defectionẽ ſpectabant: eoq; contempto, Hieroſolyma reuertebãtur. Ille uerò uictis Aethiopibus, Iudæis bellum infert, Holopherne duce. *Holophernes.* Quo Hieroſolyma oppugnante, mulier quædam nomine Iudith, amore illi⁹ ſimulato, noctu caput ei dormienti amputat: eoq; in mœnibus de trabe ſuſpenſo, in fugam conijcit Perſas. Sic obſidione ſoluta, Iudæi metu liberati ſunt. *Neemias.* Iudæorum uerò ſacerdos Neemias, qui gratia ualeret apud regem, ab eo impetrat, ut pacem cum illis faciat, & eos inſtaurare Hieroſolyma patiatur, Eſdra duce eorum. *Iulius Africanus.* Iulius autem Africanus *Nabuchodonoſorẽ Cambyſis, Cyri filij, F. aut archiducem, ab ea interfectum eſſe tradit: quæ quidẽ omnes manubias conſecrauerit Deo: domumq; reuerſa, exercitationi uirtutis dedita, anno ætatis CL ſit defuncta.

IVTHVNGI, nomẽ gentis. Traiecerunr Iſtrum, trãſitu à Iuthungis, odio Romanorum, ultrò dato.

IVLIANVS, Chaldæus philoſophus, pater Iuliani, cognomẽto Thenrgi. Scripſit de dæmonibus lib. 4. Eſt autem hominũ cuſtodia(πρὸς ἕκαστον μόριον)ad unã quanq; partem, qualia ſunt Teleſiurgica: id eſt, ſacra ſeu Initia Chaldaica.

Iulianus ſuperioris F. fuit ſub M. Antonino imperatore. Scripſit & ipſe uerſibus oracula, Theurgica, Initiatoria, & alia huius diſciplinæ arcana. Hũc tradũt quidam Romanis aliquãdo ſiti laborantibus effeciſſe, ut ſubitò cogerentur nubes caliginoſæ, & imbrem ingentem effunderent, *Imber fuſus.* cum tonitribus & fulguribus crebris: idq; ſapientia quadam effeciſſe Iulianum. Alij, Arnuphim Aegyptium *Arnuphis.* hoc miraculum ediſſe tradunt.

Iulianus Domni F. Cæſarienſis Cappadox, ſophiſtes, ęqualis Callinici ſophiſtæ, ſub Conſtantino imperatore.

*Seueri opinio de Chriſto.* Iulianus Halicarnaſſeus, malam Seuẽri opinionem confirmare uoluit, incorruptibile Chriſti Dei corpus eſſe aſſerẽs, (ob ipſam ſcilicet in utero diuinitatis unionẽ & corporis ) ipſius ſcilicet in utero Deitatis unionis & corporis, etiã ante Chriſti è mortuis reſurrectionem. unde concludatur, non actione aliqua Iudæos excarnificaſſe, & occidiſſe Chriſtũ. Quę opinio, ut claudicans & infirma, ab antiquis diuinis patrib. exploſa fuerat. Tum autem Iulianus, ſiue ſenili delyrio, ſiue inſigni Chriſti ſtudio, à uera & erroris experte ſentẽtia excidit, ſiue alterius cuiuſdam inſtinctu. Nam & hoc ſuſurratur, ciuitatis cuiuſdam ſacerdotem Iuliano peſſimę huius opinionis autorem fuiſſe.

fuiſſe. Eam igitur de Chriſto *ſententiã, tanquam ueram diuulgaturus erat: eoq; *Marinus.* Marinum Cartis Syriæ urbe oriundum in Oriẽtem (miſiſſer) miſit, ut dogma id confirmarer: niſi paulo pòſt è rebus humanis exemptus fuiſſet. Iulianus hic prauæ Seueri opinionis patronus fuit uehementiſſimus. Nam cũ Seuerus diceret, una prędituм eſſe natura Chriſtũ, & differentiã in Chriſto nõ admitteret: Iulianus & unã ſecundũ Seuerum aſſerebat naturam, & differentiam tollebat.

Iulianus Parabata & apoſtata, id eſt perduellis, ſiue tranſgreſſor & deſertor, Romanorũ imperator, Conſtantini magni Imperatoris nepos ex fratre Dalmata, & matre Galla: *Scripta.* ſcripſit de Cæſaribus ſeu imperatoribus Romanorũ, ab Auguſto exorſus. Aliũ librũ de tribus figuris: & quæ Saturnalia uocantur: Miſopogonem, id eſt Oſorem barbę, ſeu Antiochicum: unde mala ſint ſecundũ indoctos. Ad canem, ſeu Cynicum Heraclitũ, quo pacto ſecta Cynica tractãda ſit? Epiſtolas omnis generis, & alia. De Empedotimo in Saturnalibns ſic ſcribit Parabata: *Pythagoricus.* Nos Empedotimo & Pythagoræ, & ijs quæ inde accepta Ponticus Heraclides tradidit, * & paulo antè: Inclytus nobis uiſus eſt, & hierophantes Iamblichus: *Aequitas in dictorum.* * Ad Iulianum multæ cauſæ deferebantur, cum homines affatim fruerentur æquitate iudicis. Neq; enim dilationes erant earum, quę lege ſancitam è receptis ſcriptis haberent iniquitatem, & hominibus iniuſtis alienaq; detinẽtibus auxiliarentur. Sed aut ſtatim ęquitas naturę cõſentanea demonſtranda erat: aut mora & procraſtinatio ſuſpecta habebatur. *Improborũ odium.* Grauis igitur & moleſtus erat, atq; ob hæc natio improborum & iniuſtorũ * excitabatur. Neq; enim iniuſtè agere, neq; cælare iniurias licebat. Ac faciles ad eum aditus, infeſtiorem etiam eum reddebant improbis. Nam quia ſæpe in publicũ, propter ſacra & uictimas prodibat, naturaq; mitis erat in omni congreſſu: *Clementia & deſpicientia.* nemini colloquium negabatur. Ac ille quidem maledicta & iras improborum diſſimulabat, minimeq; curabat. *Oracula de obitu.* * De obitu Iuliani Parabatæ & impij, oraculum huiuſmodi extabat:

*Sed quando ſceptris tuis Perſicũ ſanguinem,*
*Vſq; ad Seleuciam agitans gladijs domueris,*
*Tum ſanè te ad Olympum ducet igni fulgens currus*
*Cum procellis permiſtum in uertiginibus,*
*Abiecta mortalium (morum) membrorum aruмnoſa moleſtia.*
*Venies autẽ in atherij luminis paternã aulã:*
*Vnde cum aberraſſes, humanum in corpus ueniſti.*

Extat & oraculum ei datum, cum iuxta Cteſiphontem uerſaretur:

*Terrigenarum quondam genus deleuit conſilio pollens Iupiter,*
*Inimiciſſimũ beatis Olympias ades tenẽtibus.*
*Romanorũ Imperator Iulianus Deo ſimilis,*
*Pugnans Perſarum urbes & mœnia longa,*
*Comminus pugnantium deuaſtauit igni, ualidoq; ferro,*
*Aſſidueq; domuit & urbes & gentes multas.*
*Quin & occidẽtaliũ uirorũ, Alamanico ſolo*
*Prælijs crebris capto, naſtauit arua.*

Iulianus Cõſul empto imperio, ſtatim *Ignauus.* ſuſcepto principatu luxui & crapulæ uacabat: *Luxurioſus.* Reipublicę uerò curationẽ ſegniter attingebat, uoluptatib. deditus. Conſtabat & milites ab eo eſſe deceptos. *Perfidus.* neque enĩ de ſuo tantũ numorũ habebat, & publici theſauri à Cõmodo erant exhauſti. Qua de cauſa milites indignabantur, & populus in theatro eũ cõtẽnebat.

ɪᴠʟɪᴀ ᴀᴠɢᴠꜱᴛᴀ, Seueri Imperatoris uxor, *Philoſophã.* à Plantiano multis & atrocibus affecta eſt iniurijs. Prorſus enim eã oderat, & ad Seuerum criminabatur: & inquiſitiones contra eam, & quæſtiones de nobilibus matrõis inſtituebat. Quapropter illa philoſophari cœpit, & uirorum ſapientum uti familiaritate.

ἴυλος.) Epigramma:

*Tẽpeſtiuè efflореſcẽtes ſub tẽporib. lanugines*
*Detonſas, malarum uirilium nuncias,*
*Phœbo dedicauit Lycon primum munus.*

ɪᴠɴɪᴠꜱ, uir equeſtris ordinis, * ob gulã tribus diuitibus familiaris, cognomento Cœliodæmon & Tagenornithotheras, quaſi Vẽtrideum & Sartaginaucupem dicas. **

ɪᴠꜱᴛɪɴɪᴀɴᴠꜱ, condita ſancta Sophia, repurgauit aulã, & marmorib. exornauit, cũ prius Auguſtale eſſet: & ſtatuã ſuã equeſtrẽ in columna poſuit, *Imaginis ſignificatio.* quæ læua globũ tenet, cruce in eo defixa: quæ ſignificaret, eũ ob fidẽ in crucẽ, terræ dominũ factũ. Globus enim is terra eſt, ob rotundã eius figurã. Fides autẽ eſt crux, ob incarnatũ Deum illi affixum. Dextrã porrigit uerſus Orientẽ, ſeditionẽ Perſarum ſignificãs: & extenſione ac repulſiõe manus clamitãs, ne Romanas prouincias ingrediantur: State, nec progredimini. neq; enim id uobis expediet.

Iuſti-

*Magiſtratus improbi.* *Stephanus.* *Theodorus.* *Logotheta generalis.*

Iuſtinianus Rhinotmetus, id eſt præciſo naſo, Romanorum Imperator, Conſtantini F. præter mala cætera, Reipub. muneribus præficiebat uiros inhumanos & crudeliſſimos: quorũ erat Stephanus eunuchus Perſa, imperatoriæ pecuniæ quæſtor. Is cum obuios quoſq; multum uexaret, audacia ſua etiã aduerſus Imperatoris ipſius matrem uſus, flagellis eam (ἐν ὀχήματι) in curru, ut literatores pueros, cecidit: ac Theodorus quidã qui in clauſtro fuerat, in Thraciæ partibus (τοῦ στενοῦ τῶν δημοσίων) anguſtiarum, publicorum uectigalium quæſtor, quem uulgus Logothetam generalem fecit. Is inſigni crudelitate pecuniam exigebat, funibus ſublimes ſuſpendẽdo, & palearum fumo illuſtriſſimos quoſq; necãdo.

*Leontius.* *Patricius Iſaurus.* *Monachorũ diuinatio.*

Leontium ducem Oriẽtis & Patricium Iſaurum triennium in cuſtodia tenuit Iuſtinianus: pòſt Græciæ ducẽ deſignauit. quem Paulus monaſterij Calliſtrati monachus, aſtronomus, & Gregorius Cappadox, monaſterij Flori ductor, imperio potiturum prędixerunt: itaq; factum eſt.

*Scripta Iuſtini Chriſtiana.*

IVSTINVS philoſophus, & habitu philoſophorũ utens, ex Neapolitana Palæſtinæ prouincia priſci Bachij F. pro Chriſtiana religione ſedulò laborauit. & Antonino Pio, & filijs eius, & Senatui Romanorum libellũ contra Ethnicos conſcriptum obtulit, opprobrium crucis nihil ueritus. Scripſit & aliũ libellum, quẽ Antonini ſucceſſoribus obtulit, Marco Antonino & Aurelio Commodo. Eſt & alius eius liber contra Ethnicos, in quo de exilio dæmonum diſſerit: & quartus liber æquè cõtra Gentiles, quem inſcripſit Elenchum: & alius de Dei monarchia: & alius, quem nominauit Pſaltem: & alius de Animo: & dialogus cõtra Iudæos, quem contra Tryphonem principem Iudæorum Epheſinorum conſcripſit. Sed & contra Marcionem inſignia uolumina edidit: & alium librum cõtra omnes ſectas, cuius meminit in Apologetico, quẽ dedit Antonino Pio. Cum autem Romæ ſcholas haberet: * odium ſuſcepit Creſcentis Cynici, Chriſtianis maledicentis, quem guloſum & prodigum & intemperantem appellando, & mortẽ ab eo timeri demonſtrando, magno probro affecit. Tandem huius opera atq; inſidijs, ut Chriſtianus, pro Chriſto ſupplicium paſſus eſt.

*Creſcens Cynicus.*

*Iuſtinianus illiteratus.*

Iuſtinianus imperator Romanorum, rectiſſimè de religione ſentiẽs, rudis fuit omnium literatũ: &, quòd dicitur, analphabetus. Condidit aureum triclinium in palatio, & D. Pauli orphanotropheũ, aucta de ſe opinione Iuſtini imperatoris, à quo grauitatis & exquiſitæ diligentiæ laus ipſi tributa fuerat.

IVSTVS Tiberienſis, Galilææ prouinciæ: ipſe quoq; Iudaicam hiſtoriam conſcripſit, & commentaria quædã contexuit. Sed eum mendacij arguit Ioſephus, qui eodẽ tẽpore ſcripſit hiſtoriã.

*Ioſephi æmulus.*

IOPHON Athenienſis tragicus, germanus Sophoclis tragici, & Nicoſtratæ F. (habuit enim & nothum Ariſtonẽ, ex Theodoride Sicyonia) fabulas edidit L. quarum eſt Achilles, Telephus, Actæon, (Perſarũ ſuſceptor) Perſis, Dexamenus, Bacchæ, Pentheus, & aliæ quædam * patris Sophoclis.

ἰοχέαιρα.) *Tibi quidem curuus arcus & ſagittis gaudens pharetra,*
*Dona à Promacho Phœbe hæc ſuſpenſa ſunt.*

*Io, Luna.* *Picus Iupiter.* *Libya.* *Iopolis.*

IO.) Inachus Argiuorum rex urbem Io, id eſt Lunã (quæ ſic ab Argiuis dicitur) condidit. Habuit filiam Io, quam Picus Iupiter rapuit: ex eaq; filiam Libyan ſuſcepit. quæ ſtupro dolens, in Silpium montem confugit, ibiq; obijt. Quo pater eius & fratres cognito, ædem illi extruunt, locumq; Iopolim uocãt: atq; ibi uſq; ad obitum manſerunt memoriam eius celebrantes: & alij aliorũ fores quotannis pulſantes dicebant, Io Io.

ἰώ.) Hei Nemeſi & fremebunda tonitrua. Ariſtoph. O' beatæ teſtudines ob pellem, & ter beatæ propter eam. Cætera quam probè munijſtis, & prudenter? Heu Praſiæ (urbs eſt Laconiæ) ter miſeræ, & quinquies, & * amplius decies peribitis hodie.

ἰὼ σκότος.) O' tenebræ, meum lumẽ: O' Phœbe, mihi luciddiſſime: capite me, capite me habitatorem, capite me. Neq; enim deorum genus, neq; mortaliũ, adhuc dignus ſum qui aſpiciam quempiã, à quibus non adiuuor.

*Theologia Ioannis apoſtoli.*

IOANNES theologus & euangeliſta, ab exilio reuerſus, cõpoſuit Euangeliũ centenarius, peruenit enim ad annũ ætatis 120. Sed dum ibi degeret, * Theologiam cõſcripſit. Ioannes Chryſoſtomus etiam epiſtolas eius 3, & Apocalypſin admittit.

*Scripta Chryſoſtomi penè infinita.*

Ioannes cognomento Chryſoſt. Antiochenus, principiò presbyter Antiochiæ, & Euſebij Emeſeni & Diodori pediſſequus, multa ſcripſiſſe fertur: in quibus

bus excellūt ſermones de ſacerdotio, tū ſublimitate & elocutione, tū lenitate & elegātia uerborū. His ſuppares ſunt ſermones in Pſal. Dauidicos, & in Euangeliū Ioānis annotationes: & in Matthæū, Marcū, Lucā cōmētarij. Cętera eius ſcripta ſunt innumera. Omnē enim & Iudaicā, & Chriſtianā ſcripturā ita enarrauit, ut nemo alius. Feſtiuitates martyrū expedito genere dicēdi adauxit, cum lingua eius Nili cataractis eſſet uberior. Nemo certè ab omni æuo tanta dicendi copia affluxit, quāta ſolus ille abundauit, & ſolus abſq; fuco aureū illud & diuinū nomen eſt cōſecutus. Numerū aūt ſcriptorū eius recēſere, nō eſt hominis, ſed Dei potiꝰ, omnia ſciētis.

*Mores D. Chryſoſtomi.*

Hic S. Ioannes Chryſoſtomus, ſummoperè ſeſe exercebat: uigilātiſſimus, & amātiſſimus trāquillitatis: & ob ſtudiū modeſtiæ, oratione liberior, & iracūdus: qui animo potius indulgeret, q̃ reuerētiæ rationē haberet, dicēdiq́; libertate aduerſus homines immodica utebatur. Ac in docēdo quidē maximos afferebat fructus: in cōgreſſib. aūt arrogās & cōtēptor, ipſius ingenij ignaris uidebatur. Itaq; & epiſcopus deſignatus, maiore ſupercilio aduerſus populū utebatur: ad uniuſcuiuſq; correctionē & ſalutē, & mores & orationem mutādo.

*Adulator. Moderatus. Doctorem qualem eſſe deceat.*

Neq; uerò qui aſſentator nō eſt, arrogās eſt habēdus: neq; etiā homo adulator & degener, moderatus dicendus. Sed eū q ſuo loco, hominibus ingenuis digno, ſe cōtinet, magnanimū eſſe decet, nō ſupbū: fortē, nō audacē: comē, non abiectū: moderatū, nō modeſtię ſimulatorē: liberalem, nō ſordidū, ut & ipſe ait. Quapropter uariū eſſe decet paſtorē & doctorē: uariū dico, nō occultū, neq; adulatorē, neq; cōtumelioſum, ſed libertatis & cādoris plenū: qui ſe negocijs utiliter accōmodare poſſit, & ſeruire tēpori, lenis ſimul & auſterus. Nec enim eodē modo ab eo qui præeſt, tractādi ſunt oēs: cum ne medici quidē ſit, eadē medicamenta ægrotis omnibus propinare: neq; gubernatoris, eūdē tenere curſum uētis reflātibus. Proinde cogitate, qualē eū eſſe deceat, quē tātæ tēpeſtati, tot procellis, tot fluctib. obſiſtere oporteat. Nā & grauē eū eſſe decet, nō inſolentē & formidabilē: & placabilē, & imperioſum, & ſociabilem, & incorruptū, & obſeruantē & humilē, & inuictū, & hilarē, & māſuetū, qui hęc certamina facilè cōfecturus ſit. Itaq; homo candidiſſimus & cordatus, cauere debet, ne uel ipſe aduletˀ alijs, uel adulari ſibi alios patiatur: ut nec arrogās ſit, nec adulator: ſed id quod nimium eſt in utroq; malo, caueat: itaq́; liber ſit, ne ad contumaciā declinet, aut ſeruilē in modū ſe abijciat. Erga bonos enim humilē eſſe oportet, aduerſus audaces ſublimē. Nā illi quidē uirtutē iudicāt humanitatē, illis audacia eſt pro fortitudine. Illis igitur obijciēda eſt modeſtia, his fortitudo, quæ opinionē extinguat audaciæ: ut illis proſis, horum elationem deprimas. Cuiuſq; enim rei, ut ait Salomon, ſuū tēpus eſt: hoc eſt, humilitatis, poteſtatis, obiurgationis, adhortationis, clemētię, libertatis, lenitatis, ſeueritatis, omnium deniq; rerū: ut aliàs humilitatē præ te feras, in eoq́; (autore Dño) pueros imiteris: aliàs autoritate utaris, quam tribuit Chriſtus, ad ædificationē, nō ad deſtructionem, cū res ſeueritatē poſtulat. Tenipore quidē conſolationis lenitatē probes, tēpore aſperitatis zelū tuū demonſtres, & in omnibus alijs rebus rationem eximiā & iuſtā adhibeas. Rationes enim iuſtorū, iudicia ſunt. Atq; etiā Iſidorus: Principem, inquit, iuſtnm eſſe oportet, & formidabilem: quo ij qui rectè uiuūt, cōfidant: peccātes autē, ſint ad iniuriam tardiores. Nā alterū abſq; altero, principatus euerſio potius eſt, quā principatꝰ. Nā ſi quidē eſſent omnes dicto audientes, & uirtutis amantes: ſola bonitate eſſet opus. Sed ſi improbi & contumaces, ſeueritas eſt adhibēda. Quia uerò & boni ſunt, & mali: utraq; ratio principi & præfecto in promptu eſſe debet.

*Iſidorus de magiſtratuū officio.*

IOANNES, grāmaticus Alexādrinus, cognomento Philoponus, plurima ſcripſit grāmatica, philoſophica, arithmetica, rhetorica: ſacras quoq; literas tractauit. Scripſit & cōtra XVIII Procli argumenta, & cōtra Seuerū: ſed tamē ab Eccleſiæ doctoribus, ut Tritheites, id eſt q tres eſſe deos aſſerat, reijcitˀ, & in orthodoxorum catalogum non admittitur.

*Tritheitæ.*

Ioannes, Philadelphienſis Lydus, ſcripſit de Menſibus librū unum, de Oſtentis alterū: deq́; alijs mathematicis argumentis (dedicat autē illa Gabrieli.) In ijs autē diſſerit cū Gabriele quodā p̃fecto.

Ioannes cognomēto Stobæus, Florilegium ſcripſit ad Epimium filiū, quod uarias multorum opiniones cōtinet, libris 4. Præclarum opus, & omni eruditione refertum.

Ioannes Damaſcenus, cognomento

Mãſur, uir & ipſę doctiſſimus, ætatis ſuæ nulli eorũ, qui doctrina illuſtres fuêre, ſecũdus. Scripta eius cõplura ſunt, & maximè philoſophica: & in S. Scripturã parallela ſelecta, & Canticorũ canones iãbici, & ſoluta oratiõe. Eodẽ tẽpore Coſmas etiam Hieroſolymitanus floruit, uir ingenioſiſſimus, & omnino ſpirans modulationẽ illã Muſicã. Cãticorũ certè canones Ioannis & Coſmæ hactenus fuerũt incõparabiles: neq; ẽt, quoad noſtra uita propagabiť, cõparationẽ admittẽt.

*Coſmas.*

*Princeps bonus.*

Ioãnes Romæ princeps ſub Theodoſio, clemẽs fuit, & prudẽs, & uirtutis ſtudioſ⁹, moderatè principatu funct⁹, neq; delatorib. aures præbuit: nec, uolẽs certè quidẽ, ullã cædẽ iniuſtã fecit, neq; bona cuiquam eripuit.

*Ingenij præſtantia doctrina uacua.*

Ioannes, Cappadociæ præſes ſub Iuſtiniano, liberaliũ artiũ & doctrinę rudis fuit (neq; enim, dũ ſcholã frequentaret, quicquã præter literas, & quidẽ malas, malè didicerat pingere) ſed ingenij uiribus præſtitit, quos nos quidẽ nouimus, omnib. Nã & qd facto eſſet opus, abundè intelligebat: & in reb. dubijs facilè ſe expediebat. Sed cũ omniũ mortaliũ eſſet improbiſſimus, tũ ingenij ui ad ſcelera abutebatur: tũ neq; Dei rationẽ habebat, neq; hominũ uerecũdia mouebať. Nã & emolumẽti ſui cauſa homines interficere, & totas urbes euertere nõ dubitabat. Itaq; cũ exiguo tẽpore magnã pecuniã cumulaſſet, in luxuriã incidit infinitã, uſq; ad prandiũ, populũ opib. ſpoliãdo, reliquũ tẽpus ebrietate & obſcœnis corporis occupationib. tranſigẽdo. *ſibi aũt nullo modo tẽperare poterat, nec cibũ diutius quã illo ueſceretur, retinebar: & quãuis promptus ad rapinas, prõptior etiã erat ad pecuniã cõſumendã & profundendã, mortalibus omnib. iniquus & grauis. Nã & obuios uerberibus afficiebat, & uniuerſam pecuniã nulla prorſus ratione per latrociniũ auferebat. Proinde uiolator iuris, iuſtas tandẽ ipſi iuſticiæ pœnas exoluit.

*Tyrannus auaricia et luxu perditus.*

(Ioas) Ioãnes rex Hieroſolymorũ poſt mortẽ (ἰωάδ. Ioiadæ uel Iodaæ.) Ionadabi põtificis, neglexit Dei cultũ: unaq; cũ eo principes etiã populi ſunt corrupti, ut ritus & inſtituta maiorum optima uiolarẽt. Quã regis & cæterorũ mutationẽ iniquo animo ferẽs Deus, mittit prophetas, q & facta illa deteſtarẽtur, & improbitatẽ illorũ caſtigarẽt. Cuius illi tanto amore tenebãtur, ut & Zachariã filiũ pontificis Iodaæ, lapidibus in tẽplo occiderint, eo q illis magnas pœnas prędixiſſet, niſi Deo parẽrent.

*Pugil inuictus.*

IOB, uerè magnus ille & generoſus ueritatis pugil, primus aperuit gymnicũ illud, & ingẽs atq; adeò totũ terrarũ orbẽ includẽs ſtadiũ. hic aduerſariũ omnibus cõgreſſib. ꝓſtrauit: hic uiblcib. & plagis inuictus: hic uermib. ſcatẽs, corollã meruit. Hũc neq; mors proſternere potuit, neq; à tergo inuadere. Inſtar enim firmiſſimæ colũnæ, aut incudis, impenetrabilis pſtitit, per omnẽ ętatẽ ſubigẽs & proſternẽs aduerſariũ. Hic primus diabolũ deuicit. Hic de improbo illo triumphauit, non uictor in Olympijs, aut Nemeis, aut Iſthmijs, aut Pythijs, aut certaminib. cæteris, q̃ arrogãtib. Grçcorũ ſermonib. celebrãtur: ſed ꝓ liberis & poſſeſſionib. & gregibus & armẽtis, & omni ſeruitio cultuq; uitæ, ædes ſuas collapſas inuicti animi uir, & ſepulchra & cœmiteria filiorũ ſuorũ factas cõſpicatus, quos uno die & hora in mẽſa cõuiuantes & genio indulgẽtes aceruatim ꝓſtrauit cõſcelerat⁹ ille, cõclaui in eos deiecto: neq; duos aut tres aut quatuor, ſed decẽ uniuerſos utriuſq; ſexus oppreſſit. Neq; hic rabies & inuidia quieuit aduerſarij, donec ipſũ pugilẽ nudũ in ſterquiliniũ euocatũ, & toti ulcerib. cõpunctũ, uermibusq; repletũ, ſpectaculũ horrendũ & inuſitatũ toti terrarũ orbi effecit, ſeptẽ annis dentib. lancinãdo, & lingua uentilãdo totũ martyris corpus: donec tandẽ ſuccubuit cõſcelerat⁹ ille, & cũ dedecore receſſit. Habes & huius philoſophi præmia: habes & librũ eius, multo & Homerica & Platonica luſcinia cantillantẽ argutius. Neq; enim fabularũ & calamitatũ alienarũ narrationes cõtinet, neq; de Achille agit audaciſſimo, aut callidiſſimo Vlyſſe, quorũ cædes triumphi ſunt, & mulierũ ſtupra res bene geſtæ. Sed diabolũ cõmemorat, qui à nudo quodã & inermi & ſolo eludať: & amicorũ, uicẽ eius dolentium, conciones & lachrymas, & totius rerum conditarum naturæ explicationem, & animalium & auium naturas, & ſplendidas quaſdam narrationes: atq; ipſius etiã intorti iſtius ſerpẽtis imaginem, qui uariè ſeſe implicat, cuius oculi ignis inſtar micãt: & unigeniti filij Dei ad inferos & ſubterranea loca deſcenſum, & ex Orco reditum, & reſurrectionem à mortuis. Idẽ liber iuſtum illũ uictorem

*Calamitates.*

*Liber Iobi præſtantiſſimus.*

*Iobi uictoria & multiplex felicitas.*

ctorem pronūciat, & liberos & omnem rem familiarem magno illi cum fœnore reſtituit, uitæq́; tempus conduplicat, & filiarum nomina mutat. Neq; enim Ledæ, aut Europæ, aut Antiopæ, quas deorū ſummus Iupiter ſtuprauit: ſed Hemeræ, id eſt diei, & Caſſiæ, & Amaltheæ nominibus uocantur: & omniū mulierum quæ ſub cœlo ſunt, præſtantiſſimæ indicantur: &, quod maximū eſt, hæreditatē & tanquā inſignia nobilitatis Iobi uictoris & triumphatoris acceperunt eximiā. Solus enim hic eſt nobilis ab ortu ſolis, (uſq; ad occaſum) hic inclytus ille & exoptatus, qui ſuorum certaminū hoc poſtremum & ultimum lucrum tulit, quod unà cum Chriſto reſurrexit, & hūc mundum denuò uidit, nō ſecundū Herculis fabulā, & Admeti uxoris Alceſtidis, quā inclytus ille uictor atq; trinoctius ꝑ marito defunctam excitauit ſcilicet, cū ipſe tandē à muliere & igni fuerit abſūptus: ſed ꝑ inexplicabili Seruatoris noſtri potentia, qui Orcū ſpoliauit, & mortuos è locis ſubterraneis eripuit: qui ſedit à dextris Genitoris, unà cū ſuis clientibus, & omnibus rebus conditis, tam aſpectabilibus quàm inaſpectabilibus dominat̃.

IOBILAEVS (annus) mēſis apud Hebrços honorat⁹, q ſeptimū quenq; annū nō minus q̄ diē ſeptimū feriatū agebāt.

IODAE ſacerdos, ob inſignem pietatem annos uixit * CXXX.

*Oberratus feneratorum, & lingua filij fretus.*

ἰὼ.) Ariſtophanes: *Inplorate fœneratores, Et ipſi & ſors, & uſura uſurarum.*
*Neq; enim mihi qcquā mali dabitis poſthac,*
*Talis mihi aliur hiſce in ædibus filius,*
*Ancipiti lingua fulgens, propugnaculū meū,*
*Seruator familiæ, doloris depulſor, paternorū*
*ingentium malorum.*

ION Chius, tragicus & lyricus, & philoſophus, filius Orthimenis, cognomēto Xuthi. Tragœdias edere cœpit LXXXII Olympiade. Fabulas eius eſſe tradunt alij XII, alij XXX, alii XL. Scripſit & de Meteoris, & (συνθέτους λόγους) compoſitas orationes. Hunc Ariſtophanes ἀῷον piocū Aœū, quaſi abſq; ouib. áppellat.

ἴωνος τριαγμοί.) Ionis triagmi, ſeu terniones. Principiū mei ſermonis, omnia tria, & amplius hoc, plus minùs his trib. uno: Cuiuſq; uirtus eſt ternio, Intelligentia & Potentia & Fortuna. ἀρχή μοι τοῦ λόγου πάντα τρία, καὶ πλέον τοῦδε, πλέον ἔλασσον τούτων τριῶν ἑνὸς, ἑκάστου ἀρετὴ τριάς: σύνεσις καὶ κράτος καὶ τύχη.

IONES, Aſiani & Attici. Ioniæ ſunt urbes XII, à Neleo Codri F. conditæ: Epheſus, Miletus, Myus, Priene, Colophō, Teus, Lesbos, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Chius, Samus. His Dari⁹ Scythas inuadens, cuſtodibus Iſtri uſus, earū nobiliſſimos quoſq; eunuchos, filias concubinas fecit.

IONICE`.) Ariſtophanes in Theſmophoriazuſis: Mitras geſtabant, & cernebant Ionicè. id eſt, delicatè. Horatius:
*Motus doceri gaudet Ionicos*
*Matura uirgo.—*

IORAM Ochoziæ regis Iſraelitici F. omnis improbitatis & ſcelerū refertus: homo impius, cæterùm ſtrenuus.

ἰωρὸς.) Prouerbium, οὐδ᾽ ἐντὸς ἰωροῦ, Nec intra ianitorem. De minacibus & inſolentibus. Lex apud Athenienſes, iubebat homicidas extra ianitorē eſſe: id eſt, ædibus prohiberi.

*Peccati pœna ob pietatem mitigata.*

IOSAPHAT, rex Iudæorum, placuit Deo: ſed Iehu Ananæ F. eū ob amicitiā Achaabi reprehendēs: Rex Ioſaphat, inquit, qa tu peccatorē iuuas, & ei amicus es, cui Deus eſt inimicus: ideò Deus iratus eſſet tibi, niſi bonæ in te rationes inuenirētur: & qa lucos terræ Iudaicæ ſuccidiſti, & cor tuū ad inquirēdū Dominū direxiſti, idq́; ad Deū pfectū eſt inuentū. Itaq; Deus tibi pepcit, niſi quòd diſſecta ſunt opera tua, & nauigia tua comminuta. Hinc docemur, peccatorū pœnas ob ſuperiora rectè facta minui. Deus enim ita fert ſentētiam, ut hęc cū illis cōparet.

*Ioſephi ſcripta.*

IOSEPHVS Iudæus, ueritatis amās, & de præcurſore, & de Domino noſtro & Deo & ſeruatore IESV Chriſto loquitur: Matthæi F. ſacerdotis Hieroſolymitani. Antiquitates Iudaicas libris XX. deſcripſit. Captus à Veſpaſiano, & Tito filio eius, uſq; ad excidiū Hieroſolymorū detentus, eosq; Romā ſecutus, ſeptē libros excidij Iudaici obtulit Imperatoribus: q in publicā bibliothecā ſunt relati. & ob ſcripti illius celebritatem ſtatua donatus eſt. Antiqtates Iudaicæ ab exordio mūdi uſq; ad XIIII Domitiani annū extendunt̃. Scripſit & cōtra Appionē Alexādrinū grammaticū alios duos Antiquitatū libros: q à partib. Græcorū legatus ſub Caligula miſſus fuit, ut oratione quadā Philonē accuſaret, qua gentis Iudaicæ condēnatio cōtineret̃. Eſt & alius liber eius omni uirtute refertus, de dictatura & principatu rationis: in quo etiā ſupplicij Machabęorū meminit. Hic decimooctauo Antiquitatū libro aperte fa-

*Bibliotheca & ſtatuæ honos.*

tè fatcẽ, ob ingẽtia miracula Chriſtũ à Iudæis interfectũ eſſe: & Ioannẽ baptiſtam uerè fuiſſe prophetã: & ob cædẽ Iacobi apoſtoli Hieroſolyma uaſtata eſſe. Scribit & de domino noſtro IESV Chriſto ſic: Naſcit̃ & hoc tẽpore Ieſus, uir ſapiẽs: ſi modò uir dicẽdus eſt. Fuit eñ admirabiliũ operũ effector, doctor hominũ ueritatẽ libẽter accipiẽtiũ: ac multos tũ Iudæos tũ Græcos ſibi adiũxit. Chriſtus ille fuit, quẽ à primarijs noſtræ gẽtis uiris delatũ, cũ Pilatus ad crucẽ dãnaſſet, qui eum initiò dilexerãt, diligere nõ deſtiterũt. Apparuit eñ eis tertio die pòſt redi uiuus, cũ diuini prophetæ hæc & infinita alia de eo dixiſſent: ac quæ à Chriſto cognominatur natio, nondum deſecit. Hæc Ioſephus de Chriſto ait, xviij libro.

*Ioſephus de Ieſu Chriſto.*

Ioſephus Iudæus, hiſtoriographus, cuſtodiri iuſſus à Veſpaſiano, ut ſtatim ad Neronẽ mitteretur: hoc audito, habere ſe dixit qđ cũ illo ſolo agere uellet. Cũ aũt ille ſecedere oẽs, pręter Titũ & duos amicos iuſſiſſet: Tu qdẽ, inqt, Veſpaſiane, putas Ioſephũ te captiuũ habere: ego uerò tibi adſum nũcius magnarũ rerũ (μὴ γὰρ οὐκ ἀπὸ θεοῦ προπεμπόμενος, εἶδον τὸν Ἰουδαίων μόρον. Niſi enim Deus me deduxiſſet: Iudæorũ fatum nõ uidiſſem ) Niſi enim Deũ comitẽ habuiſſes, Iudæorũ interitũ nõ uidiſſes. Nerõi me mittis? Atq Nerõis ſucceſſores uſq; ad te manebũt. Tu uerò Cæſar eris, & filius hic tuus. Vincito aũt me quã diligẽtiſſimè, & cuſtodi tibi. Dominus tu es terræ mariſq;, & totius generis humani. Ego uerò ſi mẽtitꝰ fuero tibi & Deo, arctiore ſum dignꝰ cuſtodia. Veſpaſianus his dictis initiò parũ credere uidebatur, & Ioſephum commi niſci iſta putabat: ſed ueritate eius cognita, ueſte & alijs ornamẽtis eum donauit.

*Veſpaſiano imperium prædica.*

IOSEPH, formoſiſſimus ille, anno ętatis xvij inuidia fratrũ uenditus, cũ ad annos xxx perueniſſet, princeps Aegypti cõſtituitur in qua duobus filijs Ephraim & Manaſſe procreatis, mortuus eſt CX natus annos. Eius aũt oſſa Moſes auexit ſecũ. Iureiurãdo enim Ioſeph filios Iſraelis adẽgit, his uerbis: Omnino inuiſet uos Deus. oſſa itaq; mea uobiſcũ auferetis.

IOSIAS, rex Hieroſolymitanus. Sub hoc Chelcias ſacerdos librũ legis in tẽplo repertũ, re cũ ſcriba cõmunicata, regi oſtẽdit. Qui cũ pius & iuſtus eſſet, co lecto, diſcidit ueſtes ſuas, & templũ Domini ab inquinamẽtis repurgauit: & idolorũ ſacellis, tum in Iudæa, tum Samariæ uaſtatis, redijt Hieroſolyma, & paſcha longo tẽpore intermiſſum inſtaurauit.

*Lex reperta.*

Ioſias rex Iſraelis, iuſticia ſupiores reges lõgè uicit. nã cũ legẽ Dñi recitari accuratè audiuiſſet, ualde ſolicitus & anxiꝰ fuit, q ſciret eã tot annis fuiſſe conculcatã: laceratiſq; ueſtib. ſuis, perterritꝰ ad Oldã, fatidicã mulierẽ, miſit ſciſcitatũ, qdnam de ſe & toto populo Dñs decreuiſſet? Illa uerò reſpõdet: Sic ait Dñs: Quia cõcuſſũ eſt cor tuũ, & pertimuiſti uultũ meũ, ubi audiſti qd locutus ſim de hoc loco, & incolis eius: deletũ iri ſcilicet, & fore execrabilem, & laceraſti ueſtimẽta tua, & ploraſti ante me: ecce appono te ad patres tuos in pace, nec ea mala uidebis q̃ ſup hunc locũ adducturus ſum. ille uerò diuino quodã impetu incitatꝰ, nõ idola tãtùm ubiuis & ſupſtitiones fundi tùs euertit: ſed & ſimulacrorũ cultores flagris cæſos deleuit, ac iã mortuos in ſepulchris cremauit. Cũ aũt ſublatis oculis ad ſepulchrũ hominis diuini, rogaſſet, qs ſcopulus ille eſſet, quẽ uideret? ut audiuit, eſſe diuini illius hominis, qui de ara Bethelis ſermões hoſce locutꝰ eſſet: monimẽtũ relinq, & oſſa nõ moueri loco ſuo iuſſit. Atq; ẽt engaſtrimythos & falſos uates, & oẽs ſordes ac fœditates Hieroſolymis ſuſtulit, ad Dñm toto pectore atq; ex animo, ꝓ uirili ſua, cõuerſꝰ; ſecundũ legẽ Moſis. Paſcha quoq; celebrauit eiuſmodi, quale à tẽporibus Ieſu Naue & Samuelis celebratũ nõ fuit, immolatis boum XII. M. ouiũ XXXII. M. Ac facta Ioſiæ ex animo religioſiſſimo ꝑfecta, ꝓbata ſunt Dño. Qui tamẽ ab ira ſua non eſt auerſus, qua cõcitatus fuerat ſuper Iudam, & ob facinora Manaſſis.

*Olda uates Ioſiam conſolatur.*

*Ioſias deſtructis idolis, religionem inſtaurat.*

*Paſcha magnificum.*

IOTAPATA urbs (Syriæ) Iudææ: unde Iotapatenus.

HIPPARCHIA, ſoror Metroclis Cynici, Maronitis, philoſopha Cynica, uxor Cratetis Cynici, qui fuit Atheniẽſis Bryſonis (Achæi F.) Achæi diſcipulus: aut, ut alij tradunt, Diogenis. Scripſit de reb. philoſophicis, & epicheremata quædã, & quæſtiones ad Theodorũ cognomẽto impium. Floruit Olympiade CXI.

HIPPARCHION citharœdus, mutus dicitur: quòd cum certandum eſſet cùm Rufino, elinguis aſtitit.

HIPPARCHVS comicus antiquę comœdiæ. Fabulæ eius ſunt (περὶ γάμων) de nuptijs.

Hipparchus, Stagirites philoſophus, Ariſtotelis diſcipulus, & cognatus: ſcri-

pſit de ſexu maſculo & fœmineo deorũ, & de coniugio,& alia quædam.

Hipparchus Nicenus philoſophus,ſub conſulibus fuit. Scripſit de Arati Phæno menis, de ſtellatum inettantium conſtiturione & ſtatione, de motu lunæ menſtruo ſecundũ latitudinem, & (καὶ εἰς τοὺς ἀρίστους) in optimos.

ἵππαρχος.) Primus dictator creatus Martins, equitum magiſtrum dixit Spurium: qui & ipſe honos à dictatura proximns,tum demum eſt inuentns.

*Oſtraciſmus primus.*

Hipparchus tyrãnus Eretriç:alius Hippatchus Piſiſtrati F. alius Charmi filius, Piſiſttãti tyrãni cognat⁹, ac primus oſtraciſmo eiectus ob ſuſpicionẽ Piſiſtrari: ꝗ cum demagogus & dux exercitns eſſet, tyrannidẽ occupaſſet. Alius eſt Hippatch⁹ hiſtrio, cui⁹ meminit Demoſthenes.

ἵππαρχοι.)Bini apud Athenienſes magiſtri equitum fuerunt.

ἱππάρχου πίναξ.) Apud Syraenſanos magiſtri equitum,eorum nomina qui diſciplinam militarẽ niolaſſent, in tabula deſcripta notabant.

*Claſſes Athenarũ.*

ἱππεῖς.) Solon ſcriptis legibus populũ Atheniẽſem omnem in 4 claſſes deſcripſit,ꝑ ratione cẽſus & rei familiaris: quarum prima nomẽ habebat à D. medimnis, ꝙ ſcilicet tantũ frugũ è rure ſuo excolerẽt:hiq́; diuites erãt. altera equitum erat, ꝙ de CCCC medimnorũ reditu, ſi neceſſe eſſet,ſingulos equos poſſent alere.hi principiò fuẽre DC. pòſt aucta ciuitate, M.CC. Vnde in feſtiuitatibus & põpis eorũ ſacrificia θυσίαι ἱππάδες dicebantur, id eſt equeſtria ſacra, eisq́; licuit honores petere, & comã alere. Tertia Zeugitarum ſeu Zygitarum, quorũ bini unũ equum prçberẽt. Quarta mercenariorũ, ſeu ꝑletariorũ & capite cenſorũ:quibus nullus magiſtratus cõceſſus erat, præter iudicia & cõciones; ut è ſportulis & iudicialibus & concionalibus aletentur.

ἱππέας εἰς πεδίον προκαλῆ.) Equites in cãpũ ꝓuocas,ubi ſcilicet plurimũ poſſunt.

ἱππόδρομα.) Ariſtophanes: Quàm lõgo intetuallo ſtellarũ tergum perſequeris; cùm diuerſa ſis ab æthere?

*Equites ſagittarij.*

ἱππεῖς λινοθώρακες.) Prouerbio celebrãntur equites Theſſalici & Thracenſes,ſagittarij & ferentarij Indi,Cretenſes & Cares.

*Hegeſidami αὐτάρκεια.*

ἱππεία ἀθηνᾶ.) Equeſtris Minerua dicitur,quòd prima currum fecerit,filla Neptuni & Polyphes Oceani F.

HIPPIAS Diopithis F. Eleus, ſophiſtes & philoſophus, diſcipulus Hegeſidami,qui finem bonorum ſtatuebat αὐτάρκειαν,ſiue animnm ſua ſorte contentum, ſiue earum rerum facultatem quę ad uictum cultumq́; & corporis & animi pertinerent,ſeu potius utrunq́;.tã latè enim ipſius uerbi uis patet. ſcripſit multa.

*Vltio acerbior, noui odij & exilij cauſa.*

Hippias tyrãnus iræ ſuæ in Athenienſes & crudelitati inſecutæ cauſam prętexebat Hipparchi cædem. Proptereaq́; acerbus dominus poſterioribus temporibus factus, nullũ inde fructum cepit. nã à Cecropidis pulſus eſt. Qui patria eiectus, Perſas auxiliares adduxit, animaduerſa Darii cupiditate Atticę potiundę; propter ineptũ illius ſtudiũ, ne Atticas ficus in libero ſolo, ſed in ſua prouincia natas ederet. Patriam igitur ſuam inuadens Hippias cùm Perſis, (ἐκπλήττων τοὺς βαρβάρους) & Barbatos percellens, uehementer ſternutauit. Cum autẽ, ut ſenex, nacillantes dentes haberet, è uehemẽti ſternutationis cõcuſſione unus ei dens excuſſus eſt: & in arenas delapſus, reperiri nõ potuit. Victis Barbaris, iterũ fugiẽs in Lẽnũ ꝑuenit, atq́; in morbũ incidit, ui ſu amiſſo, ſanguine ꝑ oculos effluẽte, acerboq́; mortis gñere decedit: his pœnis patriæ datis, ad ꝗ̃ ſeruitute opprimendã Barbaros adduxerat, iratis patrijs dijs.

*Dens ſternutamento eliſus.*

*Miſerabilis interitus.*

HIPPIAS Athenienſiũ tyrannus Darium incitauit, ut expeditionẽ aduerſus Athenienſes & Græciã ſuſciperet, miſſo Artapherne & Datide ſatrapis cũ *CCCM.* exercitu, hosq́; ipſe iã ſenex eſt ſecutus. Eretriam itaq́; ſagena circumdederũt, & captiuos regi miſerunt. Is eis iuxta Suſa ſedes aſſignauit, de quibus Platonis extat epigramma:

*Euboenſium genus ſumus Eretricũ, ſed prope Suſa iacemus, heu terra quantũ à noſtrate?*

Inde in Marathonẽ uenerũt. Atheniẽſes aũt Miltiade, Cimonis F. duce, cũ Barbaris præliũ cõmiſerũt, Lacedęmonijs, quibus ante pleniluniũ in aciẽ exire per legem nõ licebat, ad opẽ ferendã uocatis per Philippidẽ curſorẽ, ꝗ nocte una ſtadia M.D. cõfecit. Cui redeunti Pan iuxta Partheniũ, Arcadiæ montẽ, obuius factus, & ſe ſolum deorũ ab Atheniẽſibus negligi queſtus, opẽ illis laturũ eſſe dixit. Athenienſes autẽ, cũ è *Decemuiris unus Lacedæmonios expectandos eſſe cẽſuiſſet, Miltiades uerò & Callimachus ſtatim excundũ eſſe monuiſſent: his paruerũt, numero IX. M. cũ mille Platæenſibus: eademq́; die uiciſſe dicũtur. In his

*Panos querela & promiſſio.*

*Callimachus. Polyzelus.* Callimachus haſtæ aſtabat mortuus. Polyzelus oculis amiſſis:ut q ſpectrũ uidiſſet,barba clypeum obtegẽs (Pana ſociũ fuiſſe putant) pugnabat tanquã uidens, & uoce ſuos ab hoſtibus diſcernebat.

*Rei equeſtris diſcrimina.* ἱππικῇ.)Etiã rei equeſtris tria ſunt diſcrimina.nã partim eqs,partim curib.ea cõſtat,partim elephãtis. Amphippi dicunẽ, qui binis eqs cõiunctis, nõ ſtratis uehẽtes,ab altero in alterũ,cũ eſt opꝰ,inſiliũt. Cataphracti cùm ipſi,tũ eq, armis obſepti ſunt. Acataphracti,haſtati,cõtophori,ſeu xyſtophori, (trib.eñ hiſce nominibus appellãtur) ex eqs cominus cũ hoſte lãceis cõgrediunẽ,partim Tarẽtini dicti,partim Hippotoxotæ, partim ἀκροβολισταὶ, qđ eminus feriãt:partim iaculanẽ, ſed cominus cũ hoſte nõ congrediũtur: & Hippacontiſtæ, ſed ꝓpriè Tarẽtini dicũtur. Alij primùm leuia iacula cõijciũt, deinde ꝓpè etiã adequitãtes ad hoſtes, uel gladijs uel ſecuribus rẽ gerunt,quos leues dicunt,ſeu expeditos.

HIPPOBOTVS philoſophus, IX. dicit eſſe philoſophorum ſectas.

HIPPODAMIA forum eſt Piræei, ſic dictum ab Hippodamo Mileſio architecto,qui Athenienſibus Piræeũ cõdidit.

HIPPOTHOOS,Hippothoontiæ tribui nomen dedit.

HIPPOLYTVS in uiſiones Danielis ſcripſit,& in prouerbia Salomonis.

ἱππόλυτον μιμήσομαι.)Hippolytum imitabor. de ijs qui ſe caſtos fore pollicenẽ.

HIPPOCRATES Gnoſidici F.Cous, pater Heraclidis,patris Hippocratis, medicus & ipſe, è familia Aſclepiadarum * ſcripſit artem medicam.

*Hippocrates auo ſuo Hippocrati primo prælatus.* Hippocrates Cous medicꝰ,Heraclidæ filius* præferẽ etiã & Heraclidæ patri,& auo, quãuis eiuſdẽ nominis, qa ſidus & lumẽ utiliſſimæ medicinæ extitit, ex poſteritate Chryſi, & Elaphi, filij illius, q & ipſi medici fuerũt.Hic diſcipulꝰ primùm *Magiſtri.* fuit patris, pòſt Heródici Selybriani & Gorgiæ oratoris & philoſophi: ut uerò quidã tradũt,Democriti Abderitę(adoleſcentẽ enim eũ iã ſenẽ adijſſe tradunt) nõnulli etiã Prodici. Verſatus eſt in Macedonia,regi Perdiccę admodũ charus. *Perdiccas. Filij.* Filios habuit duos, Theſſalũ & Draconẽ. *Obitus.* Obijt annos natus CIIII, ſepultꝰ Lariſſæ in Theſſalia. *Statua.* In imaginib. tradiẽ caput ueſtib. tectũ habere,ſiue qđ hic eius mos eſſet, ſiue ob pegriuãdi amorẽ, ſeu ritu chirurgico. Scripſit multa, & clarus euaſit apud oẽs:adeò ut rex magnus Artaxerxes ſcriptis ad Hyſtanem literis,doctrinã uiri huius expetierit. *Artaxerxis de Hippocrate litera.* Rex regũ Artaxerxes Hyſtani Helleſpõti præfecto S. Attis Hippocratis medici Coi,ab Aeſculapio oriũdi,ad me fama perlata eſt. Auro igiẽ illi dato,quãtũ uoluerit,& cęteris abũdè,qb.eget,ſuppeditatis,illũ ad nos mittito.Erit eñ principibus Perſarũ par. Quòd ſi quis alius eſt in Europa uir præſtãs,eius amicitiã regię domui cõciliato,nõ parcẽs opib. Viri enim q conſilio polleant,haud temerè inueniunẽ.Vale. *Libri Hippocratis.* Libri ab Hippocrate ſcripti omnibus medicinæ ſtudioſis ſunt notiſſimi: tãtiq; fiunt ab ijs, quaſi diuinæ uoces, non ore humano proditi eſſent.Præcipuos tamẽ & ipſi recenſebimus. Primus eſt,qui iuſiurandum continet.Alter,qui prædictiones explicat. Tertius,Aphoriſmorũ, qui ingenium humanũ ſuperat. Quartũ locum teneat celeberrimum illud & admirabile opus,quod à LX librorũ numero *Ἑξηκοντάβιβλος.* Hexecontabiblus dictum, omnem medicam ſcientiam & ſapientiam cõtinet.

*Hippocrates tertius.* Hippocrates Theſſali F. Cous medicus, nepos Hippocratis II. filij Heraclidæ.Scripſit & ipſe medica.

Hippocrates IIII, Draconis F.Cous medicus,eiuſdẽ & ipſe generis, medicatus eſt Roxanen.* Obijt ſub Caſſandro, Antipatri filio.Scripſit & ipſe medica.

Hippocrates duo, V & VI, medici, Thymbræi filij,Coi & ipſi,eiuſdem generis.Scripſerunt & ipſi in eâdem arte.

Hippocrates VII Cous,& ipſe medicus,Praxianactis F. eiuſdem & ipſe generis,& de eâdem arte ſcripſit.

HIPPOMANES,id quod in fronte pulli equini naſcitur, quod mater ſtatim deuorat. Eſt autem minus ficu, nigrum, latum,rotundum,ad multa utile.

*Pugil. Curſor.* Hippomachus Elæus,tres aduerſarios uicit, ne plaga quidem accepta. Et ciuis quidã Ceramenſis in Thracię Caria uim pedum ſuorum oſtentans, à longiſſimo & ualentiſſimo curſu, eoq; minimo tempore cõfecto, ſeſe ad breuiſſimum & minimum accommodauit.

*Seuerus pater.* Hippomenes Athenienſiũ prętor,magiſtratu excidit hac de cauſa. Filiam habuit, quam cũ à ciue quodã ſtupratam eſſe cõperiſſet, in carcerem cõiecit uinctam cum equo,neutri pabulũ prębens: Equus itaq; fame ſubactus,puellã deuorauit, & ipſe mortuꝰ eſt. Poſt domo eius deſtructa,locꝰ ille dictus eſt Eq & puellę.

ἱππόπορνοι.) Callias ubiq; ut prodigus per.

perſtringitur à Comicis, & mulieroſus & mollis.

*Equus commodus.*

ἵππος.) Dexippus: Equus eius ita inſtituturus erat, ut & ſine habenis ocyſſimè ferretur: & illo pedetentim procedente, placidiſſimè ſtaret: & declinante ut circuiret, atq; in gyrum eum duceret, agilimè conuerteretur.

*Crabrones. Apes.*

ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.) Ex equis naſcuntur crabrones, è tauris apes.

*Somnia de equis.*

ἵππους μελαίνας οὐ καλὸν πάντως βλέπειν, ἵππων δὲ λευκῶν ὄψις ἀγγέλων φάσις.) ὀνειροκριτικόν. Equos nigros uidere (Prorſus malum) non omninò bonum eſt. Equorum uerò candidorum aſpectus, eſt angelorum aſpectus.

*Equi Niſæi,*

ἵππος νισαῖος.) Equus Niſęus. Intra Suſianā & Bactrianam locus eſt Cataſtigona, Græcè Niſus, ubi equi pręſtantes, iiq; omnes rufi naſcuntur. Herodotus Niſęū Mediæ locum: Orpheus uerò, maris Erythræi eſſe dicit. Polemon equum Niſæū malè dicit candidum.

*Alcetas.*

ἱπποστρατηγός.) Equitum dux Alexādri fuit Alcetas.

*Senectuti minuendi labores corporis.*

ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε.) Equo ſeneſcenti onera minora imponito. De ijs qui ob ætatem remiſſione & quiete indigent.

*Athenagoras. Comas. Bupalus. Athenis.*

Hipponax, Pytheę & Protidis F. Epheſius, Iambographus, habitauit Clazomenis, à tyrannis Athenagora & Coma pulſus. Scripſit in Bupalum & Athenidęm ſtatuarios, quòd ſuas imagines ad contumeliam feciſſent.

Hippys Rheginus hiſtoricus, tēporibus Perſicis, primus res Siculas deſcripſit, quas poſtea Myes in cōpendiū redegit: Origines Italiæ, Sicularū rerū libros v, Annalium libros v. (ἀργολογικῶν, id eſt, ocioſarum orationum) Argolicarū rerū libros tres. Primus etiam ſcripſit Parodiam, & Choliambum, & alia.

Iris, nubis humiditas ſole incidente uariatæ arcus inſtar, aut ſplendor ab humidis nubibus refractus, aut cōſpectus partis Solis aut Lunæ in nube roſcida, caua, & in ſpeciem continua, tāquam in ſpeculo apparens rotunditate circuli. Viride iridis, auram ſignificat: rubrum, uentos: nigricans, imbres.

Irus, Homericus mendicus.

ἶρος.) Locus hic ſacer eſt, ut conijcio, cōſitus lauro, oliua, uite. Frequentius item intra eum cantillant luſciniæ.

Issa, uox eſt de ijs quib. litera z obuenit, & omnia malè cadunt.

Isaac. Deus, Abraami uſus hoſpitio, ꝓmiſit fore ut Sara filiū ei pareret. Quæ cū riſiſſet: filius Hebræa uoce Iſaac, quæ ſuauē riſum ſignificat, eſt appellatus.

ἴσα γάρ μοι.) Verè mihi iſta mendaciis ſimilia uidentur. De rebus dubijs, & inſperatis. Ariſtophanes in Auibus.

ἴσασι.) οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες, οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ. Homines uæcordes, nō animaduertūt bona ſe habere in manibus, priuſquā ea quiſpiā illis extorſerit. Plautus:

*Tum deniq; oēs noſtra intelligimus bona,*
*Cū quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.*

Isaeus, unus decē oratorū, diſcipulus Iſocratis, magiſter Demoſthenis, genere Athenienſis. Demetrius Chalcidenſem eum eſſe dicit. Hic laudatur & ut orator, & quòd Demoſthenem ſine mercede promouerit. Hunc, cum poſt adoleſcentię luxuriam ad bonam frugem ſe recepiſſet, quodam rogante, quis piſcis aut quæ auis eſſet eſu ſuauiſſima? Deſij, inquit, reb. iſtis ſtudere. Animaduerti enim, uindemiam meam Tantali hortos fuiſſe. Quo reſponſo innuit, umbras & ſomnia omnes eſſe uoluptates.

*Voluptates, Tantali uindemia.*

ἴσαι ψῆφοι.) Pares calculi. De ijs qui ꝓpemodum condemnati eſſent. A iudicibus enim rei abſoluuntur, cum paria ſunt ſuffragia. Quòd ſi unus calculus dānatorius accedit, condemnantur.

*Calculorum adæquatio.*

Isidorus ſenex Peluſiota; uir clariſſimus, philoſophus & orator; ſcripſit epiſtolas tres, quæ ſacrā ſcripturā interpretantur; & alia quædam.

Iſidorus philoſophus (ἐπὶ τοῖς ἀδελφοῖς) ſub fratrib. ut ſi quis alius, philoſophatus eſt in Mathematis: ſtudioſus etiā ſacrarū literarum: ſummoq; ſtudio & ꝓſperitate ſingulari, ut paucis dicam, quæ eò pertinerent, comparauit. Ac (ut mihi quidē uidetur) uita fuit philoſophus, ſcientia uerò nō perpolitus, in Dialecticis inexercitatus magis quàm hebes. Adoleſcenti mirū quiddā accidit. Nam ęqualis ei⁹, & ex ſorore nepos, annos XVIII natus, à prima ætate diuinā præ ſe ferens indolē, tecto delapſus ſtatim obiit. Cuius mors cū ualde lugeretur: ille Iſidorū dormientem conſolabatur.

*Mortui ſolatio.*

Isis dicitur Io, quā Iupiter Argis rapuit, metuq; Iunonis nunc in cādidam, nunc in nigram, nunc in (Ionicam) uiolaceam uaccam mutauit, cum eaq; oberrans in Aegyptum uenit. Iſidem igitur

colunt Aegyptij,& in capite ſtatuæ eius cornua bouina ſculpunt, ut puellam in bouem fuiſſe mutatam ſignificent.

*ἰσθμιάζειν.*) De ijs qui miſerè uiuunt. Morbidũ enim eſt Iſthmiorum tẽpus.

ISTHMVS, mare intra duas terras: porthmus, terra intra duo maria (terra intra duo maria: porthmus ſeu fretũ, ma re intra duas terras.)

ISMAEL, ſuauis riſ⁹. unde Iſmaelites.

ISMARVS urbs, quæ nunc Maronea dicitur: unde Iſmarium uinum.

ISMENIAS, illuſtris apud Athenienſes polemarchus fuit.

ISODAETES, peregrinus quidã dæmon, cui publicæ mulierculæ ac parum probæ initiabantur.

ISOCRATES Theodori F. fiſtularum fabri, Athenięſis orator, natus Olympia de LXXXVI: hoc eſt, poſt bellũ Pelopõneſiacũ: ob uocis imbecillitatẽ & uerecũdiam cauſas nõ egit, ſed plures erudiit. Orationes ſcripſit XXXII. Cumq; annos CVI uixiſſet, obiit. Fratres habuit Tiſippum, Theomneſtum & Theodorum: magiſtrũ Gorgiã, aut Tiſiã, aut Ergi num, aut Prodicum, aut Theramenem. autores enim non conſentiunt. Orationes eius ſunt plurimæ.

*Iſocrates Apolloniates.* Iſocrates Ampelę philoſophi F. Apolloniæ in Põto aut Heracleæ natus, ut ſcribit Calliſtratus orator, diſcipulus & ſucceſſor maioris Iſocratis, Platonis etiã aſſiduus auditor. Hic Iſocrates cũ Theodecte oratore & tragico, & Theopompo Chio, unà cum Erythręo Naucratita, de eloquentia certauit in funere Mauſoli Caris, regis Halicarnaſſi. Orationes eius ſunt V. Amphictyonica: Hortatoria: Philippo ſepulchrũ nõ eſſe faciendum: De migratione: De ſua republica.

Iſocrates dixit: Qui malè cõſuluerit ſuis rebus, nunquã bene cõſulet alienis.

*ἰσοτελής*, municipes.) Inquilinis ſi quo beneficio Remp. Athenięſem affeciſſẽt, hic honos habebatur, ut pari iure cũ ijs eſſent qui aſcripti erant in ciuitatẽ: ſic di ctũ, quòd eadẽ penderent, quæ ciues, cõ donato inquilinorũ tributo. *ἀτέλειαν* immunitatẽ, Athenięſes totis urbibus decreuerunt, ut Olynthiis & Thebanis.

*ἰσότης φιλότης.*) Aequalitas eſt amicitia, eamq; maximè continet.

HISPANIA regio, quæ & Iberia & Heſperia uocatur.

*ἰσιον.*) Quaſi natura eius ſerò munus ſuũ agnouiſſet, non paulatim, ſed plenis uelis ab inſtituto philoſophico receſſit, cum primùm philoſophatus eſt.

*ἱστορράφος.*) Velorum conſutor: id eſt, callidus & malitioſus. Sunt & Aegyptij *λινουργοί*, id eſt lini textores, gens callida & uerſuta.

*ἱστίοις.*) Ariſtophanes: Ne iracundè reſpondeas, ſed ſummis uelis contractis. Tum magis magisq; ꝓcedes, lenẽq; uentum, ubi conſtiterit, arripies. *Moderanda iracundia.*

*ἱστορῆσαι.*) Hecatæus primus hiſtoriã ꝓſa edidit: ſyngraphen (conſcriptionem) Thucydides. Nam Ageſilai ſcripta putãtur adulterina. *Hecatæus. Thucydides. Ageſilaus.*

*ἱστορία.*) Lõgè nimirũ alia res ẽſt Initiorum ſpectaculum, Et ipſius Proſerpinæ rapiendæ uoluntas.

*ἴστωρ.*) Equidẽ ſcio me eſſe miſerã. Omnes enim dolores ad nos cõfluxerũt, & apud nos conſtanter permanſerunt.

*ἴστρος.*) Iſter, Menãdri Iſtri F. Cyrenęus aut Macedo, hiſtoricus, Callimachi ſeruus & diſcipulus. Hermipp⁹ aũt Paphiũ eum fuiſſe ſcribit, in opere de Seruis eruditione claris. Scripſit multa & ſoluta oratione, & poeticè.

*ἰσχάς.*) Ante carnium eſum, aridis ficubus ueſcebantur Athenięſes. Ariſtophanes: Sicut, inquit, qui ficus edũt, expeditè & affatim edunt: eodẽ modo etiã populus Athenięſis, ubi in Pnyce conſederit, condemnat & publicat bona. *συκοφάγοι.*

*ἰσχέτω.*) Eamus, iã nihil nos moretur.

*ἰσχειν.*) Ariſtophanes: Non licebat ligurire, nec pedem pedi imponere: id eſt, ociari.

*τοὺς δὲ ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα.*) Hos nũquam fores tenent, quò minus recipiãt hoſpites. De hominibus hoſpitalibus.

*ἰσχύων.*) Pindarus: Adeò ualẽs, ut & uolucrem aſſequatur aquilam, & natinum anteuertat delphinem.

*ἰσχύων.*) Irato Deo, ne ualentiſſimus quidem effugerit.

*ἰσχυρίζετ.*) Hæc ſcribo non uiſa mihi, ſed audita ex iis q ſe uidiſſe affirmabãt.

*ἰσχυρόν.*) Non exiſtimo eam adhuc uiuere, profundo à me uulnere accepto. Ventis uehemẽtib. exortis, quidã eũ iumentis in ſubiectum mare ſunt deiecti.

*ἰσχυρός.*) Ioſephus: Sampſon (adhuc. n. cordatus & ſtrenuus erat) uiciſſim fallebat mulierẽ. Aelianus. Sic atrocia ſuppli cia ſæpè in autorũ capita cõuertuntur: ipſiq; patiũtur ea, quæ alios pati iuſſerũt.

*ἰσχύς.*) Robur eſt ſimilarium partiũ, ut neruorũ atq; oſſium, & ſpiritus ſymme

tria,

tria,id eſt cōmoderatio ſeu cōueniētia.

ITABYRIVM,mons altiſſimus in Galilæa,Iudææ regione,fontem habens unum,unde feræ bibunt.

ITALIA,regio in qua eſt Roma, ab Italo:pri⁹ Auſonia dicta, & Oenotria, & Heſperia.Itali,dicuntur indigenæ: Italiotæ,qui in Italia conſederunt.

ITALICA,urbs Hiſpaniæ.

ἰταλιώδης.)Italiodes:ob Pythagoreos, arrogans:propter Sybarim,laſciuus.

ἰταμὸν.)Puellā nūc laſciuè ridere, nūc contumaciter loqui, Ob illa dicta non erubeſcere, eſt petulantia & impudentia plenum.

ἴτε.)Sophocles:Ite ô celeres noxalesque Furiæ.

ITEA,urbs.undè Itæus.

ITEAE,municipiū Acamantiæ trib.

ἰτητέον.)Ariſtophanes in Nubibus:Eūdum eſt.quid ita ceſſo anxius?

*Meretriciæ illecebræ.* ἰτρία.)Cætera parata ſunt:mēſę,ceruicalia,ſtrata,coronæ,unguenta,bellaria, meretriculæ adſunt,amyli,placētæ, liba, ſaltatriculæ: Age feſtina quantū potes.

ἴτυς.) Clypeus ego umbonem quidē habeo bellis effœtum, effœtumque umbilicum:ſed uirtute fulgeo,propter partas uictorias.

IYNX,Echonis ſeu Suadæ * filia Hieronices & Veneris:quæ cum Iouem ueneniis peteret,ea de cauſa in ſaxum conuerſa eſt à Iunone. Eſt & rotula ſeu rhōbus, ac paruum quoddam inſtrumentū iynx,cui & motacilla alligatur, cuius agitatione amaſios ſuos demulcent ueneficæ.Hinc iynx dicitur,quicquid animum ad cupiditatem & amorem incitat.In Epigrammate, Iynx nictrix: quæ & uitum qui ultra mare eſt, & è thalamis pueros attrahere poteſt.

ἴυγξ.) Nūc te eſſe oportet acrē, bonā, improbā,grauē,amœnā,uerſatilem. Nā principes Græcorū tua iynge capti tibi omnia permiſerunt.Cleopatra ſe ijſdem illecebris & præſtigiis, quib. Antonium & Cæſarem irretierat,etiā Auguſtū ſuperaturam putabat. Tales inerant Diogenis canis orationi illecebræ.

IPHICRATES ſutoris F.Athenienſis orator & imperator, primus ſpoliis epigramma addidit, quo ducis mentio fieret,cum ſuperiori tempore ſolius urbis nomen inſcriberetur.

ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις.) Piſcem natare doces.De ijs qui ea docēt, quæ illi quos docent,ſciunt.

ἰχθῦς.)Aeſopus Mithridatis anagnoſtes,librum ſcripſit de Helena,in quo dicit piſcem quendam cetacei generis Pana dici,in quo aſterites gemma inueniatur, qui & accendatur à ſ[illegible], & ad philtra faciat. *Aſterites gemma.*

ἴχνη.) Maiores Domini ſecundū carnem,ἀντάλλαγμα permutationem & ἴχνη ueſtigia uocarunt LXX interpretes.

PRINCIPIVM Θ TH.

THABOR,nomen montis.

θαλαμακοὶς.) Tres in triremib.fuerunt remigum ordines,infimi Thalamitæ,medij Zygitæ,ſummi Thranitæ.

θαλάττῃ ἐκ χαράδρας ὕδωρ.) Mari è cauerna aquam. De iis qui parua magnis ambitioſè comparant.Eodem pertinet, βῶλος ἀρουρῶν,Gleba aruum.

θάλατταν ἰδεῖν μειδιῶσαν, εὔθετον. *Somnia marina.*
Φλοῖσβος θαλάσσης,πραγμάτων δηλοῖ κλόνον.
(νῆξις)θνῆξις θαλάσσης,ἀχρείας δηλοῖ λύπας.
Θνῆξις θαλάσσης,ἡμέρας ὄναρ καλόν.
*Mare uidere placidum,opportunum eſt.*
*Sonit⁹ maris, negociorū ſignificat cōcuſsionē.*
(Mots maris) *Natatio marina, ſanos indicat dolores.*
*Natatio marina,interdiu bonū eſt ſomniū.*
ὀνειροκριτικά.

θαλασσοῖσι.) * Hanc ego delicatè alui. Fuit enim Amorum & Gratiarum puella illa immortale germen.

THALES Examij & Cleobulinæ filius, Mileſius (ſed ut Herodoto placet, Phœnix)fuit ante Crœſum Olympiade XXXV.Phlegonte uerò autore,iam celebris fuit * VII Olympiade.Scripſit uerſibus de iis quæ in ſublimi fiūt, de æquinoctio,& alia multa. Obiit ſenex in ſpectaculo gymnici certaminis,à turba preſſus,& æſtu reſolutus.Primus Thales cognomen ſapientis tulit,& primus animā dixit immortalem,& eclipſes & æquinoctia deprehendit.Apophtegmata ſunt eius plurima : & celebratum illud (γνῶθι σαυτὸν,ἐγγύα,πάρα δ' ἄτα.) NOSCE TE. Nam,SPONDE,noxa præſtò eſt, Chilo potius ſibi uendicat:ut &,NE QVID nimis.μηδὲν ἄγαν. *Thaletis ſcripta. Obitus. Inuenta.*

Thales,phyſicus philoſophus,ſub Dario Solis eclipſin prædixit.

Thales Cretenſis,aut Illyrius, lyricus antiquior Homero,carmina ſcripſit.

THALETAS Cnoſſius rhapſodus, poemata quædam fabuloſa ſcripſit.

θαλπνότερον.)Pindarus: Ne quod interdiu Sole ſplendidius aſtrum uacuo in æthere quærito.

θαλυ-

θηλυκρὸν.)Et ardens ille hebetatus eſt ſtimulus inſani amoris. καὶ τὸ θηλυκρὸν κεῖνο κατημβλυώθη κέντρον ἐρωμανίης.

*Muſæ. Pæderaſtia. Hymnæus. Tallon. Rhadamanthus. Laius. Chryſippus. Itali.* THAMYRIS, uel Thamyras, Thrax Hedonus, ex urbe Brincorũ, Philammonis & Arſinoes filius, uerſificator ante Homerũ octauus: ſecundũ alios, quintus. Alij Odryſiũ fuiſſe dicunt. Hic Thamyris ob contumeliã Muſis factã, excæcatus eſt. Extat eius Theologia uerſib. *3000. Primus puerũ adamauit, Hymnæum nomine, filium Calliopes & Magnetis. Alij à Tallone quodam Cretenſi, Rhadamanthum adamatum tradunt. Alij Laium dicunt primũ Chryſippum adamaſſe, Pelopis filium. Alij hoc Italos inueniſſe primos tradunt, ob militãdi neceſſitatem. *Iupiter. Ganymedes.* Sed reuera Iupiter primus adamauit Ganymedem.

Thamyris inſanit, θάμυρις μαίνεται.)De iis qui de induſtria quædam, præter rationem facere uidentur.

θανατᾶν.) Vſq; adeò alter cædis, alter necis auidus erat.

*Explicatio ſomnij.* θανὼν καθ' ὕπνους φροντίδων ἔσῃ δίχα.) Mortuus in ſomnis curarũ eris expers. ὀνειροκριτικόν.

*Mors.* θάνατος.) Mors eſt effugium malorũ, & uelut poſt tempeſtatem neceſſarius portus. Nam ſanitas in morte potius eſt, quàm in uitá.

θανατῶν.) Veſpaſianus uetabat, ne cũ hominibus mortis appetentib. cõgrederentur. nihil enim eſſe deſperatione fortius. Aeſchylus:

*μόνος θεῶν θάνατος δώρων οὐκ ἐρᾷ.*
*Mors ſola ex dÿs munera non amat.*
*Panditur ad nullas ianua nigra preces.*

*Fidentia. Audacia.* θαρραλέος, Fidens, laudatur ut bonus: θρασὺς, audax, ut malus uituperatur. Hyperides in oratione Cytheriaca: Audaces, inquit, ſine ratione agunt omnia: fidentes uerò cũ ratione obiecta pericula imperterriti ſuſtinent. Sic θάρσος μὲν τὸ ἄλογον παράστημα τῆς ψυχῆς, θράσος δὲ τὸ ἐναντίον. Fiducia eſt elatio animi probabilis, audacia contrà.

THARGELIA, feſtum Apollinis & Dianæ, quo primitias illi Deo coquebant frugum quæ prouenerant. Ex eo dictum eſt, quòd Apollo, id eſt Sol calefaciat terram. Tum etiam choreæ ducebãtur. Thargelia bonorũ. Thargelion, menſis Aprilis eſt, Apollini ſacer, quo feſtum hoc agebatur.

Thargelia, Ageſagoræ filia, Mileſia genere, Theſſalorum regina fuit annos xxx, occiſa ab Argiuo quodã, quem in uincula coniecerat.

*Pumiliones.* THARELLIDES, Symmachus, Aſopodorus, Dindymachias frater eius, ob ſtaturæ breuitatem perſtringebantur.

*Carthago.* θαρσεῖς.) Tharſes, Carthaginẽ Libyæ principẽ urbẽ Eſaias & Ezechiel nominant. *Aethiopia.* Saba uerò, gentem Aethiopicam. At Libyes, qui & Afri appellantur, occidentales terræ partes tenẽt: Aethiopes, orientales & meridionales: Arabes mediam continentem: Inſulares, medium maris. Hos ante Deum procubituros dixit Dauid: Procumbent Aethiopes.

θαρσεῖς, Tarſes Indiæ regio, unde Salomoni aurum ueniebat.

θάσιον ἐγχεῖν.) Thaſium uinum infundere. Prouerbium. *Staphylus.* Thaſi habitabat Staphylus, Bacchi amaſius: unde uinum eximium ibi naſcebatur.

θάσος ἀγαθῶν.) Thaſus bonorum. De ijs qui ſe beatum aliquem & illuſtrẽ effecturos pollicentur.

*Prouidentia.* θάτερα.) Vt omnes res mortalium duræ ſunt, & periculoſæ? Debent autem rebus ſecundis aduerſæ prouideri. Et dum uiuis, uidendum maximè, ne (uictus, res familiaris) uita, te nec opinãte, peſſũ eat.

θᾶττον ἀναπνοῆς.) Reſpiratione celerius. Conſule præſente, opinione celerius cõfectum eſt opus.

θᾶττον ἢ κατὰ δόξαν.) Ille celerius quã prudentius amplexus eſt eloquentiam.

*Infantia.* Citius cor eorũ uideris, quàm ea quę cordi illis ſunt: cũ animi ſenſum lingua promere non poſſint.

θᾶττον ἢ βούτης.) Bute celerius. De rebus quæ facilè conficiuntur. Huius enim galea tãtum & oculus cernebatur, reliqua monte occultabantur.

θᾶττον ὁ τόκος ἡρακλείτου περινέου τρέχει.) Fœnus celerius currit Heraclito Perineo. Prouerbium, in eos qui ęs alienum contrahunt. Heraclitus hic ob celeritatem in admiratione fuit.

θαυμάσια.) Mirabilia, de beneficiis diuinis: δυνάμεις, potentia, de ultione uſurpantur.

θαυμασταὶ.) Attoniti ſequebãtur, alij ſapientiæ, alij formæ, alij rationis uitæ, alij habitus, alij horũ omniũ admiratores.

THAEMANITES: id eſt Oriẽtalis.

*Liberalitas & magnificentia.* THEAGENES (ἄρχων princeps) prætor Athenienſis, uir cupidus honoris, & magno ingenio: & inter Græcos, quos plerunque cõmodè tractabat, ſplendidiſſimus, tum urbium quarundam calamita-

mitates ſubleuãdo, tũ egenos homines adiuuãdo: cum nõ una, ſed utraq; manu (ꝙ aiunt) largiretur. Nã & liberalis & magnificus ſupra modum erat: magnãq; pecuniã & in magiſtros & in medicos, & alia patriæ cõmoda cõferebat. Et hęc qdẽ laudanda ſunt in Theagene. Cum autẽ iracũdus eſſet, ac ne minimum quidem ſui contemptum ferre poſſet: ſed & coli ſe ab omnib. (ὑπὸ πάντων τῶν ὑπερφρόντων) contemptorib. ſtuderet: reſpuẽs cæteros, in primis potentiores: ac ſplendorẽ Romanæ ciuitatis captaret, nouasq; dignitates uetetũ motũ religioni præferret: ſe à Græcis atq; maioribus ſuis auulſum, ad plebeiam delapſum eſſe uitã nõ animaduertit: & ſuos è uetis amicis fallaces adulatores effeciſſe. Itaq; priſtinã aduerſus philoſophiam reuerentiã non retinuit: cum uerbo quidẽ philoſophos ſecum haberet, reuera autem aſſentatores. Hoc primum ſuſpicionis initium ad uerſus Marinum extitit. Nam is quidem dignãm philoſopho grauitatem retinẽs Theagenem, uti par erat, obſeruabat: neque ſe aduerſus illum inſolenter aut ruſticè atq; importunè in congreſſibus & colloquũs gerebat: neque in alijs ſupra Idiotam ſe efferebat: ſed cum palàm & præſtolabatur & deducebat, & cõuenientem honorem illi habebat, qualẽ homo princeps urbis, ac fortaſſe totius Romanæ Reipublicæ expeteret. Erat enim ex Romanis patribus, & Senatus Palatini primus, tũ ob ueterẽ nobilitatẽ, tũ ob morũ magnificentiã, tũ propter illuſtre ſtudiũ & curã eruditionis. Itaq; Marinus ètiã omne genus ſplendoris eius augere atq; amplificare ſtudebat.

*Iracundia & arrogantia.* *Aſſentatores prælati philoſophis.* *Marinus philoſophus.*

θεαγένους ἑκάτειον.) Theagenis Hecateum. Prouerbium. Fuit hic timidus, & Hecates ſimulacrum, quòcunq; iret, cõſulebat: cognomento Fumus, quòd multa pollicitus nihil præſtaret.

θεαγένους χρήματα, τα' αἰσχίνου.) Theagenis & Aeſchinis pecuniæ. De pauperibus, q ſe diuites eſſe iactitabãt. Fuerũt & alij duo Theagenes: unus qui de Homero ſcripſit: alter, q ob molliciẽ deridetur.

THEANO Metapontina, uel Thuria, Pythagorea, filia Leophronis: uxor ſiue Caryſti, ſiue Crotonis, ſiue Brotini Pythagorei: ſcripſit de Pythagora, de uirtute ad Hippodamum Thurium, admonitiones muliebres, & ſcitè dicta Pythagoræorum.

*Philoſopha.*

THEANO Cretenſis philoſopha, filia Pythonactis, uxor maioris Pythagoræ, ex quo ſuſcepit Telaugen, Mneſarchum, Myam & Arignoten. Quidã Cratini uxorem fuiſſe tradũt, & genere Crotoniatidem. Scripſit cõmentariós philoſophicos, & Apophthegmata, & poema quoddam uerſibus hexametris.

Theano Locrenſis lyrica, ſcripſit cantica lyrica, & carmina.

θεατρίζω.) Polybius: Vulgus facta fortunatorũ nõ conatur imitari: ſed luxũ imitãdo, ſuã incõtinentiã publicè traducit. Idem: Non ipſi modò ſe oculis hominũ expoſuerunt, ſed & Græciã euerterunt.

*Lau: ſolita uulgi.*

θεαιδέστατ@.) Antipho de concordia: Homo, qui ſe dicit omnium belluarum Dei reuerentiſſimum extitiſſe.

THEAETETVS, Athenienſis aſtrologus & philoſophus, uel Socratis uel Platonis auditor, Heracleæ Ponticæ docuit: ac primus de quinque ſolidis corporibus ſcripſit, poſt bellum Peloponneſiacum natus.

*V. ſolida corpora.*

θεήλατ@.) Narſes hoſtes uincere ſemper ſolitus, quadã numinis ira agitatus, effuſè fugiebat.

*Narſes.*

θηηπολῶν.) Deorũ ſimulacra circumferendo, pecuniam corrogare.

θελγῖν.) Telchines tradũt, aquis uirides arbores, naturæ munus inuidẽtes, areſeciſſe, faſcino uſq; ad ſtirpes extento.

THELXINIA, Ogygis filia.

θελξινόοις.) Quò ſemper blandis philtris uitos domes.

θεμιστεύειν.) Themis oraculum tenuit ante Apollinem.

*Themis.*

θεμιστεύοντ@.) Apollonij Tyanei uerba, eam habebant autoritatem, quaſi à rege profecta eſſent.

THEMISTIVS philoſophus, tẽporib. Iuliani apoſtatæ, à quo præfectus Cõſtantinopolis eſt deſignatus. Scripſit Ariſtotelis naturalis auſcultationis paraphraſin lib. 8. Paraphraſin analyticorum lib. 2. De animo lib. 7. in hoc opere ſua etiã introduxit. De ſcopo & inſcriptione Categoriarum lib. 1. & diſputationes.

*Præfectus Cõſtantinopoli.* *Scripta.*

THEMISTOGENES, Syracuſanus hiſtoricus, ſcripſit Cyri expeditionem, quæ in Xenophontis Hellenicis extat, & alia quædam de ſua patria.

THEMISTOCLES, Athenienſis demagogus, Neoclis filius, prima ætate luxurioſus: deinde imperator deſignatus, cõditoq; Piræeo, & Perſis ad Salamina uictis, pulſus ob inuidiam, per calumniã proditionis, ad Artaxerxem Xerxis filiũ

à quo

*Artaxerxis erga Themistoclem liberalitas.*

à quo honorificentiſſimè ſuſceptus, inferre bellum Græcis eſt coactus. Pollicitus enim fuerat, ſe Græciam ſubacturũ, ſi exercitus ſibi daretur, tribus urbibus à Rege acceptis, ꝓ obſonio, pane & uino: Magneſia, Myunte & Lampſaco. Cũ aũt nec patriã oppugnare, nec partã gloriã amittere uellet: exercitu Magneſiã perducto, per cauſam rei diuinę Leucophryniæ Dianæ faciendæ, affatim hauſto bouino ſanguine interiit. Scripſit epiſtolas generoſi animi plenas.

*Hauſtus boui ni ſanguinis.*

*Themiſtoclis filij.*

THEMISTOCLIS filij Neocles & Demopolis, cum alter ſtadiũ, alter Dolichum ludis funebrib. uiciſſent: coronati ſunt ab ignaris. Quod cũ reſcitũ eſſet: inimicis Themiſtoclis inſtigantibus: & legis de exulib. commonefaciẽtibus: parum abfuit quin lapidarentur.

*Auaricia.*

θεμιτή.) Omnem uiam licitam reddebat lucrum.

*Mors intuērisa dijs.*

θεμιτόν.) Aelianus: Deos nequaquam fas eſt intueri mortuos, quãuis ſibi charos, & lethalibus exhalationibus oculũ inquinare.

THEOGENES Thaſi⁹, puer adhuc, ſtatuam æneã in foro ſitam, humeris impoſitam, domum tulit. Quod cum ciues ægrè ferrent, rurſus ſublatam in forum retulit: eaq; res magnæ illi in Græcia laudi fuit.

*Aenea ſtatua.*

THEOGITONEM Demoſthenes appellat eum, quẽ Dimarchus & alij Theogenem uocant.

Theognetus, comicus. Ex eius fabulis, autore Aeliano, ſunt, Phaſma ſeu Philargyrus, Philodeſpotus, Centaurus.

THEOGNIS Megarenſis Siculus, Olympiade 59 natus: ſcripſit elegiam in Syracuſanos, qui poſt obſidionem incolumes manſerant. Sententias uerſibus elegiacis 2800. & ad Cyrnum, delicias ſuas, Gnomologiam elegiacam, & alia præcepta de moribus, omnia uerſu. Ac admonitiones quidem ſcripſit Theognis: ſed his immiſta ſunt flagitia, & puerorum amores, atque alia à uitæ ſanctitate abhorrentia.

*Theognidis improbata.*

Theognis poeta tragicus, adeò frigidus, ut nix diceretũ * XXX natus annos.

THEODECTES Ariſtãdri filius, Phaſelites, Lycius orator, ſed ad ſcribendas tragœdias ſe cõtulit: diſcipul⁹ Platonis, Iſocratis & Ariſtotelis. Hic & Erythræus Naucrates, & Iſocrates Apolloniates orator, & Theopõpus, Olympiade CIII funebres orationes habuerunt in Mauſolum, Artemiſię uxoris eius hortatu: ac uicit, maximè laudata eius tragœdia. Alij Theopompum aiũt tuliſſe primas. Fabulas edidit L. Moritur Athenis, annos natus XLI, patre ſuo ſuperſtite. Scripſit & artem oratoriam uerſu, & alia quædã ſoluta oratione.

*Naucrates. Iſocrates Apolloniates.*

*Theopompus.*

Theodectes Phaſelites orator, ſuperioris filius, ſcripſit encomiũ Alexandri Epirotæ, hiſtorica & cõmentarios: Inſtituta barbarica, Artem dicendi lib. 7, & alios quoſdam Commentarios.

THEODOTO præfecto legionũ ſucceſſorẽ Iuſtinianus dedit, Petrũ Barſyamen cognomẽto: qui cum olim ad menſam æris ſederet, ſordidiſſimas ex eo q̃ſtu corraſit opes, obolorum fur ſolers, & contrahentes cum ipſo celeritate digitorũ decipiens: & deprehenſus, peierare paratus, manuum peccatũ linguæ tegens confidentia. Inter præfectorũ uerò duces aſcitus, eò * inſolentiæ uenit, ut imperatori maximè placeret *, & rerum iniuſtarũ cõſilia inexplicabilia facilimè explicaret, tum milites omnibus ſtipendiis fraudando, tum magiſtratus magis etiam quàm olim uenditando.

*Petrus Barſyammes.*

THEODOSIVS philoſophus ſcripſit ſphærica lib. 3. Commentariorũ in Theudæ capita. De diebus & noctibus lib. 2. Cõmentarium in Archimedis uiaticũ. Delineationes ædium lib. 3. Sceptica capita aſtrologica de habitationibus.

Theodoſius Tripolitanus, ſcripſit de uere, & alia diuerſa.

Theodoſius Romanorũ imperator, poſt Maximini tyranni cædem, & cladẽ ab Scythis in paludibus latentibus acceptam, cædemq; Romanorum, decreuerat bellis & pugnis ualere iuſſis, & Promoto mãdatis, ueteris uitę rationis meminiſſe, ſũptuoſis cœnis curioſè inſtituendis, & theatris & equorum decurſionib. ſeſe oblectando. Equidem miror uitæ eius in utranq; partem inclinationẽ. Nam cum natura ſegnis & admodũ ſocors eſſet, nulla moleſtia aut formidine interpellante, genio indulgebat. Neceſſitate uerò urgente *, & metu ſeruitutis impendente: eiecta ſocordia, & deliciis ualere iuſſis, fortẽ & laborum tolerantẽ ſe præbebat: talis ipſa experientia declaratus, cũ primùm omni ſolicitudine liberatus eſſet, naturæ ſuæ inertiæ eum ſeruiret. Ex ijs qui magiſtratus gerebant, Rufinũ eximiè honorabat, natione Gallũ, magiſtrũ ordinũ ſenatus. Cũ aũt filiũ

*Ingenium & luxurioſum & bellicoſum.*

*Rufinus.*

Hono-

*Honorius.*

Honoriũ, Romanorũ Imperatorẽ deſignaſſet: coegit ſenatum, patria inſtituta ſeruantẽ, nec imitari nolentẽ eos, qui ad Deorũ cõtemptũ declinaſſent: uerbaq́; fecit de ueteri more relinquẽdo, & Chriſtianiſmo amplectẽdo: cuius promiſſio eſſet, ab omni peccato, omni impietate liberatio. Ei adhortationi cum nemo paruiſſet: nec quiſquam à patrijs inſtitutis iam inde ab urbe condita traditis, recedere uellet, ijsq́; Chriſtianos ritus anteferre: quòd, dum illa tenuiſſent, annos propè 1200 urbẽ incolumẽ tenerẽt: ſed quid ſibi euẽturũ eſſet, illis permutatis, ignorarent: Tũ ille, ſumptib. ſacrificiorũ & uictimarum onerari ærarium, ſeq́; illa ſublaturum eſſe dicebat: quòd neq; rem ipſam probaret, & alioqui etiam res militaris ſumptus maiores poſtularet. Cũ uerò ſenatus negaſſet rectè iſta legitimeq́ue fieri: &, ut ſumptus publici deeſſent, non propterea ritus ſacrorũ prætermittendos eſſe: Romanorum imperium ex parte eſt imminutum.

*Senatus Chriſtianiſmum repudiat. Religioni ueteri diuturnitatem imperij aſcribunt. Sumptus ſacrificiorum.*

S. Theodoſius cœnobiarcha, ſub Anaſtaſio Imp. fuit Dicoro, hęretico illo.

*Pacis emptor.*

Theodoſius minor, Romanorum Imperator, ſuſcepto à patre principatu, homo imbellis & timidus, pace pecunia, nõ armis parta, Rempublicã Romanam grauiter, afflixit. Nam cum ab eunuchis eſſet educatus: omnibus eorum imperatis parebat: adeò ut legiones etiã ope illorũ indigerent, multaq́; & in ciuilib. & in militaribus inſtitutis nouarentur: magiſtratib. nõ in uiros qui eos gerere poſſent, collatis: ſed in eos, qui auro eunuchorũ auariciã expletẽt. Et cũ Sebaſtiani ſatellites piraticis nauib. Helleſpontũ & Propontidem infeſtarent: eò rem eunuchi deduxerũt, Theodoſium ludicris quibuſdam, tanquam pueros, detinendo, ut nihil gereret memorabile. Nã cũ ad annos L peruenisset, ipſe quidem ſordidis artibus & uenatui uacabat: eunuchi uerò & Chryſaphins ſumma rerum potiebãtur: quã illo mortuo (F. Pulcherrima) Pulcheria ſoror ad ſe tranſtulit. In Milio ſtetit Theodoſij ænea ſtatua equeſtris: quam cum poſuiſſet, multa congiaria largitus eſt ciuitati. Sed quærendum, cuius illa Theodoſij fuerit. Theodoſius Antiochum præpoſitum loco motum, in presbyteros retulit. Idem & ſucceſſorem eius Cyrum, eodem tempore duas maximas prouincias adminiſtrantem, in ordinem coegit. Cum quidem is tantos ſucceſſus admiratus, effatus eſſet: Non placere ſibi fortunam ita arridentem. Itaq; bonis publicatis: (ὡς ἕλλην καὶ βασιλεύσειν ἐλπίζων) ut gentilis & imperio inhians, ademptis magiſtratibus, factus eſt epiſcopus Cotyaij Phrygiæ. Poſt hunc autẽ ſolus dominatus eſt Chryſaphius, cognomento Zummas.

*Eunuchi potius rerum. Sebaſtianus. Chryſaphius Zummas. Pulcherrima. Statua Theodoſij. Antiochus. Cyrus. Fortuna uitrea.*

THEODVLVS, martyr ſactus ſub Iuliano apoſtata.

THEODORVS Byzãtinus ſophiſtes, quẽ Plato Logodædalum ob dicẽdi ſolertiã uocat, ſcripſit contra Thraſybulũ & Andocidem, & alia quædam.

*Logodædalus.*

Theodorus cognomẽto Atheos, audiuit Zenonem Citticum, itemq́; Bryſonem, & Pyrrhonem, Ephecticum, à ſuſtinendo aſſenſu dictũ, indifferentiam probans: ac ſuã quandã ſectã à ſe Theodoteã nominauit: ad eãq́; pertinẽtia multa ſcripſit, & itẽ alia. Hic Hipparchiæ Cratetis uxori dixit: Hæc illa eſt, quæ ſtamine & radiis relictis pallium geſtet.

*Zeno. Bryſo. Pyrrho. Theodorea ſecta. Hipparchia.*

Theodorus Gadarenus, ſophiſtes, ſeruili ortus genere, magiſter fuit Tiberij Cæſaris. Poſtea in contentionem uenit de ſophiſtica (ἔπειτα συνεκρίθη περὶ σοφιστικῆς) & Romæ in ipſa urbe cum Potamone & Antipatro certauit ſub Adriano Cæſare, filius eius Antonius, factus eſt ſenator. Libros ſcripſit 3, de iis quę in uocib. quæruntur. De hiſtoria, 1. De poſitione, 1. De Dialectorũ ſimilitudine & demonſtratione, 2. De republica, 2. De Cœleſyria, 1. De facultate oratoris, 1. & alia.

*Libertinus ſenator.*

Theodorus poeta, ſcripſit uerſib. hexametris de Cleopatra, & alia.

Theodorus unus ex lectorib. magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam, à Conſtantini temporib. uſq; ad Iuſtiniani imperium.

*Apollinaris.*

Theodorus poſt Apollinarem Laodiceæ Syriacæ, * Mopſuheſtiæ Cilicię principatum nactus, Apollinari planè cõtrarius, contumelias non uulgares audaci animo & imperterrito corde in Chriſtũ Dominum effudit (ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ κοινὸν ἀποκαλῶν) hominem unum noſtri ſimilem & communem appellando: qui ex progreſſione gratia Dei accepta, Deus nominetur, & à baptiſmate in Iordane donum ſancti Spiritus ſit conſecutus: in primis in nomen patris * & filij & ſancti Spirit⁹ baptizatus. Deum uerò λόγον (uerbum, ſeu ſermonem) ob excellentem uirtutem eius, per beneplacitum in eo habitaſſe, eoq; diuinam digni

tatē impertiiſſe, & adorationē deinceps poſt conſummationē. His & aliis impiè dictis, naturas ἰδιοπεριορίστους, id eſt ſuis finibus terminatas docuit in Chriſto, σχέσει τινὶ habitudine ſeu affectione quadam & tantū inter ſeſe ὠκειωμένας conciliatas. Altera & hæc blaſphemia eſt, unā naturā & duas naturas in Chriſto non ſecundū rectam rationem confiteri.

*Religio libera.* θεοκλυτήσωσι.) Ne cogerentur Chriſtiani, qui in Perſide eſſent, magicæ religioni intereſſe, ne'ue inuitis dij Medorū inuocandi eſſent.

*Theocritus orator.* THEOCRINES, ſycophanta fuit.

THEOCRITVS, Chius orator, diſcipulus Metrodori Iſocratici. Scripſit chrias. Aduerſatus eſt in Republica Theopompo hiſtorico. Extat eius hiſtoria Libyca, & epiſtolæ admirabiles. Eſt & alius Theocritus, Praxagoræ & Philinnes filius: uel, ut alij, Simmichidæ: alij Coum fuiſſe tradunt, qui migrarit Syracuſas. *Poeta Bucolicus.* Scripſit Bucolicos uerſus lingua Dorica. Quidā & hæc illi aſcribunt: Pratidas, Elpidas, Hymnos, Heroinas, Epicedia carmina, Elegias, Iambos, Epigrammata. Sciendum tres fuiſſe Bucolicorum *Theocritus. Moſchus. Bion.* uetſuum poetas: Theocritum hunc, Moſchum Siculum, & Bionem Smyrnęum, è loco quodam Phloſſa.

THEOPOMPVS Theodectis, ſiue Theodori filius, Athenienſis, antiquæ Comœdiæ poeta, ſicut & Ariſtophanes *Aeſculapius doctorum curator.* edidit fabulas 24: inter quas eſt etiā Aeſculapius, doctorum curator, qui hunc tabe laborantem in integrum teſtituit.

Theopompus Chius orator, filius Damaſiſtrati, natus tempore Athenienſis monarchiæ, Olympiade 93. quo tempore & Ephorus Iſocratis auditor fuit. *Ephorus.* Scripſit unà cum Ephoro epitomen Herodoti hiſtoriarum, lib. 2. Philippi res geſtas, lib. 72. Græcas hiſtorias, quæ Thucydideas & Xenophonteas ſequuntur, lib. 11, ea quę à Peloponneſiaco bello geſta ſunt, & reliqua cōtinentibus. Scripſit & alia plurima.

θεός.) Philo dicti illius, Deus Domin⁹, interpretari ſenſum dum conatur, ſum- *Trinitas.* mæ Trinitatis notionem habuit. Nam cum dicat, unum eſſe Deum, non ad numerum decurrit unitatis, ſed ad myſteriū ſanctæ Trinitatis: quod eſt omnibus quæ diuidi poſſunt magis unum, & uerè ſingularibus uberius: tātaq; ui animum eius occupauit, ut diceret, duas eſſe τοῦ ὄντος, eius qui eſt, facultates: quarum una (inquit) efficatrix & actuoſa, uocatur Deus: regia uerò & uindex Dominus. Deū *Græcorum Deus.* aūt eſſe, ſentiunt Græci, animal immortale, ratione prędirū, perfectū, intelligēs, beatū, nullius mali capax, cōſulens mūdo, & mundi rebus: nec tamē eſſe humana forma. eſſe aūt hunc quidem opificē uniuerſi, & quaſi patrem omnium. Communiter autem, partem eius omnia penetrātem, mulris appellationibus accōmodari, pro facultatibus.

θεός.) Dauid ait: Ad Deum, fortē illū, uiuentem illum. Vnde etiā τὸ τρισάγιον, Sāctus ſanctus ſanctus, à nobis canitur.

θεός.) Sophocles: Cum deorum aliquis nocet, ne robuſtus quidem poſſit effugere. Huic ſimile eſt & Pindaricum illud: Deus etiam uolucrem aquilam eſt aſſecutus', & marinum anteuertit delphinum. Prouerbium, θεὸς ἡ ἀναίδεια, Dea eſt Impudentia: cuius ædem fuiſſe tradit Iſter lib. 14.

θεοσαλὸν, ἢ θεοσαλῶν σόφισμα.) Theſſalicum commentum. De iis qui non rectè pugnant, ſed ſubdolè agunt.

θεοῦ παρόντος ἅπαν ἄπορον πόριμον.) Deo præſente omnia inuia ſunt peruia.

*Iuſti iudices ſunt dij.* θεούς.) Iudæorum magiſtratus dij dicūtur. Principi populi tui non maledices: &, Diis non conuiciabetis. Quia Deus iuſtus iudex eſt, & iudicium hominibus eſt permiſſum: dicti dij ſunt, qui iuſtè iudicant.

θεοὶ.) Dij, qui ad Dei imaginem facti ſunt, eamq; inuiolatam cōſeruarunt: horum Deus, cogit orbem terrarum in iudicium. & Dauid: Deus deorum Dominus locutus eſt, & uocauit terram, &c.

θεοίνια.) Theœnia, Bacchanalia ſingulorum municipiorum ſic dicebantur, in quibus Gennetæ, id eſt Curiales ſacrificabant. nam Bacchum θέοινον Theœnū, quaſi Vinideum uocant.

θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ τοῖς ἕλλησι.) Sophocles: Diis mortuus eſt Aiax, non Græcis: hoc eſt, nutu & uoluntate deorum.

THEOPHILI comici fabulæ ſūt, Medicus, Epidaurus, Pācratia, Bœotia, Prœtides, Neoptolemus.

THEOPHILVS imperator Romanorum, Michaelis Amorræi filius, Michaelis pater, in id Dei odium & amentiam incidit: ut odioſam Copronymi & deteſtandam ſectam ſuſceperit & renouarit: nec ulla te inferiorem ſe impietate illius & uæcordia & tyrannide & furore præbuerit, homo uæcors & delyrus. *Imaginum oppugnator imitatione Copronymi.*

Eo

Eo igitur impiorum illorum & ſicariorum fraude & ſtupore implicatus, qui à Manichæa inſania & Ariana rabie propagati ſunt, perſecutionem & ipſe eodē modo contra Eccleſiam inſtituit, alter Nectenabo: collega & adiutore & conſcio patriarcha Ioanne, ac potius Mantiarcha aut dæmoniarcha: nouo omnino Apollonio, aut Balaamo noſtris temporibus exorto, lecanomante, & omnis inuiſæ Deo actionis, præſtigiarum omnium acri miniſtro. A quo literas etiam edoctus homo infelix atq; inſtabilis: probatus odioſiſſimarum rerum miniſter, & idoneum diaboli inſtrumentum extitit: quos iure diuinus ſermo execratur, cum querimonia dicens: Væ ipſis, quia uiam Caini ſunt ingreſſi, & errore mercedis Balaami ſunt effuſi: & aduerſatione Coræ perierunt, &c.

*Ioannes patriarcha ut magus perſtringitur.*

THEOPHILVS ex India reuerſus, Antiochiæ uixit. Eccleſiam ſibi aſſignatam nullam habuit: ſed cum quaſi cōmunis eſſet, Eccleſias omnes ei frequentare tanquam ſuas impunè licebat. Nam & Imperator eum maximè & honorabat & obſeruabat: & cæteri omnes ad quos perueniſſet, alacritate ſumma recipiebant, ob excellentis eius uirtutis admirationem. Præſtantior enim uir ille fuit, quàm quiſquam dicendo poſſit cōſequi, Apoſtolorum, quaſi imago quædam. Ac aliquando reſuſcitaſſe Antiochiæ cadauer cuiuſdā Iudææ fertur: idq; Thalaſſius affirmat, non exiguo tempore cum illo uerſatus, & in huiuſmodi rebus mendacij minimè ſuſpectus: præſertim multis eiuſdem ętatis id ſuo teſtimonio confirmantibus.

*Vir ſanctus.* *Iudæa reſuſcitata.*

THEOPHRASTVS, ſiue Melanthi fullonis, ſiue Leonis filius, Ereſſius, auditor Ariſtotelis, & ſcholæ Peripateticæ ſucceſſor, ab eo Chalcidē migrante relictus. Hic initiò Tyrtamus uocabatur: ſed ob diuinam dictionē, Euphraſtus ab Ariſtotele, pòſt Theophraſtus à diuinitate dicendi dictus eſt: ſicut Plato ab amplitudine ſermonis, cū ante Ariſtocles uocaretur. Diſcipulos amplius (πλείους ἢ δύο) 4470: Nicomachum Ariſtotelis philoſophi filium in deliciis habuit. Honoratus eſt à Caſſandro Antipatri filio. Deceſſit, aſſidua ſcriptione fatigatus: cū ab illa ſtudiorū contentione, ad paucos dies, ob diſcipuli nuptias, receſſiſſet. Libri eius ſunt plurimi, inter quos & hi: Analyticorum priorum 3. Analyticorum poſteriorū 7. Reſolutio ſyllogiſmorū, Analyticorū epitome, Reducti loci, De lapidibus, De ſtirpibus, De metallis, De odoribus, Characteres, & alia.

*Tyrtamus.* *Euphraſtus.* *Theophraſtus.* *Scripta Theophraſti.*

Theophraſtus, dum quidem laborabat, corpore erat integro: deinde relaxatus, obiit, membris mutilatus.

*Labor ualentem, ignauia morbidum facit.*

THEOPHYLACTVS ſophiſtes, cognomento Simocathes.

θεωθεὶ.) Deificatum: id eſt, ad maiorem gloriam euectum, non mutata natura propria.

THEON Alexandrinus, philoſophus Stoicus, ſub Auguſto fuit, poſt Arium. Scripſit Apollodori phyſiologicæ introductionis commentarium, artis Rhetoricæ lib. 3.

Theon Smyrnæus philoſophus: & Theon Antiochenus Daphnæus, philoſophus Stoicus, ſcripſit defenſionem Socratis.

Theon è Muſeo Aegyptius philoſophus, tēpore Pappi philoſophi, qui & ipſe Alexādrinus fuit: uterq; ſub Theodoſio maiore. Scripſit Mathematica, Arithmetica, de ſignis & auſpiciis, de uoce coruorū, de exortu Caniculæ, de Nili aſcenſu. In Ptolemæū expeditum canonem, & in paruum Aſtrolabium cōmentarium.

Theon Alexandrinus ſophiſtes, Aelius dictus, ſcripſit artē progymnaſmatum. Cōmentarium in Xenophontē, in Iſocratem, in Demoſthenem, argumenta rhetorica, quæſtiones de ſtructura orationis, & alia plura.

Theon, Valerius dictus, ſophiſtes, cōmentarium ſcripſit in Andocydem.

Theon, Gymnaſij ſophiſtę filius, Sidonius ſophiſtes: docuit in patria, fuit ſub Conſtantino, & (ἀπὸ ὑπάτων) à Conſulibus, & præfectus.

Theon doctor eloquentiæ à S. Marcella, ſi primam originem repetas, oriundus: ſin proxima ſpectes, ac paternū genus, ab Eedicio magiſtro. Scripſit artem rhetoricā, homo non ille quidē admodum ingenioſus & acutus, ſed ſtudioſus & induſtrius ſupra modū. Itaq; breui tēpore maximā ſibi eruditionem comparauit: multas uetuſtas hiſtorias, multas recentes animo complexus.

θεῶν ἀγορά.) Cōcio deorū. De iis qui apud ſuperiores aliquid audent dicere.

θεώρημα διαλεκτικόν.) Theorema dialecticum: hoc eſt, quæſtio & propoſitum uel ad res expetendas & fugiendas, uel ad ueritatem & cognitionē pertinens, ſiue per ſeſe, ſiue tanquam adiuuans ad

aliquid huiuſmodi rerũ. Frequenter enim Ariſtoteles τὸ θεωρεῖν, pro ζητεῖν quærere ponit. Fuerit ergo theorema, oratio cõferens nobis aliquã rerũ dialecticarũ cognitionẽ: ex eo quòd nobis contemplationis & cognitionis alicuius ſit cauſa, theorema nominatum.

THEOREMA eſt aut morale, aut naturale, aut logicum: nec tamen quoduis theorema morale, aut phyſicum, aut logicum aut dialecticũ eſt: ſed ea theoremata quæ habẽt propoſitorũ (ὅπι ἔχει τ̃ προκειμένων, προσκειμένων, ἤτοι ἀφορισμὸν) eorũ quæ adiunguntur, aliquã diſtinctionem. Hæ uerò diſtinctiones eorũ ſunt, de quib. aut neutro modo opinãtur, aut ſecus eruditi quàm uulgus, aut utrique inter ſeſe diſſentiunt. Quæ igitur quæſtiones ad res expetendas aut fugiẽdas referuntur, ea ſunt moralia problemata. Nam de bono & malo, de expetendo & fugiendo, quæſtio cum ſit moralis: ad appetitionem & auerſationẽ refertur, non ad nudã cognitionẽ. Qui enim quęrit, bonum'ne ſit uoluptas, an'non? aut omnino de bono aliquo acquiſito: expetẽdi aut fugiendi cauſa quęſtionẽ inſtituit. Rurſus qui quærit, ſit'ne mundus rotundus, anima'ue immortalis, an'nõ? aut aliquid eorum quæ natura fiunt & ſunt: finem ſtatuit ueri cognitionem: quod eſt contemplationis proprium. Cognitio enim, eius quæ inter optimos eſt reipublicæ: contemplationis finis eſt. Quę uerò neq; ut agenda quærũtur, neq; finem habent cognitionẽ ueritatis, quæ ipſis ineſt: ſed ut adiuuãtia ſiue ad expetendarũ & fugiẽdarũ rerũ cognitionẽ, ſiue ad ueri & falſi optionẽ quæruntur: ea ſunt problemata logica. Nam logica diſciplina inſtrumenti locum tenet in philoſophia. Quæ igitur in ea quærũtur, eò quęrũtur, quòd utilia ſint Philoſophię. Qui enim, exempli gratia, de conuerſione ꝓpoſitionis quærit, aut de ſyllogiſtica, illiúe contraria connexione: ut adiuuantia hæc, atque utilia ad eorum quæ ſuprà dicta ſunt, & inuentionem & cognitionem quærit.

*Moralia problemata.*

*Problema cognitionis.*

*Problemata logica.*

τεθεωρημεύη,) *Arceſilaus philoſoph⁹ ſegni erat ingenio, & oſcitabundus: ſed in arte ſua probè uerſatus. Itaque dictum eſt, geometriam in eius oſcitantis os inuolaſſe.

θεωρία.) Cõtemplatio præferenda eſt actioni: quia rebus precij maioris occupatur. Nã actio quidẽ in rebus agendis, & in noſtra poteſtate ſitis: cõtemplatio in diuinis uerſatur: & precioſiſſima parte animi conficitur. Mens enim animæ facultatum præſtãtiſſima eſt: cuius actio eſt contemplatio.

*Contemplatio potior actione.*

*Mens.*

θεωρία καὶ πρᾶξις.) Mens partim contemplatrix eſt, partim actuoſa. Actuoſa, ex habitudine ſeu affectione ipſa ratiocinatur, quæ eſt cum corpore. Itaq; poſtquã abſoluta fuerit à corpore, non amplius eſt actuoſa, ſed tantũ contẽplatrix. Differt autem actuoſa mens à contemplatrice, fine: cũ ſubiecto nihil differat, ſicut nec ſemen & fructus. Nam contemplatrici, finis eſt perceptio ueritatis: actuoſæ, boni adeptio. Mẽs igitur, inquit (aliud animæ genus eſſe. γένος ἕτερον εἶναι ψυχῆς) diuerſum ab anima genus eſſe uidetur, & ſola habere ſeparabilem naturam. Reliqua uerò anima uniuerſa eſt inſeparabilis.

*Actuoſa.*

*Contemplatrix.*

θεωρία.) Contemplatio, finis eſt ſacerdotij, nomen illud non falſò uſurpantis. Contemplatio porrò & actio nolunt coire ſocietatem. Appetitio enim eſt initium actionum, quarum neutra perturbatione uacat.

*Sacerdos ſit contemplator.*

θεωρικά.) Pecunia q̃ ad ſpectacula præbebatur populo Athenienſi, ſiue drachma, ſiue bini oboli, Theorica dicebatur: ne uel pauperes theatro excluderentur propter inopiã: uel rixæ & pugnæ orirentur. Ac ea pecunia olim in militiã conferebatur: quã Eubulus in ſacrificia & ſpectacula & publica ædificia erogauit.

θεωρίς.) Theoris, nauis Athenis, quæ Delũ quotãnis mittebaĩ, uota à Theſeo in Cretã ituro: nec ante eius reditũ quẽquam damnatũ capitis ſupplicio afficere licebat. Qua de cauſa etiã Socrates lõgo tempore in carcere uinctus fuit, dum nauis illa reuerteretur.

θεωρίς.) Theoris, ſaga fuit: quæ impietatis condemnata, occiſa eſt.

θέωρος.) Theorus, homo periurus, adulator, piſciuorus, improbus, mœchus, Corinthi degens propter ſcorta.

θεωροί.) Theori, qui ad ſpectacula, feſta, oracula, rerumq; diuinarum curationẽ mittebantur.

θεραπευταί, cultores ſeu curatores:) Sic, inquit Philo, apud Iudæos dicuntur homines utriuſq; ſexus, qui cõtẽplationi rerũ diuinarũ dediti, uirtutẽ colũt: ſiue quòd eorũ animos, q ſe ad ipſos cõferũt, medicorũ inſtar, à uitiis perturbationũ liberent atq; ſanent: ſiue propter

*Medici animorum.*

purum

purum & ſincerum numinis cultum & religionem. Hi cum primùm ad philoſophiam ſe cōtulerint: à cognatis & re ſua familiari recedunt. Deinde omnibus uitæ curis repudiatis, atq; urbibus relictis, aut in deſertis agris, aut hortis aut montibus degunt. & quia diſſimilium commercia & inutilia & noxia eſſe norunt, uitam propheticam æmulantur atque exercent. In unoquoq; cœtu eſt ædes ſacra, quam σεμνεῖον, & monaſterium à reuerentia & ſolitudine uocāt: in qua ſoli ſanctæ uitæ myſteria peragūt: nemine quicquam afferente: non potum, nō cibum, nec aliud quicquam eorum, quæ corporis neceſſitatibus ſeruiūt: ſed leges & oracula uatum, & hymnos, cæteraq;, quibus ſcientia & pietas augentur & perficiuntur. Ac paucis ut abſoluam, cibum aut potum nemo eorum guſtauerit ante Solis occaſum. Nam philoſophiā qui dem luce dignam iudicant: tenebris corporis neceſſitates. Enarrant autem ſacra oracula, arcanis ſenſibus per allegorias eruendis. Omnem enim legem illi cenſent animanti ſimilem eſſe: cuius corpus ſit, ipſa ſcriptura & uerba: anima uerò, ſenſus obſcurus, ſub uerbis deliteſcens. Eadem mulierum quoque ratio eſt, quę θεραπευτίδες appellantur, quaſi cultrices uel curatrices dicas.

*Veri monachi.* *Abſtinentia.* *Allegoria.* *Lex animāti ſimilis.*

θεραπευτῆρες, cultores.) ſacerdotes, qui ſacris Iſidis præſunt apud Aegyptios.

THERAPNAE, Laconiæ urbs, quam nonnulli Spartam eſſe dicunt. Eſt & locus, qui habet ædem Caſtorū: ſic ab eorum cultu appellatus. Hinc fit Therapnæus, a, um.

δανειῶ.) Cum ſub Alexandri ſucceſſoribus Athenienſes pecunia egerent, & quidam peregrinus ſe mutuam illis daturū δανειῶ, barbarè promiſiſſet: tumultuati benignitatem eius repudiarūt. Sed cum errore correcto δανείσω dixiſſet: tū demum liberalitate eius uſi, hominem collaudarunt.

*Ob barbariſmum repudiata pecunia.*

THERMAN, Thracium eſt oppidulum. Stephanus: Therme eſt urbs Thraciæ: Apollodoro & Thucydidi, Macedoniæ: cuius ciuis Thermæus: &, Thermæus ſinus. Therma, locus Siciliæ. Vnde Thermæus. Eſt Therma Bithyniæ, quæ Pythia & Pruſæ quæ Baſilia dicūtur. Ab iis Thermis quæ in Cappadocia, Syria & Dorylao ſunt, habitatores dicuntur Thermeni.

θερμὸν.) Ariſtoph. in Pluto: Quàm cãlidū facinus, & nefariū & injquū audetis facere, Vos duo infelices homunculi? Sophocles: Neaſſe quidem æſtimarim hominem, qui uana ſpe incaleſcit.

THERMOPYLAE, ab aliis Gręcis, ꝙ ibi Minerua calidas aquas Herculi parárit: Pylæ, ab incolis & uicinis dicuntur.

θερμὸς.) Perſæ territi ſunt, audito, eum iuuenem eſſe, & audacem. Ariſtophanes: Deſine Aeſchyle, neq; ex indignatione uiſcera incendas ira.

THERMVTIS, Pharaonis filia, quæ Moſem adoptauit.

THERMODON, fluuius Thraciæ.

θέρος.) Aeſtas eſt, aer circundans terram, ſolis ad Septentriones progreſſione calefactus.

θερσίτειον βλέμμα.) Therſiticus aſpectꝰ.

Θεσσαλὸς.) Theſſalus Cous medicus illuſtris illius Hippocratis filius. habuit & ipſe filios Gorgiam & Hippocratē. Scripſit libros de re medica, ſex.

θεσσαλῶν νόμισμα.) Theſſalorū moneta. Prouerbij ſpecie, pro impoſtura capitur. *Liderin oder kupferin gelt.*

Θεσσαλονίκη.) Cum Philippus annos in Macedonia 20 regnaſſet, Theſſaliamq; ſubegiſſet: urbem in ea condidit Theſſalonicam, ſiue ob uictoriam, ſiue de nomine filiæ ſuæ ita dictam.

θέσεις.) Crantor philoſophus dicebat Theóphraſti theſes oſtreo ſcriptas eſſe.

θέσις.) Theſis, ſecundū Ariſtotelē, eſt opinio admirabilis, celebris alicuiꝰ philoſophi: hoc eſt, problema propoſitum. Neq; uerò quoduis problema theſis eſt, ſed de cōmunibus opinionib. clari alicuius in philoſophia ſententia. Itaq; autorem opinionis eorū, qui theſin defendunt, addi tali problemati oportet: uelut, utrū omnia (πότερον πάντα συγχωρεῖ; lego συνεχῶς ῥεῖ;) cōtinenter fluant, & ſemper gignãtur, neq; unquā quicquā ſit, ſecundū Heraclitū, nec ne? & utrum motus ſit an nō? ut Zenoni uidetur: &, utrum ſanitas bonū ſit, an non? ut Chryſippus ait: &, utrum contradici poſſit, an nō? ut Antiſtheni placet. θέσει, id eſt poſitione ſeu autoritate: & φύσει, id eſt natura, inter ſe opponuntur, ut & in poſitione nominū: quæ cum poſitione cōſtare dicimus: natura non extitiſſe ſignificamus. Sunt & qui rhetorica problemata theſes uocēt, quibus eſt hypotheſeos nomen accommodatius, quòd ſubiectis quibuſdam & definitis rebus conſtent.* Theſes & hypotheſes dicit Ariſtoteles.

*Au·o· admirabilis ſententia.*

Θέσθαι.) Demoſthenes de corona: Leges ſibi proprias ferre.

*Correctores legum.*

Θεσμοθέται. Legumlatores.) Sex uiri è nouem principibus ita dicuntur, quòd legum habeant curam: eaſq;, Aeſchine autore, in oratione contra Cteſiphontē, quotannis emendent.

Θεσμοφόρος.) Battus Cyrenarum conditor, legiferę Cereris Initia cognoſcere cupiebat, & uim inferebat, auidis oculis indulgens.

THESMOPHORIA, ſacra Cereris. Ariſtophanes: Velut in Theſmophoriis ieiunamus abſq; uictimis.

*Pythia.*

Θεσπίζει.) Pythia in tripode ſedēs, reddebat oracula: & pars cui inſidebat, ὅλμος, id eſt mortarium uocabatur.

THESPIS, * Icarij fili⁹, ex oppido Attico, tragicus, q ſedecimus ab Epigene Sicyonio, primo tragico, fuiſſe traditur. Alij ſecundum ab eo ponunt. Alij primùm Tragicum ſtatuunt. Ac primùm fuco illita facie tragœdias egit: deinde portulaca illam texit: pòſt, lineis laruis uſus eſt. Edidit fabulas Olympiade LXI. Cōmemorantur eius tragœdiæ: Pręmia Peliæ, ſeu Phorbas, Sacerdotes, Adoleſcentes, Pentheus.

*Colores loco perſonarum.*

THESIADES Theſpius, è multis mulieribus filias L ſuſcepit, cum quib. rem habuit Hercules.

Θετταλὴ γυνή.) Theſſala mulier. De ueneficis. Theſſali enim malè audiunt, ut impoſtores: atq; etiamnum ueneficæ dicuntur Theſſalę. Aiunt autem, Medeam fugientem, ciſtam uenenorum ibi effudiſſe, quæ creuerint. Ariſtophanes: Muliere uenefica Theſſala empta, Lunā deducam noctu: Deinde includam inſtar ſpeculi. Orbis enim Lunæ rotundus eſt ut ſpeculum: eoq; adhibito, dicunt iſtius generis artifices Lunam deducere. Eſt autem Pythagoræ ludicrum per ſpeculū, huiuſmodi. Luna plena, ſi quis ſpeculo ſanguine quantum uoluerit inſcripſerit, & obuerſo Lunæ ſpeculo, alium à tergo ſtantem Lunam intueri iuſſerit: is leget omnia ſcripta in ſpeculo, quaſi in Luna ſcripta eſſent.

*Lunæ deductio.*

*Pythagoræ ſcriptura in Luna.*

Θετταλικοὶ πτέρυγες.) Theſſalicę alę. Sic dicūtur chlamydes Theſſalorū, quòd utrinq; angulos habeant alarum inſtar.

Θετταλῶν σόφισμα.) Theſſalorum commentum. Et de pugna, & de habitu, & de impoſtura, & aliis ſexcentis uſurpatur, tali de cauſa. Ariſto reduci ab exilio dixit Apollo, cauendum eſſe, ne fortè aduerſarij uotum maius & ſplendidius contra ipſum facerent. Tum ille Hecatomben Cuirorum uouit Apollini. Rebus autem quas uolebat confectis, eo quòd id ſacrificiū ſacris indecorū eſſet: id uotū ſub inde procraſtinabat. Theſſali malè audiunt ob latrocinia & perfidiam.

THESSALVS, un⁹ ex filiis Cimonis.

Θετόν.) Thales uxore non ducta, ſororis filium adoptauit.

*Rex iuſtus.*

THEVDERICHVS rex Gotthorū, & Italorū qui ipſi parebant, ita præfuit, ut ea quæ regi natura cōueniunt, omnia complecteretur. nam & iuſticię ſtudium inſigne habuit, & leges inuiolatas conſeruauit, & à finitimis Barbaris prouinciam tutam præſtitit: uir ſumma & prudentia & fortitudine præditus. Nec ulla ferè iniuria uel ipſe populum affecit, uel à præfectis affici paſſus eſt: uerbo quidē tyrannus, re uerò uerus rex, nullo eorū, qui huius honoris laudibus ab initio floruerunt, inferior. Itaq; & Gotthis & Italis chariſſimus fuit.

*Aſſentator punitus.*

Theuderichus Afer diaconū quendā habebat orthodoxū, quem ualdè diligebat & fouebat. Is Theudericho ſe gratificaturū putans, homouſia fide relicta, cū Ario ſenſit. Quò Theuderichus cognito: hominē ita charum ſtatim capite plectit, cum hoc dicto: Si Deo fidem nō ſeruaſti: quomodo aduerſus hominem ſanam conſcientiam retineres?

THEVDIBALDVS. Leontius quidem hæc dixit: Theudibaldus autem ſic reſpondit.

THEVDIBERTVS filius Theuderichi, ſupra modū audax & turbulētus, & periculorū, quàm neceſſe eſſet, amātior.

THEVDERTVS, rex Francorum.

THEVDOSIVS, Theodoſius. Theudoſia, prouincia Scythiæ: quam Satyrus dum oppugnat, obiit.

*Arabes Martícolæ.*

Θεὺς ἄρης.) Deus Mars. In Arabia Petræa maximè colitur. Simulacrū eius lapide nigro quadrato conſtat, nulla figura inciſo, altitudine pedum 4, latitudine 2: baſi aureæ innitens. Huic immolant, & ſanguinem uictimarum affundūt. Tota ædes multo auro eſt ornata, multaq; habet donaria.

Θεώμενος.) Aduenerunt, alius lucta turus, alius ſtadium curſurus.

*Ignauia ex inopia.*

Θέω.) Ariſtophanes: Nunc, ſecundum prouerbium, neq; currimus, neq; equos agitamus. Sed argentum nacti ubi fuerimus: omnia & currunt & agitantur: (οὐτ'

(οὔτ' ἀνέμοις οὔτε κώπαις πλέομεν.) Neq; uentis neq; remis nauigamus.

θεῖος.) Diuini ſunt, uiri boni: habent enim in ſeſe quodammodo Deum. Malus Dei eſt expers. ἄθεος autē bifariam dicitur, cum qui Deo cōtrarius, tum qui illum nihili facit: id quod nō in omnem malum cadit. Sunt & Dei cultores boni uiri, ut periti rituum diuinorum.

*Viri boni diuini.*

θειάζουσι.) Meſyus Senonū rex, & Ganna uirgo, quę cum Beleda in Gallia uaticinabatur, ad Domitianū uenerūt, & honoribus ab eo affecti domū ſunt reuerſi.

*Meſyus. Ganna. Beleda.*

θηγάνη.) Ferriuora cote nuper exacutus. Sophocles.

θηλυδρίας.) Deteſtabili uoluptate effœminatus. Effœminati homines comā componunt.

THEMAX, municipium Erechtheiæ tribus, unde Themacenſis.

THERAMENES, Athenienſis orator, Prodici Ceij diſcipulus cognomento Cous & Cothurnus, uir ſapiens: qui ſi quando in mala incidiſſet, in ijsq; iā uerſaretur, ex iiſdem ſe expediebat. Mutabilis enim erat, & tempori ſeruiebat, ſolers ad omnia: neque tali eius unquam malè ceciderūt, cum ſemper ad felicius latus ſe inclinaret. Ariſtophanes: Subinde ſe cōuertere ad molliorem partem, uiri eſt ſolertis, & natura Theramenis. Fuit hic Theramenes in republica uerſat*, Agnonis F. è Sterienſi municipio, Iſocratis magiſter: qui cùm alia multa iniuſta fecit, tum duo maxima & indigniſſima facinora edidit. Nam & duces qui ad Arginuſas pugnarant, in carcerem cōiecit: &, oppreſſa libertate, XXX uiros conſtituit. Itaq; uitæ habuit exitum, uitæ ſuæ inſtituto cōſentaneum. Nā ab ipſis XXX eſt interfectus, Critia accuſatore. Quidā dicunt, ab ara ad quam cōfugiſſet, auulſum fuiſſe. Hunc ob uerſatile ingenium, Cothurnum cognominabant: cum aduerſariorum in Repub. utriq; factioni ſe adiungeret, tempori ſeruiens, & priuatam utilitatem fidei anteponens. Nam & Cothurnus tam uiris quàm mulieribus conuenit. Tria decreta pœnalia fecit:* aut in tabula proſcribi, aut cicutam bibere, aut (exulare) effugere oportere. Videtur ex inſula Ceo eſſe, nec germanus Agnonis F. ſed adoptiuus. Vnde Ariſtophanes Theramenes, inquit, non Chius, ſed Ceius. Thucydides autem hunc laudat: XXX uerò criminatur, ut rapaces.

Theramenes Ceius ſophiſta, ſcripſit declamationum lib. 3. De ſimilitudine orationis, de imaginibus ſiue parabolis, de figuris.

θηρατὴς λόγων.) Venator uerborum: id eſt, amator eloquentiæ.

THERICLIS filius Calix. Thericles primus fictiles calices feciſſe fertur. θηρίκλειον, poculum uitreum.

θηρολέξης.) Venator uerborum, auceps ſyllabarum.

θηρώμενοι.) Honorem ex eo apud alios uenantes.

θησαυροί.) Theſauti uentorum, nō cellæ, ſed facilis cōmotio, tranquillo aere.

THESEVS hiſtoricus, uitas illuſtriū uirorum lib. 5. ſcripſit, Corinthiacorum lib. 3. quo in opere Iſthmicorum ludorū inſtitutionem narrat.

θῆτες.) Egentiſſimi quiq; apud Athenienſes, qui Thetes dicebātur, id eſt proletarij, ſiue capite cenſi, pendebāt uectigal quod θητικὸν dicitur: nec ad ullū magiſtratum admittebantur, neque militabant. Eius ordinis puellam pauperculā, genere proximi aut ducere, aut minis quinq; datis elocare cogebantur.

θήσειον.) Theſeā, feſtum apud Athenienſes. Poſteaquā enim Theſeus libertatem Athenienſibus cōceſſerat, Lycus quidam per calumniam effecit, ut heros oſtraciſmo pelleretur. Itaq; ſe Scyrū contulit ad Lycomedem, inſulæ regulū, qui per æmulationem eum dolo interfecit. Athenienſes autem annonæ penuria laborātes, ulciſci Theſeum iuſſi, Lycomedem occiderunt: & oſſibus relatis, ſacelloq; in eius honorem extructo, diuinos illi honores decreuerūt. Eo feſto & conſilia diuidebantur, & conuiuia agitabantur, eò quòd Theſeus urbem cōiunxiſſet, cū Attica prius pagos tantum haberet. Hic Theſeus Aegei F. Athenienſis, multa edidit facinora. Omnia enim loca Trœzene Athenas uſq; latronibus referta pacauit, & Cercyone & Scirone & Sinnide Pityocampta, dicto à pinibus inflectendis, & (Periphæte) Periphano Corynete interfectis (cuius clauā, à qua cognomen ille inuenerat, ipſe poſtea geſtauit) Procruſte item, hoſpitum interfectore. Subegit & Amazonum exercitum, Athenas aggreſſum: earumq; reginā uxore ducta, Hippolytum ex ea ſuſcepit. Poſtea Phœdram duxit. Geſſit & cū Centauris bellum, pro Pirithoo rege Lapitharum, & alia quædam.

*Theſei exilium & interitus.*

*Lycomedis interitus.*

*Theſei res geſtæ.*

θῆτες.) Mercenarij, qui uictus quæritandi gratia ſeruiunt.

*Spectatores pugnæ Perſicæ.* θητικὸν πλῆθος.) Perſæ mercenariorum ingentem numerum, & liberos atq; uxóres, patria quadam lege, pugnæ & fortitudinis ſuæ ſpectatores adducebant.

θιασώτης κότυς.) Thiaſotes Cotys: genius qui Corinthi colitur, turpium rerũ inſpector.

THIMBRON Lacedæmonius, miſſus in Aſiam Harmoſtes, id eſt prætor, poſt bellum Peloponeſiacum.

θλαδίας) Subornat Valẽtis myſticos, id eſt arcanos, effœminatam inquam cohortem illam: qui, ut rerum malarũ ſemper ſunt ſomites, Imperatori perſuadere contendunt, Aetium de eo accuſando cogitare, quò ipſe poteſtatẽ inuadat. *Eunuchi auari & ſycophantæ.* Magnum enim promiſſi auri pondus erat, quòd anteriora eorum demulcebat. Facilimè enim conſuunt fraudes, auro promiſſo: genus hominum inexplebile, & lucro ſemper inhians, neque mali quicquam, ſine peruerſitate illorum, in palatio conficitur. Aurem calumnijs præbet Imperator, dictoq́; citius ad cædem incitatus, tollit Aetium: & quaſi re bene geſta, cuidam arcana ſolerter conijcienti: *Aetius dextra Imperij manus.* Heus, inquit, non'ne rectè Aetium ſuſtuli? Cui reſpondet ille: Rectè'ne, an ſecus, ignoro: illud ſcio, te læua dextram tuam amputaſſe.

*Furor dei.* θλίψις, afflictio.) Multa hoc nomine ſignificantur: cuſtodiæ, cathenæ, exilia, & id genus alia. Furor & ira & afflictio in Deo, acerba ſupplicia dicuntur, & nõ natura & uoluntas.

THOLVS, domus rotunda, in qua ſenatus cõuiuabatur: Prytaneum proptiè, ab aſſeruando frumento, dicta.

THORAE, municipium Antiochiæ tribus.

THORICVS, municipium Acamantiæ tribus.

*Neſſi uenenum.* θορὸς.) Neſſus Deianiram iubet ſanguine à ſagittis, quibus ictus eſſet, abraſo, & cum ſemine quod emiſerat commixto, Herculem aut ueſtem eius inungere.

THVCYDIDES Olori F. Athenienſis, filium habuit Timotheum. Maternũ genus à Miltiade duce, paternũ ab Oloro Thracum rege duxit: Antiphontis diſcipulus. Floruit Olympiade 87. Scripſit bellum Peloponenſium & Athenienſiũ. *Herodotus.* Herodotum puer etiamnum, Olympiæ ſuas hiſtorias recitantem cum audiſſet, quaſi numine percitus, lachrymis eſt oppletus. Ibi Herodotus, ingenio eius animaduerſo, patri Thucydidis Oloro ait: Fortunatum te ob liberos, Olore, iudico. nã filius tuus natura præditus eſt ad diſciplinas incitata. Neq; eũ fefellit opinio. *Laudes Thucydidis.* Hic Thucydides uir inſignis fuit artificio & elegantia orationis, accurata expoſitione rerũ, imperatoria arte, conſilio & argumentis panegyricis.

*Thule.* THVLIS, totius Aegypti regnũ uſq; ad Oceanum tenuit, cuius quandam inſulam de ſe Thulen appellauit. Succeſſibus autem elatus, oraculum Serapidis adijt, & re diuina facta ita quæſiuit: *Dic nobis Ignipotens uera, Beate qui ætheriũ commutas curſum: Quis ante meum regnum potuit tantum? Aut quis erit poſt me?* *Oraculum de trinitate.* Datũ igitur ei eſt huiuſmodi reſponſum:

πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς.

*Primùm Deus, deinde ſermo, & ſpiritus cum eis.*

*Pœna ſuperbiæ.* (σύμφυτα δὲ πάντα, καὶ εἰς ἓν ἰόντα.) *Cõcreta autem ſunt omnia, & in unum euntia, Cuius potentia eſt æterna. Velocibus pedibus uade mortalis, Incertam exigens uitam.* Templum egreſſus, à ſuis eſt occiſus, in Afrorum regione.

θυμαίτις ἀνέστιος.) Nihil quod ad Lyſiſtratum & Thumantim ædibus carẽtem attinet, æquo animo prætermittam. Hi, ut pauperes perſtringebantur.

THVRAS, poſt Ninum in Aſſyria regnauit, cui nomen planetæ Martis indiderũt. homo fuit acerrimus: illatoq́; bello Caucaſum tyrannum ex Iapeti ſtirpe oriundum, ſuſtulit. *Caucaſus. Iaphet.* Hunc Aſſyrij ut Deũ adorarunt: & ſua lingua Baal, id eſt Martem appellarunt, bellorum præſidem, cuius etiam Daniel propheta meminit. *Baal.*

*Sybaris. Thurij. Thuria. Lampon.* θυελομαίτης.) Capta Sybari, Thurij dicta eſt urbs, à fonte Thuria, ad quam ædificandam Athenienſes 10000 uirorum miſerunt: inter quos & Lampon fuit uates, qui ædificationis rationẽ explicaret.

THOT, Mercurius.

*Adulatio.* θῶπα.) Iortium, & hunc Thopa, inſignes fuiſſe adulatores tradunt.

θῶπες.) Sic eum colito, ut æquum & philoſophia dignum eſt: non adulatorũ & ſordidorum hominum inſtar.

*λιπαρὰς ἀθήνας.* θωπεύει.) Ariſtophanes: Si quis uos per adulationem pingues uocauerit Athenas, totum reperit: ſi propter pinguedinem, aphyarum precium uobis tribuerit. Idem in Tageniſtis: Satis aphyarum mihi, uenter edendo eſt diſtentus.

θω-

*Adulatio.* *θωπεία.*) Adulationis eſt, nõ ingenuè agere cum proceribus. Antiphõ de Cõcordia: Multi ſe amicos habere neſciũt, ſed ſodales aſciſcunt adulatores diuitiarum, & Fortunæ aſſentatores.

*θωράκιον.*) Hannibal, Carthaginenſiũ imperator, elephantorum loricas attollendo & belluarum domunculas, quantum licuit, in altum erigẽdo ramos amputans, tutum & facile iter reddidit.

*Parthi equites cataphracti.* *θώραξ.*) Thorax Græcè ex eo dicitur, quod mentẽ, quæ pars noſtrûm diuina eſt, cuſtodiat. Thorax equitis Parthi eſt huiuſmodi. Anteriorem eius partem, pectus & ſemora & ſummas manus & crura tegit: poſteriora item, tergum & ceruices, & caput totũ. Lateribus fibulæ ſunt additæ, quibus utraq; pars coagmentata, facit ut eques totus eſſe ferreus uideatur. Nihil autẽ ferrum impedit, neq; extenſionem membrorum, neq; cõtractionem: adeò aptè ad membrorum naturam arma facta ſunt. *Equus armatus.* Eodem modo & equum armant ferro totum uſq; ad ungulas: quòd nullã ſuorum armorũ utilitatẽ caperẽt, equo ante ipſos interfecto.

THORYCION, Athenienſiũ centurio, bello Peloponneſiacô picẽ miſit hoſtibus, qua ipſius urbẽ incenderẽt: uel quod Thoracionẽ Aeginetam cẽturionẽ imitaretur, *Proditor.* qui proditor cũ eſſet, utres & linum & picẽ Epidaurũ mitteret, aut hoſtiũ nauibus pecuniã ſuppeditaret. Quo cognito, ut proditor traducebatur.

*θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίσανται.*) Menander huius prouerbij meminit lib. 1. Legatum quendã in Thracia, iaculo transfixo pectore occubuiſſe, atq; inde apud Iones & Aeolenſes hoc ænigma extitiſſe, Thraces iuriſiurandi & fœderis ignaros eſſe.

*Dierum, nõ noctium induciæ.* *θρᾴκια παρεύρεσις.*) Thracium cõmentum. Aiũt Thraces ad Coroneam uictos à Bœotijs, & quinq; dierum inducijs pactis, noctu aggreſſos Bœotios, quoſdã occidiſſe, quoſdam cepiſſe. Qui cum expoſtularent, dixiſſe Thraces: Se dierum, non noctium pepigiſſe inducias.

THRASYMACHVS Chalcedonius ſophiſtes, in Bithynia, primus periodum & colon demõſtrauit, & adhuc uſitatam rhetoricæ rationẽ inſtituit: * diſcipulus Platõis & Iſocratis rhetoris. Scripſit ſuaſiones, Artẽ dicendi, Ludicra, Argumenta ſeu adiumenta rhetorica. *Degener poſteritas.* Tulit & noſtra urbs ingenia diſciplinis apta. Verùm nõ locus ſcilicet in cauſa eſt, ſed tẽpora, quib. ingenioſiſſimi illi homines floruerunt. Nunc autem thynnos obſeruãt incolæ, retibus & hamis intẽti, gulæ & uẽtris mancipia, (ὡς πολλὰ τῆς γναθοῦ χώρα) ut multæ maxillarum prouinciæ, atq; in diem uiuentes, parũ aut nihil curantes eruditionem: quorum ſummus põtificatus ei cuẽnit, (Imberbem aut eunuchũ aut cinædũ intelligit) qui inter eos qui Trœzenem iuerunt, eſt eminẽtiſſimus. Intelligant hoc, prouerbij non ignari.

*Rupiũ diſſectio.* *θραυλοτήρας.*) Igne rupib. iniecto, acetũ effuderunt, quò facilius frangerentur.

*Rerum humanarum contẽptio.* *θρέμματα.*) Aelianus: Nõ huc ueni, ut mẽſæ incumbã, & brutæ pecudis inſtar saginer, & à magiſtratibus atq; honorib. pendeam, & aulas admirer, & menſas, & ſatrapas: neq; me pulchritudo hominũ allicit, neq; pecuniam colligo.

THRETTANELO, ſonus eſt citharæ, quem in epigrammate ſuo poſuit Philoxenus ſiue dithyrambopœus, ſiue tragicus, ubi Cyclopẽ amantẽ deſcribit, qui tibia canendo Galateam prouocet.

*οὐκ ἔνι μοὶ τὸ θρέττε.*) Nõ ineſt mihi Thrette: id eſt, non ſum animoſus atq; audax.

(τρινακρία Trinacria) *θρινακία, καὶ θρίναξ.*) Threnacia, Sicilia.

*θρηνεῖν.*) Sophocles: Non eſt prudentis medici, hulceri quod ſectionem deſideret, oggannire carmina.

*θρῆνος.*) Lamẽtari Barbaricũ eſt. Quare Patroclũ apud Homerũ nõ lamentãtur.

*Orpheus.* *θρησκεύειν.*) Fertur Orpheus Thrax primus initia Græcorũ inſtituiſſe, ac Deum colere *θρησκεύειν* dixiſſe, quaſi Thracium ſit id inuentum: uel à uidendo Deo, *ἀπὸ τοῦ θεὸν δερκεύειν*.

*θρῖον*, Thrium eſt apud Athenieſes cibi genus, quod cõficitur è ſuillo ſebo, & hœdi lacte, ſimila, & oui luteo, quo denſetur. Qui fici folijs iniectus, eſt eſu ſuauiſſimus. Eſt & alia cõficiendi thrij ratio. Adhibetur cerebrum cũ garo & caſeo, & fici folijs inuoluitur atq; aſſatur. * fruſtra enim in folijs geſtanẽ. Sic Didymus. Apud Homerum non thria, neq; candylum, neq; placẽtæ ex lacte aut melle confectæ regibus eximiæ apponuntur.

*Calculi ſortaſſis geomantici.* *θριαί.*) Vatum calculi: *πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.* Multi ſunt qui calculos iaciant, ſed pauci uates.

*θρίαμβος.*) Triumphus, oſtẽtatio uictoriæ. Dictus eſt à uerſibus, q primi de Baccho ſcripti ſunt, ex India in curru tigridibus iuncto redeunte. Thriaſum enim dicũt poeticum furorẽ: uel quòd thria, id eſt folia fici Baccho ſacra ſint: & quòd pri-

primùm ante perſonas inuectas, ficulnis folijs facies tegerent, & iambicis uerſibus alios inceſſerent. Sed & milites, ſcenicos imitati, facie fici folijs tecta, dicteria in triumphatores iaciebant.

*Explicatio ſomnij.* Θριδακας ἐσθίειν, σώματ(ος) δηλοῖ νόσον.) Lactucis uesci, corporis ſignificat morbum. ὀνειροκριτικόν.

Θρόμβος.) In tantum angorē paſſa eſt natura diuina humanā incidere, ut concretum ſanguinem ſudaret.

THRONIVM, urbs Locridis.

Θρόνοι ἀνομίας.) Solia iniquitatis: id eſt, iniuſti iudices.

Θρόος.) Homerus: οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος. Neq; enī ſimilis erat omniū ſonus.

Θρυαλλίδα.) ἐκ τῶν πολεμίων εἰσάγεις θρυαλλίδα, Ab hoſtibus infers ellychnion. Hoc interdictum erat Athenis, ne incenderetur nauale.

Θρύπτεται.) Virago, deliciarum fugitās in conuictu. Epigramma: Laidem habeo, quæ auro ſimul & purpura, & cum Cupidine Delicias facit, tenera Venere teneriorem.

Θρύψις.) Ariſtophanes: O' aureola mea cura, Cypridis germē, apicula Muſę: Gratiarum deliciæ, Voluptæ uulnus, aperi.

Θυητωρ.) De Ptolemæo epigramma: Peſte perijſti, totam terram deuorante, priuſquam ſceptrū patrium iuuenili manu prehenderes.

Θύειν.) Sacrificare dijs, uel Chaldæi, gēs * Perſica, primi inuenerunt, uel Cyprij.

Θυηπολεῖν.) Pollicētur ſacrificijs ſe deos placaturos eſſe.

*Reliquiæ Apoſtolorum.* Θύινα. Sub Zenone imperatore, Barnabæ apoſtoli & comitis D. Pauli reliquiæ, in Cypro ſunt inuentæ: & in pectore Barnabæ Euangelium ſecūdum Matthæum, quod folia thyina habebat. Precioſi ligni genus eſt thyum.

Θύλακος. Ariſtophanes in Pluto: Farina nulla eſt in ſacco.

Θυλήματα.) Farina oleo & uino miſta in ſacrificijs offerebatur.

Θύματα.) Ariſtophanes: Victimæ nullę ſunt præter barbas & cornua. De hoſtijs ſine carnibus.

Θυμβροφάγος ἀνήρ.) Thymbra (ſiue cunila, ſiue ſatureia) herba agreſtis & acris. Eam igitur qui eſitat, intelligit hominē acrem & perſequentem inimicitiarum.

THYMOETATAE, municipiū Hippothoontiæ tribus à Thymœta heroe.

*Explicatio ſomnij.* εἰ θυμιᾷ σοί τις, πικρὸν τ' ὄναρ φίλει.) Si quis fumum tibi facit, acerbum id eſt ſomnium. ὀνειροκριτικόν.

Θυμέλη.) Sæpè in tibiæ cātu & in ſcenis florens germē Acharnenſe, hedera texit comā. id eſt, ſæpè uictor eſt coronatus.

Θυμοβαρής.)

*Tumulum iuxta Aiacis in Rhæteo littore*
*Animo ægra Virtus ploro ſedens.*

Θυμομαχοῦντες.) Polybius: Partim deſperatione, partim dolore impulſi, animos ſumpſerunt.

Θύμον.) Et haſta & clypeo eum eis pugnabimus, epoto thymo acido. Ariſtophanes in Pluto: O' qui multum thymi cum domino meo eſitaſtis: id eſt, qui æquè atq; ille pauperes eſtis. id eſt: O' boni uiri, qui uili cibo contenti eſtis, quia iniuriam facere non uultis. ſimul etiam agri aſperitatem criminatur. Alludit ad Heſiodum illud: Non norunt mortales, quanta inſit utilitas maluæ & aſphodelo. Thymum, uilis herba eſt. *Frugalitas iuſtitiæ conſeruatrix.*

Θυμός.) Cupiditas & ira ſunt facultates animi appetentes. Sed ira differt à cupiditate, quòd quo pacto fiat, quæri poteſt. Quid enim? An non & iratus uiciſſim lædere cupit eum à quo læſus eſt? Quid uerò? Non'ne & ratio diſciplinas appetit, & præcepta? Reſpondemus: cupiditatem & de genere dici, & de ſpecie: ſicut διάθεσις diſpoſitio, & in genere de habitu dicitur, & ſpeciatim, cum ab habitu diſtinguitur. *Cupiditas & ira quomodo diſtinguantur.* Qui autem iram definit cupiditatem uiciſſim lædendi: non phyſicè, ſed dialecticè definit. Neq; enim iræ eſſentiam explicat, (ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ θυμοῦ ἔχει τὸ εἶναι ἀντιτιμωρίας ὄρεξιν) ſed id quod in iræ eſſentia habet, ipſo eſſe reſecto, definit: è quo ne ea quidē quæ iram cōſequuntur, definiri poſſunt. ſicut neq; is, qui iram feruorem eſſe dicit ſanguinis cor circumdantis, ex cupiditate uiciſſim lædendi. Sic enim ea quæ conſequuntur declarat, quòd palpitatio quædam cordis ſequatur iratos: & quòd calor iuxta illas partes exiſtat, quòd rubeſcant irati, idq; propter ſanguinis commotionē: quòd affectus animi, qui ſunt utriuſq; partis, ne cogitatione quidem ſeparari poſſint. *Affectus cupiditatis & iræ non facilè diſtinguuntur.* Quia uerò ira eſt in ratione, & in ſpiritu, & in uiuo corpore, uelut eum ratio ſpiritui concedit appetitū: ſpiritus uerò appetitiōe mouet animantis ſanguinem, qui iuxta cor eſt, quemadmodum ſe res habet in rege, duce atque exercitu. nam duci poteſtatem dat ulciſcendi aliquos: dux concitat milites, hi ulciſcuntur. Proinde θυμός, ita quæ in ratione *Ratio rex.*

*Spiritus dux. Sanguis uiles.* tione eſt, nõ eſt inſeparabilis ab animante. ea enĩ à toto corpore ſeparari poteſt. Quę aũt in ſpiritu, ſi nõ à toto corpore, à terreſtri certè eius parte ſeparari poteſt. Tertia uerò illa, hoc eſt feruor ſeu ebullitio ſanguinis circa cor, inſeparabilis eſt à uiuo corpore.

θυμὸς ἑπταβόειος.) Animus ſeptẽ boum, id eſt magnus. Translatio ſumpta eſt à clypeo Aiacis ſeptemplici. Creõ in Oedipode: Iræ nulla eſt ſenectus alia, niſi mors. Mortuos uerò nullus attingit dolor. Prouerbium, ut ex Alcæo apparet, uſitatum, ὅτι ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει, Irã poſtremò ſeneſcere: quòd unà cum ætate augeatur iracundia.

θυμοίτης.) Thymœtes rex Athenienſium. Thymœtadæ dicuntur à Comicis Acharnenſes, ut agreſtes & duri: ab iracundia ſcilicet, quæ Græcè θυμὸς eſt.

*Rhodiorũ ſtatuæ.* θύον.) Rhodij tributum exigebãt à regibus. Maſſanas enim eis miſit eboris talenta XXX, thyi L, ad conficiendas ſtatuas, quas conficere decreuerant.

θυωρός.) Pherecydes dixit, Menſam à dijs uocari thyorũ, fortaſſis ab aſſeruandis uictimis.

θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια,) Foràs Cares, nõ amplius ſunt antheſteria. Alij ob multitudinẽ Caricorũ ſeruorũ dictũ putant, quòd antheſterijs non laborarent, ſed cõuinarentur. Eo itaq; feſto peracto, heros ſic dicere ſolitos, cũ illos ad opus faciendũ ablegarent. Alij ſic efferunt: θύραζε κῆρες, οὐκ ἐν Ἀνθεστήρια. Foràs lemures, non inſunt antheſteria: quaſi animæ antheſterijs per urbem uagarentur.

*Animarum uagatio.* θύραθεν.) Erat inſania illa non extrinſecus, ſed intus. Nã intrinſecus rabie & furore agitabatur homo natura improbus, & poteſtate præditus.

THYRGONIDAE, municipiũ Ptolemaicæ tribus.

θύραι οὐρανοῦ ἀνεῳγμέναι.) Cœli fores apertæ: id eſt, ea quæ diuinitùs ſuppeditantur. Dauid.

θυρεπανοίκτης.) Apertor forium Crates Thebanus dicebatur, quòd quaſuis ædes ingrederetur.

θύρσος.) Epigramma: Pani Biton capellam; Nymphis roſas, thyrſos Baccho. Triplex ſub frõdoſis munus poſuit comis.

θυσία.) Sacrificia quędam δωροφορικαὶ offerunt munus, quædam ἀπολυτρωτικαὶ redimunt: quædam (pro διαλεκτικαὶ, lego διαλλακτικαὶ) placant, quædam ἀποπληστικαὶ explent, ſeu uota exoluunt.

THYSTIVM, ſiue Thytium, urbs Aetoliæ.

PRINCIPIVM LITERAE K.C.

CAbyle, Thraciæ regio, (ἵδρυμα) fanum ad Taxum flumẽ in Thraciæ meditullio: non procul à regione Aſtorum (ciuium) unde fit Abylenus.

καδίσκος.) Vas quoddã, in quod iudices calculos cõijciebant. Phrynichus in Muſis: Hem cape calculũ, cadiſcus tibi præſtò eſt: hic q abſoluit, ille qui condẽnat.

CADMEA, Thebanorum arx.

καδμεία νίκη.) Cadmea uictoria, id eſt inutilis & mala: uel quòd Eteocles & Polynices duello cõgreſſi, ambo perierũt. uel quòd Thebani uictores, pòſt ab Epigonis ſuperati fuerunt: uel quòd Oedipus ænigmate ſoluto, matrẽ præmij loco uxorem duxit: uel quòd Cadmus dracone, qui Martium fontem cuſtodiebat, interfecto, annos 8 Marti ſeruijt. Dicitur etiam de ijs, qui cum hoſtes uincant, plures ſuorum amittunt.

CADMVS Pandionis F. Mileſius hiſtoricus, qui ſecundũ quoſdam, primus hiſtoriã ſoluta oratiõe ſcripſit, Orpheo paulò iunior. Scripſit ędificationem Mileti, & totius Ioniæ, lib. 4. Cadmum aiũt primùm literas intuliſſe in Græciã, quas Phœnices primi inuenerint. Vnde in Epigrammate in Zenonem: *Inuentio literarum.*

*Si patria eſt, Phœnicia: quid tum? fuit & Cadmus*
*Ille, Phœnix, à quo ſcriptam Græcia habet paginam.*

Cadmus Archelai F. Mileſius hiſtoricus iunior (quidam Lycinum & Cadmũ annotant. fortaſſis igitur eſt alius) ſcripſit ſolutionem amatoriarum affectionum lib. 14. & Atticas hiſtorias lib. 16.

κάδους.)
*De tribus uineis tres conſecrauit hoſce*
*Impletos uino recẽti primùm expreſſo cados.*
in Epigrammate.

CADVIAS, rex Scytharum.

CARIA, nomen urbis.

CAIN, Abelis frater, homo auarus: Abel uerò iuſticiæ ſtudebat. Cain Abelis cadauer à ſe interfecti occuluit, facinus ita clàm fore ratus. Quia uerò rapax & auarus fuit, mẽſuras & põdera & agrorum limites excogitauit: atq; urbe cõdita, ſuos conuenire eòdem coegit, qui ſe re bellica exercebant. Quidam diaboli ſatu tradunt editum Cainum, & ex odio fratrem Abelem ſuſtuliſſe. Nam hac de re Chriſti etiã dictum ad Iudęos in Euangelijs *Caini inuentа. Diaboli filij.*

„ gelijs extat: Vos, inquit, filij eſtis diaboli: „ pater ueſter ab initio homicida eſt, & mendax, & pater mēdacij. Quid uerò illud ſibi uult: Qui Cainum occiderit, ſeptuplum luet? Reſpōſio eſt huiuſmodi: Suo quiſq; peccato morietur. Qui uerò *Septenarij uſus in ſacris.* cædem auſpicatus fuerit, eiusq; peccati autor, ſeptuplum luet: hoc eſt, multifariam. Vſitatum enim eſt Scripturæ, hoc uti numero indefinitè, ut ſit multitudi„nis infinitæ ſignificans: ut, Redde uicinis „ noſtris ſeptuplum. &, Sterilis ſeptenos „ peperit. &, Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. *Poſt condemnationem uerò Cain deterius uixit. *Vita morte acerbior.* nam obitus quidem uitę malorū affert requiem: ſed in metu & dolore uiuere, infinitarū mortium ſenſum affert. Tremens igitur & gemens Cain, quaſi à dæmone occupatus, in epilepſia uitā ſuam omnē exegit: ſigno * eo à quodam accepto, ne interficeretur. *Septē peccata Caini.* Vltionē autē, ſiue peccata Caini dicas, ſeptē inuenies: ſiue ea quæ de eo Deus dixit, ne ſic quidem aberrabis à ſentētia. Nā in Caini facinoribus, 1, ineſt Inuidia, ob Abelem ipſi prælatum, 2, dolus, cum fratrē ſecum exire in campum iuſſit. 3, cædes, additamentum malorū. 4, fratris cædes. 5, quòd primus homicida malum uitæ exemplum reliquit. 6, id qđ ipſe Cain patefecit: Si me nunc, inquit, eieceris è terra, & à uultu tuo occultatus fuero. grauiſſimum ſupplicium eſt ſeparatio à Deo, ſanis hominibus. 7, quòd pœna non occultatur, ſed ſigno manifeſto denunciata eſt omnibus per tremorem & gemitū. Omnis igitur, inquit, qui nunc te occidere auſus fuerit, malis te huius uitę liberabit, tuumq; ſupplicium tollet. Quare, inquit, poſuit Deus ſignum in Caino, ne quiſquam qui eum reperiſſet, illum occideret.

*Nodus Gordius.* κάθαμμα λύειν.) Nodum ſoluere. De ijs qui aliquid indiſſolubile ſoluere inſtituunt: ſumptum à curru Midæ. Oraculū enim Phrygibus erat redditum, qui nodum eius currus, quo Midas uectus eſſet, ſoluiſſet, eū Aſiæ potiturum: id quod fecit Alexander.

*Victima humana.* καθαίρει.) Pro expiatione urbis occidebant quendam * certo habitu ornatum, qui κάθαρμα dicebatur.

καθάρσιον.) Mos Athenis fuit luſtrare cōcionē, theatra, deniq; cōciliabula populi, minutiſſimis porcellis, quos luſtrales *Expiationes.* dicebāt. Hoc uerò faciebāt ij, q uel à circūeūdo, uel à Veſta, Periſtiarchi dicebāt.

κάθαρσις γυναικῶν μανισῶν.) Theopōpus libro nono Philippicarum hiſtoriarum, cùm alia plura admiranda de Bacide narrat: tum quòd aliquādo Lacedæmoniorū uxores furore percitas luſtrarit, ab Apolline illis expiator datus. *Bacis.*

καθ' αὑτοῦ Βελλεροφόντης) Contra ſeſe Bellerophontes. De ijs qui ipſi ſibi mala accerſunt. *Vrias brieff.*

καθ' αὑτὸ, δι' αὑτό.) Per ſeſe, propter ſeſe. *Oppoſitiones cauſarū efficientium, & finalium.* Primam oppoſitionē ſumis à cauſis efficientibus, alteram à finalibus. uelut: Viſum per ſeſe habemus, diuitias non per ſeſe, ſed propter aliud. Sic in altera etiā oppoſitione: Virtuti propter ipſam ſtudemus, & non alterius rei gratia. *Per ſeſe. Propter ſeſe.* Quamuis enim remuneratio nulla conſequatur, ipſa propter ſeſe amplectenda eſt. Vires autem non propter ipſas habemus, ſed alterius cauſa. Si quid igitur propter ſeſe, id omnino etiam per ſeſe: non autē, ſi quid per ſeſe, id etiam propter ſeſe. uelut: Propter ſeſe ineſt animo uirtus, & eſt per ſeſe. nam effectrix cauſa uirtutis, ipſi animo ineſt. Neq; enim aliquid externum is requirit ad uirtutis actionem. Eodem modo & corpori propter ſe bonum eſt ſanitas, eoq; & per ſeſe. *nec tamen etiam per ſeſe omnino, & propter ſeſe. Per ſe enim animę ineſt uidere: non autem propter ſeſe, ſed propter uirtutē: aut incolumitatem. Eodem quoq; modo ſi quid propter aliud, id omnino etiā alterius cauſa eſt: non autem è cōuerſo. Nam diuitiæ quidē mercaturæ ſeruiunt, rebus'ue ſimilibus: ſed & alterius gratia ſunt, uirtutis ſcilicet. Videre autem & ualere, alterius quidem gratia ſunt: ſed nō item propter aliud, ſed per ſeſe. Opponitur igitur ei quod per ſe eſt, id quod eſt propter aliud: ei uerò quod propter ſeſe, id quod eſt alterius gratia. Fieri tamē per accidens ſiue fortuitò poteſt, ut id quod per ſe eſt, ſit propter aliud. *Idē & propter ſeſe & propter aliud expetendum.* Nā ſanitas p ſe ineſt corpori: ſed fieri poſſit propter aliud, ut propter medicū, ut qui ſuſtulerit id quod corpori incommodat. Nam hic quidem ea remouet quæ nocent: natura uerò rebus moleſtis liberata, ſanitatem ſibi cōgruentem efficit. Et uirtus per ſe expetenda, fortuitò etiam bonæ exiſtimationis gratia coletur: uerùm non per ſeſe, ſed fortuitò. Eodē modo ſanitatem etiam per ſeſe corpori expetendā, alterius gratia expetendam eſſe dixeris, ut hæc atq; alia agendi cauſa.

καθεῖναι.) Antiſthenem aiunt primùm *Antiſthenes.*

aluiſſe

aluiſſe barbam, baculo & pera nſum,

καθῆκον, officium.) Hac uoce primùm eſſe uſum Zenonem Citticum ferũt. καθῆκον autem eſſe dicũt, quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi poſſit: ueluti id quod cõſequens ſit in uita, quod ad bruta etiam & ſtirpes extẽdatur. cerni enim in his etiam officia. Nomen ex eo factũ, quòd ad aliquos ueniat: (ἥκειν lego pro εἴκειν) atq; eſſe actionẽ ſtatui naturæ conſentaneam tradunt. Ea enim quæ appetitione agantur, partim eſſe officia, partim contra officium. Officia eſſe, quæ rationi agere cõueniat: ut eſt honorare parentes, fratres, patriam, morẽ amicis gerere. Contra officium, quæ agenda non eſſe, ratio conuincat: ut ſunt, negligere parentes, non curare fratres, amicis non obſequi, deſpicere patriam, & ſimilia. Neq; officia, neq; contra officium, quæ ratio neq; fieri iubeat, neq; uetet: ueluti, feſtucam tollere, ſtylum tenere, aut ſtrigilem, & ſimilia. Ac alia eſſe officia abſq; circumſtantia, ut hæc: (Valetudinis pro ἀγνείας lego ὑγιείας) Caſtitatis rationẽ habere, & ſenſuum, & ſimilia. cum circumſtantia: ut mutilare ſeſe, & rem familiarẽ diſſipare. Eadem ratio eſt eius etiã quod eſt contra officium. Polybius: Audent plus quàm decet, contraq; officium faciunt. Præterea quædam officia ſemper conueniunt, quædam non ſemper. Ac ſemper cõueniunt, interrogare & audire, ambulare, & ſimilia. Eadem ratio eſt eorum etiam quæ ſunt contra officium. Eſt & in reb. medijs quoddã officiũ: cuiuſmodi ſit, ut pueri pareãt pædagogis.

*Officia.* *Contra officium.* *Indifferentia.* *Circumſtantiæ officiorum.* *Mediarum rerum officium.*

καθῄρηντο τὰς γνώμας.) Pleriq; abiecerant animos, uſq; adeò, ut, præ timore, fidei etiam erga reges obliniſcerentur.

καθῄρει.) Traianus nec inuidebat cuiquam, neq; cuiquam magiſtratũ adimebat, ſed prorſus oẽs bonos honorabat: eoq; nec timebat quenquã, neq; oderat.

καθίει.) Periculum faciebat uiri, eum ſocium ſe habiturũ eſſe conatuum ſuorum exiſtimans.

καθιεὶς.) Subinde falſos nuncios per exploratores ſpargendo, eos aſſuefaciebat, ut modeſtè procederent.

*Fiſtula regia.* καθικόμενοι.) Omnes reges, & ſocios & amicos appellant eos, qui eiuſdẽ ſpei ſocij fuerunt: Rerum uerò potiti, eueſtigiò tractãt eos qui ipſis crediderunt, nõ ut ſocios, ſed ut ſeruos.

καθιππάζεσθαι.) Bion ſophiſta uarius fuit, & multas anſas ijs dedit, quibus inſectari philoſophiam lubet.

καθιστάμενος.) Cæſar in Aſiam uenit, ut & prouincialium & Parthorũ res emendaret. Criton in Geticis: Cum eo congreſſus & bellum gerente, & imperium conſtituente.

καθοσιωθεῖσαι.) Ne quid mali patiãtur, Deos fore ſponſores: quibus conſecratæ, conſuli ſupplicaturæ ſint.

καθ' ὕδατος γράφειν.) In aquam ſcribere. De ijs qui fruſtrà laborant.

καθ' ὕπνους.) *Somniorũ explicatio.*

*ὄναρ καθ' ὕπνους νητρεκὲς λέγει τόδε,*
*θανὼν καθ' ὕπνους φροντίδων ἔσῃ δίχα,*
*γελῶν καθ' ὕπνους δυσφόρους ἕξεις τρόπους,*
*κλαίων καθ' ὕπνους παγχαρὴς πάντως ἔσῃ.*
*Somnium hoc uerum & certum ſtatuito.*
*Mortuus in ſomnus, abſq; curis eris:*
*Ridens in ſomnis, moroſus eris, & triſtis:*
*Plorans in ſomnis, lætiſſimus omnino eris.*

καθυφεῖντο.) Multi in exitiũ ultrò ruebant, ob penuriã, & cõtinentes labores.

καθυφίεντο.) Samuelis prophetę filij largitionibus & turpibus lucris commutabant æquitatem: id eſt, quæſtũ pluris faciebant quàm æquitatem.

κακὰ κακῶν.) Mala malorũ. Diocles.

κάκη.) Aelianus: Legislator morte mulctabat eum, qui per ignauiam ſtationẽ ſuam deſeruiſſet.

κάκη εἴξας.) Aelianus in Varia hiſtoria: Nullus famulus fertur, dolore uictus, dominũ ſuũ prodidiſſe. & rurſus: Neceſſitate uocante, non eſt indulgendũ ignauię.

κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.) Menander in Sicyonio: Malus aſpectus eſt, & timidus in eo animus.

κακία.) Vitium. Virtutibus proportione uitia reſpondẽt. Nam alia prima ſunt, alia his ſubiecta: uelut imprudẽtia, ignauia, iniuſticia, intemperantia, incõtinentia, ingenij tarditas, mala deliberatio. * Oriuntur autẽ uitia ab ignorãtia, & ea quæ cũ uitijs coniuncta ſunt, & actiones uitioſæ, & homines uitioſi. ἐπιγεννήματα acceſſiones ſunt, ἀθυμία deſperatio, δυσφροσύνη uæcordia, & ſimilia. Apud Apoſtolum autẽ eſt κακία malicia, alios lædendi ſtudium.

*Ignorantia fons uitiorum.*

κακία.) Duplex huius uocis uſus eſt. nam & ueram improbitatem ſignificat: ut eſt ſcortatio, adulteriũ, auaricia, periurium & perfidia, obtrectatio. Fames autem, peſtilentia, mors, morbi, & reliqua, non ſunt mala, quia ſæpè nobis cauſæ ſunt bonorum. De hoc malo Propheta loquitur, cum negat in urbe malum

*Calamitates non malæ.*

eſſe,quod non fecerit Dominns.

*κακοδαίμων.*) Infelix eſt,homo (grauis ἐπεχθὴς, ſed lego ἀπεχθὴς) deo inuiſus, & animo præditus perturbationū pleno.

*κακοζηλία.*)Callinicns Syrus ſcripſit librum de affectatione, ſeu peruerſa imitatione oratoria.

*κακοπινέστερον.*)

*Tanqnam niro capto forti,ni me dncit,*
*Ignor at ſe tollere cadaner:aut fumi nmbram*
*Simulacrnm inane.neq; enim ualentem*
*Cepiſſet me.neq; enim paſſus eſſem,niſi dolo.*
*Nūc deceptus ſum infelix. Quid eſt agendū?*

*κακορροθεῖ.*) Ariſtophanes: Totam noſtram urbem maledictis inceſſit.

*κακὸς κακῶς.*) Malus iſte malè pereat, niſi uel ante uotum hoc perijt. Nam dignus fuit,qui ſuperiore tempeſtate periret. Auſus enim eſt parricida grauiore malo extingnere malum.

*κακοτεχνιῶν.*) Malarū artium actio dabatur in eos,qui teſtes mendacij conuictos ſubornaſſent.

*κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν.*) Mali cornl malum ouū. Prouerbiū hoc alij accipiūt de aue,quę nec ipſa,nec ouū eius ſit eſculētū. Alij de Corace oratore Syracuſano, qui primus dicēdi artē docuit. Nā cū hic à Tiſia diſcipulo mercedē poſtularet, coram iudicib. ille dixit:Si me niceris,nihil didici: ſin uictus fueris,mercedē nō accipies. Indices adoleſcētis argutias admlrati,exclamarunt:Mali corui malū ouū.

*κακῶν.*) Malorum Deus cauſa nō eſt. Mala.
Mala uerò propriè dicimus,non ea quæ pleriq; è uulgo ſic appellant: ſed uitia & intemperantiā,& cætera facinora,quæ à nobis ultrò ſuſcipiūtur. Eorū cauſa nos ſumus,nō qui cōtraria lege ſanxit Deus.

*κακῶν πανήγυρις.*) Piſides:

*καὶ πάντες ὥσπερ ἐν κακῶν πανηγύρει*
*ἄλλος κατ' ἄλλην συμφορὰν ἠδυστύχει.*
*Omnes tanqnam in ſpectacnlis malornm*
*Alijs alij calamitatibns conflictabamnr.*

Dicitur de maximis malis.

*κακώσεως.*) Malæ tractationis actio datur pupillis dotatis cōtra maritos,& cōtra liberos parentibus, & cōtra tntores pupillorum defenſoribus.

*κακοῖς ἐπισωρεύων κακά.*) Iochus Perſa Aegyptū diripuit, Apidē occidir, Memphin euertit, mala cumulans malis.

*κακοὶ τῆς πονηρίας πίνουσι τὴν ὁμίχλην.*) Mali improbitatis bibunt caliginem. De ijs qui inſtas perſoluunt pœnas.

*κακοῦν τὸν πηλόν.*) Malè tractare lutū: i. cōtumelia dignū cōtumelioſè tractare.

*καλαυρία.*) Calauria inſula ꝑpe Trœzenem:olim *εἰρήνη*,id eſt pax dicta.

*καλὰ δὴ πεπιγῆς.*) Bene ſanè ſonas: id eſt, dicis.

CALAMINTHA, herbæ genus: quæ cum uritur,ſerpentes fugat.

CALAMITES.) Demoſthenes de Corona:Heliſio iuxta Calamiten heroem.

CALANVS Indus,unus ex Brachmanibus(ſic autem quemuis ſapientem dicunt Indi) cuius obitum Alexander funebribus ludis ornauit, inſtituto poculorum meri certamine, ob Indicam uinoſitatē. Hic Alexādro ad omnes quæſtiones ſoletter reſpondit.

CALLIAS, Athenięſis comicus, Lyſimachi F. cognomēto Schœniō, quòd pater ei⁹ reſtio eſſet: fabulas ſcripſit Aegyptium, Atalātam, Cyclopes, Pedetas, Batrachos, Scholazontes.

Callias,cognomēto Laccoplutus,ab opum affluētia, legatus ad Artaxerxem miſſus,fœderis à Cimone facti iuſiurandum firmauit.* Quo tempore Lacedæ- *ἡ πεντηκον-*
monij,Pliſtoanacte Pauſaniæ F. regnan- *ταετία.*
te, Eleuſinem & Thriaſium campū igni ferroq; uaſtarūt: quinquagenario fœdere adhuc durante, quod à pugna Platæenſi inchoatum, deſijt ſub captiuitatem Sami & Corcyræorum principum.

Callias Syracuſanus, inrè meritoq; re- *Mendax hi-*
prehenditur. nam ab Agathocle ſuſce- *ſtoricus.*
ptus, magna mercede nunciam ueritatis hiſtoriam uendidit, nec unquā præbitorem per iniuriam laudare deſtitit. Nā cum is non pauca & aduerſus deos impiè,& contra homines iniuſtè perpetrarit,ſcriptor ille ait,eū & pietate & humanitate multum alios ſuperaſſe. Denique ſicut Agathocles bona ciuib. erepta ſcriptori, cum eius non eſſent, præter ius & æquum donabat:ſic pręclarus iſte hiſtoriographus ſcriptis ſuis ubique principi gratificabatur. Neque uerò difficile fuit ſcilicet, ad gratiam referendā, ſcribendis laudibus regias largitiones æquare.

*καλλίας πτερορρυεῖ.*) Calliæ pennæ excidunt. Perſtringitur Callias,quaſi omnē pecuniam amiſerit. Nam cum homo generoſi animi ſit, à calūnia uellitur. Atq; etiam fœminę pennas eius euellunt. Ad egeſtatē enim redactus eſt, patrimonio in meretrices effuſo.

*καλλίας*, quaſi pulchellos dicas, Attici *Simij.*
appellāt ſimios, mote ſuo reb. turpibus pulchriora nomina accōmodātes: ſicut Furias, Eumenidas.i.Benignas uocant.

*καλ-*

*καλλιγόλας.*) Cai⁹ Cęſar Caligula dictus eſt, uel ꝙ in caſtris natus: uel ꝙ in ijs aſſiduè uerſat⁹, militarib. calceis uſus eſſet.

Sacrificia.

*καλλιερῶ,*) Quoduis ſacrificiũ Deo gratum eſt. Chriſtiani autẽ Deo tũ litant, cũ ſe Deo ſiſtunt ſpiritu contrito, & corde ſummiſſo. Græci autẽ, id eſt ethnici ſeu profani, tũ ſe litare exiſtimant, cũ dęmoni alicui facto ſacrificio fauſta ſigna, fallacia illa qdẽ, in iecore uictimæ uiderint.

CALLICON, frater Empedoclis.

*καλλικυρίων πλείους.*) Plures Callicyrijs. Vt Lacedæmonij Helotes, Theſſali Peneſtas, Cretenſes Clarotas: ſic Syracuſani Callicyrios, qui undecunq; profugerant, agricolas habuerũt: ita eorũ aucto numero, ut dominos ſuos expellerent.

CALLIMACHVS Athenienſis, bello Perſico inuentus eſt mortuus, haſtis inſiſtens. *ἐπὶ δοράτων ἱστάμενος νεκρός.*

Callimachus, F. Batti & Meſatmes, Cyrenæus grãmaticus, diſcipulus Hermocratis Iaſenſis grammatici. Vxorem habuit Euphratis Syracuſani F. Sororis ei⁹ filius fuit iunior Callimachus, qui uerſu de inſulis ſcripſit. Tanta diligentia fuit, atq; induſtria, ut quouis carminũ genere poemata ſcriberet, ac ſoluta oratione plurima componeret. Sunt enim libelli eius amplius DCCC. Fuit tẽporibus Ptolemæi Philadelphi, cui priuſquam commendaretur, literas in uiculo Alexãdriæ Eleuſine docuit; & uſq; ad Ptolemæum Euergetẽ ætate proceſſit, qui CXXVII Olympiadis anno II regnũ ſuſcepit. Ex eius libris hi ſunt: Ionis aduẽtus, Semele, Argiuæ urbis ædificationes, Arcadia, Glaucus, Spes, Satyricæ fabulæ, Tragœdiæ, Comœdię, Carmina, Ibis (eſt autem poema de induſtria obſcuratum, inſectationem continens Ibidis, inimici cuiuſdam ſui; qui fuit Apollonius Argonauticorum ſcriptor) Muſeum, Tabulæ eorum omniũ qui in quauis diſciplina claruerunt, eorumq́; quæ ſcripſerunt, libris CXX. tabula & deſcriptio, ſerie temporum obſeruata, doctorum omnium qui ab initio fuerũt. Tabula gloſſarũ Democriti, & operũ. Menſiũ apud ſingulas gentes & urbes nomina. Origines inſularũ & urbiũ, mutataq́; nomina. De fluminibus Europæ. De Peloponẽſi & Italiæ mirabilibus & incredibilibus reb. De mutatis nominib. piſciũ, De uẽtis, De auibus, De orbis terrarũ fluminib. Miraculorũ ſingulis locis orbis terrarũ collectanea.

Libri Callima. bi 800.

Ibis Apollonius.

CALLIMACHVS Cyrenæ⁹, poeta heroic⁹, ſupioris ex ſorore nepos, Staſenoris & Megathymæ ſororis Callimachi F.

CALLINICVS, Caij F. Sutorius cognomẽto, ſophiſtes Syrus aut Arabius, ac potius Petræus, docuit Athenis. Scripſit ad Lupum de affectatione oratoria: Dedicationem ad Galenum: ad Cleopatrũ. De Alexandrinis hiſtorijs lib. X. Aduerſus ſectas philoſophorũ. De Romanorum renouatione, & alias quaſdã laudationes atq; orationes.

CALIPPVS Atheniẽſis philoſophus, diſcipulus Platõis, homo improbus, Syracuſis interfectus, cum tyrannidem affectaret. Ab hoc Plutarchus Dionem quoq; proditum eſſe refert.

CALLIRHOE fons Athenis, q̃ à IX ſiphonib. prius Enneacrunus dicebaẽ.

CALLISTHENES, uel Demotimi uel Calliſthenis F. Olynthius, diſcipulus Ariſtotelis, & conſobrinus, quẽ Alexandro Macedoni comitem adiunxit. Is uerò eum corti ferreæ incluſum, unà cum Nearcho tragico interfecit: eo quòd ipſi ſuaſiſſet, ne ſe ab Atheniẽſibus dominũ uocari uellet. Quidã uerò eos, ut Alexãdro inſidiatos, dicũt interfectos. Valuit extemporali dictione, magnoq́; impetu ferebatur. Tradunt etiã, Calliſthenem à pediculis conſumptũ eſſe. Vnde iambus ille, Pediculis ſcatentẽ ut olim Calliſthenes: de artis medicæ cõtemptu lòquẽs.

CALLIPHANES, Parabryconis F: De ijs qui eruditionẽ ſimulãt. Is eñ multorũ poematũ atq; orationũ initia uſq; ad ternos aut quaternos uerſus recitando, uariæ doctrinę famam aucupabatur.

Principia.

*καλὸν πρᾶγμα.*) Rem pulchram uocat, ad ſui uſum moderatam. Formæ aũt pulchri, boni ſiue honeſti, ſunt 4. iuſticia, fortitudo, modeſtia, ſcientia. His enim res bonæ cõtinentur. Pari etiam ratione turpitudinis ſũt partes 4. iniuſticia, ignauia, immodeſtiá, imprudentia. Dicitur honeſtum, id quod laudabiles facit eos, qui bono pręditi ſunt laudabili: aliter, id quod ad ſuũ munus exequendũ eſt idoneum, & quod exornat: ut cũ ſolũ ſapientem bonũ & honeſtũ eſſe dicimus. Aiũt autẽ, ſolum id quod ſapiens ſit, bonũ & honeſtũ eſſe. Dicũt item ſolũ honeſtum eſſe bonum, idq́; eſſe uirtutẽ: & quod uirtutis ſit particeps. Quod perinde eſt ac ſi dicerent: Omne bonũ eſſe honeſtum, & honeſtũ idem ualere quod bonũ. Videntur autem omnia bona eſſe paria, & omne bonũ ſummopere expetendum:

idq́; nec incrementum, nec decrementū accipere. καλὸν, pulchrum etiā eſt, quod oculos aut aures delectat.

*Robur forma potius.* κάλλος.) Pulchritudo, diſſimilarium in nobis partium, faciei, colli, manuum, cæterarum partium quæ primis facultatibus poſteriores ſunt, cōuenientia. Eadem ratione demōſtrari queat, vires eſſe pulchritudini præferendas. Priores enim in nobis ſunt ſimilares, in quib. eſt robur: quàm diſſimilares, in quibus eſt pulchritudo. Vnaquæq; enim diſſimilaris pars, ex ſimilaribus conſtat: ueluti facies ex oſſibus & neruis & carnib. Quapropter unà tollitur, illis ſublatis: ipſa uerò ſublata: illas non unà ſecum tollit.

καλὸς κἀγαθὸς.) καλὸς de elegantia formæ, ἀγαθὸς de animi bonitate dicitur.

καλῶ εἴδη τρία.) Honeſti tres formę ſūt: iuſticia, fortitudo, ſcientia.

καλούμενός τε καὶ ἄκλητος θεὸς παρέσται) Deus, id eſt Apollo, & uocatus & inuocatus aderit. Oraculū datum (Lacedæmonijs) Athenienſibus.

πάντα κάλων κινεῖν.) Omnē funem mouere, & explicare uela, ut uincas. Sumptum à re nautica.

*Latrocinij honeſtas.* καλῶς λῃστεύειν.) Latrocinari piè & humaniter, apud Thucydidem: cum neq; bos arator abigebatur, neq; noctu rapinæ fiebāt, & ſine cædib. præda parabaẗ.

*Inſcriptiones amatorum.* καλοί.) Proprium fuit amatorū, ut amaſiorum nomina in parietibus aut arboribus aut folijs ſcriberent, ſic: Ille uel ille eſt pulcher.

καλυψώ.) Calypſo, deæ nomen, non ſimplicis, ſed ſententiam ſuam cælantis. doloſam enim eam Homerus appellat.

κάλχη.) Calche, herba quædam, qua purpura tingitur.

*Parthi equites.* κάμαξ.) Parthi reflectūt equos retrorſum, rectis lignis circum colla eorum inuolutis.

CAMARINA & Gella, Siciliæ urbes.

καμειραῖα.) Anaxandrides Rhodius, Camiræus fuit.

CANDACE, Aethiopum regina.

*Numidæ.* κάνναις.) Cannis & ſtipulis utūtur Numidæ, ad caſas faciendas.

*Caniſtra Mineruæ.* κανηφόροι.) Philochorus ait, Erichthonio regnante primùm cōſtituras eſſe uirgines nobiles, ut caniſtra Mineruæ ferrēt, quib. ineſſent ea quæ ad ſacra Panathenæorū & aliarū pomparū pertinerēt.

CANTHARVS, comicus Athenienſis. cuius fabulæ memorantur: Medea, Tereus, Symmachiæ, Formicæ, Luſciniæ.

*Scarabæorum ortus.* κάνθαρος.) Scarabeus inuecto aſini ſtercore rotūdo pedib. id uoluit, & interuolendū ſemen emittit. Omnes aūt ſcarabei mares gignūtur, fœmina uerò nulla.

Cantharus, nomen portus Athenis.

κανθάρου μελάντερος.) Scarabeo nigrior. Et, κανθάρου σοφώτερος, Scarabeo callidior, de improbis & malicioſis.

κανθήλιος.) Xenophon: Babylone palmæ nō minores iugeri magnitudine naſcuntur, quæ onere urgente, curuantur ſurſum: ſicut aſini grandiores. (toſi.

CANNVS & Byblus, ambo calami-

*Ignis pugna cum reliquis dijs.* CANOPVS.) Olim ferūt Chaldæos, Ignem deum ſuum celebrare uolentes, paſſim circūtuliſſe, ut cū omnibus prouinciarum dijs cōpararetur: & is à quo ille uictus eſſet, ab omnibus iudicaretur deus. Ac cæterarum nationū dij, cum ex ære, argento, ligno, lapide, ſimili'ue materia confecti eſſent, facilè igne cōſumebantur. Itaq; ignem ubiq; uincere neceſſe erat. Eo audito, Canopi ſacerdos callidum init conſiliū. Fictiles hydriæ cōtinuis minutis foraminibus interpunctæ conficiuntur, ut per foramina illa aqua turbida colata, limpidiſſima reddaẗ. Harum hydriarum unam accepit, & foraminibus cæra obturatis, uarijsq́; coloribus depictam, & aqua replerā, pro deo collocauit: & ueteris ſtatuæ caput amputatū, quæ ferebaẗ gubernatoris Menelai fuiſſe, accuratè impoſitū, ſimulacro illi adiunxit. *Aqua ignis uicto Canopum deum facit.* Adſunt Chaldæi, acceditur ignis: cæra, qua obturata erāt foramina, liqueſcit. Hydria ſudante, & per foramina deſtillante aqua, ignis extinguitur. Sic calliditate ſacerdotis Canopus Chaldæos uincit, & ex eo pro deo colitur.

κάππα.) Tria Cappa ſunt peſſima: Cappadocia, Creta, & Cilicia.

CAPPARIS, herbæ genus, cuius fructus medicis uideẗ eſſe utilis. Zeno Citties capparim iurabat, ut Socrates canē.

καπηλικῶς.) Caupones uinū corrumpunt, uappa commiſta.

*Mons Saturnius.* CAPITOLIVM. Romul⁹ palatio cōdito, Capitolium etiā cōdidit, quod caput eſt urbis, quò & Palladiū Alba ablatum tranſtulit. Mons ille Saturnius olim nocabatur: pòſt, Capitolium: cum inter fodiendum fundamēta, caput hominis recens occiſi repertum eſſet.

CAPITO Lycius hiſtoricus, ſcripſit Iſauriā lib. 8. Metaphraſin epitomes Eutropij, qui Liuij compendium edidit, & de Lycia & Pamphylia.

καπυ

*καπνῦ σκιά.)* Vmbra fumi. De ualde tenuibus.

*Campani.* *καπύη.)* Capua, nomē urbis maximæ: quæ cum ad Carthaginenſes defeciſſet, autoritate ſua etiam alias urbes ad defectionem impulit.

*Macedonia. Amyntas. Eurydice.* CARANVS, unus ex Heraclidis, delectibus è Græcia habitis in Macedoniā uenit, tum obſcuram: & regno potitus eſt, & ſucceſſores habuit uſq; ad Philippum. Amyntas uerò Philippi pater, Eurydice Illyria ducta, filios habuit Alexandrum, Perdiccam, Philippum, (ὡς ἔνιοι καὶ ὑποβεβλῆσθαι τὴν εὐρυδίκην φασί) quos alij Eurydicen ſubdidiſſe aiunt. Bello autem cum Thebanis geſto, Philippum adoleſcentulum illis dedit obſidem: quem à Pammene quodam Thebano adamatū ferunt. Amynta mortuo, Pauſanias olim ab eo pulſus, reuerſus, pueris ui facta, regnum occupauit. Sed Eurydice, ducis Athenienſium circa Macedoniam uerſantis uſa auxilijs, Pauſaniam eijcit. Ac dum filij natu maiores rerum potiebantur, nihil eſt nouatū. Philippus uerò annos XXII natus, ſuſcepto principatu, multos & Barbaros & Græcos euertit. Athenienſibus etiam eripuit Amphipolim, & Theſſaliam ſubegit, & urbes XXXII Chalcidicas: quarū principes erant Olynthij, quibus Potidæam, Athenienſibus ereptam, fallēdi cauſa donauit. Nihilo ſecius tamē XL naues, Charete duce, auxilio illis miſerunt: quo tempeſtate impedito, urbem ab Euthycrate & Laſthene proditam euertit, reliquas cæpit. Reliquias Olynthiorum, Athenienſes ciuitate donarunt. Bellum cū Methonæis in Thracia gerenti, Aſter quidam ſagittâ (cui inſcripſerat, Aſter Philippo telum mortiferum iacit) oculum excuſſit. Philippus uerò & ipſe telum coniecit, cum hac inſcriptione: Aſterem Philippus captum faciet penſilem. Promiſſaq; pace, Aſterem ſibi deditum ſuſpendit. Cæpit & Cerſobleptem Thracum regem, ſocium Athenienſium: & Haloneſo potitus eſt, atq; alijs urbibus. Pòſt, bellū Phocicum eſt conflatum.

*Philippus. Pammenes. Pauſanias. Iphicrates. Philippi res geſtæ. Olynthij. Laſthenes. Euthycrates. Methonæi. Aſter. Cerſobleptes.*

*Perſarum uerecūdia.* *κάρδαμα.)* Naſturtium inhibet urinā, & ſputum. Qua de cauſa eo ueſci Perſas tradunt. Cauent enim, ne multum expuant, mingant, & emungant.

CARDIA, urbs Thraciæ, & nomē matris. unde Cardianus.

*Piſcibus nō opus pulmone.* *καρδία.)* Aquatica neq; *cor neq; pulmones habent. Quæ uerò pulmones habent, eorū calor internus per aſperā arteriam attracto aere refrigeratur. Piſces uerò branchijs admiſſa aqua, & clauſis, calorem internū cohibēt, ut pulmonibus els nō ſit opus. Alia quoq; ratione aquaticis non eſt opus ingreſſu aeris externi, refrigeratiōis ergò. Nā inſiti caloris fons eſt cor animaliū, ob idq; pulmones dati. Ac per inſpirationē cor refrigeratur, & fuliginoſa recrementa excernūtur. Neq; ēm abſq; reſpiratione diutius loqui poſſumus: eoq; ſpiritus, q eſt in pectore, conſumitur. Opus ergo nobis eſt aliū attrahere, ad uocē alendam. Simul autē inſpirare & loqui nō poſſumus: ſicut neq; inſpirare & expirare, q̄ ſunt contraria. Itaq; tragœdi carmina prolixiora recitaturi, multum prius hauriūt ſpiritum: itaq; loqui incipiunt, ut ſuppetat quod expirēt.

*Pulmones cordi ſeruiunt. Spiritū attrahere & emittere. Tragœdi.*

*Eleemoſyna.* *καρδία.)* Cor uirtutis, eſt eleemoſyna.

*καρδίαν.)* Cor ueteres dixerunt ſtomachum: unde Cardiogmus.

*καρδιωσάμενος.)* Victimarum etiā quas crematuri prorſus erant, corda ſeorſim pinguedine tecta, igni imponebant.

*κάρδοπος.)* Ariſtophanes: Cardopum (arcam panariam) maſculino genere dicit: ſicut Cleonymum quidā maſculino genere appellant, cum fœminino ſit appellādus. fuit enim homo effœminatus.

CARDVCHI, ſunt funditores optimi.

*καρικὴ μοῦσα.)* Carica Muſa: id eſt cantilena lamentabilis, quòd Cares alienos mortuos mercede lugerent. Alij barbaram & obſcuram interpretantur, quòd barbara uox ſit Carum.

*καρικὸς οἶνος, καὶ καρικὸν θῦμα.)* Caricū uinum, & Caricum ſacrificium. Cares canem immolabant. De ijs igitur dicitur, qui oſſa nuda carnibus, & non eſculenta membra immolant.

*Tyrānica libido, crudelitas, auaritia, uecordia.* CARINVS, Cari imperatoris filius, poteſtatem adeptus (ἐν ἐξουσίᾳ βουλήσεως κύριος) ſuo arbitratu agēdi quiduis, eam acerbiſſima tyrannide commutauit, nomenq; ſuum factis lōgè ſuperauit. Nam pueris (pro εὖ lego εὖ γεγονότων) nobilib. factæ contumeliæ, ob aſſuetudinē, contumeliæ nō habebantur, cum ea delicta familiaria & quotidiana eſſent. Crimina etiā comminiſcebatur, & ius dicebat ijs qui læſi eſſent, neq; litigatorum ullus incolumis euadebat. Nā cum cædes multæ atq; ineffabiles perpetrarentur: quidā è beatis obiter conſumebantur, ſicut in cōmunibus epulis gallinæ, in Carini delicias. Meminiſſe autē ſe dicebat, quoſdā

eorum qui mactabãtur, nõ laudaſſe formam ſuam: alios, ſe adoleſcentẽ, cũ orationem haberet, non ita eſſe admiratos, ut uoluiſſet. Peribant etiã nõnulli, quòd corã ipſo riſiſſent: omnia deniq; eius facta grauiora erãt oſtentis, in medijs populis rabie quadã graſſantis. Ac qđ publicè prodeſſet, nihil prorſus egit Carinus: ſed delicijs & peruerſæ uitæ rationi deditus, cũ luxu cædes innocẽtium hominũ, à quib. utcũq; offenſus uideretur, cõiungebat. Proinde omnes acerbã illã tyrannidem cũ adoleſcentia permiſtam, cũ omnia abſurdè & abſq; ratiõe agerẽtur, grauiter & iniq; animis patiebant*.

*καρκάδοντα.*) Vectigal Charõtis eſt, ex obolis collectum, qui unà cum mortuis ſepeliuntur.

CARCINVS, Agrigentinus tragicus, (δράματα) fabulas edidit CLX. uicit unã. Carcinus uel Theodectis, uel Xenoclis filius, tragicus Athenieñſis, Olympiade centeſima floruit, ante regnũ Philippi Macedõis. Ex fabulis eius ſunt, Achilles, Semele ſiue Arche, Athenęo autore.

*καρκίνος λαγὼν αἱρεῖ.*) Cancer lepotem cæpit. De rebus quæ fieri nequeunt.

CARCINVS poeta Atticus, cuius liberos ſic quidam irridet:

*ὄρτυγας οἰκογενεῖς γυλιαύχενας ὀρχηστὰς,*
*νανοφυεῖς σφυράδων ἀποκνίσματα μηχανοδίφας.*
*καὶ γὰρ δίφας ὁ πατὴρ χαλεπὴν τὴν ἱστορίας ἀπήγξαι.*

Coturnices dicit, quòd ſint rixoſi: uernas, quòd in umbra nutriti, ut domeſticæ auiculæ, *γυλιαύχενας*, uel ob gracile, uel ob nullũ collũ: ſaltatores, quòd pater eos in fabulis ſaltãtes induceret. reliqua ad pumilionũ breuitatẽ ſtaturæ pertinent, pręſertim ſtercora ouiũ & caprarum: quæ parua cùm ſint, paruæ rei pars, parũ ac nihil potius erit. *μηχανοδίφας*, φ pater eorũ in fabulis machinas multas induxerit: unde à Platõe Dodecamachanos, à xij machinis eſt appellatus, quib. dij aſcenderent aut deſcenderent. Fecerat itẽ fabulam Mures: unde dicit, felem noctu ſuſpenſam eſſe.

*καρκίνου ποιήματα*, Carcini poemata, id eſt obſcura. nam Carcinus Oreſtem (ἀπὸ λίου) ab Ilio cædẽ matris fateri coactum, fecit per ambages reſpondentem.

CARNEADES, Afer, Cyrenæus, Philocomi filius, philoſophus (ἀφ᾽ ὧν περὶ ἡ νέα ἀκαδημία ἦρξατο) nouæ Academię autor. Hoc mortuo, tradunt Lunam defeciſſe, & Solem obſcuratum eſſe. Nunquid unà, & propter illum?

CARNEADES alius, Athenieñſis philoſophus, Anaxagoræ diſcipulus.

CASTOR Rhodi⁹, uel (ut qdã tradũt) Galata: ut uerò alij, Maſſilienſis orator, Philoromæus ab amore Romanorũ dictus: ducta uxore Deiotari * filia, ab eo unà cũ cõiuge eſt interfect⁹; φ illũ apud Cæſarẽ criminatus eſſet. Scripſit duob. libris de Babylone: Catalogũ eorũ q̃ mari dominati fuerũt: Annaliũ ignoratiões: De epicherematis lib. (IX) v. De pſuadendo lib. 2. De Nilo, artẽ dicẽdi, & alia. Deiotarus.

CARNIA, feſtum Apollinis apud Athenienſes.

*καρπῶν δίκη.*) Frugum actio. Ei qui fruges lęſiſſet, mulcta irrogabatur. *καρπῶν δίκη* etiam dicitur, ſi qui agrum ſibi uendicant. Qui ſi poſſeſſorẽ reum peregerint, etiam uſumfructum iure poſtulant.

*κάρτα.*) Malũ cohiberi nõ poterat: decerat enim imperator. Aiax apud Sophoclem, infanti filio ait: Nõ intelligere, malum eſt, doloris admodũ expers: donec, quid ſit gaudere & dolere, didiceris. Ignoratio calamitatis fortunata.

*κάρταλος.*) * Primitias areæ meæ & torcularis, offero Chriſto: cophinũ uuis plenum, Spiritui ſancto.

*καρτερία.*) Tolerãtia, ſeu conſtantia, ſcientia ſeu habitus rerũ, in quibus perſeuerandum ſit, aut ſecus, & neutrarum.

CARYANDA, urbs Cariæ.

*καρύκη.*) Ferculum Lydium, è ſanguine & multis alijs eſcis compoſitum. Pro uerbium, *μήτε Λυδῶν καρύκας, μήτε μάστιγων ψόφους*: Neq; Lydorum carycas, neq; flagellorum ſtrepitus.

*καρχαρόδους.*) In fabulis: Aſpeto cum riſu, tibi ſatis (inquit) pro medicatione mercedis eſt, caput è lupi faucibus ſaluũ abſtuliſſe. Lupus grat.

*Καρχηδών.*) Carthago, quæ & Byrſa, Africę urbs, maxima orbis terrarum, & potẽtiſſima fuit: quæ à prima origine DCC annos finitimis imperauit, à Scipione ſolo æquata: patria D. Cypriani. Carthago.

*κασαλβάδες.*) Meretrices, quæ amatores, cùm non habent, alliciunt: eos quos habent, eijciunt, ut alios admittant. Meretricii ingenium.

CASIVS, mõs iuxta Euphratẽ. Et Caſius Iupiter, cui Traianus crateres argenteos, & cornu bouis maximũ inauratũ, ſpolia Geticæ uictoriæ, dedicauit. Inſcriptiões donariorũ ab Adriano factæ, ſũt:

*Ζηνὶ τόδ᾽ Αἰνεάδης Κασίῳ Τραϊανὸς ἄγαλμα,*
*κοίρανος ἀνθρώπων κοιράνῳ ἀθανάτων ἄνθετο.*
*Ioui hac Aeneades Caſio Traianus monimenti ergò,*

Domi.

*Dominus hominum domino immortaliū dedicauit.*

CASII Peluſiotæ naturali ſolertia nodos implicabant, laqueos laqueis committentes. Caſio ſimilia nodo uincula. Epigram.

*χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας*
*Ζεὺς διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.*
*Aureum intactæ diremit nodū uirginitatis*
*Iupiter, cū ſubyſſet Danaes ferreū thalamū.*

CASPII montes, & Caſpiæ portę. Eſt ibi mare ab incurſu Oceani, cuius anguſtiæ Caſpiæ portæ dicuntur: reliquū, mare Hircanum. Circumcircà barbarę gentes habitāt. Caſpij habebant iacula, quibus pugnabant cominus, Caſpio lapide præfixo: quem & acerrimè uulnerare, & uenenum quoddā exitioſum relinquere in uulnere perhibent.

CASTALIA, fuit fōs in Daphne, quē accolere dicitur Apollo, & edere oracula, aura & flatu ex aqua aſpirante: undè qui iuxta fontem erant, ea dicebant, quę dæmones ſuggerebant.

Caſtanæa ſiue Caſtania, urbs ꝑpe Tarentū. Vnde Caſtanæus, & Caſtaniates.

*καταβραβευέτω* dicit Apoſtolus, ſi alio certante, alius coronetur.

*Votum pro longæuitate.* *καταγηράσαις.*) Conſeneſcas ultra Tithonum, Cinyra opulenntius, Sardanapalo delicatius: ut Prouerbiū in te cōpleatur, bis pueros eſſe ſenes. *Tithonus.* Tithonꝰ aūt ſenio cōfectus, ex uoto in cicadā eſt mutatus. *Cinyras.* Cinyras * priuignus Pharnaces, rex Cypriorum fuit, diuitiis inſignis. ** ἐπίγονος ex poſteritate.* Sardanapalus rex Aſſyriorum, ætate in luxu & deliciis exacta deceſſit. *Sardanapalus.*

*κατὰ δήμους δικασταί.*) Populares, ſeu municipiorum iudices olim XXX fuerūt, poſt XL: qui in municipiis ius dicebāt.

*καταδυναστεύει.*) Nō decet pauperes & infirmos opprimere.

*κατὰ θεῖον.*) Fortè fortuna, diuinitùs: cū aliquid, uel aliquis præter expectationē ſeſe, & commodè offert.

*κατὰ κάθετον.*) Ad perpendiculū, à ſummo ad imum.

*κατακελεύω.*) *σιώπα καὶ ἄκουε*: Tace & audi.

*κατακόρως.*) Muliebris ſexus & loquax eſt, & inſatiabilis.

*κατοκωχή.*) Diuinus afflatus paulatim aperit & abſtergit animi lumina.

*καταλαλῶ.*) Ne obtrecta uicino, ſed potius honorem habe.

*καταλογεύς.*) Cum Athenienſes decreuiſſent 7000 ciuium Reipublicæ ſummam mandare: fuêre quidam, qui ad id munus idoneos deligerent.

*καταλούῃ.*) Ariſtophanes: Tu quaſi mortuus ſim, rem meā familiarē lauādo conſumis. Moris fuit, elato cadauere, defuncti propinquos luſtrationis ergò lauari. *Lauatio funebris.*

*καταμέμφομαι.*) Etiam decreta diuina reprehendentes.

*κατεμηλοῦν.*) Specillum immittere: pro, res obſcuras coniecturis quibuſdam indagare.

*κατὰ ναῦν τὰ ἄρμενα.*) Prouerbium: Naui congruunt uela.

*κατὰ νοῦν.*) Vtrum acciderit, id ſibi fore gratum.

*κατανυγῆ.*) Apoſtolus: Dedit eis Deus ſpiritum compunctionis: non ſignificat actionē. ſed pro conceſſit uſurpatur. Loquitur enim de animi habitu deprauato & inſanabili & immutabili. Vt enim qui pietate cōpunctus eſt, non facilè ab ea diſceſſerit: ſic etiam improbitate compunctus, eā haud temerè mutabit. *Deus dans improbitatē, pro permittens.*

*καταξαίνειν εἰς φοινικίδα.*) Rubra ueſte in bellis utebantur Lacedæmonij: tū quòd is color uirilis eſſet, tum quòd (pro *σώματος* lego *χρώματος*) ueſtis ſanguineꝰ color ad fluxum ſanguinis contemnendum aſſuefaceret. *Rubra ueſtis militaris.*

*κατάστεφος.*) Re ex animi mei ſentētia cōfecta, redibis ad nos coronis redimitus.

*κατὰ πατέρα.*) Onulphus paterna ſtirpe Thurigū, materna* Scirū ſe eſſe dicebat.

*κατάπαυσις.*) Requies. Sabbathi dies, qua Deus deſtitit ab omnib. operibus ſuis: & qua Iudęi terram promiſſam ſunt ingreſſi. Significat & regnum cœlorum.

*καταπεφρόντικα.*) Ariſtophanes in Nubib. Veſtē amiſiſti? Nō amiſi, ſed diſcendi ſtudiis impendi: *Ich habs verſtudiert.*

*κατὰ πῆχυν ἐπιδίδου.*) Secundum cubitum: id eſt, non ſegniter, ſed ſtrenuè proficere. De ijs qui proficiunt in melius. Philoſophi progreſſiones nulla res impediebat: ſed potius ſecundum cubitū, ut ita dicam, prorſus proficiebat (*ἄχρι τοῦ πανικοῦ δυστυχήματος*) uſque ad Panicam illam calamitatem.

*κατὰ ποδὸς βάσιν.*) pedetentim. Prouerbium, de iis qui paulatim aliquid agunt, & arte, non ſubitò.

*καταρράκται.*) Catarractæ, rupes in Iſtro flumine, montis inſtar, quàm latus is eſt, ſub aqua enati: in quas fluuius incidens, cum maximo ſtrepitu regurgitat: & in rupibus murmurans, easq; ſuperās, uortices & ęſtus & charybdes, in orbē agitata fluxu, efficit. *Der ſtrudel.* Denique fluuius ijs in locis

non multū abſimilis eſt Siculo freto.

*κατασκεδάζειν.)* Moris erat Thracij, in cōpotationibus, cum cōpotores quantū potuerant, hauſiſſent, uini reliquum in eorundem ueſtes effundere: idq́; dicebatur *κατασκεδάζειν*, aſpergere.

*κατασκευάζειν.)* Apud Ariſtotelem ſignificat, uniuerſale demonſtrare, & nō tollere id quod poſitum erat.

*κατὰ σκοποῦ βλέπειν ἢ βάλλειν.)* Scopū petere, attingere.

Lætitia. *κατέσχη.)* Lætitia non repreſſa, ſubitò me uires omnes corporis defecerunt.

*κατεχόμενοι.)* Illo temporis articulo oppreſſi, coacti ſunt naulum acceſſum expectare.

*κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν ἔοικε.)* Theophraſtus de legibus: Aediles ſeu fori curatores, duas res curare debent: tum ut in foro modeſtia ſeruetur: tum ut mendaciis abſtineant non uendentes modò, ſed ementes etiam.

*κατὰ τὸ καρτερόν.)* Ariſtophanes: Et nauibus & pedibus, pro uiribus.

*κατὰ τὸ πρὸς.)* Afris & Gallis, odio Romanorum inter ſeſe conſpirantibus.

*κατατρύχειν.)* Non eſt uirorum, conficere ſeſe curis periculorum expertibus.

*καταφιλοσοφῶν.)* Silentio uincens.

*καταφθορά.)* Interitus, æterna mors, uel uita uitioſa & iniuſta.

*καταφρόνησιν.)* Thucydides: Dicere non poteſtis, quòd tribus his præditi, imprudentia, negligentia, mollicie, bellum nō geramus: ob ſingularem potius ſapientiam quieſcimus.

*κατὰ χειρὸς ὕδωρ.)* Aqua lauandis manibus. Vſurpatur de rebus facilimis & expeditiſſimis. Sic Teleclides in Amphictyonibus: Pax primùm omniū fuit, ut aqua ad manus. Affer puer coronam. Aquā lauandis manib. afferat aliquis. Tū ille: Cētauri, inquit, ſumus, aut quid? Olim cōniuis imponebātur coronę, quò caluam refrigerarent, cùm cōtra uini uapores, tum contra æſtum.

*καταχειροτονίαν.)* Mos fuit Athenis, ut magiſtratus & ſycophantæ apud populum deferrentur. Qui uerò manuum ſuffragiis damnabatur, in iudiciū adducebat.

Diuinatio è clypeo. *κατέχει πύλαιον ἐν χαλκείῳ.)* Ariſtophanes: Profūde umbilicū clypei oleo, quo magis explendeſcat. Sūt enim qui oleū inruentes, uaticinētur. Quid uides in clypeo? Senem præ metu fugientē, qui clypei ſplendorem ferre non poſſit.

*κατεχλιδή.)* Ariſtophanes: Popularis eſt ſententia, tidicula uerò ſplendidioribus, & ijs qui ſigilla habent.

*καταχύσματα.)* Mos fuit Athenis, cū nouitius ſeruus in ædes introducebatur, ut dominus aut domina ficubus, palmulis, nucibus, & aliis bellariis cum perfunderent, quæ à conſeruis rapeterentur. Idem fieri ſolitum tradunt etiam legatis, & ſacrorum curatoribus nouitiis, & ſponſis: iis deniq; omnibus, quibus bene ominarentur: quòd ſignum id eſſet proſperitatis & abundantiæ. Theopompus Hedychate: Affer tu carachyſmata celeriter, perfunde ſponſum & puellam. Rectè ſanè dicis. Bellariorū effuſio in nouitios.

*καταιβάτης ζεύς.)* Deſcenſor, uel demiſſor Iupiter, apud Athenienſes: uel quòd fulmina deiiciat, uel quòd ob mulierum amorem deſcendat. Iupiter deſcenſor.

*κατ᾽ αἶγας ἀγρίας τρέπειν τὰ κακά.)* In capreas conuertere mala. Prouerbium, de execratione.

*καταιονῶσι.)* Eſt & alia ratio pellendi fatigationes ex perfuſione capitis. * Nam deſcenſus in ſoliū, aqua meatibus undique circūfuſâ, ſudoris eruptionē obturat: ueluti ſi colum in aquā coniiciatur. Sudoris repreſſio.

*καταγλωττισμένον.)* Philoſtratus: Apollonius genus orationis uſurpabat nō dithyrambicū, & poeticis uerbis ſcatens: neq; etiam affectatū, & nimis Atticum. Quicquid enim modicū Atticiſmū excederet, inſuaue iudicabat: neq; uerba* extēdebat, neq; quiſquā ex eo quicquā ironicū audiit, neq; affectus mouentem auditoribus. Sed tanquam ex tripode, cum diſſerebat: Noui, inquit: &, uidetur mihi: &, Quò ruitis? &, Sciendū eſt. Sententiæ eius fuerunt breues, & adamantinæ: uerba propria, & rebus ipſis inſita: eiusq́; dicta ita ſonabant, quaſi de regio ſolio pronunciarentur. Apollonij dictio. Sententiæ.

*κᾆτ᾽ ἔγωγ᾽ ἐξηγρόμην.)* Deinde experrectus ego fui. In eos qui mentiūtur. Nam cum Bacchus apud Ariſtophanem ſe nauali pugna XIII hoſtiles naues demerſiſſe gloriaretur: Hercules ſic ei reſpondet, ſignificans, eum id in ſomnis feciſſe. Alij Bacchum hoc dicere aiunt, quòd hoc uſurpent ij qui de induſtria mētiantur: quò ſignificent, ea quæ dicant, ſomnij eſſe ſimilia.

*καταγνῶν.)* Facilè potiturū eo, quod melius eſſe uideatur.

*καταδημαγώγησε.)* Arrianus: Iſta ſolertia, ſingularem humanitatem præ ſe ferente, id conſecutus eſt, ne ſibi diffiderent,

rent, quamuis uicinos oppugnanti.

*κατ' ἱμαοῦ ὤμνυον.*) Qui olim admirationi & conſpicuus fui: nunc iuſiurandũ ijs factus ſum, qui me pridẽ admirabantur. Per meas enim iurant calamitates.

*κατ' ἐνόπλιον ἢ κορύλειον.*) Rhythmi gen° eſt, ad quẽ arma cõcutientes ſaltabant.

*καταπτᾶται.*) Iob metuens ne à Deo deſereretur: Cur, inquit, nomen tuũ male audit propter me?

*καταστάσεις αὐτῆς τοῦ μέλλοντος.*) Prndenti conſilio capto ad ea quæ imminebant.

*κατεξανιστάμενος.*) Munerum largitiónibus & ſumptib. ſuppeditãdis, alacres eos ſibi effecit adiutores.

*κατέρραξας.*) Me eum extuliſſes, alliſiſti, Dauid.

*κατειπεῖν.*) Stipulatus taciturnitatis fidem: ne, ſi diſplicuiſſet, arcanũ proderet.

*κατέστρεψε.*) Illa etiã ratio eũ incitabat, Tyrrhenos, homines natura intemperãtes, hoſtiumq́; aduentum minimè ſuſpicantes, luxuriare, & ocium agitare.

*κατὰ χειροτονία.*) Dicebat præco: Cui Midias uidetur iniuſtè feciſſe, manum tollat. Deinde manum qui uolebant, extendebant. Hæc erat *κατὰ χειροτονία*, condemnatio. *ἀποχειροτονία* uero, id eſt abſolutio, erat huiuſmodi: Cui Midas non feciſſe uidetur iniuriam, tollat manum. Quo facto, dinumerabantur à præcone manus: & prout numerus maior erat: ita reus uel damnabatur, uel abſoluebatur.

*Suffragia manuum.*

*κατήχουν.*) Vrbs mea diligitur ab hominibus.

*κατεψηφίσατο.*) Deus Ådamum ſudorib. & laboribus mulctauit: Sudanti uultu ueſcaris pane tuo.

*κατηγόρημα.*) λεκτὸν φασὶ, τὸ κατὰ φαντασίαν λογικὴν ὑφιστάμενον: Dictũ appellant, id quod uiſu rationali ſubſiſtit. Dicta quædã ſunt mutila: ut, Scribit, quærimus enim Quis? Quædam perfecta, quæ abſolutam habent ſentẽtiam: ut, Scribit Socrates. Ac in mutilis numerantur categoremata, id eſt prædicationes: in perfectis, axiomata, ſyllogiſmi, erotemata, & pyſmata, id eſt propoſitiones, ratiocinationes, interrogationes, quæſtiones.

*Prædicationes & prædicamenta.*

*κατηγορία.*) Categoria, ſeu prædicatio apud philoſophos, aut latius patet, aut par & æqualis eſt rei: nunquam uerò anguſtior eſt. Latius patet, cum uniuerſaliora de particularioribus prædicantur. Vniuerſaliora autem ſunt ſuperiora, particulariora uerò inferiora. Categoria uerò ſimpliciter, quaſi appellatio quædam dicitur: ſuntq́; uniuerſæ decem, Generaliſſima ſcilicet genera, ad quæ uox quælibet refertur, infraq́; ea collocatur: *οὐσία*, eſſentia: *ποσὸν*, quantum: *ποιὸν*, quale: *πρός τι*, ad aliquid: *ποῦ*, ubi: *πότε*, quando: *ποιεῖν*, facere: *πάσχειν*, pati: *κεῖσθαι*, iacẽre, ſitũ uel poſitum eſſe: *ἔχειν*, habere, affectum ſeu ueſtitum eſſe. Ex his *οὐσία* eſſentia, *ὑποκείμενον* ſubiectum eſt: reliqua nouẽ *ἐν ὑποκειμένῳ*, in ſnbiecto ſunt.

*Subiectum. In ſubiecto.*

*κατηγορεῖ.*) λαγὼς κατηγορεῖ τὸν ἑαυτοῦ φωλεὸν. Lepus ſuum latibnlum prodit.

*κατήκοοι.*) O' maxime deorum, & exauditor tuorum famulorum.

*κατεγηρακέναι.*) Ad Tyana ſedentem (Cappadociæ metropolis eſt) obrorpuiſſe ocio. & amittere rei gerendæ occaſiones.

*κατηρεφία.*) Sophoelcs: Eò te mittent, ubi nunquam Solis iubar aſpicias: ſed uiuens in clauſa domo, terræ huius mala decantes.

*κατεύχοντο.*) Imprecabantur ijs qui illa fecerãt, ut extorres & inſepulti canib. & alitibus obijcerẽtur: neq; manes eorum benignè apud inferos ſuſciperentur. *Diræ.*

*κατήχθη.*) Antipater & ab exilio reuocatus eſt, & illuſtres nuptias conſecutus, atque diuitias: liberos quoq; ſuſcepit, & ad ſenectutẽ peruenit felicẽ & beatam. *Antipater.*

*κατόπιν ἥκει καιροῦ.*) Poſt tempus, uel amiſſa occaſione uenit. Neq; enim id preſſus conficere potuit. *Occaſio.*

*τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς κατόπιν τίθεσθαι πάντα.*) Honeſtati & uirtuti poſtponere omnia. *Honeſtum.*

*κατόπτης.*) Age aliquis explorator eat, qui certò nobis renunciet, quo loco res ſint? *Explorator.*

*κατελάξ.*) νὺξ ἐφόβει, τὴν περὶ κατουλάκα κεκλήκασι: Nox terrebat, quam infeſtam nocant. *Nox.*

*κάτοχος.*) Iam illius deſiderio occupata, & haud diſſimulanter amore capta, nullnm iam obſtaculum uidebat. *Amor.*

*κατωμαδὸν.*) Ioſephus: Sampſon portas & poſtes humeris impoſitos, atq; in montem perlatos depoſuit.

*κάτων.*) Cato prętor Romanus, adoleſcentulus ille quidem, ſed ſeuerus atque induſtrius, eùm animi prudentia, tum ui dicendi excellens. Vnde à Romanis Demoſthenes uocabat̃: qui optimũ apud Gręcos oratorẽ Demoſthenẽ appellatũ fuiſſe audiuiſſent. Fertur Cato maior, rogatus à quodam quid de Carthagine & Scipione ſentiret, reſpondiſſe: *Cato Demoſthenes.*

*Scipio.*

*οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.*

*Hic ſapit: aſt reliqui ſimulacra ut uana uagantur.*

Pellicei Athenienſes. *κατωνάκαι.)* Tyranni coegerunt Athenienſes pellibus ueſtiri, uſq; ad genua demiſſis, quò minus præ pudore in urbem deſcenderent.

*κατωφαγᾶς.)* Vorax, qui deorſum uergens comedit. Eſt & auiculæ nomē, quę ſemina effodit.

Mortui nil dijs debent. *κάτιωθα.)* Sophocles: Non perſpicis, me nihil amplius debere diis, qui uitam pro derelicta habeam?

*καυδὼ.)* Caudo, inſula uicina Cretę, in qua maximi onagri naſcuntur.

*καύνιος ἔρως.)* Caunius amor. De cupiditatibus ſucceſſu carentibus. Nam Caunus & Byblis ſoror infelices fuerunt. Ouidius:

*Byblis in exēplo eſt, ut ament cōceſſa puellæ.*

Cauſia Macedonica. *καυσίη.)* Cauſia, olim Macedonib. expeditum inſtrumentum fuit, & tegmen in niue, & galea in bello.

Gloriatio. *καυχᾷ.)* *ἐφ' οἷς καυχᾷ, οἱ ἄλλοι αἰσχύνονται.* Quibus tu rebus gloriaris, earum rerum pudet cæteros.

Vulpes. *καφώρη.)* Vulpeculæ calliditatē & rapacitatem odiſſe debes.

*καχεξία.)* Polybius: Perſeus cum tempus & labor produceretur, animo, deficiebat, ut minus robuſti pugiles. Nam cum in diſcrimen uentum, & de ſumma rerum decernendum eſſet, animum abijciebat.

*καχρύων.)* Saltabat, pedebat, inſtar aſelli hordeo expleti.

Idem fit in Vtopia. CAEADAS. Apud Lacones & Siculos, regia cuſtodia: apud Perſas, domicilium cineribus plenum: apud Aethiopes, malefici cathenis aureis uinciebantur. In Cæadam Lacones conijcere maleficos ſoliti fuerunt.

Concilium deorum. *καὶ ἐν θεῶν ἀγορᾷ.)* Etiam in conciliō deorū. De inſigniter maledicis prouerbium uſurpatur. Deorum concilium, locus eſt Eleuſine.

CAECILIVS Callantianus Siculus (eſt enim Siciliæ urbs Callantis) rhetor,: qui Romæ docuit ſub Auguſto Cæſare, uſque ad Adrianum: ſeruili genere, ut quidam tradunt, ortus: Archagathus antè dictus, religione Iudæus. Multos ſcripſit libros: * Contra Phryges II. eſt autem collectio uocabulorum ordine alphabetico, & demonſtratio elegantiæ dictionis: Plutarchus in Demoſthene. Comparationem Demoſthenis & Ciceronis: Quo differat Attica imitatio ab Aſiana? De genere dicēdi X oratorum. Comparationem Demoſthenis & Aeſchinis. Quæ nam Demoſthenis orationes germanæ ſint, quę adulterinæ? De iis q̄ oratores hiſtoricè, & præter hiſtoriā dixerint? & alia plurima. Quo modo uerò Iudæus eſt? Hoc ego miror, Iudæū literis Græcorum eruditum.

*καινόφιλος.)* Quaſi Nouamicum dicas. Sic dicitur, qui non ijſdem amicis ſemper utitur.

*καίρια.)* Sagax in inuadendo, in tempore recedens, in pugna ſtrenuus.

*καιρὸς.)* Apud Deum tempus dicitur, numerus ex multitudine ſcelerum conflatus, & calamitates. Erit tempus eorū in æternum. &, Tempus omnis hominis uenit coram me. Vltio diuina.

CAESAR Auguſtus, *σεβαστὸς* Græcè, cognomento Octauianus, de ſua uita & rebus geſtis libros ſcripſit 12: Auguſti uita.

Cęſar Tiberius, epigrammata ſcripſit, & artem dicendi.

Fabula græca de Cæſare. Cæſares dicebantur Romanorū imperatores, à Iulio Cæſare, qui natus non eſt. nam matrem eius nono menſe mortuam diſſecuerunt, eumque protulerūt: & Cęſarem dixerunt, à cæſa matris aluo. Monarchia Romana. Olim apud Romanos populus rerū potitus eſt, deinde pauci: denique in unius poteſtatem, Cæſare autore, ceciderūt omnia. Ac reſpublica ſine ſeditionib. uſq; ad Marcum Antoninū cōſtitit. Sed cum eius filius Cōmodus, ingenio parū ſano & luxurioſo, neq; admodum bellicoſo, ſed timido, dolo cæſus à quibuſdam eſt, crebri motus extiterunt. Commodus.

CAESAREA metropolis, à Cæſare Tiberio Octauij F. quam ademit Archelao, cum prius Mazaca diceretur, deque ſuo nomine Cæſaream appellauit. Mazaca.

CAESARIVS, Gregorij Theologi frater, ſcripſit uaria, & contra Gręcos.

*καὶ ποτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.)* Idq; cum in fluctuum ulnis ſimus: id eſt, in magnis conſtituti periculis.

Tyrannica decima ex erumnis & doloribus. *καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν.)* Etiā ſphaceli dant immunitatem. Piſiſtratum tyrannum ferunt ab Athenienſibus agrorum decimas exegiſſe. & cum quodam tempore præteriens, ſenem quendā rupes & ſaxoſa loca excolentem uideret, rogauit, quos inde fructus caperet? Dolores, inquit ille, & defatigationem. Cuius libertatem ille admiratus, decimæ immunitatem illi conceſſit. Atque ex eo Athenienſes prouerbium hoc uſurparunt.

*Vnam ichs thet ſprach der vuolf.*

καὶ τὸ ξ λύκου.) Etiam lupi illud. Aiunt lupum, cum opilionē de grege ueſcentem uidiſſet, dixiſſe: iſtud ego ſi facerem, quantus clamor tolleretur?

CEBES Thebanus philoſophus, Socratis diſcipulus. Dialogi eius extāt tres: Hebdome, id eſt Septima: Phrynichus: Tabula, quæ eſt eorū quæ apud inferos fiunt narratio, & alia quædam.

CEBRENA, & Cebren, urbs Troadis Cumanorum colonia.

*Hoſtile munus. Idola.*

κεδρός.) Aiax. Ego poſtquam donum hoc ab Hectore, mortalium inimiciſſimo, accepi, nihil à Græcis honoris & gloriæ ſum conſecutus.

CEDRI, arbores altæ & ſteriles, quib. Dauid ſimulacrorū cultum comparat.

*Explicatio ſomnij.*

κεκλωσμένα.) νενησμένα κρατῶν ἢ προσδέχα λύπας: Fila tenens expecta moleſtias. ὀνειροκριτικόν.

κεκμηκώς.) Hic Callimenes ſapientiæ amatricib. dedicauit Muſis, Senio defeſſus oculos & palmas. hoc eſt, ut cōijcio: ſymbolis his ſignificauit, ſe neq; oculis neq; manibus, neq; legendo neq; ſcribēdo Muſas poſthac poſſe colere.

ἐνθάδε καλλιμένης Φιλομήδεσιν αὐτὸ μούσαις,
γήραι κεκμηκὼς ὄμματα καὶ παλάμας.

*Sau elephantus uictor.*

κεκραγμόν.) Porco ſtatim de turre ſuſpenſo, periculū quod ab elephanto imminebat, effugerūt: quòd is grunnitum ſuis terrū moleſtè ferēs recedebat.

*Non certè, ſi ſit aceti. Necca ricū.*

κεκραμένον τρία καὶ δύο, ἀρίστη κρᾶσις.) Vini duę partes, & aquę tres, miſtio optima.

κεκραμένη σπονδή.) Miſta libatio ſoli Mercurio offerebatur, ☿ & uiuentib. & defūctis præſit, & ab utriſq; honoretur.

κεκροπίς.) Cecropia, una ex X Athenarum tribubus.

*Vir. Mulier. Draco. Promiſcui cōcubitus.*

CECROPS, genere Aegyptins Athenis habitauit: unde Athenienſes Cecropidæ dicuntur, aut ij ſaltem qui è Cecropia tribu ſunt. Quidam hunc fuiſſe biformem tradunt, ſupernè uirū, infernè mulierem, aut etiā ſerpentē: uel ꝙ legib. inuentis, homines feros māſuefecerit: uel quòd ꝓmiſcuo cōcubitu ſublato, cū nec pater filiū, nec filius patrē ſuū noſſet, curarit, ut palàm inirēt matrimonia, nnaq; cōtenti eſſent. Iure igitur biformis, qui & patris & matris naturam inuenerit.

κεχυφότες.) Et homines & iumenta inclinata, & paſtui incumbentia, uoraciſſima & guloſiſſima habentur.

CELAENAE, locus in Atticæ & Bœotiæ confinio: urbs item Phrygiæ.

CELEZENE regio Armeniorum, prope Melitenen, quæ Celzene à nobis appellatur.

*Naualis reſpublica.*

κελευστής.) Trierarchus naui præeſt, & iis quæ in ea ſunt, delectus è claris in republica uiris. Proreta remigib. imperat. Celeuſtæ uerò (quaſi iuſſores, uel hortatores dicas) & his ipſis, & epibatis. Eſtq; uſus eorum maximus. Nam & ut panes ſicut decet coquant, & (καὶ συντελῶσι τὸ μέτρον ἐν τῷ δειπνεῖν οἱ κωπηλάται) demenſum abſoluant in cœnam remiges, his curæ eſt. Curam habent & uini, carnis, olei, omnium talium: quò hæc aſſeruantes indies debitam portionem habeant eius quod ad neceſſitatem datur.

κελητίζειν.) Vni equo inſidere, etiā ante Homerū fuiſſe moris, ex hoc eius uerſu cōſtat: Veluti cum uir ſingulos equos agitandi probè gnarus.

CELSINVS, Eudori F. Caſtabalenſis, philoſophus, collectanea ſcripſit dogmatum omnium philoſophiæ ſectarū, & alia quædam.

*Celti. Germani. Senones. Albani.*

κελτοί.) Celti, ſeu Galli, gentis nomen, qui Germani dicuntur, Rheni fluminis accolæ. incurſiones fecerunt in terrā Albanorum, quos Senones uocant, & bellum Romanis intulerunt. Ac Gallorum princeps quidam & corpore decoro, & animo fortiſſimo prędıtus, ante ſuum agmen progreſſus, hoſtiū fortiſſimū prouocat. Ibi Valerius quidā tribunus cōditionē accipit, ac diuino quodā fato uoti fit cōpos. Nā cū è ſua legione proceſſiſſet armatus, coruus inſidet dextro uiri brachio, & in certamine in Gallū irruēs, & unguibus faciem lancinando, & alis oculos eius obtegendo, hoſtē Valerio tradidit incuſtoditū, ſimul & uictoriā uiro & cognomē ab euentu largitus. Inde enim Coruinus dictus, ob teſtatā uirtutē, cōtra inſtituta Romanorū conſulatum adoleſcens etiamnum eſt adeptus.

*Valerius Coruinus.*

κέλυφος.) Qui glandes edebant, putamina cremabant.

κεμάς.) Si ut è pelago liberaſti Damin, regina, etiā à paupertate liberaueris: immolabit tibi aureis cornibus ceruum.

εἰ δὲ ὡς ἐκ πελάγευς ἐρρύσαο δᾶμιν ἄνασσα,
καὶ κ πενίης, θύσει χρυσόκερων κεμάδα.

κενεμβατεῖν.) Res uanas ſuſcipere.

κενεόν.) Non utique. Abſit à me iſta amentia.

*Sapientia.*

κενῆς.) Venatores leoninis catulis inſidiantur, cum leænæ abſunt.

κενοδοξία, inanis quędā de ſeſe opinio.

*Viri ornāt urbes.*

κενὸν ἀνθρώπων.) Soph. ad Oedipum:

Si

*Si huic terra imperabis, ſicut eam tenes:*
*Cũ uiris eã tenere pulchrius eſt, quàm inanẽ.*
*Nihil enim eſt neque turris neque nauis deſer*
*ta, niſi uiri intus fuerint.*

κενοσπουδία, inane ſtudium: & κενόσπουδος, rebus uanis occupatus.

τὸ κενῶσαι μὲν τῆς ἰατρείας, καὶ τὸ θεραπεῦσαι.) Medicinæ eſt, uacuare & curare.

κενοφωνίαι.) Inanes uoces: impiæ ſcilicet, & hæreticæ.

κενταυρικῶς.) Neq; Cẽtauri, Pelij incolæ, neq; Læſtrygones, qui Leontinos cã pos tenuerunt, fuẽre tales.

κέντει τὸν πῶλον (ποτὶ ταὶ) περὶ τὴν νύσσαν.) Impelle equum ad metam: id eſt, propera ad propoſitum.

κέντρων.) Centones dicunt etiam orationes è diuerſis collectas, & ad eũdem ſcopum tendentes: cuiuſmodi ſunt Homerocentra.

κέπφος.) Larus auis leuis, & fluctibus innatãs, maris ſpuma ueſcens: quã piſcatores primùm eminus proijciũt, deinde proximè, deniq; in manu tenent, itaq; facilè illã capiũt. Prouerbiũ dicit̃ in uiros incõſideratos. unde κεπφῶσαι, ineſcari, allici, decipi, in fraudem illici.

Ornamenta capillorum. κέρας ἀγλαί.) Plicatura quædam fuit capillorum, cornu inſtar. Olim Athenienſes cicadas crinib. inſerebant: & apud Homerum capilli auro & argento redimiti leguntur.

κεραμέως πλοῦτος.) Figuli opes: id eſt, infirmæ & inconſtantes.

Ceramicvs, loc⁹ Athenis, ubi bello peremptos ſepeliebant, & funebres orationes habebant, ut Menecles & Calliſtratus in ſcriptis de Athenienſibus tradũt: ſtatuis paſſim erectis, quæ, quo quique loco occubuiſſent, indicarent. Eſt & municipium Ceramicus. Ceramicos Atticę loc⁹ editus, ubi Athenieñſes quot annis facularum certamen agebant. Erat autẽ ibi alta turris, qua cõſcenſa monet ſpectare faces: quæ cum iaciantur, & ipſe ſeſe præcipitet. In Ceramico etiam ſcorta proſtabant.

κεραμικὴ μάστιξ.) Flagellum fictile: dicitur oſtraciſmus, quòd teſtulæ ſuffragio inuidioſi homines in exiliũ agerentur.

Ceramis, municipium tribus Acamantiæ: nomen habet ſiue ab arte figlina, ſiue à Ceramo heroe, q ibi colebat̃.

Explicatio ſomnij. βαίνων κεράμους, δυσμενῶν βλάβας φύγοις.) Calcans teſtas, hoſtium damna fugias ὀνειροκριτικόν.

Cornu. κέρας.) Cornu, in ſacra Scriptura robur ſignificat: tranſlatũ à cornutis animalibus, quæ ſe cornibus defendunt.

κέρας τοῦ δικαίου.) Cornu iuſti: id eſt, hominis pij animus illuſtris erit.

κερασβόλους.) Cornua iaciẽtes, ſeu cornupetas appellat indoctos & duros, & legibus non obtemperantes.

Cerasvs, urbs Græca maritima, Sinopenſium colonia.

κεραυνός.) Fulmẽ, eſt ardor uehemens, magno impetu cadens in terram, nubibus inter ſeſe attritis aut ruptis. Vel, uortex igniti aeris, uiolenter delatus. Cæterùm fulmen non occidit, ſed adurit (οὐκ ἀναιρεῖ δὲ ὁ κεραυνός, ἀλλ' ἐπιφλέγει f. non cremat, uertendum.) Fulmina quædam ſunt καταιβάται, à deſcendendo: quędam ψολόεντες, ardentia, quæ tactu perdunt: quædam ἀργῆτες, candida, raptim erumpentia. Ariſtophanes: Si Iupiter fulmine icit periuros: cur non combuſſit Simonem & Cleonymum & Theôrum, homines inſigni perfidia? Prouerbium: κεραυνὸς ἡ ἀστραπή. Fulgur eſt fulmen. Fulmen.

Cerbervs, canis apud inferos fabuloſus.

κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον.) Lucrum pudore potius. Niſi iuſtum lucrum fecerit, & ab impiis rebus abſtinuerit, ſi non tangenda tetigerit: quis eſt qui prohibere poſſit, quo minus iſtorum facinorum det pœnas? Pudor poſt numos.

κερδῷος θεός.) Lucroſus, uel lucrifer deus, Mercurius dicitur. Vocãt eundem & nunciũ, & furẽ. Quare illi marſupium attribuunt, & præſidem ſtatuũt ſermonis, & furti, & mercimoniorum. ☿

Cercidas, unus fuit è Macedonũ ſtudioſis.

κέρκος.) Lana leporis eſt tenera & delicata, ut ea pro ſpõgia utantur, & lemas abſtergant.

κἀν (κέρχερος) κέρκερος ἐν λαχάνοις.) Etiam cercuros uel corchorus inter holera. Prouerbium, de re uili.

Cercopes duo fratres fuerunt (in Lydia) in terra, omni dediti iniuſtitiæ: cognomentum hoc adepti ab atrocib. factis. nam alter eorum peſſulus fiebat, alter incus. Quæ mater eorum Memnonis cum uideret, monuit ut cauerent, ne in Melampygum inciderẽt: hoc eſt, Herculem, à nigris natibus ita dictum. Xenagoras eos in ſimios mutatos eſſe tradit, ob improbitatem: & Pithecuſas inſulas ab eis accepiſſe nomen. Hi Cercopes, ut alij dicunt, Ecthææ & Oceani filij, mutati ſunt Hercules Melampyges. Mutationes Cercopum.

ſunt in lapides, quòd Iouē fallere ſint co nati. Vnde prouerbiū κερκωπίζειν, Cercopes imitari. quod Chryſippus ab iis animantib. trāslatū dicit, quę cauda mulceant. Cercopes, callidi, doloſi, impoſtores, adulatores: qui, ut uulpecula canes uenaticos ſeducit: ita & hi ſimpliciorib. lenocinio uerborū fucū faciūt. Aiūt Cercopes fuiſſe mēdaces impoſtores, & incredibilia facinora auſos, ſeductores: q multas terras peragrātes, homines fefellerint, oberrantes omnibus diebus.

*Cercopes adulatores.*

CERCYON nomen latronis, iuxta Eleuſinem degentis, qui prętereuntes colluctari ſecum cogebat.

κέρματα.) Aera minutiſſima. Sub Iuſtiniano imperatore, cū argētarij staterem aureū 210 obolis, quos pholles uocant, cōmutarent: ipſe priuati emolumēti ſtudio tantum 180 iuſſit dari, ſexta ſtateris aurei parte ſubtracta.

*Pholles oboli.*

CERSOBLEPTES, filius Cotyis, quā uis natu minor, Thracię rex à patre creatus: Amadocus uerò Amadoci F. auxilio Philippo uenit in bello cōtra Cerſobleptē.

κερτομῶ.) Multi eum ſubſannabant, ut guloſum.

κίσκος.) Ceſcus, urbs Ciciliæ fuit, iuxtaq; illam fluuius ἄνους, id eſt amens. Quare poetæ, homines amentes per iocum, Ceſcum habere dicunt.

CESTVS, lorū cōpunctū & uarium, cui omnia delinimēta ad decipiendum parata ineſſe fabulantur. Labia roſcida & melle miſta illa Morū cōcinnitas, ceſtus eſt Veneris. Africanus ſcripſit Opus, qui Ceſti dicuntur.

*Illecebræ muliebres.*

κεστραῖ.) Quidam ceſtras murænas uocant: alij, ceſtras aliud piſcium genus eſſe dicunt.

CESTREVS, id eſt cephalus, capito: differt à ceſtra, ſeu ceſtrea.

κεστρεὺς νηστεύει.) Ceſtreus ieiunat. De iis qui iuſticiā colunt, ſed ex eo iuſticiæ ſtudio nihilo plus cōſequuntur. Nā ceſtreus piſcis eſt purus, & alios piſces nō deuorat, ſed limo paſcitur: quem dū ſubit, utiq; malè afficitur.

*Quid ſi labra ſimiles lactucas habent?*

κέστρος.) Ceſtrū, peregrinū fuit inuentū bello Perſico, huiuſmodi: Telum fuit duorū palmorū, canalē proiecturæ parē habēs. Huic lignū inſertū fuit, lōgitudine ſpithamæ: craſſitudine, digiti diametro præditū. In huius mediū adactæ erāt pinnulę tres ligneę, admodū paruę. Hoc in mediū fundæ duorū funiū inter ſe inæqualium obliquè immittebatur, ut facilè à funib. reſolueretur. Deinde circūducendo, intentis his manebat. Cū uerò alteruter funis reſoluebat, in iactu amēto excidēs, inſtar plumbatæ ferebatur è funda: & uiolento ictu incidens, obuios grauiter lędebat. Liuius Decadis 5 lib. 2, machinam hāc ſic deſcribit: Maximè ceſtroſphendonis uulnerabantur: hoc, illo bello, nouum genus teli inuentū eſt. Bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixū erat, craſſitudine digiti: huic ad libramē pinnæ tres, uelut ſagittis ſolent, circundabanturq;: funda media, duo funalia imparia habebat: cum maiori ſinu libratum, funditor habena rotaret, excuſſum uelut glans emicabat.

*Ceſtroſphēdone.*

*Liuiana deſcriptio Ceſtroſphendonæ.*

κευθώνυμα κλέος ἢ αἶσχος) Centhonymi fama, aut probrū. De iis qui malè audiunt: aut quorū nomen ſit cælandum.

κευθῶνες.) Ceuthenes, ſubterranei dæmones.

κεφάλαιον.) Magna ſumma coacta eſt è minutis numulis. Caput & titulus differunt. Ac Matthęus habet titulos 68, capita 355. Marcus titulos 48, capita * 36: Lucas titulos 83, capita 348. Ioannes titulos 18, capita 232.

*Euangeliſtarum tituli & capita.*

Κεφαλῆθεν.) Cephalæ, municipium Acamantiæ tribus.

CEPHALION, ſiue Cephalon, Gergethius orator & hiſtoricus ſub Adriano fuit. Exulauit patria ob inimicitias principum, & in Sicilia degit. Scripſit uarias hiſtorias libris 9, quæ Muſæ inſcribūtur, Ionica dialecto: Declamationes rhetoricas, & alia quædam. (Vtrum Herodotus? An hic eum imitatus?)

κεφαλισμὸς. Capitationē (ſi dicere liceat) uocat Ariſtoteles, primorū numerorū uſq; ad denariū multiplicationes. Per horū enim exercitationem, etiam poſteriorum & maiorum & iis ſimilium multiplicationes tranſitione cognoſcuntur. Nam cum bis 2 ſint 4: inde cognoſcitur, bis 20 eſſe 40: & uicies 20, 400. & ducēties 24, * & reliqua eodem modo.

CEPHALVS, Athenienſis orator & demagogus, primus exordia & perorationes compoſuit. Filiam habuit Oeam. Fuit ante anarchiam * annis 75.

*Exordia. Perorationes.*

κεχαρισμένον.) Animoſior etiam factus eſt, cum donum deo (Apollini opinor) gratum fuiſſet.

κεχηναίων πόλις.) Hiantiū urbs. Sic Athenæ dicebantur, quòd ciues nugas agerent, opinionibus inflati.

*Hiantium urbs.*

κεχηνότες.) Hiare de fatuis dicitur:

Hiant etiam, qui auidè auſcultant.

*κηειάδης.*)Ciriadæ municipes Hippothoontiæ tribus.

CEDAR alter Iſmaelis F. cuius poſteri in hunc uſq; diē non procul à Babylone tabernacula habent.

Cedar, locus quidam obſcurus.

*κηδεϛὴς.)οὐ χρή σε κρύπτειν ὄντα κηδεϛὴν ἐμόν:* *Non eſt te celandum, cum ſis affinis meus.*

*κηκείδι𝔊.*)Cecidius, dithyrāborū poeta uetuſtiſſimus, cuius meminit Cratin⁹ in Panoptis, & Ariſtoph. Vetuſta ſanè, inquit, & Diipolljs ſimilia, & cicadatū plena, & Cecidi & Buphoniorum.

*κηλὶς.*)Sicut ea quæ ex Titanicis ſeminibus nata ſunt, uitæ hominum labem impreſſerunt.

*κημὸς.)κέντρα διωξικέλευθα, φιλορρώθωνά τε κημόν:* Calcaria iter accelerantia, & amantem nares camum.

CENSVS, examinatio multitudinis Romanæ.

CENSOR, examinator ciuilis uitę cō ſuetudinis, qui ad modeſtiam & ueteris diſciplinæ conſeruationem ſingulorum ciuium uitam conuertit.

*κηώδης.*) Semper odorato unguento perfuſa calua. Et pingues fragrantem halitum ſpirant comæ.

CEPVS, urbs Boſpori.

Inferna flumina. *κῆρες.*)Fata, Parcæ, eo quòd uſtionem afferant, & ad inferna flumina deducāt: Pyriphlegethontem, id eſt, igni urentē: Acherontem, in quem dolores confluunt. Cocytum, ab eiulatu dictum. Ferunt & Alibanta fluuium ibi eſſe, qui exiccet omnia, ut ne gutta quidem humoris ſuperſit. *κὴρ* etiam anima dicitur, qđ ignita ſit. Natiuus enim calor, *τὸ ἔμφυτον θερμὸν*, eſt anima.

Alibas.

Anima.

*κηροῦ εὐπλαϛότερ𝔊*, Cera tractabilior. De iis qui facilè aliquid agunt. Aſclepiodotus Chromaticæ & Diatonicę, Muſicæ ſtudebat. Vocē itaq; ſuā, & naturalia eius inſtrumenta, cera molliora efficiebat, & ſuo arbitratu inflectebat: ut; ſi opus eſſet, & omniū animantiū uoces, & quoſuis alios ſonos imitaretur.

*κήρυκες,*)Ceryces, familia Athenis, dicta à Ceryce Mercurij filio.

*κηρύκειον.*)Teſſera amicitiæ erat Barbaris, occurrere cū coronis & ramis oliuæ: quib. ſignificabant ſe adeſſe, ut nec facerent nec acciperent iniuriam.

*κηρύκειον.*)Caduceus, baculus habens utrinq; duos ſerpentes implexos, & inter ſeſe aduerſos, quem præcones ſeu caduceatores ſecum ferebant: nec eos uiolari ſas erat, quocunq; ueniſſent. Rectus autem baculus, ſignum erat rectæ rationis: ſerpentes ex utraque parte, aduerſos exercitus ſignificabant, quos ambos recta ratio peruaderet.

*κηρύλ𝔊, ἢ κήρυλ𝔊.*) Mas Halcyon in coitu moritur. Mares aūt ſeneſcentes, in alis ſemellæ geſtant. Plato comicus: *τὸ σπογγίλυ κηρεῖον ἰχθύων τύγ𝔊*: Sporgili tō ſtrina domus inimiciſſima. Halcyon.

CETVS, marina bellua multiformis. Eſt em̄ leo, libella piſcis, pardalis, phyſalos, preſtis, quę malle dicitur, inexpugnabilis, & aries aſpectu tetrum animal.

CETTAE, municipiū Leontię trib⁹.

*κηφὴν.*)Belliſarius cū riſu ęquū eſſe negauit, *fucos quidem ab aliis magno labore perdi: alios uerò melle ſine ulla ærumna ueſci. Id uerò dicebat, cū prædā aſſeruaret, ut ꝑ dignitate diſtribueretur. Fuci. Mel.

*κηφὴν.*)Fucus, homo iners & ignauus dicitur.

CEPHISODEMVS, Athenienſis orator loquax, callidus cauſidicus, Periclis aduerſarius (*σκυθῶν ἐρημία.*) Scytharū ſolitudo, id eſt, feritas, interitus. nam Scythæ curribus uehuntur.

CEPHISODOTO Alopeconeſū obſidenti abrogatū eſt imperiū, iudicioq; cōuicto mulcta qnq; talentûm irrogata.

CEPHISODORVS, Athenienſis tragicus, antiquæ tragœdiæ poeta: cuius fabulæ ſunt, Antilais, Amazones, Trophonius, Sus. Alius Cephiſodorus deriſus eſt, ut aſinino prædit⁹ ingenio: alius pręfectus, qui cum Gryllo Xenophontis filio ad Mantineam occubuit.

CEPHISOPHON. Ariſtophanes: Euge ô Palamedes, ô ſapiēs ingeniū: Iſtáne ipſe inueniſti, an Cephiſophon? Ego ſolus: Cephiſophō uerò acetabula.

*κιβδηλία.*) Ariſtophanes in Auibus: Multū ſuſtuliſti è uita adulterini: *πολλὰ ἀφεῖλες τοῦ βίου κιβδηλίας.*

*κιγηλὸς.*) Cigēlus, auicula marina eſt, caudā agitans: ita infirma, ut nidum ſibi conſtruere nequeat, ſed in nidis alienis pariat. Hinc Cigelus pro paupere dicit̃.

*κίγκαλος, ἢ κίγκλος.*)Cinclus auicula tenuis & macilenta. Prouerbiū: Pauperior leberide & cinclo.

CITHAERON, mons Bœotiæ.

CECILIVS Argiuus epopœus. Halieutica, id eſt piſcatoria ſcripſit: ut & Numenius Heracleota, Pancrates Arcas, Poſidonius Corinthius, Oppianus Cilix. Halieutica.

Cilix. Seleucus autem Tarſenſis, Leonides, Byzantius, Agathocles, Attacius, ſoluta ſcripſerunt oratione.

κίκιννος.) Ariſtophanes: Equidē exiſtimo ſenectutē meam eſſe præſtantiorem cincinnis, & (σχῆμα, geſtu affectato) habitu, & latis podicibus.

Cɪᴄɪs, frater Alcæi.

κιλίκιος ὄλεθρος.) Cilicius interit⁹. Ciliců lattocinia & crudelitas atq; improbitas uitupetantur. Cilieiſmum Theopompus hiſtorieus uocat, cædem per ebrietatem factam.

Cɪʟɪᴄᴏɴ, cognomētū Achęi Merópis filij, à nutrice Ciliſſa, q patriā (Samū) Miletū Prienenſib. ꝓdidit, & * regem, cū dux exercitus eſſet. Fuit aūt diues: unde prouerbium, Bona Ciliconis habet. Rogatus aūt ſæpe, quid acturus eſſet? reſpōdebat: πάντ' ἀγαθά, Bona omnia. unde ꝓuerbium: Omnia bona, ut aiebat Cilicon. Sed tandem cum ad Theagenem quendam, carnes empturus, ingreſſus eſſet: isq; iuſſiſſet monſtrare, unde reſecari uellet: extentam ab eo manum amputauit: Iſta, inquit, manu non prodes urbem aliam. Pherecrates:

*Lanius proditoris ultor.*

ἀεί ποθ' ἡμῖν ἐγκιλικίζουσιν θεοί.

*Subinde dij Cilicum nos more tractant.*

Cɪᴍᴏɴ Miltiadis F. dux fuit aduerſus Barbaros * à Themiſtocle adductos: & in Cyprū ac Pāphyliā profectus, bellū geſſit: & ad Eurymedontem fluuiū, claſſe & pedeſtri exercitu uicit eadem die. Hic etiam limites conſtituit Barbaris, ne extra Cyaneas & Chelidonias & Phaſelidē (urbs hęc Pamphylię eſt) Medica nauis bellico ritu nauigaret: neq; intra tantum ſpaciū, quantū equus una die currere poſſet, rex Perſarum ad mare deſcēderet, & ut Græci Aſiani liberi eſſent. Obiit Cittij, in Cypro.

*Fœdus cum Perſis Cimonium.*

Cimon Athenienſis, cum Elpinicem ſororem ſtupraſſet, malè audiit apud ciues ſuos: eaq; de cauſa oſtraciſmo pulſus eſt. Scripſit librum de equis dignoſcendis admirabilem.

*Inceſtum uindicatū.*

*Veterinaria.*

κινδυνεύειν.) Dubitant, ſit'ne adeundū diſcrimen, cum pugnæ principium ſit penes hoſtes? non æquum exiſtimantes, ut Reſpublica, uiri nobilis uita in diſcrimē adducta, periclitetur.

κίναιδος.) Cleopatræ cinędus Chelidō, id eſt hirundo uocabatur.

Cɪɴᴇᴀs, unus fuit ex iis qui Theſſaliam Philippo tradiderunt.

Cɪɴᴇsɪᴀs dithyrambopœus, ob impietatem & facinora malè audiebat.

κίνησις.) Motus ſecundū locū, in hominib. cauſa eſt ᴍᴇɴs, in brutis animalib. sᴇɴsᴠs. Eſt & aliud quod loco moueat, appetitus ſcilicet: isq; multiplex, & in ratione prędit is, & in brutis facultatibus ſitus. Aliter de motu. Non eſt, inquit, glebę naturale, moueri deorſum: neq; igni, ſurſū ferri. neq; enim principiū talis motionis in ſeſe habent, ſed extrinſecus ab alio mouētur. Vnumquodlibet enim elementū in ſuo toto acquieſcit. Tota uerò ipſa uel ſtare uolunt, uel in orbē moueri. Quapropter motio in orbē, ſtatio quædam eſt. Ac gleba hæc ſi ſuapte natura moueatur, in ſuo toto manebit immobilis, & hic ignis in ſua ſphæra. Cum uerò cōtra naturā gleba mouet̄, iū moueri dicitur, & locū loco cōmutare. * Aqua itē hęc, & hic aer, ad ſua tota cōtendunt, & conuenienti ſibi circulari motu agitātur, incorruptā recuperare ſtationē cupientes. Nā ab externa quapiā ui, natura ſua relicta, ea uia mouentur, quę eſt cōtra naturā. Itaq; ſic mouentur, ut quæ ſint in loco alieno, & ſuo toto contra naturā priuata. Non igitur naturalis eſt motio (contra) ſecundum naturam. Eodem enim modo etiam tota mouerētur. Proinde tales partiū motiones nō ſunt ſecūdū naturā, ſed uiæ ad id quod eſt ſecundū naturā, & aliter moueri ſecundū naturā poſſunt. Sic etiā ſanitatē naturæ cōſentaneā dicimus: ęgrotationem uerò quaſi contrariā. nam illa quidē ad naturam reducit: hæc contra naturā. Id enim quod primùm mouet, ſiquidem corpus ſit, ipſum etiam mouetur. Mouet enim baculus ianuam, manus baculum: quæ ipſa nō manet immobilis, ſed mouetur. Si uerò primū mouēs ſit incorporeum: nihil neceſſe eſt ipſum quoq; moueri, dū aliud mouet. Siquidem Deus etiam, qui uniuerſum mouet, eſt immobilis, ſtabili præditus & eſſentia & facultate & actione. Atq; aliter etiam nihil eorum quę appetuntur, quāuis moueat, mouetur. Sicut neq; pulchritudo, cum ſæpè moueat amatorē, mouetur: neq; imago, cū moueat intuētem, & id genus alia. Plato cū per ſe moueri dicit animū (ψυχὴ αὐτοκίνητος) nō motionē localē intelligit. * Anima enim ſæpè mutatur ex eo qđ facultate eſt, ad id quod eſt actu: ſicut ex ignoratione certæ rei, ad eiuſdē ſcientiā. Quod aūt mutatur, etiā mouetur. Eſt aūt talis motio & mutatio, generatio quædā, ſed

*Motus localis cauſa.*
*Mens.*
*Senſus.*
*Appetitus.*
*Elementorū partes motū totius ſequuntur.*
*Statio.*
*Motus circularis.*
*Sanitas.*
*Aegrotatio.*
*Corpus mouens.*
*Mouens incorporeum.*
*Deus.*
*Appetitus obiecta immobilia.*
*Animus quomodo moueatur.*
*Motio.*
*Mutatio.*
*Generatio.*

*Actio.* non ſimplicitet eſſentiæ generatio. Differt autem motio ab actione. Nam motio eſt imperfecta actio: actio uerò eſt (*ἀθρόα*) conſummata. Quamobrẽ diuinæ res ſunt actiones ſine facultate. *Motio eius eſt qui mouetur.* Quæritur porrò, duæ'ne ſint motiones in eo ꝙ mouet & mouetur, an una? & utrius ſit motio? mouentis'ne, an eius qui moueatur? Reſpondent, eius qui moueatur. Eũ enim eſſe qui ab imperfecto ad perfectũ progrediatur, non eum qui moueat: uti ſe res habet in diſcipulo & præceptore. *Magiſter. Diſcipulus.* Vnus enim motus eſt in utroq;, incipiẽs in magiſtro, in diſcipulo deſinens. Itaq; anima etiam mouetur. Mutatur enim ab imperfecto ad perfectum: & non habet actionem conſummatam prorſus, neq; abſq; facultate. *Prius. Poſterius. Tempus. Motio. Locus.* Præſertim, cum in quib. eſt prius & poſterius, in iis etiam ſit tempus: in quibus tempus, in iis etiam motio. Hæc etenim inter ſe conuertuntur. Quamobrem in quibus motio eſt, in iis etiam eſt tempus. Eſt autem in anima prius & poſterius: eſt igitur & motio. Eſſe autem in animo prius & poſterius, ex eo conſtat, quòd is à propoſitione tranſit ad concluſionem: nec omnia ſimul cognoſcit, ſed aliud ante aliud: neq; omnia ſimul quæ nouit profert: ſed aliud prius, aliud poſterius: & in uniuerſum, tranſit à uirtute ad uitium, & ab ignoratione ad ſcientiam. *Motiones animi aliæ quàm corporis.* Rectè igitur ei attribuit Plato motum per ſeſe. Sed nec Ariſtoteles, cum eam per ſe mobilem dicit, hanc ei motionem ineſſe negat, ſed naturales & nobis unà (congenitas. *συνεγνωσμένων. συγγεννωμένων*) cognitas motiones. Etenim neq; augetur, neq; minuitur, neque qualitate, neque quantitate mouetur: ſed aliis quibuſdam motionibus intelligentibus, & maximè uitalibus. Mouetur porrò animus ſecundum alterationem, ut cum à diſpoſitione in habitũ mutatur, ex inſcitia ad ſcientiam. Ariſtoteles autem eam moueri negat, corporearum motionum reſpectu. Nam ſi moueretur animus (animus non per accidens locus) nõ per accidens, locus etiã ei eſſet. Omnes enim motiones ſunt in *Locus.* loco, corporeæ ſcilicet. Quicquid enim *Corpus.* in loco eſt, corpus eſt.

*κίνησον τὸν ὀνόγυρον.*) Moueto onogyrũ: id eſt, flagellum. eſt enim onogyrus, iuncei generis ſtirps.

*κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς.*) Mouebo funem ſacræ ancoræ, uel teſſeram ſacram. (Ad incitas redigam, uel decurrã.) De iis qui ad extremam opem confugiunt: metaphora uel à nautis, uel ab aleatorib. ſumpta, quòd ut illi ſacram ancoram, ſic hi calculum ſacrum habent.

*κινστέρνα.*) Mociſiã ciſternã Anaſtaſius Dicorus imperator condidit. *Mociſia.*

CINYRAS, Thiantis Cypri regis filius ditiſſimus: quẽ, aiunt, ut Muſicũ, certantem cum Apolline petiiſſe.

CIOS, unde Cianus, emporiũ quoddam urbis Myſiæ, à Cio, ductore coloniæ Mileſiorum.

CIRRHA, urbs XXX ſtadiis diſtans Delphis. Vnde Cirrhæus campus, apud Aeſchinem.

*κίρκη.*) Circe, uel à miſcendis uenenis, uel à radio textorio.

*κίρκυς ἐξ ὀχῶν, οὗ θέλεις πάντως λάβοις.* *Explicatio ſomnij.*
*χειρὸς πετασθεὶς κίρκος ἄρχουσι βλάβη.*
*Accipitribus prehenſis quod uis omnino conſequéris.*
*Manu elapſus accipiter, malũ ſignificat magiſtratibus ὀνειροκριτικά.*

*ὁ κιῤῥὸς οἶνος.*) Rubrum uinũ, quia exiccat, facilius concoquit.

CIS, pater Saulis, primi regis Hebræorum.

CISSENE (Ciſthene) mons Thraciæ. Ciſthenes ſacer mons.

*κισσῶ.*) Dauid: Ecce in iniquitatibus ſum conceptus, & in peccatis me concepit mater mea.

*κισθοφόρος.*) Ciſtofera. Putãt ciſtę ſacrę eſſe Baccho, & Cereri atq; Mineruæ.

CITIVM, urbs Cypri, patria Zenõis.

CIVS, una ex Cycladibus inſulis, Atticæ uicina. Eam inſulam urbem uocauit Lyſias: ſed & alij ſępè oratores inſulas urbes nominant. *Vrbs pro inſula.*

*κλάειν λέγειν τινὶ, ἢ τι κλάειν ἐᾶν.*) Plorare iubere, uel ſinere: pro, contemnere, nihili facere.

CLAROTAE, inquilini: ut Mariãdyni, Heracleæ: Helotes, Lacedæmone: in Theſſalia, Peneſtæ: Callicyrij Syracuſis.

CLAVDIANVS Alexandrinus, poeta heroicus iunior, fuit temporibus Arcadij & Honorij Imperatorum.

CLAVDIVS, ex homine priuato imperator, ingenio non malo fuit: ſed & in diſciplinis ita exercitato, ut quædam cõſcripſerit: corpore uerò morbido, & capite & manibus tremulis. eaque de cauſa uoce etiam hæſitabat, neque omnia quæ in ſenatũ afferret, ipſe recitabat: ſed quæſtori dabat, ut is publicè pronunciaret. Quæ autem ipſe legebat, ſedens ferè *Ingenium. Valetudo. Mulieres. Liberti.*

receen-

recenſebat. Primus etiam Romanorum ſella tecta uſus eſt: neq; tamen tam propter uitia corporis, quàm propter libertorum & mulierum conſuetudinē malè (audiebat, ἐκακχώετο,) habebat. Apertiſſimè enim à mulierib. regebatur, ut à puero ſeuerè & in timore educatus: propterea q; maiorem uera ſimplicitatem præ ſe ferebat: id qđ & ipſe fatebatur. Quia enim lōgo tempore cum nutrice & matre uixerat, in cœtu mulierum uerſatus: nihil ingenuum & liberale habebat. Inſidiabantur autem ei tum in conuiuiis, tum in Venereis congreſſibus. Vtriuſq; enim rei erat inſatiabilis: eoque tempore facilè poterat expugnari. Ad hæc etiā formidoloſus erat: ac metu attonitus, nullam officij rationem habebat. nā & illum perterrefaciendo, & aliis metum incutiendo, quæſtum faciebant. Quamuis autem talis eſſet: non pauca tamen rectè fecit, cum his affectibus liber erat. Legem tulit, ne ſenatori ultra ſeptimum ab urbe lapidē iniuſſu Imperatoris abeſſe liceret. Et, cum quidam ſeruos ægrotātes prorſus negligerent, atq; ædibus expellerent etiam: quicunque ex iis incolumes euaſiſſent, eos liberos eſſe iuſſit. Vetuit etiam, ne quis in curru ſedēs, per urbem ueheretur. Cum ſub eo Iudæi ſeditionem contra Chriſtianos mouiſſent, Claudium Felicem eis præfecit eosq; punire iuſſit. Qui cum in templo conueniſſent: uox ex adytis audita eſt, dicens: MIGREMVS HINC. idq; factū eſt (τρίτον triennio antequam,) tertiùm, ex quo internecione deleti ſunt.

*Sella tecta.* *Γυναικοκρατία.* *Ebrietas* *Libido.* *Formido.* *Leges.* *Iudaica ſeditio.*

CLEANTHES * Caſſius dictus, Phaniæ F. Aſſius. diſcipulus Cratetis, deinde Zenonis, cui etiam ſucceſſit: magiſter Chryſippi Solenſis philoſophi, & Antigoni regis. Cum pugil ſuperiori tempore fuiſſet: Athenas profectus, amore philoſophiæ captus eſt: adeò tolerans laborum, ut alter Hercules diceretur. Nam cum deeſſet unde uictitaret: noctu mercede aquam hauriebat: interdiu diſciplinis & libris uacabat. unde Phreantles, hauſtor puteorum, cognominatus eſt. Plurima ſcripſit.

CLEARCHVS Solēſis, uaria ſcripſit.

Clearchus Ponticus, Athenas uenit audiendi Platonis & doctrinæ philoſophicæ cupiditate. Sed eius conſuetudine non diu uſus (erat enim diis inimic⁹) in ſomnis uidit mulierem ſibi dicētem: Exce de Academia, & fuge philoſophiā: neq; enim ea frui tibi fas eſt, quæ te infeſtiſſimo uultu intuetur. Quibus auditis, redit in (patriā) expeditionē: & oppreſſus inuidia, patria relicta, conſcenſaq; naue, dum exul oberrat, peruenit ad Mithridatem, caſtriſq; apud eum poſitis laudatur. Non multo pòſt grauis inter Heracleotas exiſtit ſeditio. Deinde in gratiā & concordiam redire cupientes, pacificatorem deligunt Clearchum. Is in reditu, in diuerſorio quodam rurſus in ſomnis Euopium Heracleotarum tyrannū, ſibi dicētem audit: Oportet te tyrannū, eſſe patriæ. Sed & hic philoſophiam cū cauere iubebat, renouata ſomnij Athenienſis memoria. Rerum potitus, crudeliſſimus fuit, & inſuperabili ſuperbia incenſus, humana conditione contempta adorari ſe, & diuinos haberi ſibi honores poſtulauit: & ueſtes diis familiares induit, eorumq; ſtatuis decoras: & filiū ſuum Ceraunon, id eſt fulmen appellauit. Interfecit autem eum primùm uindicta: deinde Chionis manus, familiaris Platonis, & eius ad tempus auditoris: qui odio tyranni, in illius ædibus hauſto, patriam liberauit. Tam præclari facinoris ſocij fuerunt Leonides & Antitheus, ipſi quoq; philoſophi. Iuſtas autem ſcelerū pœnas eum dediſſe, dictum eſt.

*Tyrannicum ingenium philoſophum ca uere iubetur.* *Euopius.* *Sæuitia.* *Superbia.* *Chion.* *Leonides Antitheus.*

CLEOBVLINE, Lindia, Cleobuli ſapientis filia: ſcripſit uerſus, & griphos: & ænigma celebre de anno, cuius initium eſt: Vnus eſt pater, filij 12, quorum ſinguli liberi ſunt 30.

CLEOBVLVS Euagoræ filius, Lindius, unus de ſeptem ſapientibus, uirib. & forma æqualibus ſuis antecellens, Aegyptiorum philoſophia fuit inſtitutus. Filiam habuit Cleobulinen, hexametrorum ænigmatum poetriam. Scripſit cantica & griphos uerſibus circiter * 3000. E' celebratis eius dictis ſunt hæc: Inſcitia & ruditas maiori ex parte eſt inter mortales: ἀμουσία τὸ πλεῖον μέρος ἐν βροτοῖσι. Dicebat, amico benefaciendum eſſe, quò magis amicus fieret: ex inimico amicum eſſe faciendum. In rebus ſecundis, ne ſis ſuperbus: in aduerſis, ne abiectus. Fortunæ uiciſſitudines fortiter ferre ſcito. Obiit ſenex, anno ætatis 70. Modum omnium rerum eſſe optimum dixit. Ad Solonem hoc modo ſcripſit: Multi quidem tibi ſunt amici, & ubique domicilium. ego tamen affirmo, Soloni Lindū fore optatiſſimam. nam & libera eſt inſula, & in remoto mari ſita.

*Apophthegmata.* *Litera ad Solonem.*

κλεώκριτος.) Cleocritus. Pronerbio dicitur de cinædis. hic enim à comicis perſtringitur, ut effœminatus, & cinæd⁹, & peregrinus, & ignobilis, & Cybeles filius (Rheę ſacris enim molles interſunt) & uultu gallinaceo.

Cleomenes, Ptolemæo Philopatori ſtructis inſidiis malè periit. Vir fuit & in congreſſibus dexter, & in rebus gerendis ſolers: denique ingenio principali & regio.

Cleomedes Aſtypalæeus pugil, Cicio Epidaurio in certamine occiſo, & uictoriæ ereptæ dolore, mẽtis errore affectus, Aſtypalęã rediit: & ludi literarij colũna euerſa, 60 pueros collapſo ædificio interfecit. Cũ aũt à ciuib. ſaxis obrueretur, in tẽplũ cõfugit: & ciſtã ingreſſus, attractoq; operculo, negociũ faceſſit ciuibus. Qui cum tandem ligna diſſecuiſſent, neminem repererunt (ὕστατος ἡρώων κλεομήδης ἀστυπαλαιεύς. Vltimus heroum Cleomedes Aſtypalæus.

Perſica. Cleoxenvs & Demeoclitus ſcripſerũt de Perſis: quorũ hiſtoriã Polybi⁹ Megalopolita, ut ipſe refert, exornauit.

Cleophon Athenienſis tragicus: cuius fabulæ ſunt, Actæon, Amphiaraus, Achilles, Bacchæ, Dexamenus, Erigone, Thyeſtes, Leucippus, Perſis, Telephus.

Cleon, Cleæneti filius, cum obſidio Pyli, quæ & Sphacteria, duceretur, miſſus eſt, homo furioſus, coriarij filius. Aduerſatus eſt Niciæ, Nicerati filio. Multis facinorib. editis tandem in Thraciam miſſus imperator, multas cæpit urbes. & Amphipolin profectus, cum Lacedæmoniis, quorum dux erat Braſidas, bellum geſſit: ubi pugnans, à Myrcinio centrato ictus occubuit.

Cleonae, loci nomen iuxta Nemeam, ubi uerſabatur leo, quem ſuſtulit Hercules.

κλεωνύμου δειλότερος, Cleonymo timidior. Ariſtophanes: Cleonymũ rhipſaſpidem (qui clypeum abiecit) iſtæ heri cõſpicatę, ceruę ꝓpterea factę ſunt. Recentia delicta maius habẽt dedecus.

κλέπτης, παρὰ τὸ καλύπτειν.) Furtũ olim in fame nõ erat, niſi quis deprehẽſus eſſet. κλέπτης μὲν οὐχὶ μᾶλλον, δυστυχὴς δ᾽ ἴσως. Non magis quidem fur, ſed fortunatior fortaſſe. Immutauit uerſum Euripidis de Alceſtide: Te quidem mox habitura eſt uxor non illa quidẽ modeſtior, ſed fortaſſe fortunatior.

κλεῖδας κρατεῖν ἦ, σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων.) Claues tenere, compoſitionem ſignificat morum. Somnij explicatio.

Clinia, pater Alcibiadis.

Clisthenes & Strato ſubinde radebantur, quò iuniores uiderentur. Ariſtophanes:

*Ὦ (θερμόβυλον πρῶκτον) inſolentẽ anũ raſe,*
*Talem ò ſimie barbam cum habeas,*
*Eunuchus nobis ades, arte factus?*
*Hic uerò quis eſt? non ne Strato?*

* Sophocles; Quo pacto urbs bene morata fiat? Vbi dea femina panopliam geſtat, Cliſthenes radiũ? Cliſthenes ut effœminatus perſtringebatur.

κλείσοφος.) Græci Cliſophos celebrãt, & Therionas, & Struthias, & Chærephõtas, homines ad faſtidium uſq; uoraces & guloſos. Guloſi.

Clitagora, poetria Laconica.

Clite, nomen Amazonis.

Clitomachvs Thebanus, in Iſthmo luctatores & pugiles & quinquerciones eãdem die uicit, & in Pythiis quinquerciones & Olympię, alter poſt *Thaſium ob quinquerciũ & luctã proclamatus eſt. Luctatus etiã eſt cũ Eleo Capro, & quinquercio decertauit eodẽ die. Victo Caper ſiue pugil. re aũt Capro, dicebat Clitomachus, æquũ fuiſſe uocari ſe ad Pãcratium, priuſquam in lucta uulnera accepiſſet. Aduocato itaq; Pancratio ſuperatus à Capro nihilominus indefeſſo robore corporis, aduerſus pugiles uſus eſt: & ſol⁹ uno die luctæ & quinquercij coronam accepit: in pancratio, Clitomacho, quẽ diximus: in lucta, Pæanio ſuperato, uiro qui multas coronas acceperat. Itaq; nõ ſine magnis laboribus & ingenti ærumna uictoriæ illi contigerunt.

Clitvs, ſiue Hieronymus dithyrambopœus, Xenophanti F. ridebatur ob comam, & pueros deperibat. Fuit autem hirſuto corpore, ut equina Centaurorum pars.

κλῆμα κρατήσας ἐγκαλῆναι προσδόκα.) Palmite prehenſo criminationes expecta. Explicatio ſomnij.

Clemens hiſtoricus ſcripſit Romanorum (reges) imperatores, & dictaturas: & ad Hieronymum, de figuris Iſocratis, & alia.

κληρονομοῦσα.) Hęreditatis capax eſt Eccleſia in genere: in ſpecie uerò, anima ex pietate uiuens.

κλῆρος,) Clerus, cœtus diaconorũ & presbyterorum. Iacob, 12 filiorum pater, nume-

numeratione à Beniamine auſpicatus, cum Leuim decimum reperiſſet: hunc Deo conſecrauit, decimis & filiorum & omnium facultatum ſuarũ ex uoto oblatis, cũm omnia mala effugiſſet. Itaque Leui ſacerdotali ueſte induto, uictimas Deo Bethele obtulit. Ex eo qui uictimis ex lege immolandis, & miniſterio ſacro obeundo ſunt occupati, Leuitæ dicuntur. Clerici autẽ, qui ſacra ex diuina gratia adminiſtrant: eo quòd ſcriptũ eſt, Nõ ſorte Leuitis ſortem inter filios Iſraelis: Dominũ enim eſſe partem illorũ, & ſortem. Dauid autem ſortes appellat rerũ mutationes, diuitias & paupertatem, ſeruitutem & dominatũ, pacem & bellum. In manibus, inquit, tuis ſunt ſortes meæ.

Leui Deo conſecratus. Leuitæ. Clerici. Sortes Dauidicæ.

☿ κλῆρ⊕ ἑρμȣ̃.) Sors Mercurij. Vetere conſuetudine, ſortientes, in hydriam folium oliuæ conijciebant, quod Mercurium uocabant, & in eius Dei honorem primũ eximebant. Altera ſors eius erat, qui Mercuriũ ſequebatur. Euripides in Aeolo, conſuetudinis huius meminit.

κλη... ωτήρια.) Ariſtophanes: Sortitiones quo conferes? In foro deponam, ſortitrice iuxta Harmodium cõſtituta. Sortes omniũ iaciam, donec is cui ſors obuenerit, lætus abeat, ſciens In qua litera ſit cœnandũ. Proclamabit præco: Quibus B euenerit, ſequantur, in porticu regia cœnaturi. Quibus Th, in ea quæ eſt illi proxima Capricenſorũ. Quibus K, in porticu farinaria ut ſe inflectant, imò (erraui) ut ibi cœnent. Quorũ uerò litera prolata nõ fuerit, in qua cœnent: hos cæteri expellũt omnes. Sed apud nos nõ ira fit. Omnibus enim abũdè omnia ſuppeditabimus, ut unuſquiſq; ebrius, cum ipſa corona, face accepta, abeat.

Sortitio conuiuarum.

κληρȣ̃χον.) Sophocles: Reuerere matrẽ, multos annos ſortitã: id eſt, grandæuam.

κληρȣ̃χοι.) Coloni dicebãtur, quos Athenienſes in urbes à ſe captas, deſertas, aut parũ populoſas mittebãt, certa portione poſſeſſionum ſingulis aſſignata.

κλῆροι.) Dormire in medio duarũ ſortium, eſt, utriuſq; teſtamẽti lectioni perpetuò incumbere.

κλητῆρες.) Teſtes adhibebantur, ſi quis alicui iudicium denunciabat, qui κλητῆρες dicebãtur. Qui autem ad teſtimoniũ dicendum uocati, non præſtò erãt in iudicio: mille drachmis mulctabantur.

Carnificina.

κλιμακίζειν.) Climax, ſcala, eſt tormenti genus, quo corpora diſtorquẽtur. Ariſtophães: Quouis modo eũ torque, ſcalis alligatum, ſuſpenſum, flagris cæſum, cute direpta, diſtentum, aceto in nares infuſo, lateribus impoſitis, cæteris adhibitis omnibus. Vnum excipio, ne porrò eum percutias, ne'ue allio recenti.

κλισία.)

λέξομαι ἐν μυχάτῳ, κλισία δέ μοι ἐστιν ἑτοίμη.

Cubabo in extremo angulo, lectulus mihi eſt paratus.

κλίσις ἐπὶ δορύ.) Inclinatio in haſtam: id eſt, ad dextram. Inclinatio (ἐφ' ἵνα) in unum, uel in clypeum: id eſt, ad læuam.

CLITORIVM, urbs Arcadiæ.

κλοπαί.) Re nõ ſatis explorata, ſed primo aſpectu decepti, ſuis nunciarũt, plures eſſe quàm reuera erant.

CLOTHO. Tres Parcæ ſunt: Clotho, Lacheſis, Atropos. Parcæ.

*Inter mortales non potuit, quamuis cupiens,*
*Inuenire Clotho huic alium interfectorem.*

κλωπῶν.) Ariſtophanes: Manus quidem ſunt apud Aetolos (hi enim latrones ſunt) (Pes, νȣ̃ς. πȣ̃ς) Mens uerò apud Clôpidas hoc eſt, & latrones & fures ſũt.

τὼ μὲν χεῖρ' ἐν αἰτωλοῖς, ὁ νȣ̃ς δ' ἐν κλωπιδῶν.

κλῶπας μὲν τόξῳ βάλλε, σὺ δὲ φίλους.) Fures arcu ferito, tuere amicos.

κλύει.) Quiſquis audit, magis gaudet, & tuis inſultat doloribus.

CLYMENVS, dicitur Orcus, ſiue quòd omnes ad ſe uocet, ſiue quòd ab omnibus audiatur. Epigrãma de Orpheo: Qui etiam immitis atrox Clymeni ingeniũ,

*Et implacabilẽ animũ demulſit lyra. Et rurſus.*
*Nunc prata Clymeni peruolitat,*
*Et roſcidos aureæ flores Proſerpinæ.*

CLYTEMNAESTRA, uxor Agamemnonis.

κνάπτω.) Ad Xenocratem philoſophũ cum diſcendi cauſa quidam ueniſſet, & geometriæ & aſtronomiæ ignarus: Hoc, inquit, uellus apud me non carminatur. ὅτ⊕ παρ' ἐμοὶ πόκος ȣ̓ κνάπτεται.

κναφεύς.) Ariſtophanes: Si fullones ijs qui egent, lænas præbuerint, cum Sol à nobis receſſerit, nemini noſtrûm lateris dolor incommodabit.

κνησιᾶν τὰς ἀκοάς.) Prurire alicui aures: id eſt, audiendi eſſe cupidum.

κνωσσός.) Cnoſſ urbs Cretæ, unde Cnoſſius.

κνώσσω.) Lucullus Romanus, Mithridatis regno euerſo, cũ ad Troadem appuliſſet, & iuxta Veneris ædẽ ſtatiua haberet, huiuſmodi audijt oraculum: Mithridates.

τί κνώσσεις μεγάθυμε λέων; νεβροὶ δέ τοι ἐγγύς.

Quid dormis magnanime leo? hinnuli ſunt prope te. Itaq; ſurrexit: & cum

regem in propinquo eſſe audiſſet, (διαπιστὼν διαφθείρει F. profligat) oppreſſum interficit.

Contra ſomnum. κνυζόμενον.) Canes de propugnaculo ſuſpendebat, ne ijs eiulantibus excubiæ dormire poſſent.

κόγχης ἄξιον.) Conchæ precij: id eſt nullius. ταὐτόν ἐστι τόδε τῷ κόγχην διελεῖν. Perinde eſt ac ſi concham diuidas. De re facili.

κογχύλη.) Conchyliũ eſt, unde fit purpura. Vt ex auibus uulrures, è quadrupedibus canes, eminus odores ſentiũt, ob aeris uim illos trãſmittentẽ: ſic ex aquaticis (quia uis eadem etiam aquæ ineſt) eminus odores percipiunt piſces. Itaq; & conchylia, cum uiſu careãt, eſcam ſequi apparet. Crocodili item carnem in ſumma aqua pendentem conſectantur.

Odor. Aer. Aqua.

κοδάλου χοῖνιξ.) Codali chœnix. Prouerbium, de ijs qui maioribus menſuris utuntur. *Raſtatter maſs.*

κοδράτος) Quadratus, Romanus hiſtoricus, Ionica lingua ſcripſit hiſtoriæ Romanę libros 15, titulo χιλιετηρίδος, à millenario numero, quod ſcilicet res geſtas Romanorum ab urbe condita uſq; ad Alexandrum Mammææ F. complecteretur.

κόθορνος.) Cothurnus, calcei genus utriq; & pedi & ſexui aptum. Sic dicebatur Theramenes orator Athenieñſis, Prodici Ceij diſcipulus. Dicitur de homine uerſatili: nam hic & 30 tyrannis & populo ſe accommodabat.

Theramenes.

COCCVS, orator Athenieñſis, Iſocratis diſcipulus: ſcripſit orationes oratorias.

COCLES, Horatius dictus eſt oculo amiſſo.

κόλαξ.) Adulator, id eſt impoſtor. κολακεία, adulatio, id eſt impoſtura,

κολασσαεῖς.) Colaſſenſes dicũtur Rhodij, qui in ſua inſula æneam ſtatuam Solis erexerunt, quam à magnitudine Coloſſum appellarũt, ſub Seleuco Nicanoris * filio Alexãdri Macedõis. Epigrãma:

*Ipſi tibi ad Olympum extenderunt coloſſum*
*Hunc, Rhodi incolæ Doricæ, ô Sol,*
*Aeneum: poſteaquam fluctu ſopito Bellona,*
*Ornarunt patriam hoſtium ſpolijs.*

COLIA, maritimum promõtorium Atticæ, ubi Veneris Coliadis fanum eſt.

κολοκύνθης ὑγιέστερος.) Coloquintra ſanior: prouerbium.

κολοσσός.) Vt Rhodiorum coloſſus ob magnitudinẽ formidabilis, non amabilis erat: ſic neq; Sebaſtianus ob abſtinentiam erat admirabilis.

Non idem magnũ & gratioſum.

κολούειν.) Hortabatur, ut armis ſumptis patriam defenderent, ac populum petulantem coercerent.

COLVTHVS, Lycopolites Thebæus uerſificator, tempore imperatoris Anaſtaſij ſcripſit Calydonica libris 6. & encomia uerſibus, & Perſica.

κόλουρα.) Quæ caudam nõ habebant, aut mutilatã habebant, nõ ſacrificabantur. Quicquid deniq; perfectum & ſanũ non erat, dijs non immolabatur. Ariſtophanes: Immolari non poteſt, quia caudam non habet.

Victima integra.

κόλπος.) Sinus Dei, eſt bonorũ theſaurus: manus, eius efficacia. Cur auertis manum tuam à medio ſinu tuo?

Deo attributa.

κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν ἱζάνει.) Graculus graculo aſſidet. Amant enim inter ſeſe hæ aues, & ſunt cõgregabiles. Vſurpatur de ijs, qui ſui ſimilium familiaritate utũtur.

COLYTENSIS, Aegeiæ tribus municeps.

κόμμα.) Ariſtophanes: ἔοικεν εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος: Apparet hunc eſſe malæ monetæ: id eſt, è cœtu improborum.

COMANA, urbs, in qua Chryſoſtomus primum eſt ſepultus.

κόμης) Comes, populi princeps.

κομῆται) Comam alebant philoſophi, ſiue ex tolerantia, ſiue ex tenacitate. Ariſtoph. in Nubibus: Quorum, inquit, nemo præ ſordibus unquam tonſus eſt.

Comæ philoſophica.

COMETAE, ignis denſi in ætherium elati locum fulgor: ignis cõferti inflammatio, qui celeriter circumfertur, & ſpeciem longitudinis præ ſe fert. Quatuor ſunt genera ſtellarum contra naturã: Cometa, cuius infima pars tenuiſſima eſt, ſumma extenſa, ut in coma: δοκίας, ἢ λαμπαδίας, qui totus tenuis eſt, ut haſta, aut facula: πωγωνίας barbatus, cuius pars inferior plana eſt, ſuperior anguſtior: βόθυνος, cum ſtella quæ apparet, profunda eſſe uidetur.

οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ { κακὸν φέρει. / ψωλίζεται.

*Nullus eſt cometa, id eſt capillatus, qui nõ* { *malum ferat.* / *ineatur.*

COMMODVS imperator Romanorum, neſcio quibus actus intemperijs, ita inſanijt, & debacchatus eſt, ut ſuum nomen repudiaret, & Herculem ſe ac Iouis filium dici, & menſes ſuis appellari nominibus uellet, hoc modo: Amazonius, Cõmodus, Auguſtus, Herculeus, Romanus, Excellens (ὑπερφέρων) Inuictus,

Affectatio diuinitatis. Menſes Commodiani.

*Herculis habitus.*

uictus, Pius, Felix, Lucius, Aelius, Aurelius. abiectoq; Romanorum habitu, leonina pelle ſe inuolueret, & clauam geſtaret: itaq; & cum beſtijs & cũ hominibus duello publicè cõgtederetur, teuera ita ſagaciter iaculans, ut omnibus admirationi eſſet.

*Comicotragœdia.*

Cum autem ad nefandas cædes animum appuliſſet: omnes ſine clementia miſeros & mutilatos uiros, in theatrum coactos, ſerpentinis quibuſdã (laruis, aut textis) ſpectris ad genua alligatis, tanquam gigantes, claua confecit.

*Gladiator pro imperatore.*

Cum uerò in gladiatorum tabernis pernoctaſſet, atq; inde ad ſpectacula procederet, obuiã eunte ſenatu: ab omnibus malè audiebat, adeò ut Martia etiã, quã inter concubinas maximi faciebat, eum uituperaret, & ab illis factis dehortaretur. Multi alij quoq; ſupplices rogabant, ne quid imperio admitteret indignum.

κόμπος.) Precib. miſta erat iactantia Barbarica, & ſignificatio proſperæ fortunæ.

κομποφακελορρήμονα) Vox compoſita à iactantia & faſcibus uerborum.

κομψόν.) Ariſtophanes in Nubibus: Primùm comis eſto in cõgreſſib. Et, Res ita bella eſt, & tuis perquàm digna morib.

κοννᾶς στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλώς.) Prouerbium: Connas tibicen, coronam quidem gerens, ſed ſiti enectus. Hic ſubinde coronatus in cõpotationes ſe ingerebat. Vel: Olympionices fuit pauper, nihil habens preter oleaſtri corollam. Vel: tibicen optimus, ſed pauper fuit, & ſæpe coronatus. de quo Cratinus:

*Ede, & tuo uentri da beneficium, ut tibi &*
*Fames ſit inimica, & Connas amant coronarum te ame*.*

Ait autem, ei toties uictori nunquam honorem eſſe habitum.

*Alapa Herculana.*

κονδυλίσας.) Hercules puerũ, qui aquã ad lauãdas manus ingratam obtuliſſet, alapa data occidit.

κόνδυλον.) Ariſtophanes: Si puer uinũ petierit, alapam ei dato. Dictum hoc eò pertinet, ut aſſuefiant pueri, ne quid ſuperuacaneũ petant. Camerarius liberis ſuis dicere ſolit⁹ eſt: DISCE CARERE.

*De Socrate epigramma.*

κόνειον pro κώνειον.) *Ab Athenienſibus aconitum omnino tu quidem accepiſti:*
*Ipſi uerò ebiberunt id ore ſuopte.*

CONISSALVS, dæmon Priapi ſimilis, qꝫ non recuſet uel in puluere coite.

κόνος ἀρτοξύη.) Conos Artoxyę. Prouerbium, de ijs qui par pari referunt. Vide Chiliades.

κόννους.) Polybius. Donabat ſingulis cõuenĩetia: pueris connos & monilia: adoleſcentulis drambas & gladios. κόννους, ψέλλια, δράμβας, μαχαίρας.

*Sardanapalus. Arbaces.*

κονεσκογχόλορος.) Conoſconcolorus Græcè Sardanapalus, muliebri uir animo, & delicijs deditus, ab Arbace præfecto ſuo eſt euerſus, ultroq; ſibi necẽ cõſciſcere coactus, regia unà ſecũ cremata. Idẽ Arbaces regnũ ad Medos trãſtulit.

κόννου ψῆφον (ψόφον, ſtrepitũ.) Cõni calculũ. De reb. nullius precij Connus ſiue lyricẽ, ſiue citharœd⁹ fuit, parũ uocalis.

κοντῷ πλεῖν.) Cõto nauigare: id eſt, cõuenienter uiuere. Prouerbium.

*Equorum nomina. Bucephalus.*

κοππατίας ἵππος.) Equus litera K ſignatus, ut Samphoras, litera Σ. Alijs V inurebatur. Ne Bucephalas quidem uocamus à bouino capite, ſed ob notã eis inuſtam: qualis nimirũ etiã Alexandri Macedõis equus fuit, cui mortuo Bucephalam Alexandriam cõdidit, uirturẽ eius, ſepulturæ loco, urbe remuneratus.

*Somniorũ explicatio.*

κόπρελος ἀνήρ.) Homo fœtid⁹, & ſordid⁹.
κόπρῳ καθεσθεὶς, ζημίαις ἕξεις τρόπους.
ἰλὺν πεπλευκὼς, τοῦ νοὸς νοεῖ βλάβην.
ἔκδηλός ἐστι βόρβορος ψυχῆς ῥύπος.
*In fimo ſi ſederis, damnoſis præditus eris moribus.*
*Limum ſi nauigaris, mentis intellige damnũ.*
*Lutum manifeſtas animi ſordes notat.*

κόραξ ὑδρεύει.) Coruus aquatur. De ijs qui difficulter aliquid conſequuntur.

*Pilati aquæductus.*

CORBONAS, apud Iudæos ſacer theſaurus, quo Pilatus in aquæductus conſumpto, ſeditionem excitauit. Deduxit autem aquam à ſtadijs CCCC: iuxtaq; collocatis militibus, multos occidit.

κορδύλης οὐκ ἄξιος.) Cordyle indignus. Prouerbium.

κορεύσας.) Chryſeus intactæ diſſecuit nodum uirginitatis.

*Pirithous. Hades. Core. Perſephone. Tricerberus.*

κόρη.) Tẽporib. Iudicũ apud Iudæos, Moloſſorũ rex fuit Hades: id eſt Pluton, ſeu Orcus, qꝫ filiã habuit quã uocauit Corẽ, Perſephonen. Formoſas enĩ mulieres Moloſſi Coras appellabãt. Hãc Pirithoꝰ adamãs, noctu rape decreuerat. Quo pater eius Hades cognito, canẽ ſuum à magnitudine Tricerberũ dictũ, ante fores alligauit, & ex cõſtituto uenientem Pirithoũ interfecit: itẽq; Corẽ ad opẽ ferendã egreſſã, quã aiũt à Plutõe raptã eſſe.

** Codrides.*

* CORRIDES, Solon dictus eſt, patronymicẽ.

*Mulier uictrix Pindari.*

CORINNA, Archelodori & Procratiæ filia, Thebana, ſiue Tanagræa, diſcipula Myrtidis, cognomento Muſa lyrica, quinquies uiciſſe fertur Pindarum.

Scri-

Scripſit libros V. & Epigrammata, & Leges lyricas.

Corinna, uel Theſpia, uel Corinthia, lyrica, leges Lyricas ſcripſit.

CORINTHVS, dicta à Corintho Marathonis aut Pelopis filio.

*Homerus poeſim ſuã à Corinno mutuatus. Palamedes. Doricæ literæ.*

CORINNVS, Ilienſis, poeta heroicus ante Homerum, ut quibuſdã uiſum eſt: primus Iliadẽ ſcripſit, Troiano bello adhuc durãte: diſcipulus Palamedis, cuius Inuenta literis Doricis deſcripſit. Dardani item bellum aduerſus Paphlagonas: ut ex hoc Homerus totum ſuæ poeſis argumentum ſumpſerit, inque ſuos libros retulerit.

κορκορυγάς.) Solue pugnas & clamores, ut te Lyſimachum appellemus.

*Cornutus. T. Liuius.*

CORNVTVS. Duo Romani hiſtorici fuerunt: Titus Liuius, cuius celebre & illuſtre nomẽ eſt: & Cornutus, quem diuitem & orbum fuiſſe audio, ſed præclari nihil habuiſſe. Verùm tantũ diſcrimen fuit horum uirorum, ut Cornutum quidem audirent plurimi: obſequij & aſſentationis ergò ad eum cõfluentes, & propter orbitatem ſpe hæreditatis: Liuium autẽ perpauci, ſed uiri & ingenio & eloquentia præſtantes. Ac tum quidem iſta fiebant. Tempus autẽ, quod ſe nec uendi, nec largitionibus corrũpi ſinit, eiusq́; (F. φύλαξ cuſtos) phalanx & pediſſequa & inſpectrix Veritas, nec pecunia egentes, nec hæreditatis ſucceſſionẽ ſomniãtes, nec ulli alteri rei turpi & adulterinæ & tabernariæ & ſeruili obnoxię: alterum retexerunt & oſtenderunt tanquam abſconditum theſaurum, multis bonis refertum rebus: alterum uerò, diuitem illum & pecunijs circumfluentẽ, obliuione obruerunt, ut uel unus uel nemo potius eum norit. Cornutus hic Lepti urbe Africæ natus, Romæ fuit ſub Nerone, & ante eũ: interfectus unà cum Muſonio. ſcripſit multa philoſophica & oratoria.

*Veritas tẽporis F.*

κορώνη τὸν σκορπίον.) Cornix ſcorpium: De ijs q res difficiles & noxias ſuſcipiũt.

CORSIAE, urbs Bœotiæ.

*Fluctuum menſor.*

COROEBVS, ſtultus quidã, qui fluctus metiebatur.

CORYBANTES & Curetes, ut quidam nolunt, ijdem ſunt Rheæ filij, Iouis nutricij, & cuſtodes & magiſtri, uel nouem uel decem.

*Attilæ pictura.*

κόρυκος.) Attila, cum Mediolanum urbem populoſam perueniſſet, & Romanorũ imperatores in aureis ſolijs ſedentes, Scythas uerò ad pedes eorum depictos uidiſſet: ſe in ſolio ſedentem, Romanorum uerò imperatores ſaccos in humeris ferẽtes, & ante pedes ſuos aurum effundentes pingi iuſſit.

κόρχορος ἐν λαχάνοις.) Corchorus inter holera: de uilibus & contemptis hominibus, qui honores appetũt ſupra dignitatem ſuam.

*Peſtilentia ob perfidiam.*

κόσσας.) Coſſas Pellenenſis uir bonus fuit. Cum autem Pellenenſibus bellum eſſet cum Salaminijs, à finitimis auxilia petiuerunt, agros ſe illis daturos polliciti. quos parta uictoria negarunt: quamuis ſuadente Coſſa, ut pactis & conuentis ſtarent. Sed ob eam perfidiã peſtilentia conflictati, ſententiã Coſſæ laudarũt.

κοσκίνῳ ὕδωρ ἐπιφέρειν.) Aquam cribro afferre. De rebus quæ fieri nequeunt.

κόσμει ἂν ἔλαχες σπάρτην.) Spartã, quã nactus es, orna. Et ego mihi uideor in fatis acquieſcere uelle, Spartam meã ornaturus: certamẽ hoc & quaſi probationẽ uitæ propoſitam ratus, ſi philoſophiam, quamuis calamitoſam, non deſeruero.

*Modeſtia. Temperantia.*

κοσμιότης.) Modeſtia, καὶ σωφροσύνη & temperantia, non modò ſunt remotiones & ablationes oppoſitorum uitiorum, immodeſtiæ & intemperantiæ, ſed & uitæ rationes euidentes & (αὐτοθελεῖς, αὐτοτελεῖς, perfectæ) uoluntariæ. Ac altera quidem cõuertit deteriora in nobis ad meliora, altera perturbationes animorum omnes ordinat & exornat, & uirtutes à ſe procreatas utraq; in familiarium ſuorum animis gignit.

*Mundus.*

κόσμος.) Mundus eſt compago & temperamentũ è cœlo & terra, & ijs quæ his ſunt interiecta, & plenitudo formarum. Quia uerò nullam ſpeciem interire decebat, ne impfecta eſſet uniuerſitas: neq; fieri poterat, ut eadẽ numero permanerẽt, quæ nata & caduca eſſent: hęc quoq; æternitatem, ut potuerunt, ſunt adepta. Quapropter omnia æternitatem primi, ut ſui principij, expetũt, & unumquodq; ſuo modo eius eſt particeps. Eſtq́; hoc opus Naturę maximè propoſitũ, ut unaquæq; res naturalis aliam gignat ſui ſimilem. Quoniam autem generatione nobis eſt opus, & generationis facultas certa magnitudine cõſtat: etiam incremento egemus. Quod quia cibo fit: alendi facultate eſt opus. Ob hæc igitur naturalibus facultatibus præditi ſumus & nos, & brutæ animantes. Itaq; cum his facultatibus agimus, ut ſtirpes agimus: cum uerò ira & cupiditate, ut pecudes. Vt homines

*Immortalitatis appetitio atque adeptio. Generatio. Incrementum. Alimonia. Stirps. Pecus. Homo.*

mines autẽ agimus, cũ rationẽ adhibemus. Itaq; perfacetè Plotinus dixit, eos qui furioſè alendi facultates perſequantur, (τοὺς κινδυνεύειν δενδρωθῆναι) in periculo eſſe, ne arboreſcant: id eſt, in arbores mutentur. Significat κόσμος quatuor: τὸν κόσμον, ornatum: τόδε τὸ πᾶν, hanc rerum uniuerſitatem: τὴν τάξιν, ordinem: τὸ πλῆθος, multitudinẽ, in ſacra Scriptura. Stoici dicunt, Mundum eſſe triplicem: ipſum Deum, (ἰδιοποιὸν, εἰδοποιὸν) qui omnẽ eſſentiã informet, & interitus & ortus expertem, ut opificem diſtinctionis, qui temporum certis interuallis omnẽ eſſentiã in ſeſe cõſumat, & rurſus ex ſeſe gignat: atq; ipſam etiam ſiderum diſtinctionem Mundum appellant: & tertium, id quod ex utriſq; cõſtat. Eſtq; mundus, qui eſſentias rerum omnium informat, ſiue, compages cõſtans è cœlo & terra, & naturis quæ in ijs cõtinentur: ſiue ordo & compages ex elementis & hominibus, & ijs rebus quæ ad finem aliquem referũtur. Ac mundum mente regi, & prouidẽtia, per omnes eius partes mẽte fuſa, quemadmodum anima in nobis, alijs in partibus plus, in alijs minus: quæ per alia quidem ut habitus tranſeat, non per oſſa & neruos: per alia ut mens, ut per partem principem, quæ ἡγεμονικὸν à Græcis dicitur. Sic igitur totum mundũ, tanquã animal, principem habere partẽ Aetherem; & per aerea & animalia omnia penetrare, & per ſtirpes ut habitum: & unum eſſe hunc Mundũ, eumq; finitum, & globoſa figura præditũ, quę ſit ad motum aptiſſima. Extra eum (κενὸν uacuum) centrum eſſe circumfuſum, infinitum & incorporeum. Eſſe autẽ incorporeũ, quod à corporibus occupari poſſit, cũ non occupetur. In mundo autẽ ipſo nihil eſſe uacuũ, ſed unitũ eũ eſſe: quòd id flagitet cœleſtium cũ terrenis cõſenſio & cõſpiratio.

*Plotini dictum.* — *Triplex Stoicorũ mundus.* — *Vt anima per corpus, ita prouidentia per Mundum fuſa uniuerſũ.* — *Mundus unus & finitus & globoſus.*

κοτταβίζειν.) Ludicrũ apud Athenienſes fuit huiuſmodi. Bacillus humi defigebatur, & alius imponebatur, q mouetetur, ut in libella: de quo duæ lances pendeſent, & ſub ijs lancibus duo aquæ crateres, & ſub aqua æneum ſigillum inauratum, quod Manes dicebatur. Hæc fiebãt in ſympoſijs: ac ludentibus omnibus, aliquis ſurgebat phialã tenẽs mero plenã: atq; eminus ſtans, uinũ omne uno impetu in lancẽ fundebat, ut repleta mergeretur: & caput ſigilli ſub aqua latẽtis feriẽs ſonitũ ederet, qui cottabus dicebatur: isq; quò maior, eò melior. Quòd ſi nihil de uino effunderet, uincebat, & ſciebat ſe amari ab amica: ſin minus, uincebaẽ.

*Augurium de amore amicæ.*

COTTA telo utebatur, quæ tragulà dicitur: qua tam uehementem inferebat ictum, ut quem percuſſiſſet, per thoracẽ & coſtas terræ affigeret. *Tragula.*

κοτίνῳ στεφανῶ.) Nõ oleaſtro, ſed oliua, quæ Calliſtephanus dicit, coronabatur. de quo ſic ad uerbũ ſcribit Ariſtoteles: In Pantheo eſt oliua, quę καλλιστέφανος dicitur. Huius folia, ſecus quàm aliarũ oliuatum, extrinſecus, nõ intrinſecus alba ſunt: ramosq; gignit, ut myrtus, ad coronas aptos. De hac germen Hercules Olympiæ plantauit, de qua coronæ pugilibus dabantur. Eſt autẽ iuxta flumẽ * Iliſſum, circũſepta: magnaq; pœna propoſita ei, qui illam attigerit. Xerxes itaq; cũ audiſſet, propter oleaſtrum tantos capere labores Græcos: Quomodo, inquit, iſti pro libertate pugnabunt? *Cotinus. Calliſtephanus.* *Xerxes de corollis Græcorum.*

COTYLAEVM, Eubœæ mons: à Cotylo, qui eum occupauit.

COTYLE, inſtrumentum quo ſarcinæ ferũtur. primus inuenit Protagoras: baiulus enim fuit.

COTYORA, uulgò nũc Cytora, urbs Græca, Sinopenſiũ colonia, cuius ciues Cotyoritæ dicuntur.

COTYS dæmõ apud Corinthios colitur, preſes effœminatorũ & impudicorũ: ſiue illi ob turpẽ q̃ſtũ, ſiue ob fœdã libidinẽ, aliàue de cauſa pudicitiã proſtituant: cuiuſmodi ſunt Cliſthenes & Timarchi. *Scortorum præſes.*

Cotys, nir fuit aſpectu dignitatis pleno, inq; re bellica excellẽs, animo etiam quiduis potius quàm Thrax. Nam & ſobrius erat, & clementiam atq; animi altitudinem ingenuam præ ſe ferebat. *Barbariã potentior natura.*

Cotys in Thracià XXIIII annos regnauit. ac principiò in uoluptatibus & delicijs uixit: ſed rebus eius ſecundis creſcentibus, crudelis & iracũdus euaſit, ut ſuam uxorẽ, è qua liberos habebat, diſſecaret mediam, à pudendis auſpicatus.

κυρήτων σῶμα.) Curetum õs: Id eſt, fatidicum. nates enim habebantur.

κουροτρόφος γῆ.) Puerorũ ſeu adoleſcentũ altrici Telluri primùm ſacrificaſſe dicunt Erichthoniũ in arce, & arã dedicaſſe, ut gratiã illi pro ſuppeditato uictu referrer: atq; etiã inſtituiſſe, ut qui cuiquã Deo immolarẽt, Telluri pri⁹ immolarẽt. *Telluris cultus.*

κούφη γῆ τοῦτον καλύπτοι.) Leuis terra hunc tegat. Dicitur terra leuior & grauior, cum nõ ſimpliciter ſit leuis: & ignis igni grauior, cum nõ ſimpliciter ſit grauis. *Terra leuis, ignis grauis.*

uis. Leue autem eſt, quod ſuapte natura in ſuperiorem locum fertur. Leuis terra dicitur, quòd facilius tollarur & feratur: & ignis grauis, ꝙ facilius deorſum rendat. dicunrurq; hęc ſimilitudine & comparatione quadam, non propriè.

*κύφοις πνεύμασι βόσκε, νέαν ψυχὴν ἀτάλλων.)* Leuibus flatibus paſcere, iuuenilē animum augens.

*κυφότερος κονιορτοῦ, καὶ ἀσθενέστερος.)* Leuior puluere, atq; infirmior.

*Cratini comici Pytine.* *κώδιον.)* Niſi te odi, fiam unum è Cratini uelleribus, & diſcam Morſimo accinere tragœdiam. Sic perſtringitur Cratinus, ut ebrioſus, & lecti permin ctor. Quo dicterio commotus (quamuis certare & ſcribere deſijſſet) denuò in certamen prodijt, fabulamq; Pytinen ſcripſit de ſe & ebrietate. Fingit autem comœdiam uxorem ſuam eſſe, quæ diuortium ſecū facere, & malæ tractationis crimen intendere ſibi uelit. Sed Cratini amicos intercedere: precari, ne quid remerè faciat: rogare inimicitiarum cauſam: illam reſpondere, quòd comœdias neq; ſcribat, neque agat, ſed ebrietati uacet. Fuit Cratinus antiquæ comœdiæ poera, uetuſtior Ariſtophane, ualde probatus.

*κωδωνίσαι.)* Tintinabulis pulſandis explorant generoſos equos, an pugnæ tumultu non percellantur.

*κωδωνοφαλαροπώλους.)* Nō terruit eos, cum cygnos induceret, & Memnones, qui pro phaleris equorum, tintinabulis uterentur.

*κώδων.)* Multa genera ſunt tubarum: Lybicæ, Aegypriæ, Tyrrhenicæ. Primus Archondas, Heraclidis opem ferens, in Græciam intulit Tyrrhenam tubam.

*κωδωνοφορῶν.)* Excubiarū præfecti tintinabula ſecum ferebant, ad explorādos uigiles, ut ijs auditis reſponderent.

*κωλῆ.)* Armus uictimarum, Mercurio eſt facer.

*κωλιάδος κεραμῆες.)* Coliadis figuli. Colias Atticæ locus, ubi uaſa bona fingebantur, tincta minio.

*κωλιάς.)* Colias, ædes Veneris, à quodam Attico adoleſcente condita: qui captus à Thyrrhenis, & cum uinctus apud illos ſeruiret, adamatus ab herili filia, & ſolutus: domumq; reuerſus, hanc Veneri gratiam pro ſalute retulit, fano in litrore, unde raptus fuerat, extructo: & nomine à membris, quæ uinculis preſſa fuerant, indito. Alij dicunt, Ione immolāre, accipitrem *κωλῆν*, id eſt anteriorem uictimæ partem raptam, cum in locum detuliſſe, *κωλιάδα* inde dictum.

*κῶλον.)* membrum, pars orationis, è duabus aut pluribus etiam partibus cōſtans. Syllabas enim ſecant, & membra ſententiarum. Membrum igitur uerſus eſt, abſolutam ſententiam continens.

COLYPES, municipiū Aegeiæ trib.

*κώμη) θρηνῶν ὡς ὑμέναιον ἐκώμασε.* Fletus ad Hymenæum comeſſatum uenit. Nam miſera illa cum nondū mulier eſſet, mortua fuit. Prouerbium, *ὑς ἐκώμασεν.* ſus comeſſatum uenit. De ijs qui aliquid petulanter agunt.

*κωμικὸν δορυφόρημα.)* Comici ſatellites.

*κωνοφόροι.)* Græci Bacchum cordis humani præſidem eſſe dicunt.

CONSTANTINVS Magnus, Imperatori Conſtantio obſcurè natus, & è ſignis quibuſdam à patre agnitus: decreuit, relictis ijs locis in quibus uerſabatur, ad patrem Conſtantium proficiſci, apud tranſalpinas gentes & in Britannia plerunq; uerſantem. Quē pater cū robuſto eſſe corpore uideret, pręteritis Theodoræ filijs, imperatorem deſignat. Nouā Romam Cōſtantinus annis CCCLXII ab Auguſti Cæſaris monarchia condidit. De hoc nugas ſcribit Eunapius, quas ob reuerentiam uiri prætereo. *Conſtantinus Magnus.* *Theodoræ filij.* *Conſtantinopolis.* *Eunapius.*

Cōnſtantinus, Imperator Romanorū, Leonis Iconomachi Iſauri filius. E leone autē nata eſt uerſuta pardalis, de ſerpentino ſemine aſpis atrox, & ſerpens uolaticus: è Dane Antichriſtus. Hic patris imperij & impietatis ſucceſſor, & libidinibus, & dæmonū inuocationibus, & alijs improbis ſtudijs deditus atq; uacans, eximium inſtrumentū, & ſupra modum opportunū patris ſui & præceptoris extitit diaboli: eò uæcordiæ & ueſaniæ redactus, ut lege ſanciret, ne quiſquā prorſus ſeruorum Domini ſanctus diceretur: ſed & ut eorum reliquiæ conſpuerentur, nec eorum interceſſio (*πρεσβεία*) peteretur. nihil enim eos poſſe. Deinde adiecit homo profanus, ne Mariæ quidem interceſſionem quiſquā petat. neq; enim eam iuuare quenquā poſſe. Neq; etiā hæc Deipara nominetur. In manus itaque ſumpto ſacculo auri pleno, & omnibus monſtrato, rogauit, quāti eſſet? Qui cum dixiſſent, magni: rurſus effuſo auro quæſiuit, quāti eſſet ſacculus? cum reſpondiſſent, nullius eſſe precij: Sic, inquit, Maria etiam. neq; enim Deiparam miſer illā uocari uoluit. Dū enim Chriſtum *Iconomachus.* *Malæ artes.* *Sanctorum nomen abrogat.* *Mariā Deiparam dici uetat.* *Simile de ſacco auri pleno.*

ſtum in ſe haberet, honorata fuit: poſtquám aũt eum peperit, nihil ab alijs differt mulieribus. O' audacẽ blaſphemiã Saracenicæ religionis, & Iudaicæ ſententiæ. Venerem enim colebat, & humanas hoſtias immolabat ultra urbem: ubi S. Mauræ æde deſtructa, & in carnificinam mutata, Mauram locũ illum dixit, in quo ſacra illa pagebat, & pueros mactabat. Teſtimonio eſt Flauij puer, quem occultè ab eo immolatum Deus patefecit.

*Idololatria & humana hoſtiæ.*

Conſtantius, Conſtans & Conſtantinus, filij magni Conſtantini.

*Conſtantinopolis. Roma.*

Conſtantinopolis, tãto eſt alijs omnibus urbibus maior, quanto Roma eſſe minor uidetur: à qua ſecundã numerari, longè mihi certè quidẽ uidetur eſſe melius, quàm cæterarũ omniũ primã exiſtimari. Anni CCCLX à Cæſaris Auguſti monarchia exierãt, ueteris Romæ rebus ad finem tendentibus, cũ Conſtantinus Conſtantij F. ſceptris potitus, nouã Romam condit. A' noua autẽ Roma condita, uſq; ad imperiũ Baſilij & Conſtantini Porphyrogenitorũ, (τπη) anni ſunt 308.

κῶος πρὸς χῖον.) Cous aduerſus Chiũ. Chius ualet intus, Cous foris.

COPAIS lacus Bœotiæ, in quo magnæ anguillæ naſcuntur. Eſt & urbs eiuſdem nominis.

*Corycæum deus.*

CORYCAEVM deum quendã comici, audientem ea quæ dicũtur, inducunt. Prouerbium: τῦ δ᾽ ἄρα κωρυκαῖος ἠκροάζετο, Hunc Corycæus audiuit. Corycus enĩ eſt Pamphyliæ ꝓmontoriũ, iuxta quod urbs Atalia, cuius ciues ne à piratis, ibi ſtatiões habẽtib. malè tractarenť (ὑπαλλαττόμενοι mutato habitu) ad eos qui in alijs portubus ſtatiões habebãt, accedẽtes, ſubauſcultabãt: & latronibus renunciabant, qui'nã eſſent, & quò nauigarẽt? Dexippus in Theſauro: Ne occultet corpus Corycæus. Atqui audiui omnia, intrò te ſecutus. Ephorus lib. 3. Sub ꝓmontorio, inqt, habitabãt Corycæi. ꝓminẽte in pelagus, cõuenæ quidã, oppidulo cõdito, uicini Myonneſo: & ad mercatores in portubus accedebãt, quaſi nauigaturi unà. Vbi cũ cognouiſſent & quid ueherẽt, & quò nauigarẽt: Myonneſijs renunciabãt, qui tũ illos inuadebãt. Accipiebant autẽ & Corycæi prædæ partem.

*Corycus. Atalia. Corycæi. Myonneſus.*

COS inſula, patria Hippocratis, quæ & Meropis dicitur.

κωφὰ καὶ παλαιὰ ἔπη.) Surdi & antiqui uerſus: id eſt, frigidi, obſcuri, nugaces.

κωφῆς ἀσπίδος.) Surdam aſpidẽ Dauid eo dicit, non ꝙ auditu careat: ſed quòd auribus obturatis incãtationẽ repellat.

κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος.) Mutũ eſt telum uiri imbellis: id eſt, hebes, infirmum, non ſtridens. Translatio ab auditu ad tactum.

κωφότερος ἢ ἀφωνότερος κίχλης.) Surdior, aut magis mutus Cichle. Torõæ in Thracia Cichle portus eſt, qui anguſtos & lõgos habet à mari acceſſus, ut maris murmur in eo non audiatur.

παρὰ κωφῷ πέδεις.) Apud ſurdaſtrum pedis. De rebus (ἀδυνάτων, ἀνηνύτων, irritis) impoſſibilibus.

κεάδη.) Cicadæ mẽſem unum atq; alterum in ficubus cantillãt. Athenienſes uerò, per omnẽ ætatẽ in iudicijs cantãt.

*Athenienſes, rabulæ.*

κεράμβη.) Crãbas elixas Aegyptij ante alios cibos edebãt: ꝙ grauedinem auertere, & ebrietati obſtare feruntur. Crambe, id eſt braſſica, iuxta uitẽ nõ plãtatur.

κρανααῶν,) Ariſtophanes: Ita'ne maiorem Cranais urbem quæris? Cranaæ dicuntur Athenę, uel ab aſperitate ſoli, uel à Cranao rege.

κραταιά.) *Stato hic haſta homicida, neque amplius miſerabilem Aeneum circum unguem ſtilla cædem hoſtium.*

*Forma regia.*

CRATERVS Macedo, uir admodum procerus, & faſtigio regio ueſtitus ſplendore proximus, & omnibus ornamẽtis Alexandro ſimilis, diademate excepto. Adeuntibus humaniſſimũ ſe præbebat, comitate grauitate tẽperata, & benignitate ſermonis homines maximè ſibi cõciliabat. Itaq; paruitatẽ corporis Antipatri, & uilitatẽ, atq; etiã inhumanitatẽ & aſperitatẽ aduerſus ſubditos cũ Cratero cõparantes, hũc regio honore afficiebãt, &, uti par erat, laudabãt, ut & fortiſſimũ ducem, & rei bellicæ peritiſſimum, eũq; citra dubitationẽ proximũ ab Alexandro tenere locum iudicabãt. Motus igiť ob hoc uniuerſus fuit exercitus, qui Craterũ apertè ut regẽ coleret, & utrũq; pari eſſe dignitate nollet, & Antipatro nullo modo parêre quiſquã nellet. Eumenes autem reperto in pugna Crateri corpore, adhuc ſpirãte, ex equo deſiluiſſe fertur, eũq; deploraſſe: teſtatus & fortitudinẽ Crateri, & prudentiã, & ſingularem morũ benignitatẽ, & ſyncerã cũ eo amicitiã, & abſtinentiã, & natura inſitũ incorruptæ iuſticiæ ſtudiũ. Optimũ igitur eum fuiſſe neceſſe eſt, cuius uirtus & præclara facta etiã ab aduerſarijs cõſentienti uoce celebrentur. Corpus etiam

*Humanitas. Antipater inuiſus, Craterus gratioſus. Teſtimoniũ hoſtis.*

eius honorificè, & magnificè ſepelijt: quod & ipſum Crateri gloriã ornat. Habitus eſt temperãtiſſimus, & clemẽtiſſimus, & cõſtantiſſimus amicus, ut & natura ad colendã amicitiam propẽſus, & exercitatione roboratus. (cit.

*Tres crateres.*

κρατῶν.) Lepus curſu pſequentes uin-

κρατήρ.) Tres crateras ſtatuebãt in cœna: primum Mercurio, alterũ Chariſio, (quaſi Gratiano dicas) tertium Ioui ſeruatori.

κρατὴρ δικῶν.) Crater cauſarum forenſium: id eſt, capſa malorum.

CRATES, Athenienſis comicus, cuius frater fuit Epilyrus, hexametri carminis ſcriptor. Fabulæ eius ſunt VII. Gitones, id eſt Vicini: Heroes: Theria, id eſt Feræ: Lamia: Pedetæ, id eſt uincti ſeu captiui: Samij. Scripſit etiam quædam ſoluta oratione.

Crates Athenienſis alter, & ipſe ueteris comœdiæ ſcriptor. Eius fabulæ extãt tres: Theſaurus: Ornithes, id eſt Aues: Philargyrus, id eſt Auarus.

Crates Aſconidæ F. Thebanus, philoſophus Cynicus, diſcipulus Diogenis & Bryſonis Achæi: re ſua familiari in nummos redacta, pecuniaq; argẽtario data, mandauit, ſi filij ſui philoſopharẽtur, ut eã Reipub. daret. Sin minus, liberis ſuis redderet. Vxore ducta Hipparchia Maronitide, nuptias ſuas κυνογαμίαν, id eſt caninum matrimonium appellauit, & filiũ ex ea ſuſcepit Paſiclem. Fuit Olympiade CXIII, cognominatus θυρεπανοίκτης, id eſt apertor ianuarũ, eo ꝙ audacter cuiuſuis domũ ingrederet. Agros ſuos incultos in ouiũ paſcua reliquit (ἀρθεὶς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ.) Sublatus in arã, dixit: Manumittit Cratetẽ Thebanũ Crates. Philoſophica ſcripſit. Dictũ eius eſt, Amorem ſedat fames: ſin minus, tempus: ſi ne id quidẽ, laqueus. Philoſtratus Lemnius, cum pecuniam ſuam in mare abieciſſe ait.

*Bryſon. Achæus.* *Hipparchia.* *Paſicles.* *Amoris medicina.*

Crates Timocratis F. Mallotes, philoſophus Stoicus, cognomento Homericus & Criticus, ob grammaticarũ & poeticarũ rerũ ſtudiũ: æqualis Ariſtarchi grãmatici, ſub Ptolemæo Philometore cõpoſuit correctionem Iliadis & Odyſſeæ libris 9, & alia.

Crates Callimedis F. Athenienſis comicus, ſplẽdido ſtylo, ſed bibulus, & fœdæ libidinis mancipiũ. Fuit antiquæ comœdiæ poeta: ſcripſit fabulas 21 uicit 9.

κρατυντήρια, retractationes.) Craynteria librum inſcripſit, à cõfirmando dictum, Democritus Abderites: quo cenſurã agit de omnibus libris à ſe ſcriptis.

CRAVALIDAE, uel Craugalidæ, regio Phocidis propè Cirrham.

κραυγὴ σοδόμων.) Clamor Sodomorum, deteſtandum & fœtidum iſtud, naturæq; contrariũ flagitiũ, quo Sodomitæ tenebantur, quaſi uox quędam aſcendens, & magnitudinẽ impietatis in aures Domini Sabaoth inclamãs: qui cũ diu illis pepercisset, tandẽ cum pœnitentiã nõ agerent, & uæcordẽ flagitioſamq; uitã non corrigerent, ſupplicio iuſtiſſimo illis inflicto: Clamor, inquit, Sodomorũ & Gomorrhæ multiplicatus eſt apud me.

κραιπαλῶ.) Seſoſtris adeò fuit inſolẽs, ut curru auro & gemmis magni precij exornato inſidens, reges à ſe uictos illi iungeret. *Seſoſtris.*

κραιπάλη.) Crapula, uibratio capitis ex multo uino, uel quòd à rebus tempeſtiuis ebrij aberrent.

κραιπαλώδης.) Animi uitia pernonerãt, ſiue guloſus qs eſſet & ebrioſus, ſiue uoluptarius, & in pudẽdis gerens cerebrũ.

κρέκω.) Ariſtophanes: Talẽ cygni commiſtum ſonũ ſimul cantantes ediderũt. *Cygnus cantus.*

κρεμάσαι τὴν ἀσπίδα.) ſuſpendere clypeum: id eſt, pacem agere.

κρέξ.) Crex, auis inauſpicata nuptijs, acutiſſimo roſtro, & ſerrato.

κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί.) Creo tibi nihil incõmodat, ſed tute ipſe.

CREOPHYLVS Aſtyclis F. Chius aut Samius poeta, quẽ qdã Homeri filiã in matrimõio habuiſſe, alij tãtùm eius amicũ fuiſſe dicũt, atq; hoſpitẽ, ab eoq; accepiſſe poema de Oechaliæ captiuitate.

κρείττονος.) Prouidentia quadam numinis iſta conficiebat Cæſar, ſagaciter amplectens ea quæ profutura eſſent. *Cæſar.*

κρεῖσσον.) Præſtantior gloria inhonorata, eſt uilitas glorioſa, & puſillo principatu magnifica moderatio, & altitudine periculoſa humilitas tuta.

κρημνοῦ πεσόντα, δυστυχῆ δηλοῖ τύχην.) Præcipitio lapſum eſſe, calamitoſam ſortem ſignificat. *Explicatio ſomnij.*

κρημνοποιόν.) Ariſtophanes appellat Aeſchylum, quaſi præcipitiorum autorem, ob magna uocabula.

κρήσιος.) Poſt Minoem Cretẽſem Cares mari potiti perhibentur.

κρητίζειν.) Cretiſare, id eſt mẽtiri. Nam cùm Idomeneo commiſſa eſſet ęris bello capti diſtributio, optimũ ſibi delegit.

κρητίζειν πρὸς κρῆτας.) Cretiſandum aduerſus

uerſus Cretenſes. Quia mendaces ſunt, & impoſtores.

CRITOTHE urbs Cherſoneſi, ab Athenienſibus habitata: qui cum Miltiade illuc profecti ſunt.

κρίμνον.) αὐτάρκης ὁ πρεσβύς ἔχειν ἅλα, καὶ δύο κρίμνα. Seni ſatis eſt ſal, & duo grana hordei. *Senex.*

κρίνεσι στεφανοῖς.) Lilijs me coronas: hoc eſt: conuicia tua coronæ mihi ſunt, confectæ ex lilijs.

CRINIS, ſacerdos Apollinis.

κρῖνόν μοι κύριε.) Iudica mihi Domine, quia in ſimplicitate mea ambulaui.

CRIVS, municipium Atticæ.

κριός.) Aries, obſidionalis machina: ſic dicta, quòd cū impetu & irruit & recedit, idq; cōtinenter facit, quaſi pugnans. Eſt autem trabs ingēs, arietina forma: & roſtrū eius prominens ferro longo munitum eſt, ne uel frangatur, uel incendatur. ſuſpenditur autem (κάλοις μέσοις) funibus medijs quaſi à libra utraq; trabe, & crucibus utrinq; firmis ſuffultus, à magno uirorum numero retrorſum agitur, & ab ijſdē rurſus antrorſum impellitur, ut eminenti ferro mœnia feriat. nec ulla turris adeò robuſta eſt, nulla mœnia tā lata, quin, ut primos ictus ferāt, tandem ipſa aſſiduitate euertantur.

κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν. καὶ, κριοῦ διακονία.) Aries mercedē nutritionis perſoluit. &, Arietis miniſterium. De ingratis. arietes enim adulti; nutricios ſuos ferire cornibus feruntur.

CRIOA, municipiū Antiochiæ trib.

CRISSAMIS Cous, magna pecuaria habuit: qui cum (ἐγχελυωθεὶν) anguillam currentē, quæ pulcherrimā ouē ei rapuerat, occidiſſet: noctu anguillā ei apparuiſſe, & ſepeliri ſe iuſſiſſe tradūt. Quod cū ille neglexiſſet, cū tota familia ſua perijſſe.

κρίσκης.) (Criſpus) Creſcens, nomen proprium. Priſcus autē, nomen filij Conſtātini Magni, quē indicta cauſa occidit, iā Cęſaris dignitate præditū, ob ſuſpicionem cōſuetudinis cū Fauſta nouerca, legis naturalis nulla habita ratione. quem tantū caſum matrē Helenā ęgrè ferētē, ut cōſolaretur ſcilicet Cōſtantinus, malū malo maiore eſt medicatus. Balneo enim ſupra modū calefacto, Fauſtam in eo collocatā, eduxit mortuā. Quęrendū autē, num poſt baptiſmum hoc fecerit? *Priſcus & uxor interfecti à Conſtantino. Fauſta. Helena.*

CRITON, Athenienſis philoſophus, Socratis diſcipulus, & ſyncerus amicus, qui omnia neceſſaria illi ſuppeditauit. Scripſit defenſionem Socratis.

CRITON, Gerica ſcripſit.

Criton Pieriotes (eſt autē Pieria Macedoniæ oppidum) hiſtoricus, ſcripſit *Pallenica, Syracuſarum conditionem, Perſica, Sicula, Syracuſarum deſcriptionem, & de principatu Macedonum.

Criton Naxius, ſcripſit Octaeteridem, id eſt octenniū, quam Eudoxi eſſe ferūt.

κροβύζου ζεῦγος.) Crobyzi bigæ. De ijs qui ob maliciā & improbitatē (σπενδομένων pacem faciunt) ſocietatem cocunt. Ductum à Crobyzo quodā lenone, qui duo ſcorta cū pernicie multorum haberet. Vſurpatur igitur ad perſtringendos duos inter ſeſe conſentientes, qui prius ſpiritum quàm ſcelera ſint relicturi.

κροκωτόν.) Ariſtophanes: At nequeo riſum tenere, cū ſub leonina pelle crocoton uideo. Prouerbium uſurpatur de rebus inæqualibus. Item prouerbium κροκωτὸν ἡ γαλῆ, Crocoton feles. *Diſsimilis habitus.*

κρόμμυα ἐσθίειν, καὶ κρομμύων ὀσφραίνεσθαι.) Cæpis ueſci, & cæpas olfacere, pro plorare. Bias ſapiēs, unus de ſeptem, Halyatten, à quo quàm primum uenire iuſſus fuerat, cæpis ueſci iuſſit. *Bias Halyattæ.*

κρόνια.) Cronia, Saturnalia, & feſtum matris Deorum.

κρονικαὶ λῆμαι, καὶ χύτραις καὶ κολοκύνθαις λημᾷν.) Saturniæ lemæ: &, lemas habere ollarum & cucurbitarum magnitudine. De hebeti uiſu præditis. κρονικαῖς γνώμαις λημᾷν τὰς φρένας, Saturniarū ſententiarum lemis obſitam habere mentem: id eſt, mente eſſe ſtulticia excæcata. κρόνον τινὰ ἀποδεικνύναι, Saturnum aliquē efficere: id eſt, lōgo interuallo uincere ingenio. κρονίων ὄζειν, Saturnalia olere: id eſt, ſimplicia eſſe, & antiquaria.

κρόνου πυγή.) Saturni anus: id eſt, carnes uetulæ & inſipidæ.

κρότωνος ὑγιέστερος.) Ricino ſanior. Is enim uermiculus undique eſt æqualis & planus, nec ullam habet ſciſſuram.

κρουνοχυτρολήραιος.) Fontollinugator: id eſt, ſtupidus inſtar ollæ: & ut fons aquis, ita ipſe nugis ſcatens.

κρώβυλος.) Crobylus, implexi capilli, qb. Athenieſes inſerebant aureā cicadā.

οὐκ οἶδ᾽ ὁ κρώζεις.) Neſcio quid garrias. De ijs q temere nugātur, cornicū inſtar.

CROESVS Lydus, Halyattis filius, princeps gentiū quę cis Halyn habitant. Hic primus Barbarorū, quos nos ſcim⁹, Græcos partim ſubegit, & uectigales fecit, partim amicitia ſibi iunxit. Herodo-

y x tus.

tus. Ante Crœſi principatũ, omnes Græci fuerũt liberi. Nã Cimmeriorũ exercitus, q in Ioniã uenit, Crœſo antiquor, nõ ſubegit urbes, ſed incurſauit & diripuit.

*Crœſi luxuria.*

Crœſus Lydorũ rex, filius Halyattis, princeps antè deſignatus Adramytij & Bebij campi. Pater aũt ſuſcepta in Cariã expeditione, inter cæteros pfectos, Crœſo etiã filio natu maximo denũciauit, ut copias ſuas Sardeis adduceret. Quod cũ ille, ut aiũt, præ luxu facere nõ poſſet, in crimen uenerat apud patrẽ. Cum aũt crimina facinore præclaro diluere uellet, nec ad conducendum militem (mercenatijs enim auxilijs utebatur) pecunia ſuppeteret: Halyatien mercatorem Lydorum ditiſſimum adit. Is uerò primùm ante fores eum expectare iuſſit, dũ lauiſſet. Deinde reſpondet, multos eſſe liberos Halyatti: quibus pecunia ſi dãda eſſet, non ſuffecturam. Se igitur petenti illi nihil dare. Ab hoc cũ nihil impetraſſet, Epheſum faciẽdæ pecuniæ cauſa ueniſſe fertur: & uotum feciſſe Dianæ, ſe regem factum ei totam domũ mercatoris illius conſecraturũ. Habebat autẽ amicum ibi Iononũ Theocharidis filiũ, hominis admodum locupletis. Is aurũ à patre acceptum, Crœſo tradidit. Crœſus uerò pòſt rex factus, currum auro plenũ illi mittit, & mercatoris opes Dianæ conſecrat.

*Halyattis mercatoris inſolentia.*

*Votum Dianæ factum.*

*Iononus amicus Crœſi.*

Crœſus Lydorũ rex, cum ſe ditiſſimũ & beatiſſimum eſſe exiſtimaret, Solonẽ Athenienſem, uirũ ſapiẽtem, accerſiuit: & theſauris cæteriſq; opibus oſtentatis, num quem ſe beatiorem uidiſſet? interrogauit. Tum ille: Tellum, inquit, Athenienſem, q feliciter uixit, & pugnans pro patria õccubuit Rege ſciſcitante, Quem poſt illum? Cleobin, inquit, & Bitonem Argiuos: qui cum mater ipſorũ Theano ſeu Cydippe ſacerdos eſſet, ſolẽni pompa ritu patrio ad fanũ Iunonis itura curru, cũ tardè iumenta adducerẽtur, ceruicibus ſuppoſitis currũ traxerunt, & matrem in fanũ perduxerunt. Quæ cũ Iunonem oraſſet, ut optimum rerũ humanarũ ſuis filijs largiretur: ſecuta nocte ambo mortui ſunt inuenti.

*Solon ante obitum beatum cenſet neminem, nec fine uirtute.*

*Tellus.*

*Cleobis & Biton.*

*Mors optima.*

CROESVS rex Lydorũ, Aſia immenſis opibus ſubacta, ſuperbè cũ omnibus Aſſyriorũ regibus agebat. Cyro itaq; Aſſyriorum regi ſcribit ſic: Permittimus tibi excedere regno, ut quod & initiò noſtrũ fuerit, & ad noſtros fines pertineat. Neq; enim ſubſiſtes, nobis cõtra te inſurgẽtibus: neq; tantã noſtram felicitatem ſuſtinebis. Cui Cyrus ita reſcripſit: Siquidẽ totus mũdus tibi nõ ſatis eſt, in tanto ſplendore: rectè nobis iſta dicis. Si uerò tot regionib dominans, noſtrã etiã adamas: nõ apud te fortunæ fauor, in certamine contra nos pmanebit. His ſcriptis, Cyrus in Indiã migraturus erat, ut crudelitatẽ Crœſi effugeret: At uxor eius Bardane, eo conſilio animaduerſo, monuit ut Danielẽ quæreret, q ſibi & Dario multa prædixiſſet: ex eoq;, de Crœſi bello quid ſtatuendũ eſſet, cognoſceret. Quo Cyrus audito, uirũ accerſit. è quo cũ uictorẽ ſe fore Crœſi didiciſſet, bellũ apparat. Similiter & Crœſus ad oraculũ miſit, & hoc reſpõſum accepit: *Noui ego & arenæ numerum, & menſuras maris: Et mutum intelligo, & non loquentem audio. Nidor autem in mentẽ meam uenit robuſta teſtudinis,*
*Elixa in aheno unà cum agnina carnibus,*
*Cui æs & imminet, & æs in ea erit.* Cũ uerò ſe deluſum intelligeret, denuò mittit legatos, quibus Pythia reſpondit:
*κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει,* *Crœſus Halym ſuperans magnam peruertet opum uim.* Peruertit autem ſuas opes. Cyrus uerò, captiuis Iudæorũ dimiſſis, inſtaurat Hieroſolyma.

*Superbia Crœſi.*

*Auaritia caſtigata, & ominatio dada.*

*Bardane.*

*Daniel.*

*Oraculum Crœſo redditum.*

*κρύφιοι λογισμοί.*) Occultæ cogitationes: id eſt, malæ. Dauid: Ab occultis meis purga me.

*κρύψις*, occultatio: methodus eſt, qua qs cælare poteſt id propoſitũ, quod concludit. Eſt autẽ propoſitionibus utendũ occultè dicturo: ut omnib. propoſitionibus interrogatis, per quas propoſitũ demõſtratũ, & extremò in interrogatis conſequẽte cõcluſione eius quod dictũ eſt, obſcurũ ſit, quomodo ea ex ijs q poſita ſunt, colligãtur: & quærat reſpondẽs, cur hoc ex ijs quæ poſita ſunt inferatur.

CTESIAS, Cteſiarchi ſiue Cteſiochi filius, Cnidius, in Perſia medicus fuit Artaxerxis, cognomento (*ἀμείνονος* melioris.) Mnemonis. Scripſit Perſica libris 23.

*κτήσιος ζεύς.*) Iupiter poſſeſſorius, ſeu Opulentus, in ærarijs collocabatur.

CTESIPHON, unus è * *δώδεκα*, XII.) X legatis, qui cũ Aeſchine & Demoſthene ſunt profecti. Eſt autẽ alius nimirũ & non is qui decretum ſcripſit de Demoſthene, quem accuſauit Aeſchines.

*κτυπεῖ.*) Illum inſolenter loqui ratus: Heus tu, inquit, ignoras deſerti itineris feritatem, & in eo loco rerum neceſſariarum penuriam.

*Inſolentia ex ignorantia.*

*κοιλάδα κλαυθμῶνος.*) Vallis luctus, in qua appa-

*Vita uallis luctus.*

apparuit angelus, qni populi iniquitate caſtigata, multitudinem ad fletum impulit. Propriè autem & uerè, uita hæc eſt uallis luctus.

κοιλάδα σκηνῶν.) Vallem tabernaculorũ appellat Iſraelitarũ regionẽ, ut uaſtatam, & paſtorales tãtùm caſas habentẽ.

κοιλέμβολον.) Caua iniectio ſiue impreſſio uocatur, cum anceps diphalangia, ſequenria cornua coniunxcrit, antecedentia diſiunxerit.

κοιμίσαι τὸν λύχνον.) Lucetnam ſopire, pro extinguere. Sophocles: Mercurius Manium præſes bene me ſopiat. Homerus: Dormit æreum ſomnum.

*Communio & opum, & opinionum.* κοινὰ τὰ τῶν φίλων.) Res amicorũ com mnnes ſunt. Hoc Timæus lib. 9. uſurpatum fuiſſe ſcribit in magna Græcia, quo tempore Pythagoras incolis perſuaſerit, ut opes haberent indiuiſas: neq; pecuniç modò, ſed mentis etiã fuiſſe communionem, & prudentiæ.

κοιναὶ ἔννοιαι.) Communes ſententiæ, ſeu notiones: ſi quando ratio concludit de rebus intellectilibus, non per ſe, ſed cum (τῷ τῷ συμπλακέντι f. τῇ αἰσθήσει, cum ſenſu) mente complexa: ſicut & de ſenſilibus rebus cõcludit, complexa cũ phantaſia. Huius igitur mentis ſi nos plebeij non participes ſumus, at ueſtigia quędã eius & ſimulacra ad nos peruenerũt. Ea uerò ſunt, communes ſententiæ, (αἱ διὰ πάντων χωροῦσαι) quæ omnes peruadunt, euidentia mentis ſimulacra. Quamobrẽ etiam ſcientiæ principinm uocant mentem, qua intellectilia cognoſcimus. Ra*Mens in materia, ut ignis in cinere delitescit.*tionalis autẽ anima συνεσιωμένας τὰς λόγους, natura inſitas ſibi habet rationes rerum. Sed quia materiam ſubijt: ea uelut adobruta eſt, ut in cinere deliteſcẽs ſcintilla. Sicut igitur, ſi cinerẽ paulùlum fodicaris: ſcintilla ſtatim emicat, nõ tu qui fodicaſti, ſcintillam feciſti: ad eundem modum opinio quoq; à ſenſu iritata, rationes rerum profert. Sic nec magiſtros *Magiſtri obſtetrices.* dicunt inſerere nobis cognitionem: ſed inſitam nobis, & ueluti latentem educere in lucem. Communes itaq; ſententiæ ſunt uelut umbræ, proiectę à mẽte. Quicquid enim melius ſcimus quàm per demonſtrationẽ, id notione ſeu ſenſu com muni κατὰ κοινὴν ἔννοιαν ſcimus. Quæ uerò ut cognoſcantur, oſtenſionẽ deſiderãt: horũ concluſiones abſq; demonſtratione ſcire, opinionis eſt mun⁹ atq; officiũ.

*Commune uariè dici.* κοινόν.) Commune, impurũ, quod non præſtat cæteris. Cõmune quadrifariam dicitur: uel quod in partes poteſt diuidi, ut terra ſorte diſtribuẽda: uel indiuiſum, ut uulgò uſurpatur: uel quod occupatio ne fit priuatnm, quamuis publicũ, ut locus in theatro aut balneo: uel quod indiuiſè ad communem eandemq; cognitionem pertinet, ut uox præconis. Com munia uerò & indiuiſa ſunt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: & * Scripturæ, & ultramundanæ poteſtates: & Sol & Luna, & omnis ſtellarũ chorus, & ipſe aer, com munia ſunt, & indiuiſa (ὅλα δι᾽ ὅλων) tota penitus. Terra item & aqua, aurum & ar gentũ, & omnis metallica natura, & materia ſylueſtris, communia quidem ſunt: ſed tamen diuiſibilia facta ſunt auaritiæ auiditate. Virginitas antẽ, & cœlibatus, & ſacerdotium, & reliqua Dei huiuſmodi dona, neq; cõmunia ſunt, neq; etiam diuiſibilia. neq; enim ſunt de parte communium, aut partitionem admittentiũ. *Cõmunia.* *Auaricia facta priuata.*

κοινὸν γραμματεῖον.) Tabula communis ad phratores: & gennetarũ ληξιαρχικόν, ad municipiorũ inſcriptionẽ ptinẽbat.

*Mercurius fur.* κοινὸς ἑρμῆς.) Communis Mercurius. Aiunt Mercurium, qui furaciſſimus fuerit, inſtituiſſe, ut furta communia eſſent: quiq; ſeorſim furarentur, neceſſe haberent prædam partiri cũ ſocijs. Alij, Mercurium oratione, cui præſit, quæq; ſociabilis ſit, omnia tranſegiſſe.

κοῖος.) Cœus, Latonæ pater, à prudentia ſic dictus.

κοισύρα.) Cœſyra, mnlier Athenis nobilis & diues, mater Megaclis & Lamachi, Alcmæonis uxor, ob luxum & ornamenta celebris.

CYATHVS, uncias duas continet, aut cochleare.

κυαμοτρώξ.) Fabarum eſor, iudex: qni fabis, id eſt ſuffragijs uictitat. Nam ante calculos inuentos, in creandis magiſtratibus, & in cõcionibus, fabis utebantur. Hinc Fabiuori, qui eos deſignant q plus numerant. Senes etiam iudices arrodebant fabas, ne obdormiſcerent.

κυβέλη.) Cybele, Rhea: ſic dicta, quòd montana ſit dea (nã in Phrygiæ montib. colit) quare etiã leonibus uehitur: uel, φ eius ſacris initiati furore corripiantur.

κυβέλης υἱός, filius Cybeles: id eſt, mollis homo, & effœminatus.

κυβεύειν τῷ βίῳ, καὶ παραβάλλεσθαι.) uitam temerè in diſcrimen adducere.

κύβον τοῦ ςρατηγοῦ ἀδύνατον ἔχοντος, &c.) Dux nullo modo poterat de ſumma tan ti belli decernere.

*κύβος.)* ὐδ᾽ ὅτι ῥίπτω πάντα κύβον κεφαλῆς αἰεὶ ὕπερθεν ἐμῆς. Nec quod iacio omnē teſſerā capite ſemp de meo: id eſt, nullum uel capitis diſcrimē reformido.

*ἐγκυβιστᾶν τοῖς πράγμασι.)* Temerè audere: & dicere, iacta ſit alea.

*κυδάζεται.)* Epicharmus: Amyce, ne inſectare ſenem meum fratrem.

CYDATHENAEA, municipiū Pandioniæ tribus. Vnde Cydathenæus, uel Cydathenienſis.

CYDANTHIDAE, municipium Aegeiæ tribus.

CYDAS, qui & Aletes, ex urbe fuit (Capuæ) Caphya.

*κύδῃ δίκην ὀφείλειν.)* Maledicti reū peragi: de calumniatoribus dicitur.

*κυδοιδοπᾶν.)* Ariſtophanes: Nihil rectè, ſed ſurſum deorſumq; miſcere omnia. ὐδὲν ὀρθῶς, ἀλλ᾽ ἄνω τε κάτω κυδοιδοπᾶν.

*κυρίνος.)* Quirinum ſe audiſſe dici Romulum, Iulius (Patroclus) Proculus cōmentus eſt.

CYZICENI ſtateres celebres fuerūt, ut bñe excuſi, typ⁹ eorū erat, facies mulie bris: ex altera parte, pars anterior leonis.

*κυθέρεια.)* Cytherea, non quòd Cytheris applicuerit, ut ait Heſiodus: ſed ꝙ in ſe occultū habeat amorem Venus, quē in omnes emittat. eam enim facultatem ineſſe ceſto eius. Epigramma de Laide meretrice:

*Mortalem Venerē, cuius proci inclyti fuerunt*
*Plures, quàm puellæ Tyndaridis.*

CYTHERVM, municipium Pandioniæ tribus.

CYTHNVS, una ex Cycladibus inſulis. unde *κυθνώδης συμφορά*, Cythnia calamitas: id eſt, ingens, quod Cythnij peſſimè tractati fuerint ab Amphitryone. Amphitryon.

*κυκεὼν.)* Cyceon, è diuerſis rebus commiſtis temperatum poculum.

*κύκλια.)* Circularia, quæ eiuſdem ſunt argumenti.

*κυκλιοδιδάσκαλος.)* Primus Lagus (ἐρμιονεὺς ἑρμιονεύς.) Hermionenſis circulares choros inſtituit.

*κυκλίων.)* Callimachus: Adulterinę floruerunt Camœnæ. Perſtringit autem Cineſiam, Cleomenem & Philoxenum, dithyrambopœos.

CYCLOBORVS, Atticæ torrens obſtreperus. Vnde in eos dicit̃, quib. mala & abſona uox eſt. Ariſtophanes: Rapax, uociferator, Cyclobori uoce præditus.

CYCLOPES, homines agreſtes atq; immanes. Cyclopium furtum.

*κύκλοι.)* Circuli in cœlo ſunt quinq;: Septētrionalis, q ſēp apparet: Tropic⁹ brumalis, Tropic⁹ ſolſtitialis, Aequinoctialis, Antarcticus, q nunquā apparet. Dicūtur aūt paralleli. i. iuxta ſeſe: ꝙ ali⁹ aliū nō attingit, quāuis circū idē centrū deſcribātur. Zodiacus aūt obliquus eſt, *(ὡς αἴτιος τοῖς παραλλήλοις)* ut cauſa parallelis.

*κύκνος.) Cygnum, qui Muſis carmina digna canit.* *κύκνου πλιώτερος*, magis can⁹ cygno. Etiā hiſce reliquijs anim⁹ generoſ⁹ ineſt. Nā ego meam exiſtimo ſenectutē meliorē eſſe, q̃ multorū cincinnos adoleſcentū, & habitū, & amplos podices.

CYLLARVS, equus Caſtoris. Steſichorus ait, Mercuriū dediſſe Dioſcuris Phlogeum & Harpagū celeres * & Podargæ filium Cyllarum.

*κύλιξ.)* Mercurio ſoli uinū miſtū libabāt, ꝙ & uiuētib. & mortuis præſit. *Iuſiurādū ad calicē cōtumaciū mulierū: Nūquā ultrò marito meo parebo: ſin me inuitā ui ſubegerit, Malè obſequar, neq; eū adorabo. Nō lacunar intuebor, * Perſica. Nō ſtabo leana in tyrocneſtide. Hæc ſi præſtitero, bibā hinc. Sin fecero ſecus, aqua impleatur calix.* Iuſiurandū mulicbre.

*κυλλοῦ πήρα.)* Mancorum & claudorum pera. Locus fuit Atticæ, iuxta Hymettū, in quo ædes Veneris. Fons itē, è quo bibere ferebātur mulieres, ut cōciperent. Cratinus in Mollibus: Calliā illū dicit, & Cylloperam. Vſurpatur prouerbiū de ijs, qui arte quapiam uim naturæ faciūt.

*κυλώνειον ἄγος.)* Cylonium piaculum: à Cylone quodam, quem à Furiarū æde auulſum (maiores Periclis occiderunt) Pericles Athenienſis occidit.

*κύμβιον.)* Cymbium, poculi genus oblongum, & anguſtum, cymbæ ſimile.

*κυμινοπριστοκαρδαμογλύφον.)* In tenues & ſordidos, à ſecando cumino, & ſculpendo naſturcio facta uox.

*κυνα δέρειν δεδαρμένην.)* Pherecrates: Canē excoriatam excoriare. Obſcœnā habet ſignificationem: ſed de ijs uſurpatur, quorum mala malis cumulantur.

CYNNA & Salabācho, nomina meretricū, q̃ Athenis in admiratione fuerūt.

*κυνόμυια.)* Canina muſca. Impudēs eſt canis, muſca uerò audax.

CYNAEGIRVS Athenienſis, Euphorionis filius, Aeſchyli frater, amputata dextra, qua Perſarū imperatoriam nauē fugientē apprehenderat, ſiniſtrā iniecit. Qua & ipſa præciſa, concidit mortuus.

*κυνήγιον.)* In Cynegium (loci nomen eſt) abijciebātur uiolenta morte perem-

pti:

Statua bominis interfectrix. pti: eoq; in loco ſtatuæ erãt quædam. Ac Theodor⁹ anagnoſtes cũ Himerio chartulario ibi ſtatuã uiderũt, ſtatura puſilla, ſed latã & craſſam. Me aũt admirante, Himerius: Admirare, inquit? Is enim eſt, q Cynegiũ cõdidit. Tum ego: Maximinus, inquã cõdidit: Ariſtides eſt dimẽſus. Protinus aũt ſtatua ex alto delapſa in Himeriũ, hominẽ occidit. Me aũt pertertito, & ad Eccleſiã ſugiente, & rem nunciãte: cũ nemo crederet, iureiurãdo fidem feci. & quidã ex regiis mecũ in eum egreſſi locũ, ante conſpectũ cadauer hominis, ſtatuæ caſum mirabãtur. Tũ Ioãnes quidã philoſophus, ſe ſcriptũ reperiſſe aiebat, clarũ uirũ ab illo ſigillo interiturũ. Quo Philippicus imperator comperto, ſigillũ id eodem in loco iuſſit obrui.

CYNNEIVS Apollo Athenis celebratur, dedicatus à Cynnide, Apollinis & Parnethiæ nymphæ filio. Socrates lib. 12 ſcribit, cum Latona pueros * poſuiſſet, raptos fuiſſe à canibus: qui, uagitu audito à paſtoribus, ſint conſeruati, & matri reſtituti. Aedem itaq; in Hymetto dictam eſſe à canibus, quam magna multitudo frequentet.

CYNIDAE, familla quædã apud Athenienſes.

*κυνισμὸς.*) Cynica ſecta (*εὔτομ@~, σύντομ@~*) uehemens ad uirtutis ſtudium, uel compendiaria ad uirtutem uia, &: Cyni-
Diogenes. Zeno. cos fore uirtutis ſtudioſos. Finis Cynicę ſectæ, uiuere ex uirtute: ut Diogenes & Zeno Cittieus. Placebat Cynicis tenuiter uiuere, neceſſario uictu cõtentis: opibus, gloria, nobilitate contẽptis. Nõnulli herbis & frigida utebantur, tectis ob-
Egere paucis. Virtus. uiis, & doliis. Dicebant enim, Dei eſſe proprium, nulla re egere: Deo ſimiliũ, egere paucis. Illud etiam eis placet: Virtutẽ doceri poſſe, amitti non poſſe.

*κυνόσαργες.*) Cynoſarges, gymnaſium quoddam Athenis, & ſanum Herculis, hac de cauſa conditum. Cum Didymus Athenienſis in ueſtibulo ſacrificaret, canis albus uictimam raptam in quendam locum detulit. Illi aũt ſoliciro reſpondit Apollo: Quem in locũ canis illam detuliſſet, eo in loco arã Herculi eſſe dedicãdam. Vnde dictũ Cynoſarges, ab albo cane. Quia uerò nothus putabatur Hercules: nothi ibi exercebantur, neq; materno neq; paterno genere ciues.

*κυνὸς σῆμα.*) Canis ſepulchrum. Vlyſſes
Maronitæ. Troia diſcedens, cum Maroneæ appellere prohiberetur, pugna ſacta, omnib. Maronitarũ opibus potitur: ibiq; Hecubam, quæ diris deuoueret exercitum, & Hecubæ interitus. tumultus excitaret, lapidibus confectã, iuxta mare tumulauit, locumq; Canis ſe pulchrũ uocãuit. Alij Hecubã ipſã, poſt excidium Ilij captiuã cũm duceretur, ſe in mare precipitaſſe ferunt. Vnde Cynoſſemon locum Cherſoneſi dictum.

*κυνῶν ὑλαγμὸς ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.*) Explicatio ſomnij Canum latratus hoſtium noxam notat.

*κυνήγ@~.*) Quintius Cincinnatus dicta Quintio aranti dictatura delata. tot, multis in præliis uerſatus, & ſæpe ornatus, ea modeſtia fuit, ac temperantia, ut tenui caſa & modico agello contentus, uita laborioſa gauderet. Dictator deſignatus, cum aranti magiſtratus inſignia eſſent allata, lotus ante conuiuium cũ ſuis copiis hoſtes inuadit: magnaque cęde edita, undecimo poſtquam exierat die reuertitur, ſuis ex urgenti diſcrimine ereptis, & hoſtiũ uallo direpto, eorumq; duce in triumphum ducto.

*κύων ἢ βοῦς ἐπὶ δεσμά*: Canis aut bos ad uincula. De iis q ſe ipſi offerũt ſuppliciis.

*κύων ἐπὶ φάτνης.*) Canis in præſepi. De iis qui re aliqua nec ipſi fruuntur, nec alios frui ſinunt.

*κύων τις ἰδόκει συμπιεῖν μολοττικός.*) Viſus eſt canis quidam Moloſſicus eũ in poeſi adiuuare.

*κύων παρ' ἐντέροις.*) Canis iuxta inteſtina. De iis qui paratis rebus frui non poſſunt, aut de rebus prorſus inutilib. & nihili. Inteſtina enim canis difficulter uorare & deglutire poteſt.

CYPROTHEMIDEM Tigranes regis Perſarum præfectus præſidio Sami præfecit.

*κύρβεις.*) Ariſtoteles in Athenienſium Republica: Leges tabulis turbinatis inſcriptas in regia porticu collocarunt.

CYRENAICAE ſectæ autor fuit Ariſtippus philoſophus. Cyrenaici.

*κυρία ἐκκλησία.*) Prytanes, id eſt Conſules ſeu magiſtratus, ſenatum quotidiè conuocabant, niſi ſi qua dies immunis erat: populum uerò quater, dum in magiſtratu erant. Eo uerò conuentu, qui *κυρία*, id eſt ratus & firmus dicebatur, iis magiſtratus abrogabantur, qui eo perperam fungi uidebantur: de tuendis item agris, & crimine maieſtatis, ſi qui uolebant, uerba ſaciebant.

*κυριακὴ μεγάλη.*) Magna dominica, illa triduanę reſurrectionis Chriſti.

CYRILLVS, diaconus Heliopoli ad Libanum, cum ſub magno Cõſtantino

multa ſimulacra confregiſſet:ſub Iuliano,uenrre diſſecto, iecur eius quoſdam deuoraſſe tradunt. *Iecur deuoratum.*

*κυρῖνος.)* Quirinus ſophiſta, dicebatur *γλῶσσα τεμιεῖν.* lingua çrarij,quam habebat ab Imperatore.

*κυρίως.)* Propriè,idem ualet quod neceſſariò,& omnino.

CYRISICES,cognomentum eſt S. Euſtratij.

*κυρκανᾶν.)* Iſtud mihi uidetur peſtem quandam propemodũ eſſe cõmorurũ.

*κῦρος.)* Sophocles : Mulrorũ iſta dies malorum autor erit.

*Theodoſius.* CYRVS Panopolires poeta,ſub Theodoſio iuniore præfectus prætorij, & urbium prætor eſt deſignatus,factus patricius & conſularis. Nam Eudocia imperatrix cum eſſet uerſuũ amans,ſupra modum admirata fuit Cyrum. Quæ cum relicto palario Hieroſolymis in Oriente uerſarerur: Cyrus inſidijs appetitus, & inſpector ſacrorum factus in Cotyaio Phrygiæ,uſque ad Leonem imperatorẽ ærate proceſſir.

*Cambyſes. Perſidæ. Mandane. Aſtyages.* CYRVS rex, patre natus fertur Cambyſe,Perſarum rege : ex genere Perſidarũ,qui à Perſeo ſunr oriundi : & Mandane,Aſtyagis Medorum regis filia. Hunc Barbari adhuc celebranr, ut & corpore pulcherrimo, & animo humaniſſimo,diſcẽdiq; cupidiſſimo prædirũ:ut & quoſuis labores ſubiret : & nulla pericula recuſaret, ob gloriæ cupiditatem. *Ingenium Cyri.* Cyrus autem dictus eſt, quòd per luſum inter adoleſcenres regni autoritatem (quod Græcis *κῦρος* eſt)adeptus eſſet. Fuir philoſophię,ut ſi quis alius, peritus: à Magis eruditus, & iuſticiam & ueriratem didicit,parriis quibuſdam legibus,quę optimaribus laræ ſunt. *Patri dominus, domino quæſtor ſuccedit.* Darium Perſæ uocarunr cauponem, ob tribura impoſita; Cambyſem,dominum: Cyrum,patrem. Nam ille quidem uendebat omnia: Cãbyſes ſæuus erat, & (negligens) temerarius: Cyrus clemens, & populi commodorum ſtudioſus.

CYRONIADAE,Croconidæ,Phylienſes,& Perirhydæ,familiæ quædam.

CYRSILVS, ab Arhenięſib. lapidat⁹ eſt,quòd ſuadebat ut Perſis parẽrenr.

*κυρτὴ.)* Conuexa & caua acies, quę ante & retrò uerritur, quæ os habet cauũ, conuexum aut inflexum,ut ex tribus his ſex eius formæ conflentur.

*κῦσόν με, καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.)* Ariſtophanes: Oſculare me, & porrige dextrã. Fidei ergò in pactis & conuẽtis dexteras porrigere ſolebant.

*κυφον.) ἐκ παντὸς ξύλυ * κυφὸν ἂν γένοιτο:* E quouis ligno curuũ aliqd fiet. De iis q̃ in ſpeciẽ conrempta,utilia tamen ſunt.

*κύφων,* Caraſta dicitur de omnibus rebus moleſtis & pernicioſis.

*κυψελιδῶν ἀνάθημα.)* Agaclytus in LXXX Olympiade ſic ait: Aedes Iunonis anriqua eſt,cõdita à Scilluntiis Eleorum colonis. In ea ineſt coloſſus aureus, Cypſeli donarium:qui uouerit,ſe regno poritum,opes omnes intra annos X cõſecraturum : iiſque decimis exactis,Coloſſum illum conſecraſſe. *Cypſelus.* Sed Didymus à Periandro factum affirmat,ut luxum & audaciam Corinrhiorũ reprimeret. *Periander. Dionyſius. Aegyptij. Inopia luxum & audaciam populi minuit tyrannus.* Etenim & Theophraſtus lib. 2. de Temporibus ſic ait : Alij pecuniã in res magis utiles impendunr,bellis ſuſceptis,& expeditionibus:ur & Dionyſius tyrãnus, qui non alienas tantùm,ſed ſuas etiam opes conſumendas eſſe cenſebat,ut adimeretur occaſio inſidiatoribus. Eòdem & Pyramides Aegyptiorum, & Cypſelidarũ coloſſus pertinere uidentur. Fertur epigramma de illo coloſſo:

*Ipſe ego aureus fabrefactus ſum coloſſus,*
*Vtinam intereat Cypſelidarum familia.*

## INITIVM LITERAE L.

*Λαβαῖς.)* Bagoas Aegyptius Ochũ Perſam mactauit: & carnes quidẽ deuorauit, ex oſſibus autem gladiorum capulos confecit. *Immanitas.*

*λαβαὶ φιλοσοφίας ἀριθμητικὴ καὶ γεωμετρική.)* Anſæ philoſophiæ ſunt Arithmetica & Geometria. *Anſæ philoſophiæ.*

*λάβρακες μιλήσιοι.)* Lupi piſces, Mileti in Aſia multi & maximi ſunt, ob lacum in mare influentem. Nam piſces dulci aqua gaudentes,è mari eò tranſeunt.

*λαγίσκα.)* Lepuſcula, meretrix quædã fuit,cuius meminir Lyſias:& concubina Iſocratis.

LAGVS Arſinoen duxit, Ptolemæi Soteris matrem: hunc Prolemęũm,ur ſibi alienum, * fertur in æneo clypeo expoſuiſſe. *Arſinoe. Aquila nutrix Soteris.* Macedones autem perhibent, aquilam accedere ſolitam, & expanſis alis ardorem Solis ab eo prohibuiſſe : & imbrem, & gregales uolucres abegiſſe; & coturnicibus laceratis, ſanguinem illi pro lacte inſtillaſſe.

*λαγῷ πεινῶντι καὶ πλακοῦντες εἰς σύκα.)* Lepori eſurienti etiam placenrę loco ficuum. Prouerbium,de iis qui neceſſaria precioſa putant.

φανεὶς ὁ λαγὼς δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους.)Cōſpectus lepus infelices facit calles. Explicatio ſomnij.

λαγὼς καθεύδων)Lepus dormiens. De iis qui ſe dormire ſimulant.

λαγὼς τὴν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει.)Lepus pro carnib. currit. Timidū animalculū eſt lepus: unde Rhegini lepores dicti ſunt, tanquā timidi. Vſurpatur de ijs qui uitæ periculum ſummo ſtudio propulſant.

ὁ Καρπάθιος τὸν λαγωόν.)Carpathius leporē. De iis qui ſibi ipſi nocent. Nā Carpathij cū inſulā incolerēt, & lepores non haberent, eos aliunde intulerunt: qui cū multiplicati eſſent, fruges lædebant.

λάγυνος.) (δῶρον.

Κύπριδι κεῖσο λάγυνε μεθυσφαλὲς αὐτίκα
ἡ κασιγνήτη νεκταρέης κύλικος
βακχιάς, ὑγρόφθογγε, συνέστιε δαιτὸς ἴσης,
στεινόαυχεν ψήφου συμβολικῆς θύγατερ.
θνητοῖς αὐτοδίδακτε διάκονε, μύστι φιλούντων
ἡδίστη, δείπνων ὅπλον ἑτοιμότατον.

*Veneris eſto lagana præ ebrietate titubans ſtatim munus,*
*Soror nectarei calicis*
*Bacchici, uino reſonantis, contubernalis conuiuij æqualis,*
*Anguſto gutture, calculi ſymbolici filia.*
*Mortalium ſponte docta miniſtra, ſacrificula amantum*
*Suauiſſima, cœnarum inſtrumentum expeditiſſimum.*

LADON, fluuius Arcadiæ.

λάϊνον ἕσσο χιτῶνα.) Lapideam induiſti tunicam: id eſt, lapidatus es, uel in ſaxeo tumulo ſepultus.

λάθε βιώσας.) Ignoretur te uixiſſe. Ita uiue, ut nemo te uixiſſe ſciat. Prouerbij loco uſurpatur.

λακιδίας.)Aſpidem, ranam, ſerpentē, & *lacertas effuge.

LACINIVM, mons Crotonis.

λακκόπλουτος.) Laccoplutus, Callias Athenienſis eſt dictus, tali de cauſa. Xerxes nauali ad Salamina prælio uictus, Athenis fugit. Cum autem quidam Perſa in Calliæ ædibus diuertiſſet, ibiq; impedimenta, Barbaris trepidè fugientibus, reliquiſſet: famuli eius multum auri in lacum coniecerunt: ſperantes, ſe reuerſos id eſſe recuperaturos. Sed id factum nō eſſe dicitur, cum opibus illis Callias prius potitus eſſet.

λάκκος.) Athenienſes & alij Græci, foſſas ſubterraneas excauant latas, uel rotundas, uel quadrangulas: iiſq; tectorio inductis, uinum & oleum excipiunt: Lacum ſacra Scriptura & ſepulchrum, & ingentia pericula uocat.

λάκκῳ καθεῖναι αὐτὸν, οὐ καλὸν τόδε.) In lacum demittere ſeſe, non bonū hoc eſt. Explicatio ſomnij.

λακωνικὴ τάξις.)Laconicus ordo ſuperioribus bellis pulcherrimus inter ueteres extitiſſe putatur. In quinquagenos enim, & Enomotias, & Mœras ordines diuidebantur: & minimus erat Enomotiæ numerus, XXV.

λακωνικὸν τρόπον περαίνειν.) Laconicum morem perſequi: hoc eſt, hoſpitibus copiam ſui facere. Minimè enim cuſtodiūt uxores Lacedæmonij. Laconica liberalitas.

λακρατίδας.) Hic antiquus prætor fuit Athenis, temporibus Darij: ſub quo maxima nix fuit, quę omnia obſtruxit, ut nemo prodire poſſet. Itaq; frigida omnia Lacratidas appellarunt. Nix.

LACYDES, Alexandri Cyrenęi F. philoſophus, nouæ Academiæ autor. Scripſit philoſophica, & de natura.

λαλαγεῦσα.)
*Quæ antea ſonabas in ſaltibus agreſtis Echo,*
*Ad legē noſtra ſe conuertis lyra ſtrepentis.*

λαλητῖος.) *Vniuerſa Achaia monumentum tuū eſt, Euripide: Non utique mutū, ſed uocale.* Euripides.

λάμαχον.)Lamachus dux Athenienſis, temerarius & bellicoſus, quem Athenięſes cum Nicia & Alcibiade ad bellū Siculum crearūt ducem. Ariſtophanes: Ocium.
*Fœdus ipſe mecum feriam*
*Negocijs & pugnis, & Lamachis omiſſis.*
*Multò enim eſt iucundius.*

λαμβαίνω.) Prior illa confuſio in ordinem eſt mutata.

LAMECHI duo memorātur in Scriptura: unus Cainius, alter qui ſit pater Enochi. Noe uerò nō nat⁹ eſt à Lamecho Cainio, qui & uirū occidit, & adoleſcentē in uibicē, qui duas cædes fecerit, & duas uxores duxerit Eldā & Selam, qui ſe ipſe incuſat, qui ſe pœna ſeptuagies ſeptupla dignū pronūciat. Cainus, inqt ſeptuplas dedit pœnas: Lamech uerò ſeptuagies ſepties. Grauius igitur puniṫ, quòd caſu eius qui prius deliquerat, nō fact⁹ eſt cautior. Iuſti etiā Enochi fratres ſuſtulit, qui fide ꝓpterea orauit, ne uideret talē mortem: & uoti cōpos, trāslatus eſt. Fuit autem à Iuſto Setho oriūdus Enochus, à quo Lucas euangeliſta feriem generis Chriſti arceſſit. Studuit itaq; ſemē impiorū, delere piorū genus. Peccator enim Dei cultū deteſtatur. Caini .n. genus execrabile eſt, Sethi benedictum, Impij infeſti pijs.

Ne-

Neq; noluit Deus cum iuſtorum genere, genus impiorũ cõmiſceri, ſed deleri. Cum itaq; & cædes facerent, & occiſorũ uxores ducerent, ingentia mõſtra Gigãtes ſunt exorti: ob quos diluuio ſunt extincti omnes, ſolo Noe in ſua gẽte, iuſtitiæ obſeruante, conſeruato.

Lamiam, Doris in ſecundo Libycarum rerum refert, fuiſſe formoſam in Libya mulierem, qua à Ioue compreſſa, Iunonem ex zelotypia liberos eius occidiſſe. E quo dolore facta illa deformis, liberos alienos rapere atque occidere fertur. Dicitur ab eo, quòd magnam gulam habeat.

Lamia, urbs Theſſaliæ: ubi Græci, poſt Alexandri obitum, ducibus Athenienſibus, libertatem recuperaturi, Antipatrum uicerunt.

Lamus, urbs Læſtrygonum.

λαμπάδιον.) Traianus imperator in bello ſauciatos curabat: & cum uincula uulnerum deeſſent, ne ſuæ quidem ueſti pepercit, quam in faſcias diſſecuit totam.

λαμπάδος.) Lampadis tria feſta agũt Athenienſes: Panathenæis, Vulcanalib⁹, Prometheis. Iſter ait, Athenienſes primùm facibus eſſe uſos in Vulcani ſacris: qui uſum ignis primus deprehẽderit, & mortalibus demonſtrarit.

λάμπων ὄμνυσι τὸν χῆνα, ὅταν ἐξαπατᾷ τινα.) Lampon cum aliquem fallit, anſerẽ iurat. Primi Socratici hoc modo iurare ſoliti fuerunt. Rhadamanthus autem primus uetuit, ne in iureiurando dij nominarentur: ſed iurari uoluit anſerem, canem, arietem, & ſimilia. Lampon autem aruſpex fuit, & uates, cui Athenienſium coloniam Sybarim miſſam aſcribunt. Iurabat autem per anſerem, ut fatidicam auem. Vſurpatur de iis qui iureiurando interpoſito fallunt.

Rhadamanthi iuramento.

Lampon.

Lamptrae duo municipia ſunt Erechtheiæ tribus: unum maritimum, alterum in editiore loco.

Lamprias, Plutarchi Chæronenſis filius, tabulam confecit omnium ſcriptorum patris ſui, de Romana & Græca hiſtoria.

λαμυροῖς.)

βροτολοιγὸς ἔρως τὰ πυρίπνοα τόξα

βάλλει, καὶ λαμυροῖς ὄμμασι πυκνὰ γελᾷ.

*Pernicioſus Amor flammantia ſpicula ponit,*

*Et latus oculis ridet aſſiduè.*

Lapathum herba ciet aluum.

λάρκος.) Sepiæ, cũ piſcatores eas uenantur, atramentum emittunt, quo turbata aqua non conſpiciantur.

Nigra ſuccus loliginis.

λάρος κεχηνώς.) Larus hians. De hominibus rapacibus, & furacibus. Nam & auis hæc rapax eſt, & uorax.

λάρος ἐν ἕλεσι.) Larus in paludibus. De iis qui citò reddunt *

Lasus, Charbini F. Hermionẽſis, ex urbe Achaiæ *, octaua Olympiade, tempore Darij Hyſtaſpis F. Hunc quidã ſeptẽ ſapientibus, Periandri loco, annumerãt. Primus hic librũ de Muſica ſcripſit, & dithyrambũ in certamen deduxit, & contentioſas orationes inſtituit.

Muſica. Dialectica.

Latini, qui nunc Romani dicũtur. Telephus enim filius Herculis, cognomento Latinus, eos qui olim Cetij dicebãtur, Latinos appellauit. Iidem Itali dicti, à principe quodam Italo. Ab Aenea, cum is Occidentem occupaſſet, Aeneadæ. Poſt eum omnes Romani dicti, cognomento à Romulo accepto.

Telephus Cetij.

Itali.

λατρεύω.) Non coluerũt, diuina prædici ſapientia, res conditas præ conditore.

λατρεία, ἡ ἐπὶ μισθῷ δουλεία.) Ipſa merces eſt autoramentum ſeruitutis.

Laureum, locus Atticæ, in quo metalla ſunt.

λαφύξας.) Hæ aquilæ (inquit, uexillis oſtẽſis) elephantorũ uiſcera lacerabunt.

Lachares, Lacharis F. Athenienſis ſophiſta, diſcipulus Heracleonis ſophiſtæ Athenienſis, magiſter plurimorum, ſed celebrium uirorum: Euſtephij, Nicolai & Aſterij. Floruit ſub Marciano & Leone Imperatoribus. Scripſit de colo, & commate, & periodo, diſputationes hiſtoriam (de Cornuto) ſecundum Cornutum, loca ſelecta ex oratorib. ordine alphabetico. Lachares ſophiſta tardior fuit in diſſerendo: ſed uir ipſo uultu uirtutis præſtantiã præ ſe ferens: dignior qui philoſophus quàm ſophiſta nominetur, ut qui uiſum amiſſum receperit. Nam & alioqui uir Deo charus fuit.

λαχών.) Ariſtophanes: Rempub. deuoras ante mandatum tibi magiſtratum.

λαίθαργος.) σαίνεις δάκνουσα καὶ κύων λαίθαργος εἶ. Muſces cum mordeas, & canis es clandeſtinè mordens. Prouerbiũ, in eos qui per beneuolentiæ ſpeciem inſidiantur.

Laespodias, ob mala cruta, ut & Damaſeas, perſtringitur. Thucydides, Læſpodiam etiam ducem fuiſſe ſcribit. Fuit & litium amans.

λεβηρίς.) τυφλότερος λεβηρίδος, cæcior exuuiis ſerpentis. Alij, γυμνότερος λεβηρίδος.

ρίδος, καὶ κινδάλῳ, καὶ ὑπέρῳ: Nudior Leberide, & cindalo auicula, & piſtillo. Leberis quidam pauper fuit.

*Ezechielis ænigma.* λέβητα.) Ezechiel propheta lebetē uocat Hieroſolyma, carnes uerò incolas, ignem Babylonē: ius, uictū neceſſarium: quo deficiente, carnes crementur.

λεγεών.) Legio apud Romanos, 6000 milites.

λέγειν σὺ δεινὸς, μανθάνειν δ' ἐγὼ κακὸς σοῦ: δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' εὕρηκ' ἐμοί.

Diſertus tu quidem es, ſed ego te audire nolo: quem infeſtū mihi eſſe & iniquum cognouerim.

λέγεις μοι χαράν, λέγεις μοι βοᾶν.) Ariſtophanes in Pluto: Ea mihi dicis, quib. ita lætor ut exclamem.

λεκάνα.) Ariſtophanes: Date mihi patellā ut uomā. Nauſeo enim ob illius ineptias, & bilis ex uerbis illiꝰ mihi affluit.

*Luxus Perſici ſtudiū.* Leonatus, dux Macedonicus, cognatus matris Philippi, cum Alexandro educatus, tum ob conſuetudinem illā, tum ob neceſſitudinē generis, tum uerò ob proceritatem & pulchritudinem corporis honoratus. Itaq; & uiuente Alexandro animo erat elato: & uitam agebat, more Perſico, delicatam: cùm armorum ſplendore, tum reliquo cultu, haud obſcura hoſtiū æmulatione. Alexandro aūt defuncto, eam rem ſibi laudi etiā ducebat, ſeque regio cultu ornabat, & non multū à Perſico abhorrente, cùm ꝓmiſſo & fluente capillo, tum reliquo apparatu. Erant equi Niſæi & Phaſiani, omnes aureis frenis ānte aciem collocati, excellentibus ornamentis inſignes. Deſigebātur etiam ei tentoria magnifica, & arma pulchritudine præſtantia, & ſequebātur amicorum cœtus.

λέοντα ξυρεῖς.) Leonem tondes. Prouerbium, in eos qui res aggrediuntur, quæ fieri nequeunt.

*Explicatio ſomnij.* λέοντας ἰδεῖν δυσμενῶν δηλοῖ μάχας.) Leones uidere, hoſtium ſignificat pugnas. ὀνειροκριτικόν.

*Tripolis. Myſi.* Leontius, Tripolis Lydiç epiſcopus, natione Myſus, ex iis qui Iſtrum accolunt: & ab Homero ἀγχέμαχοι, quòd comminus pugnent, dicuntur. *Philoſtorgius.* Hūc Leontiū ſibi adiungit uæcors Philoſtorgius in libro ſuo, ut approbatorem Arianæ ſuæ uæcordiæ. *Filij mors impetrata precibus.* Hic Leontius, cum filium unum haberet, nō optimæ ſpei puerū, precibus (ut aiunt) impetrauit, ut adoleſcentulus moreretur: optimum ratus, eum ante ſuſceptum aliquod dedecus defungi, lubricis uitæ caſibus ereptum. Hunc regulam Eccleſiæ uocabant. *κανὼν τῆς ἐκκλησίας.* Animo fuit ingenuo aduerſus omnes, & ore libero. *Euſebiæ ambitio.* & quodam tempore concilio indicto, cum Euſebia Conſtantij uxor, ſuperbia elata, ab epiſcopis adoraretur: ſolus eam adulationem aſpernatus, domi manſit. At illa irritata, & animo inflāmato, mittit ad eum expoſtulatū, pollicitationibus etiā hominem alliciens: ſe, Eccleſiā illi maximam extructuram eſſe, & affatim pecuniæ præbiturā, ſi ſe conueniret. *Epiſcopalis reuerentia etiam contra Imperatricē defenſa.* Cui ille hoc modo reſpondet: Iſtorū quidem ſi quid Imperatrix exequi uolueris, non tam mihi te ſcito, quàm animæ tuæ gratum facturam. Si me uerò ad te uenire uolueris, debita epiſcopis reuerentia conſeruata, ut ego quidem ingrediar: tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens, reuerēter mihi obuiam procedas, & caput meis manib. ſupponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego ſedeam, tu uerecundè aſtes: cum iuſſero, ſigno dato, ſeſſura: ſi hæ inquam tibi conditiones placuerint, ueniā ad te. Sin alio modo: non tam multa dabis, tā magna non poteris, ut nos honore epiſcopis conueniente neglecto, diuinum ſacerdotij inſtitutum uiolemus. *Euſebiæ indignatio ſedata à Conſtantio.* Quæ cū renunciata eſſent, exarſit iracundia mulier, non ferendum rata Leontij reſponſum: & uehementer cōmota, & multum conqueſta, multumq; muliebri bile & leui ingenio minitata, rem marito exponit, eumq; ad ſupplicium de illo ſumendum inſtigat. Is uerò ingenuum Leontij animum magis laudat: placataq́ue ira, uxorem in gynæceum ablegat. Aliquando item Cōſtantio inter epiſcopos prçſidente, & Eccleſiis prçſcribere uolente: plerique, quicquid ille dixiſſet, cū plauſu & admiratione accipiebant, rectiſſimè id eſſe dictum aſſerentes. *Conſtantij curioſitas caſtigata.* Hic uerò tacebat. Quem cum rogaret Imperator: Quid tu ſolus omnium taces? Miror, inquit, quî fiat, ut aliis curandis deſtinatus, alia tractes: qui cum rei militari & Reipublicç prçſis, epiſcopis ea præſcribas, quç ad ſolos pertinent epiſcopos? Imperator itaq; uerecundatus, eiuſmodi edictis in poſterum abſtinuiſſe fertur. Talis fuit Leontij libertas.

Leontius Antiochenus epiſcopus, ſe ipſe caſtrauit (καὶ διὰ τὸ ἄλλα βέβηλος.) Fuit & cætera profanus, & Aetius Eunomij magiſter, qui Arij blaſphemiā ſuis argutiis adauxit.

Leon-

Leontius, & hic Antiochiæ fuit hæreticus: contra quem ſcripſit Photius patriarcha. Nam de homouſio diſputauit cum Flauiano, audacibus & blaſphemis (ληρωδήμασι. quid ſi λοιδορήμασι, conuiciis?) deliramentis.

*Non miranda tyrannorum intempe⟨rie⟩.*

Leontius monachus ſub Zenone, cū occulta Scripturæ loca prophetica gratia declararet, multos ſtudioſos habuit aſſeclas. Cum uerò quidam Imperatoris portenta contra eccleſiā moleſtè ferreut: Non, inquit, miranda ſunt ea quę fiunt ab homine ad imperium ab hominibus aſcito: cū Saul diuino ſuffragio rex deſignatus, Abimelechū & eius filios in domo Domini gladio confecerit. Aliis item dubitantibus, & ingenium eius è manſueto ſæuum eſſe factum opinantibus, quòd initiò Imperij quædam egiſſet, quædam pollicitus eſſet, quæ ad bonum tenderent: Non mutauit, inquit, naturam: ſed in rebus ſecundis improbitatem declarauit, longo tempore (διὰ τοῦ ἴλλαι τὸν φόβον.) illi metu diſſimulatam. Idem, cum quidam Clementis Stromatei librum legeret, & ad locum perueniſſet, quo ille uiros deridet, qui faciem meretricio more pingūt, & capillos tingūt: dixiſſetque Leontius, Num quiſquam eſt præter Imperatorem, qui capillos tingat, & fucet faciem? monachus alius ſubiecit: Nos uniuerſè de homine dubitauimus, num is ullo modo ſuſtineret ornatu mutare naturā: nec tamen hoc facere putauimus Imperatorem. Perargutè ſanè monachi deriſerunt eos, qui naturā uirilem transformare in muliebrem ſtuderent. Nam à talibus, ueterum quoque plurimos, ut ab inconſtantibus abhorruiſſe, multis hiſtoriarum documentis comprobatur: atque etiam Philippi patris Alexandri exemplo, qui cum Antipatrum quendam ex amicis ſuis in iudices retuliſſet, quem capillos & barbam fucaſſe cerneret, remouit. Qui in pilis, inquit, infidus eſt: eum ne putes in rebus gerendis eſſe fide dignum.

*Non mutati, ſed patefacti mores.*

*Fuci & calamiſtri uirorum.*

*Compti, leues, & infidi.*

*Philippus Macedo.*

*Confractor manuum.*

Leontiscvs Meſſenius Siculus, cognomēto Acrocherſites: quòd ſummas aduerſarij manus comprehēſas infringeret, nec dimitteret prius, quàm eū deficere ſenſiſſet.

Leogoras, pater Audocidæ oratoris.

Leocorivm, ſacellum in medio Ceramico: inde appellatum, quòd, cum ſame laboraretur, eaque non niſi puella immolata propulſari poſſet: Leos quidam Orphei filius, Cylāthi pater, tribus filiabus ſuis uirginib. Paſithea, Theope & Eubule oblatis, urbem annonę penuria leuauit.

Leon Byzantius, philoſophus Peripateticus, & ſophiſtes, diſcipulus Platonis: aut (ut quidam tradunt) Ariſtotelis: res Philippicas & Byzantinas libris 7 dè ſcripſit: Teuthrauicum, de Beſalo, Sacrū bellum, De ſeditionibus, res geſtas * Alexandri. Hic legatus Athenas miſſus, cum admodum obeſus eſſet, Athenienſibus riſum mouit. quo nihil turbatus, lėgationem peragens: Quid, inquit, ridetis Athenienſes? An obeſitatem meam? Eſt mihi uxor longè obeſior: ac concordes nos lectulus capit: diſſentientes nec tota domus. Hoc opportuno dicto effecit, ut conſentiret populus Athenienſis. Idem cum Philippum Byzantio repelleret: ab illo talib. literis eſt perſtrictus: Si tantam Leonti pecuniam largirer, quantam à me poſtulauit: primo impetu Byzantium cepiſſem. Quibus auditis, populus cum ad Leontis ædes concurriſſet: ueritus ille ne lapidib. obrueretur, ſe ſuſpendit miſer, nullo fructu ſuæ ſapientiæ & eloquentiæ percepto.

*Concordia anguſtum lecum ſatis amplum.*

*Philippica lenonia.*

*Leontis interitus.*

Leo Alabandēſis, orator, ſcripſit Caricorum lib. 4. Lyciacorum lib. 2. Artem de flatibus, Sacrum bellum Phocēſium & Bœotiorum.

*Opinio popularis.*

Leo Macelles, Imperator Romanorum, habitus eſt ſuperiorum imperator omnium feliciſſimus, & formidabilis omnibus, tum ſibi ſubiectis populis, tum Barbaris, ad quos eius fama peruēnit. Et hanc quidem uulgò de ſe opinionem reliquit. Ego uerò, inquit Malchus, felicitatem non exiſtimo, ſi quis populi ſui facultates diripit, & eam ad rem ſemper ſycophantas ſubornat: & ipſe eos accuſat, ſi alium non inuenerit: & aurum ex uniuerſo terrarum orbe coactum, ſibi ſoli recondit: & urbes opibus ſpoliatas eò redigit, ut conſtituta tributa haud facilè poſſint pendere. Denique omnis improbitatis diuerſorium Malchus eum fuiſſe affirmabat: qui & Hyperechium grāmaticū in exiliū egerit. Cum aliquādo Eulogio philoſopho ſtipēdium dari iuſſiſſet: quodā ex eunuchis dicente, pecuniā illā militib. eſſe impendendā, dixit: Vtinam mea ætate fiat, ut ſtipendia militū in philoſophos cōferantur. Temporibus eius fuit Acacius patriarcha.

*Malchus inſectator Leonis.*

*Hyperechium.*

*Eulogius.*

*Leonis uotum.*

*Acacius.*

Leon,

*Dux ſcortorum & poculorum.* **LEON**, ab Eutropio eunucho dux miſſus contra Barbaros, leuis fuit, &, ob ſtudium ebrietatis, deceptu facilis. Fortitudinem enim ſuam eò detorſerat, ut plures haberet pellices quàm milites, & plus biberet quàm homines omnes.

*At tibi tu curruca places.* λέων λέων σοι γέγονεν, ἐκμαγμα σόν.) Leo, leo tibi natus eſt, effigies tua. De adulteris & fœcundis mulieribus. Ariſtophanes. Cùm cætera prorſus omnia, tum peniculus eſt tuo perſimilis, curuus inſtar præputij.

*Benignitas in Procliū.* **LEONAS** ſophiſta, natione Iſaurus, celebris inter eiuſdem artis profeſſores Alexandriæ: qui non modò eruditionē ſuā Proclo impertiit, ſed & conuictorē habere uoluit: curauitq́; ut ſuæ uxori & liberis cōtubernalis eſſet, quaſi germanus & ipſe filius: notumq́; eum reddidit magiſtratibus Aegypti.

**LEONIDAE** dona, λεοντίδου δῶρα. Leonides Lacedæmoniorum rex, Anaxandridæ filius, ab Hercule oriūdus, dux eorū qui ad Thermopylas ſunt ꝑfecti: quo in loco Hercules corpore depoſito, factus eſſe deus perhibetur. *Hercules.* Cum autem ei nunciatum eſſet, prę Perſarum ſagittis Solem nō conſpici: Bonó animo, inquit ſimus: ſub umbra pugnabimus. *Perſarum ſagitta.* Prandiū parantes milites, ita prandere iuſſit, tanquam apud inferos cœnaturos. *Cœna apud inferos.* Xerxē autem aduentante, cæteri quidem omnes multitudine hoſtium perterriti, fugerunt: Thebani ad hoſtes defecerunt (locꝰ mutilus, οὓς λαβὼν ἔστιξε βασιλεὺς) quos acceptos compunxit rex cum militibus CCC Spartanis. *Fuga ſociorum.* Leonidæ tumulo inſcriptum eſt:

*Cū myriadib. aliquādo hic trecētis pugnarūt*
*E Peloponneſo chiliades quatuor.*

ALIVD EPIGRAMMA IN duorum fratrū tumulo.

*O᾽ hoſpes, nuncia Lacedamonijs: nos hic*
*Iacēre, illorum uerbis obtemperantes.*

CICERO:

*Dic hoſpes Sparta, nos te hic uidiſſe iacentes,*
*Dum ſanctis patria legibus obſequimur.*

Hic Leonidas iuxta Thermopylas cū CCC Xerxi reſtitit, fortiſſimeq́; dimicās occubuir, circumuentus per proditionem: cum Ephialtes quidam Perſis uiā per rupes demōſtraſſet, eosq́; noctu duxiſſet. *Ephialtes proditor.* At Macedo ille, ſiue Leonidæ animo, ſiue Callimachi, ſiue Cynægiri (ſed ſatis eſt eum Romanum dicere) ut uerba medicorum acceperat: rogabat, num Romani uiciſſent?

λεωπετρία.) Poſſumus per glabram rupem deſcenſu facto è mari in Cherſoneſum, hoſtes à tergo inuadere.

**LEOSTHENES**, dux Athenienſium, bello Macedonico immodica uſus alacritate, dum ſucceſſus aduerſus hoſtes urgens incautius, impreſſionem facit, ſaxo caput ictus, in acie occumbit.

**LEOTROPHIDES** dithyrambopœus, pallidus erat, & tenuis: auiculæ ſimilis, ut & Cineſias. Prouerbiū, λεωτροφίδου λεπτότερος, καὶ θουμαντίδος: Leotrophide tenuior, & Thumantide.

λέπρεον.) Lepræum, Triphyliæ urbs, à candicántib. rupibus, & uarij coloris inſtar lepræ, è quib. eminet: uel quòd conditores eius lepra laborarint.

λέπρειον.) Leprium, oppidulum Pelopōneſi, cuius meminit & Callimachus in hymnis: καυκώνων πτολίεθρον ὃ λέπρειον πεφάτισται, Cauconū oppidum, quod Leprīū eſt appellatum.

**LEPRAEVS**, à Comicis pſtringebar̄, ut mollis, maleficus, guloſus, garrulus. *O uirum uiā ſignem.*

λεπτὰ ξαίνεις.) Tenuia nes: uel, carminas. De ijs qui uitam inopem degunt.

λεπτή τις ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.) Tenuis admodū ſpes eſt, quæ nos alit. Prouerbiū, de rebus dubiis & deploratis.

λεπτὸν πλέκει.) Tenuem plicat. De pauperibus.

λεπτολογεῖν ἤδη ζητῶ, καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν.) Hermippus in popularibus: Subtiliter iam diſſerere ſtudeo, & de fumo anguſtè nugari. Ariſtophanes in Nubibus: χάσας τὴν φροντίδα λεπτὴν, κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα: Inhibirā ſubtili ſolicitudine, paulatim res cōſiderato. Itē, σὺ ὦ λεπτοτάτων λήρων ἱερεῦ: Tu ô tenuiſſimarū nugarum antiſtes. Sic deridētur à comicis argutiæ philoſophorum.

λεπτυσμὸς) Attenuatio eſt, cū profunditas phalangis contrahitur, & pro 16 uiris pauciores fiunt.

λέρνη θεατῶν.) Cratinus, Lernā ſpectatorum: id eſt, theatrum improborū. Vel propter hydram, uel quòd Argiui quiſquilias & ſordes eò deferunt. nam Danaus capita Aegypti filiarum in Lernā coniecit, & (ut conſentaneum eſt) per contumeliam res mali ominis eò conijci iuſſit. *Danaus.* Alij ſcribunt λέρνη κακῶν, Lerna malorum.

λεσβίων ἄξια.) Lesbiis digna. Prouerbium, de rebus irritis.

λεσβίζειν.) Inquinare os .i. irrumari: ob quā fœditatem Lesbij malè audiebant.

LESBONAX, Mitylenæus philoſophus, ſub Auguſto, pater Potamonis philoſophi, ſcripſit plurima philoſophica.

*Conſeſſus nugatorum.* λέσχαι.) Leſchas uocabãt publica quędã loca, in quib. homines ocioſi deſidebãt multi. Olim etiã conſeſſus corũ qui philoſopharẽtur, ſic dicebanrur. Homerus: Nõ uis fabrilem officinam ingreſſus dormire, aut in Leſcham aliquã? Cleanthes ait, attributas Apollini eſſe Leſchas, atq; ipſum etiam Apollinem apud quoſdam Leſcheeorion, uel Leſchenhorion cognominari.

*Liber Nugarum.* *Herodoti luſcinia.* LESCHAE dicũtur etiam poemata Heraclidis Pontici, uerſu Phalæcio ſeu Sapphico ſcripta. Epigrã. in Herodotũ: *At tu ſcelicet Hoſpes Halicarnaſſenſis, iã olim* (*cinis es,*
*Tua uerò uiuunt luſcinia.*
εἰ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες.

LESCHIDES poeta heroic⁹ clariſſimus, regis Eumenis cõmilito: ut & Pythoas hiſtoricus, & Menãder medicus.

*Partus.* λευγαλέας.) Precibus & uotis inuocauit deos, ut à partu tuo pernicioſa fata procul amouerent:
ὥστε μετ' εὐχωλῆς ἐκαλέσατο λευγαλέας τοι
κῆρας ἀπ' ὠδίνων τῆλε βαλεῖν λοχίων.

LEVI, trib. ſacerdotalis, unde Leuites.

LEVCAS, inſula ante Epirum ſita.

λευκή.) Demoſthenes in oratione pro Cteſiphõte: Coronaros fœniculo & populo. Coronabãtur autem populo, qui Bacchicis ſacris initiabãtur, quòd arbor illa inferna ſit, infernus item Proſerpinæ Bacchus. Populum enim natam eſſe iuxta Acherontem tradũt. unde Acherois dicatur ab Homero.

λευκὴ ἀκτή.) Albæ actæ (littora) ſunt plures. Lyſias uerò eius meminit, quæ eſt in Proponride:

*Albi & nigri calculi.* λευκὴ ἡμέρα.) Alba dies, id eſt bona & hilaris. Sophocles: *Cedit noctis atra orbis, Candidis uecta iugalibus Diei, ut iubar accendat.* Phylarchus ait, cubitũ ituros ꝓferre pharetram, & ſiquidem citra moleſtiã diẽ exegerint, in eam cõijcere albũ calculũ. ſin moleſtè, nigrum. Si quis igitur moriatur, proferri pharetrã, & numerari calculos: quorũ ſi plures albi reperiantur, defunctum beatum iudicari. Vnde hoc prouerbiũ ortum eſt. Eódẽ pertinet λευκὴ ψῆφος, albus calculus.

λευκὴν μάζαν φυρῶ σοι.) Albam placentam tibi ſubigo. Prouerbium, de iis qui magna pollicentur.

λευκὴ στάθμη.) Alba amuſſis. De iis qui obſcura obſcuris notãt: aut de iis qui nihil intelligunt. Sophocles in Cidalione:
τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμαίρομαι,
οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.
*E uerbis tuis nihil equidem aſſequor,*
*Nõ magis quã ſi alba amuſſis ſit in albo ſaxo.*

*L. Tarquinium Priſcum.* λεύκιος.) Lucius, Demarati Corinthij filius, Romam profectus eſt, cùm ſeipſo fretus, tum opibus elatus: ſperans, ſe, ob occaſiones quaſdam, neminẽ in republica inferiorem fore: cũ uxorem haberet tum ad alia utilem, tum ad omnem rem gerendã, ingenioſam adiutricem. In urbem profectus, & ciuitatem cõſecutus, ſtatim ad obſequium regis ſe accõmodauit: celeriterq;, propter liberalitatem & ingenij dexteritatem, in primis uerò propter educationem à puero, regi opportunus, magnam approbationem eſt conſecutus, atq; autoritatẽ. progreſſuq; tẽporis eò ꝓceſſit, ut regi familiaris eſſet, & regnum cum eo adminiſtraret. In qua adminiſtratione cum bono eſſet omnibus, & indigentes adiuuaret atq; ꝓueheret, ſimulq; liberalitate & magnificentia in loco uteretur: multos ſibi obſtringebat, omniumq; beneuolentiã alliciebat, & gloriam uirtutis parabat. Ita regno potitus eſt.

*Macedonica gaza.* L. AEMILIVS, uicto Perſeo, Macedonico regno potitus (in quo, pręter cæteras opes atq; copias, in ipſis theſauris argẽti & auri amplius 6000 talẽta reperta ſunt) adeò nihil horũ appetiuit, ut ne ſpectare qdẽ ipſe uoluerit: ſed per alios tractãda curarit: quãuis re familiari non ampla, ac anguſta potius. Nõ diu .n. poſt id bellũ defunctus, cũ germani eius filij P. Scipio & Q. Maximus, uxori dotẽ redituri eſſent 25 talẽtûm, ijs cõflictati ſunt difficultatib. ut id nullo modo poſſent; niſi & ſupellectili & mãcipiis & quibuſdã fundis diſtractis. Pulcherrimũ itaq; ſignũ ſuæ uolũtatis reliquit mortuus. nã cũ plurimùm auri ætate ſua ex Hiſpania Romã pertuliſſet: & maximis in Macedonia theſauris potitus eſſet: talem rem familiarẽ reliquit, ut uxori dos de ſupellectile tota perſolui nõ poſſet, niſi etiam fundi aliquot eſſent uenundati. *Abſtinentia Pauli, & paupertas. P. Scipio.*

λευκόν.) Album, ut & ἀγαθὸν bonũ, homonymon eſt. Nam cũ de corpore dicitur, colorem ſignificat, qui eſt qualitas: cũ de uoce, actionẽ. λευκὴ φωνή, alba, id eſt clara uox dicitur, quę facilè exauditur: id eſt, quæ auditũ uehemẽter & celeriter mutat. Eodẽ modo τὸ ὀξύ, acurũ, etiã eſſe homonymon monſtrari poſſet.

λευ-

λευκοπύγους,albis natib. dicũt timidos: ſicut μελαμπύγους,nigris natibus,fortes.

λευκὰς λίνους ἔχοντες αὐχοῦσι μέγα.) Albo lino admodum ſuperbiunt.

λεύκωμα,albũ: paries gypſo inunctus, ad inſcriptionẽ ciuilium rerum aptus.

LEVCON(Hagnuſius)hagnus Pelopõneſiacis temporibus fuit.Fabulæ eius ſunt,Aſinus utrifer,& Phratores.

LEVCTRA, urbs ſeu locus Bœotiæ, iuxta Theſpias.

λευστήρ.) Sceleratus ille homo,dignus qui lapidibus obrueretur,cognomentũ Fauſti appetiuit.

*Timor ex hepate.* λευχηπατίας.) Albi iocinoris homo:id eſt,timid9. Nã quibuſdã aliquid in hepate accidit, quod homines timidos facit.

LECHAEVM, nauale Corinthiorũ, quod Lyſias ait captum eſſe Mnaſippo prætore,

λείας.) Cũ Scythæ incurſionẽ in fines *Valentinianus obitus.* Romanorũ feciſſent, magnãq; prædam abegiſſent:Imperator Valentinianus iratus,& uehemẽtius uociferatus,uocis(αὔλα,cauſis)inſtrumentis ruptis obiit.

[illegible].)Hippodam9,ciuis optimus,in Piræeo habitãs ædes ſuas reip. donauit.

*Lixæ & calones, der troß, corruptelæ exercitus.* LIXAE & calones,homines operarij (γένος τῶν ἐργαστικῶν) expeditionem ſectãtes:qui cũ extra omnem ordinem eſſent:neq; tribunũ neq; ducẽ curabãt, quia ignorabantur: quouis modo lucrũ per fas & nefas conſectantes. Itaq; cũ nulla re abſtrahantur, omne genus excogitãt improbitatis,& ad eam rem nihil nõ machinantur.Sed cum neq; ad bellicas aggreſſiones , neq;(lego τὰς καθ' αὐτὰς,ad priuatas ſuas graſſationes)contra ſemet ipſos ſatis uirium habeant, eò quòd & armis & fide carent:cõmunicare cũ militibus coguntur,& ſua conſilia illis aperire:ut eorum uſi auxiliis,rapinas & cędes facere poſſint. Itaq; facti ſunt omnes ligutitores: totuſq; exercitus temeritate & improbitate fuit refertus.

*Moderatũ principiũ.* λεῖον.)Ariſtophanes: Noli iracũdè reſpõdere, ſed cõtrahe uela, iiſq; ſummis utitor. Deinde magis ea extẽdes & tenebis,uentũ lenem & cõſtantẽ nactus.

*Digamia.* λειπανδρεῖν.)Cum Athenienſes, ob ciuium paucitatem,urbem augere uellẽt: decreuerunt, ut unam ciuem ducerent: atq; etiam ex meretricula ſuſciperent liberos.*Socrates.* Qua de cauſa idem Socratẽ quoque feciſſe tradunt.

*Militum animi.* λειποθυμῇ.)Polybius:In omnibus rebus bellicis plurimùm momenti habent, tũ ad ſuccumbendum , tum ad uincẽdum, militum animi.

λειπομαρτυρίου δίκη.) Deſerti teſtimonij actio.Si quis aliquid factum eſſe norat, ſeq; teſtimoniũ in iudicio dicturum pollicitus,poſtea refugerat:huic iudiciũ dictabatur. Quem ſi actor conuiciſſet: mulctabatur pro rei magnitudine. Sin minus:accuſator ipſe * drachmam mulctæ nomine deponebat.

λειπόμεθα.) Simulatque dux dixerat, magno prælio uicti ſumus:tantus terror atq; perturbatio extitit. Capti autẽ ſunt 2000,minus 200.

λειποναῦται.)Edictũ fecit , ut qui naues deſeruiſſent in Græcia,cõquirerentur,& omnibus manus amputarentur. *Amputatio manuum.*

λειποταξίου.) Turpe admodũ,atq; ignauiæ eſſe putabat,ſe,bello orto,cũ ſuis deſertorum ordinum conuinci.Heraclius: Romanorum dux deſertorum ordinũ pœnas exigebat ab erronibus Romanarum copiarum. *Deſertorum pœna.*

λείρια.)Sola Gratiarũ flores decerpſit: ἡ μόνη χαρίτων λείρια δρεψαμένη.

λήθαργος κύων.)Canis,principiò quidẽ blandiens,ſed clanculũ mordens.

ληθεδών.)Obliuio,eſt ſciẽtiæ amiſſio. *Vincitur ingenio.*

—ἔργα δὲ φώτων
ὡς ταχινὴν ἔρρει πάντα δὲ ληθεδόνα:
—*Facta uirorum*
*In celerem ruunt talia obliuionem.*

λήθη.) Diuinos interpretes deſcribebat admodum accuratè(εἰς τὸ τῆς λήθης γῆρας,in obliuionis ſenectutẽ ) ad obliuionẽ ſenecturis(ut aiebat Plato) cõmentarios ſibi parans atq; reponens.

λήθης πεδίον.) Campus obliuionis. De iis quæ fieri nequeunt . uel, de hominibus infirmis.

λήθουσι γάρ τοι κ' ἀνέμων διέξοδοι
θήλειαν ὄρνιν,πλὴν ὅταν τόκος παρῇ.
*Latent etiam uentorum exitus*
(Gallinã) *Fœminã auẽ,niſi cũ partus inſtat.*
Ex Oenomao Sophoclis.

ληκύθιον.)Ariſtophanes in Auibus: ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ: Oleũ nõ ineſt lecytho.id eſt,nihil mouemur, non miſeremur.ἔλεος,miſericordia:ἔλαιον,oleũ.

λῆμα.)τοιοῦτον ὁ παῖς ὅδε λῆμα φαίνει. Talem puer iſte præ ſe fert indolem.

λῆμα θούριον,Bellicoſus animus. Efficiam ut uirilem demonſtret animum, & origanum uideat:id eſt,acri ſit uultu. Herodotus: Artemiſia ex audacia, & ob uirilem animum militabat, cum nulla neceſſitas urgeret. *Artemiſia.* *Euripides.* Ariſtophanes, de Euripi

*Aeſchylus.* de & Aeſchylo: Animo uterque eſt non imbelli, neque tardo ingenio. Expectare igitur conſentaneum eſt, Euripidem urbanum aliquid dicturum, & limatulum: Aeſchylum uerò impetu facto, uerba radicitùs euulſurum, multosq; uerſuū uortices exagitaturum.

*Lemmata Dialectica.* λήμματα, προτάσεις.) Lēmata, propoſitiones ſūt Ariſtoteli, hoc eſt interrogatio, quę cauſa eſt reſpōſionis: è qua conficitur ſyllogiſmus, quā etiā Lemma dicunt.

*Enthymemata.* μονολήμματος πρότασις, propoſitio unius lēmatis. ueluti: Reſpiras, uinis ergo. manifeſtū .n. eſt qđ prętermittitur: Omne quod reſpiret, uiuere. Huiuſmodi ſūt enthymemata: Hi pœnā merentur. ſunt enim ſacrilegi. prętermiſſum .n. eſt, Sacrilegos ſupplicio eſſe dignos.

λήμη.) Ariſtoph. in Pluto: ἀλλ' ὦ κρονικαῖς γνώμαις ὄντως λημῶντες τὰς φρένας: O' ueteuli fatui, animi ſtupore ita impediti, ut lemæ aciem oculorū impediunt.

λημνία δίκη.) Lemnium iudicium: id eſt, peſſimum.

LEMNIVS ignis. In Lemno grauis eſt ignis eruptio.

*Hircum olentes Lemniæ, maritos à cōgreſſu abhorrentes iugulant.* λήμνιον κακόν.) Lemnium malum. Lemnij raptis * ex Attica mulieribus, liberos ex illis ſuſcipiebant. At uxores, illos unà cum liberis mactabant, quòd ab illis negligerentur, unâ cum Thracū mulieribus, ob fœtorem corporis: quem illas Myrtilus inuaſiſſe tradit, ex Medeæ ob Hypſipylen æmulatione: Caucaſus uerò, quòd Lemniæ mulieres Veneri honorem nō habuiſſent. Hinc magna mala, Lemnia dicuntur.

ληξιαρχικὸν γραμματεῖον.) Tabula, in quā inſcribebantur ij, quorum ętas apta erat ad ſortiendos magiſtratus: addito etiam municipij nomine: quiq; iam patrimonio ſuo potiebantur.

λῆξις, & ſortitionē & facultates ſignificat. Hinc ληξιαρχικὸν, quòd & patrimonij & ſortitionis ius habeant.

λῆρος.) Multa mihi horū etiā ab adoleſcentulo nugæ & deliria uidebantur.

*Non animā ipſam affici, ſed inſtrumētis corporis debilitatis & corruptis, ſuo fungi munere non poſſe.* λῆρος.) Mens, in ſenectute deliriis occupata: non ipſa in ſeſe affectionem illam recipit, ut corruptioni obnoxia & mortalis exiſtimetur. Sed cum inſtrumētum ſit mutatum, & ineptum redditum ad mentis actionem recipiendam: affectio inſtrumēti, affectio uidetur eſſe monentis illud mentis. Nam & oculo lemis oppleto, aut etiam ſenectute ita mutato, ut ad uidendum non ſit idoneus, ſenſus ipſe quidem nihilominus manet incolumis: ſed ſenſus Inſtrumentum afficitur, aut prorſus inutile atque ignauū efficitur. Cauſa uerò eſt, cur cum ſenſus inſtrumento non etiam uis ſentiendi corrumpatur (ἀλλ' ἐν τῷ πνεύματι) ſed in ſpiritu. Sic etiam ſenum oculi ætate debilitati, & tunicis craſſioribus factis, & uelu ti corrugatis, neq; ita perſpicuis, atq; etiam interioribus humoribus tēpore ſiccioribus redditis & denſatis, cum affectiones à ſenſibilibus ad uiſiuum ſpiritum tranſmittere non poſſint, fit ut minus uideant ſenes. Atque in delyris non delyrat mens, ſed inſtrumenti mutatio in deterius, atque ineptitudo (ut ita dicam) afficitur, & delyria efficit, non in ſenectute tantum, ſed etiam in adoleſcentia, corpore phreneticis aliquibus aut lethargicis morbis occupato. Vehemens noxa mentis παραφροσύνη, amētia dicitur: *Amentiæ genera.* media λῆρος, delyrium: remiſſa παράληρος, uæcordia ſiue ſimplicitas.

Λητὼ.) Latona mater Apollinis.

LIBADIA, oppidum Bœotiæ.

LIBANIVS, Antiochenus ſophiſta, ſub Iuliano Parabata, uſq; ad Theodoſiū maiorem: Phaſganij F. diſcipulus Diophanti. Scripſit infinita, inter quę Cōſtātij Imperatoris encomiū: aliud in Iulianū, Declamationes oratorias, Epiſtolas. Fuit etiā temporib. Baſilij & Gregorij. Iulianus autem Parabates, quamuis tanta mole negociorū ſuſcepta, tamen dicendi gloriam expetebat: & Antiochenum ſophiſtam, cui Libanio nomen erat, ſupra modum admirabatur, partim quidē forſan quòd eum probaret: partim etiā ut magnū ſophiſtam Proæreſium dolore afficeret, alterum illi præferendo. *Iulianus Imp. Libanij admirator.* Acacius certè quidem homo dicendi peritus, & Phryx Thuſcianus, ſemper illum propter hæc accuſabant, eiusq; iudicia reprehendebant. *Proæreſius. Acacius. Thuſcianus.*

λιβερίδων. (Locum hunc in Suida mutilum, è lib. 7. Liuij, Decadis 1. huc aſcribere uiſum eſt.) Eodem anno, ſeu motu terræ, ſeu qua ui alia forum medium fermè, ſpecu uaſto collapſum in immenſam altitudinem dicitur: neque eam uoraginem conjectu terræ cū pro ſe quiſque gereret, expleri potuiſſe pri⁹, quàm deûm monitu quæri cœptū, quo plurimùm Romanus popul⁹ poſſet. Id enim illi loco dicandum uates canebant, ſi rempublicam Romanam perpetuā eſſe uellent. Tum M. Curtium, iuuenem bello

bello egregiũ, caſtigaſſe ferunt, dubitantes an ullum maius Romanum bonum, quàm arma uirtusq́; eſſet? Silẽtio facto, templa deorũ immortaliũ, quæ foro imminent, Capitoliũq́; intuentẽ, & manus nunc in cœlum, nunc in patentes terræ hiatus, ad deos Manes porrigentem, ſe deuouiſſe: equo deinde quàm poterat maximè exornato inſidentem, armatũ, ſe in ſpecũ immiſiſſe, donaq́; ac fruges ſuper eũ à multitudine uirorũ ac mulierũ cõgeſtas. Hactenus Liuius. Sequuntur uerba Suidæ. Hiatus terræ extitit. Romani autem cum ex Sibyllinis oraculis cognouiſſent, coiturã eſſe terrã, ſi rerũ humanarũ precioſiſſima in eum conijcerẽtur: alij aurum, alij argentũ, alij fruges, alij quod quiſq; maximi æſtimabat, aggerebant (*καὶ συμβαίνειν τοῖς ὑπὸ τῶν ἱερῶν λεγομένοις ὑπελάμβανον*, fortaſſe legendũ) ſe diuinis reſponſis ſatisfacere arbitrantes. Sed nihilominus permanente uoragine, Curtius uir & aſpectu pulcherrimo, & animo præſtantiſſimo, ſe quid Sibylla diceret, rectius aliis intelligere dixit. Rem enim Reipublicæ maximi eſſe precij, uiri uirtutem, eamq́; oraculo poſtulari. His dictis, & arma induit, & equũ bellicum conſcendit. Admirantibus omnibus quid'nam moliretur: rectà illum in hiatum concitat. Quo expleto, heroicos honores uiro illi medio in foro quotannis habendos Romani decreuerunt: araq́ue condita, locum eum * Libernum uocauerũt. Unde & * Virgilius auſpicatus eſt.

*Africa ſubinde aliquid noui.* *λιβυκὸν θηρίον.*) Fera Libyca, id eſt mõſtroſa. Aiunt enim Libyam feras habere multas, quòd aquis careat. Coeuntibus autẽ omnis generis uno in loco animalibus, atq; aliis alia ineuntibus, uaria mõſtra ex illo congreſſu naſci.

*λιβυκὸν ὄρνεον.*) Libyca auis, id eſt magna, quòd in Libya multę aues & portẽtoſæ ſint.

*λιβυρνικαί.*) Liburnicæ naues non triearchico more formatæ fuerũt, ſed piratico magis, æneis roſtris & firmæ & tectæ, incredibili celeritate.

*λίβυσσα ὄρνις.*) Libyca auis: id eſt, ſtruthiocamelus.

LINGIS, homo quidã uiolẽtus fuit.

*λιγνύς.*) Licymnius quorundam ædes incendit: & eſt Euripidis tragœdia Licymnius.

*λιγύμοχθος ἀηδὼν*) Luſcinia, arguto cãtu occupata.

LIGUSTICUM, pelagus. Eſt & Liguſticus Hiſpaniæ locus.

*λιγυφθόγγοις.*)

*Non ſanè poſthac alis argutiſonis cantabis Cicada in fertilibus ſulcis ſedens.*

*λιθάζω.*) Iuſſu Tarij aurum in puellam coniecerunt, donec confecta uulneribus, obruta eſt.

*λιθομυλία.*) Appius Romanus cenſor, urbem lapide molari conſtrauit, & aquę ductus fecit.

*λίθον ἕψεις, οἷον ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖς.*) Lapidem elixas. De iis qui res quæ fieri nequeunt, aggrediuntur.

*λίθος.*) Abari aurum & argentum & gemmas magni precij poſtularunt.

*λίθος.*) Demoſthenes in oratione cõtra Cononem: Ex ijs qui aderamus ſeorſim quenq; ad ſaxum adductos, iureiurãdo adegerunt.

*λίθων χοαὶ.*) Lapidum fuſiones: hoc eſt, aurum & argentum. Nam & Euripides ait: quòd candidos lapides (fundũt, *χέοντες*, f. pro *ἔχοντες*) habent, multum gloriantur.

LITHESIUS Apollo, ſicut Marathẽſius, quòd ad Maleam è ſaxo ſit cõfectus & dedicatus.

*λικμαία δηὼ.*) Licmæa Ceres, à uentilabro nomen habet.

*λικνοφόρος.*) Vannus, ad quæuis initia & ſacrificia idonea eſt: quam qui geſtat, uannifer dicitur.

*λιμιτανέοι.*) Limitanei. Romanorũ imperatores ſuperioribus temporibus ubiq; in imperij finibus magnũ numerũ militum collocarunt, ad tuendos imperij Romani fines: præſertim in parte orientali, ad reprimendas incurſiones Perſarum & Saracenorum, quos à limitibus Limitaneos uocabant. Hos Iuſtinianus adeò ſegniter & negligenter curabat, ut ſtipendia illis quatuor aut quinque annis non ſoluerentur. Itaq; pace cum Perſis conſtituta, cogebantur illi certi temporis ſtipendia fiſco condonare. *Marggrãfen.* *Iuſtiniani ſocordia:*

*λιμοδωριεῖς.*) Famidorienſes. Peloponneſij, ij qui fame urgente in Rhodum & & Gnidum migrarunt.

*λιμός.*) *γαστέρι μοῦνον ἔχοιμι κακῆς ἀλκτήρια λιμοῦ*, Modò mihi ſit, unde famẽ malam à uentre arceam.

*λιμὸς μηλιαῖος, ἢ μήλιος.*) Fames Meliaca, uel Melia. De reb. difficilib⁹: uel, de maxima fame. Nã bello Peloponneſiaco Athenienſes Nicia (*κατὰ τῶν ἀποστάντων*, contra eos qui defecerant) cõtra omnes miſſo,

tamdiu eos obſederunt, dum fame perirent. Ac primo anno Nicias Melo potitus eſt, non machinis tantùm adductis, ſed etiam fame: eo quòd cum tributarij eſſent, defecerant. Melos autem urbs eſt Theſſaliæ. Thucydides lib. 1.

*λιμόψωρος.*) Famiſcabies. Prę frigore, & ob (*αἰηλειψίας*) neglectas unctiones, & propter ærumnas, omnes ferè & equos & homines id malũ inuaſit, quod à ſcabie & fame *λιμόψωρος* dicitur.

*λίνον λίνῳ συνάπτεις.*) Linum lino annectis. De iis qui ſimilia cõmiſcent, uel qui eludunt & decipiunt.

*Literarum in Græciam importatio.*

LINVS Chalcidẽſis, uel Apollinis & Terpſichores, uel Amphimari & Vranię F. primus fertur è Phœnice literas in Gręciã deportaſſe. fuiſſe item Herculis magiſter, & Lyricæ muſæ princeps autor.

Linus alius Thebanus, hoc iunior.

*λιπαρὰ.*) Ariſtophanes: Si quis uobis adulans, Athenas *λιπαρὰς* pingues & nitidas uocarit (*εὗρε τὸ πᾶν* inuenit totum) is rem acu tetigit: uosq; aphyarũ (piſcis genus eſt) honore ornauit.

*λιπάρα.*) Lipara, una ex Aeoliis inſulis, & iuxta Siciliam.

*λιπαρῆ χειρί.*) Nõ ceſſaui: ſed ultrò, inuocatus, ſpõte adſum. Obſecro eſto nobis alacer adiutor horũ conſiliorũ, & declara hominibus remunerationem.

*Epicureorum neſas.*

*λιπαρία.*) Deridebat Dei cultores, ut q ex tanta aſſiduitate nihil cõſequerentur.

*λιπαροκρήδεμνος.*) Manibus te ſuis expolierunt Gratiæ: *χερσί σε ταῖς ἰδίαις ἐξετόρνευσαν χάριτες.*

*λίσπαι.*) Liſpæ cognominantur Athenieẽſes, quòd nauigationibus dediti, ob aſſiduam remigationis ſeſſionẽ attenuatis ſint natibus. Alij ſic dictos putant in Theſei honorem, qui cum ad Inferos cũ Pirithoo deſcendiſſet, atq; in rupe quadã à Proſerpina collocatus eſſet, poſtq; ab Hercule Cerberũ educturo, conceſſu deæ liberatus: cũ ſurgeret, affixam rupi natium partem reliquerit.

. LITE, urbs eſt Macedoniæ, cuius Hyperides in oratione contra Demadem meminit.

*Animi diuitiæ.*

*λιτὸς.*) Tenuis ego ſum, hera, atq; infortunata: Dico autem me animo tuas magnas opes uincere. Tenuis aſpectu eſt

*Tumba.*

tumba: ſed magni uiri oſſa tenet.

*Inuadunt urbem uino ſomnoq; ſepultam.*

*λιτοῖς.*) Polybius: Cùm è transfuga cognouiſſet, eos publicũ feſtum agitare, & cibis ob penuriam paucis uti, uino uerò copioſo: urbem oppugnat.

*Meſſorum interfector.*

LITYERSES, Midæ noth' filius fuit, Celænis habitans: qui prætereuntes excipiens, metere ſecum cogebat. Deinde amputatis eorum capitibus, reliquũ corpus manipulis inuoluebat. Occiſus eſt ab Hercule, atq; in Midæ honorem meſſorius hymnus eſt compoſitus, qui Lityerſes & ipſe dicitur.

*λιφαιμῶν.*) Appianus: Gallus indignabundus, & ſanguine deſtitutus, perſequebatur Valeriũ, ut eum unà ſecũ proſterneret. Sed Valerio pedetentim recedente, pronus concidit Gallus. Alterum eſt hoc ſingulare certamen cum Gallis, quo Romani gloriantur.

*λογεῖον.*) Oraculum', quod ſacerdos geſtabat, in quo inſculptæ erant XII gemmæ.

*λόγια*, diuina reſpõſa ſoluta oratione: *χρησμοὶ*, quæ uerſu conſtant, numine afflatis iis qui illa effantur.

LONGINVS Caſſius philoſophus, Porphyrij magiſter, uir magna doctrina, & acri iudicio. Fuit ſub Aureliano imperatore, ab eoque occiſus eſt per cauſam conſpirationis cum Zenobia, Odenati uxore. Scripſit de Oratione contra Phidiam: Dubitationes Homericas: Vtrum philoſophus fuerit Homerus? Problemata Homeri, & ſolutiones, libris duobus: Quæ'nam contra hiſtoriarum fidẽ, tanquam hiſtorica, enarrent Grammatici? De uocabulis apud Homerũ multa ſignificantibus, lib. 4. Atticorum uocabulorum editiones, lib. 2. ordine Alphabetico. Vocabula Antimachi & Heracleonis atq; alia multa.

*Aurelianus. Zenobia. Odenatus. Phidias. Scripta.*

*Imperatoris fratres tyranni.*

Longinus & Conon, fratres Zenonis Imperatoris, iniuſtè potentia utentes, in urbibus omnib. alienas poſſeſſiones ſibi uendicabãt, & mercede grauiſſimorum delictorum reos defendebãt. Longinus autẽ omni quoq; incontinẽtia refertus erat, ſemper ebriorũ hominũ utens conſuetudine, & multos lenones ſecum habẽs: qui cum ſe illi principum uirorum uxores adducturos pollicerentur: ſcorta magnificè exornata in curribus inſignibus adducendo, fucum illi faciebãt, quaſi illas ipſas adduxiſſent. Idem etiam monialium cœtum diremit, hoc modo. Cum crebrò Pegis uerſaretur: nunciatũ illi eſt à lenonibus, admodum formoſas eſſe illas mulieres. Itaq; illis miſit legumina, & ſiccos panes, & ueſtes, & alia quædã, quaſi curaret eas ſcilicet (*ἐξ ὑποτροφῆς τῶν φόβων*, f. *ἐξ ὑποτροφῆς τε φόβων*,

*Scorta pro matronis.*

*Monialium corruptela.*

uis

uiciſſimq́; eaſdem perterrefaciebat)è ſolicitudine uel conuerſione timorum. Facilè enim cauſas ſpecioſas ad illaqueandas mulierculas οἱ γυναικοϊέρακες ἐκ σφηνὸς πορνῶν fœminaccipitres cõminiſcuntur. Et monaſteriũ ingreſſus, multas earum ui potius quàm perſuaſione deduxit. Nam adeò laſciuus fuit, ut & in ingenuas, & magiſtratuũ uxores & uirgines importunè faceret impetũ, omniaq́; ageret impudenter. In progreſſu autem globos argenteos & armillas proijciebat. multaq́, alia mala ꝑpetrabat Lõgin⁹ iſte.

λογισμὸς.) Ratio & corpus à ſeſe afficiũtur. Ratio enim quaſi enervatur, corpore malè affecto.

Ratiocinatores.

λογισαὶ.) Ratiocinatores Athenis numero ſunt decem, qui rationes rerũ adminiſtratarum, expenſæq́; pecuniæ diebus 30 ſupputant, cũ magiſtratu abeunt ij qui illum geſſerũt. prætoria eorum dicũtur λογιςήρια, quaſi Rationaria dicas.

λογιςεῦσαι.) Aut nolebat, aut non poterat acta expẽdere, & malefacta odiſſe.

Oratio à ratione.

Dictio.

λόγος.) Oratio eſt uox ſignificans, à ratione ꝓdiens. λόγος ſignificat ſex. Differũt λέξις dictio, & oratio. Dictio enim etiã nihil ſignificat, ut blityri: oratio uerò nequaquam. Differunt etiam dici & proferri, προφέρεσθαι. Proferũtur enim uoces, dicũtur res: quæ etiã dicibiles ſunt, λεκτὰ, id eſt dici poſſunt. Virtutes orationis ſunt quinq́;: Latinitas, perſpicuitas, breuitas, decorum, * ἀποσκευὴ amolitio uel ſupellex.

λογότροπος.) Logotropos uerbilocus apud philoſophos, id quod ex utriſq́; cõpoſitum eſt: ueluti, Si uiuit Plato, reſpirat Plato. At prius uerum eſt: uerum igitur & alterũ. Eſt autẽ inſtitutus Logotropos, ne in longioribus cõſtructionibus uerborũ cõplexio prolixior, atq́; ἐπιφορὰ illatio, id eſt id quod infertur, ſit repetenda, ſed compendio efferatur.

Verborum negociator.

λόγοισιν ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται) Orationum mercaturã facit Hermodorus. Platonis hic auditor fuit, atq́; orationes (à ſeſe, ὑπ' αὐτοῦ) ab illo compoſitas profectus in Siciliam uendidit.

λοκρὸς.) Locrenſis Aiax, non Salaminius: à Locride urbe.

λοκρῷ ξυνθήματι.) Locrenſi teſſera, ſeu pactione. Prouerbiũ, de impoſtoribus.

LOLLIANVS, Epheſius ſophiſtes, Iſæi Aſſyrij diſcipulus, fuit ſub Adriano Cæſare: ſcripſit multa.

λοξὴ φάλαγξ.) Obliqua phalanx, quæ alterutrũ cornu, utrũ utrũ uoluerit, prope hoſtes habet, eoq́; pugnat: alterũ retrahit atq́; ſubducit: dextra, quæ dextrũ obijcit: læua, quę læuũ. In Epigrammate: Intuẽs obliquis Lacænæ inſtar pupillis.

λοξίας.) Loxias Apollo dicitur, uel ob reſponſa perplexa: cuiuſmodi eſt,

*Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe:* (σοὶ. κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύ-

*Crœſus Haly regnum ſuperato deſtruet ingẽs.*

Apollo Sol. Inuidia.

Vel, quòd obliquo itinere incedat (idẽ enim eſt qui Sol.) Tacendũ autẽ eſt, ne (ut Pindarus loquitur) obliquis intuẽs oculis inuidia, duro nos feriat lapide.

Sycophantæ oratio.

λοπὰς.) Ariſtophanes: Ego uerò eã uitam, qua tu me nunc priuas, nec gallinaceo lacte cõmutarim: neq́; delicatis piſciculis (βατίσι) neq́; anguillis delector, ſed liticulam exiguam in ſcutella ſuffocatam comedere malim.

LVCAS euangeliſta titulos habet 83, capita 348.

LVCIANVS Samoſatenſis, cognomento blaſphemus, ſiue dyſphemus, id eſt maledic⁹ atq́; inauſpicatus, ac potius impius, ꝙ in ſuis Dialogis diuina oracula ꝑ ridiculis inducit. Fertur ſub Traiano Cæſare, & ante eũ fuiſſe. Initio cõcionator Antiochiæ fuit: q̃ res cũ ei malè ceſſiſſet, ſe ad ſcribendum cõtulit, ſcripſitq́; infinita. Interijſſe fertur à canib. cũ rabiẽ ſuam cõtra ueritatẽ exercuiſſet. Nam in Peregrini uita ꝑſtringit Chriſtianiſmũ, & ipſi Chriſto maledicit, homo cõſceleratus. Itaq́; furoris ſui & in hac uita iuſtas pœnas dedit, & in futura æterni ignis cũ Satana hæreditatem cernet.

Chriſtianiſmi inſectator.

Lucianus alius, è pago Orientali ſub Arcadio imperatore (αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ ἐβούλετο τὸ περιβεβλημένον αὐτῆς.) Hic uerò principatus, uolebat præfectum illi, præeſſe omnibus ijs qui prouinciam oriẽtalem regerent: & quę perperam fierent, corrigere. Hic igitur omnẽ quæ à magiſtratu poſtulatur, uirtutẽ declarans erga populum, iuſticia & temperantia, omnibusq́; rebus quæ uirũ principẽ ornare poſſunt celebris, neq́; perſonas reſpiciebat, neq́; ulla re alia niſi legũ ſanctionibus mouebatur. Itaq́; & Eucherium, Imperatoris auunculũ, negata iniuſta poſtulatione, ita commouit, ut ab eo apud Imperatorem deferretur. Cum autẽ dixiſſet Imperator, in cauſa eſſe Rufinum, qui tali uiro tantum magiſtratum mãdaſſet: Rufinus occaſionem nactus, Lucianum globis plumbeis in ceruicibus excruciauit.

Integritas prætoris.

Eucherius.

Rufinus.

*Macarius.* Lucianus martyr, Samoſatenus, Syrus, homo nobilis, prima ætate Macarij cuiuſdam Edeſſæ degentis conſuetudine uſus, ſacrorum librorum interpretis, pulcherrima quæq; illius inuenta breui tempore edidicit: & ad ſolitariam uitam declinauit, omnis uirtutis cõpos factus. Ad ſacerdotium etiã proceſſit, presbyter Antiochiæ factus, & magnã ibi Scholam aperuit, (ἐκατεχίθεν) In dies undecũq; ſtudioſiſſimis & optimis quibuſq; ad eum confluentibus. *Correctio Bibliorũ.* Cum autẽ adulterina multa in ſacros irrepſiſſe libros cerneret, ipſoq́; tempore complura deprauata, & continẽti ab alijs ad alia trãslatione, cum etiam improbiſſimi quidã homines, profanæ religionis præſides, ſenſum eorum aliò detorquere uoluiſſent, & multas corruptelas inuexiſſent: ipſe libros omnes ex Hebraica lingua in integrum reſtituit, cuius erat callentiſſimus, maximo emendationis labore ſuſcepto. Atq; etiam puritatem diuinorũ decretorũ apud hunc ex omnibus illius ætatis pulcherrimè, ſummoq́; ſtudio cõſeruatam reperias. Nam & epiſtolas edidit præſtantiſſimas, è quibus facilimè, quæ uiri huius de rebus diuinis ſentẽtia fuerit, deprehẽdas. Martyrium obijt Nicomediæ, ſub Maximiano.

*L. Sergius Catilina.* LVCIVS Sergius Catilina, genere clariſſimo ortus, ſed improba natura: homo audax, factioſus, ingenio uario, in perniciem patriæ coniurauit, audaciſſimis & confidentiſſimis quibuſq; ex patricijs aſcitis. Fertur enim, quò fideliores ſibi eos faceret, homine immolato, & calice uino & ſanguine repleto circũlato, ſanguinem cõiuratis propinaſſe: ſiue ut huiuſmodi iureiurando atq; præſtigijs percelleret homines, ſiue ut eos ad omne facinus & nefandiſſima quæq; conſuefaceret, ut qui cognatum & ciuilem ſanguinẽ peteret, per multasq́; cædes optimatium, & urbis incẽdium, tyrannidem affectaret. *Aes alienũ & ſcelerũ cõſcientia.* Incitabatur autem ad talia facinora ſuſcipienda, tũ magnitudine æris alieni, quod cenſum eius ſuperaret: tum peſſimorum facinorum conſcientia. Nã & Oreſtillæ filiũ ſuſtulerat, *qua de cauſa & conſulatu excidit, Cicerone in eius locum ſuffecto: & repulſæ dolore potiſſimum teterrima quæq; moliebatur, irrequieto animo, neq; ullum malorũ ſibi finem ſtatuebat. *M. T. Cicero.* Cicero autem & eloquens uir, & ueritatis ſolers indagator, & rerum futurarum ſagaciſſimus coniector, hoſtem eum appellatũ nrbe exegit.

LVCVLLVS Conſul, cũ Mithridate Ponti rege bellum gerẽs, cum ad Troadem appuliſſet, & iuxta ædẽ Veneris caſtra haberet, niſus eſt deã ſibi noctu hæc dicentem audire: *Somnium.* Quid dormis generoſe leo? en hinuli tibi prȩſto. Experrectus, cum audiſſet claſſem hoſtilem in propinquo ſtationes habere, inuaſit eã: & prælio uictor, omnes unà cum Iſidoro duce occîdit. *Mithridates. Iſidorus.* Cum autem Mithridates ad Tigranem, Armeniæ regẽ, confugiſſet: Lucullus bello illi etiam illato, cùm nrbes plurimas cæpit, tum Tigranocerta obſedit. *Tigranis ſcomma in paucitatem Romanorum.* At Tigranes Romanotum exercitũ cõtemplatus, paucitate conſiderata, celebre illud protulit: Si quidem legati adſint, eſſe multos. ſin milites, paucos. Sed Romanarum copiarum periculo facto, turbam nihil prodeſſe intellexit. *Antiochus.* Antiochus certè quidem philoſophus, pugnæ illius mẽtione facta, negat Solem ullam aliam talẽ uidiſſe. *Strabo.* Strabo uerò ait, adeò facilè Romanos ingentem illam cædem feciſſe, ut re peracta, ſemetipſi deriſerint, q aduerſus talia mancipia armis uſi fuiſſent. *Liuius. Vom Romanum XX hoſtibus oppoſitus.* Liuius itẽ ſcribit, prælium illud admirans, nunquam Romanos dimicaſſe numero hoſtium tãto inferiores. Victores enlm uigeſimam eorum fuiſſe partẽ, qui uicti fuerint.

LVPERCVS Berytius grammaticus, paulo ante Claudij Cæſaris poſterioris tẽpora fuit. Scripſit de particula αὖ, quæ δυνητικὸν μόριον dicitur, & poſſe, debere, uelle, ſolere aliquid fieri ſignificat, 3 libros: De uoce ταὼς, id eſt pauo: de caride, id eſt ſquilla: de Platonico gallo: (f. κτίσιν ædificationem) poſſeſſionem Aegyptij Arſinoitæ, Atticas dictiones, artẽ Grammaticam: De generibus maſculinis, fœmininis & neutris, lib. 13. in quib. Herodianum ſæpè (inſectatur, κατὰ δοκιμῆ) uincit.

LVSIA, municipium Oeneiæ tribus: unde Luſienſis, municeps.

λουτρά.) Vrbem ingreſſi cũ eſſent, quæ lauacra haberet partim manu & arte facta, partim è terræ gremijs ſcaturientia, & cum uoluptate ad utilitatem & delicias hominum (τοῖς φαινομένοις, apparentibus) ebullientia: prono, quod aiunt, flumine delat⁹, noluptatis ſeruus euaſit. *Balnea effeminant.*

λοῦτρον.) Etlam balneorũ bibit ſordes. Procopius: Balneum apparari iuſſit. ἐν παρασκευῇ γενέσθαι, id eſt παρασκευάζεσθαι. Libère enim ſibi poſtridiè ibi lauare.

Sponſi. λουτροφόρος.) Moris fuit Athenis, ut nuptiarum die ſponſo per puerum genere proximũ, balneum è fonte qui nunc Enneacrunos, olim Callirrhoe dicebatur, afferendum curarẽt. Etiam in eorum ſepulchris qui cœlibes deceſſiſſent, puer ſitulam tenens collocabatur. Cœlibes.

λοφεῖον.) Ariſtophanes: Noctu Lunam deducam, & deductam in rotundam capſulam pro ſpeculo includam.

Deus. λοχεύοντος.) Deus dicitur αὐτολόχευτος καὶ αὐτογέννητος, ex ſe ipſo natus: id eſt, ἀγέννητος, ortus expers.

Mulierum transformatio in uiros. λόχμας.) Ariſtophanes: Vlnas habebat uepreto magis hirſutas, ut conuenerunt. Alebant mulieres pilos, ne cũ ſuffragarentur, uiri eſſe uiderẽtur: totoq́; peruncto corpore, per diẽ apricabantur ad Solem, ut uirorum inſtar nigreſcerent.

λοχμαία μοῦσα.) Vepriũ Muſa: id eſt, auicularũ cantus in uepribus deliteſcentiũ.

λόχμην πολλὴν φορεῖς.) Vepreũ magnũ geſtas. i. euellendi tibi ſunt pili. Phormio ille piloſus erat, & nigras habebat nates.

λόχοι.) Apud Lacedæmonios manipuli erant 4. quibus utebantur reges. λόχος, uel octonos uel duodenos uel ſedenos cõtinet uiros, quorum princeps λοχαγὸς καὶ πρωτοστάτης, ductor manipuli & antiſtes dicitur.

λῷον.)

λώτερος κύκνου μικρὸς ψόφος, ἢ κολοιῶν,
κρωγμὸς ἐν ἀαρίαις κιδνάμενος νεφέλαις.

Melior eſt oloris exiguus ſonus, quàm graculorum crocitatio in uernis diſperſa nebulis. (menſis.

LOVS apud Macedones, Auguſtus

Sodomorũ conflagratio. LOT, ſobrinus Abrahami. Angeli Sodoma pergebant, urbes ob peccata deleturi. Abraam uerò precabatur, ne iuſtum unà cum impio perderent: fortaſſe propter Lotum, cuius hoſpitio angeli in urbem profecti, nſi ſunt, quos Sodomitæ ad ſtuprum abſtracturi fuerant. Cum uerò Lot ex hoſpitalitate filias illis potius offerret, nec illi acquieſcerent, oculi eis ab angelis ſunt præſtricti. Lot uerò cum filiabus ablegatus, & coniuge, quæ cõuerſa, in ſtatuam ſalis eſt mutata. Lot autem Segorem elapſus, urbi illi ſaluti fuit, uitis è medio ſublatis, ut ferunt: reliquis quatuor urbib. deletis, & lacu unà cũ terra euerſo. & in mõte factus ebrius, cum filiabus coijt, Moabũq́; & Ammonem procreat. At filij Iſraelis cũ in Sattiã eſſent, ſcortati ſunt cũ filiabus Moabitarũ, & idola coluerunt, Beelphegore adorato, & uictimas comederũt. Moſes uerò inſontibus aduerſus improbos incitatis, quater & uicies mille occidit. Phinees item ſacerdos, deprehenſo Iſraelita nomine Zambra, Madianitidem complexo, cui Chasbith nomen erat, utrũq́; confoſſo, furorem Dei ſedauit. Inceſtum. Iſraelitarũ cum Moabitidibus ſtupra.

λωφῆσαι.) Fuit Iuſtinianus ad perdendos quidẽ homines promptiſſimus, ad parcendũ aũt minimè à natura paratus. Sæuitia.

λοιδίας.) Lœdias, Macedoniæ fluuius, cuius meminit Aeſchines.

λοιδορεῖσθαι τοὺς πονηρούς.) Maledicere improbis non eſt reprehendendũ, ſed potiꝰ (ſi uerè qs æſtimet) honori eſt bonis.

εἰδέναι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν.) Noſſe albũ & nigrum.

λοιμὸς, ἢ λοιμικὴ κατάστασις.) Peſtilẽtia, eſt corruptela & mutatio aeris, morbus pernicioſus.

λοιμοί.) Homines peſtilentes, qui non ſemetipſos modò lædũt, ſed peſtem ſuã etiam in alios transfundunt.

λοῖσθος.) *Deinde tandem Alcman Abiecto dolore abit ad Orcum.*

λῦγοι.) Flagella, qb. athletæ cæduntur.

λυγκέως ὀξυωπέστερον βλέπεις.) Lynceo cernis acutius. Lynceus uel Idæ, uel (ut Ariſtophanes in Danaidib. tradit) Aegypti frater, ea prædituꝰ acie oculorũ, ut fratrẽ ſuũ dolo cædi à Caſtore ꝑ abietẽ uiderit, Pindaro autore. Apolloniꝰ in Argonauticis: *Si uera fama eſt uirũ illũ Facile & deorſum per tellurẽ perſpicere potuiſſe.*

LYNCEVS, Samiꝰ grãmaticus, Theophraſti diſcipulus, frater Thuridis, hiſtoriographus, qui & Sami tyrannus fuit. Fuit aũt Lynceus eodem tempore quo Menãder, & in certamine Comico uicit.

λόγος.) Arrianus: Circulis iunceis ad pedes adaptatis, in niuẽ multis locis 16 pedum profunditate abſq́; incommodo pertranſibant. Remedium niuis.

λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ παίζει.) Lydus in meridie ludit. Eo quòd Lydi ſub hoc tempus laſciuiant. Male audiunt enim ob maſtuprationem. Eodem ſenſu dicitur, αἰπόλος ἐν καύματι, Caprarius in æſtu.

LYAEVS, à ſancto Neſtore interfectus, ἀναιρεθείς.

λυκάβας.) Annus, uel quod celeriter, uel quòd tacitè eat: uel à lupis, q hyberno tempore fluuios trãſeunt ordine, alij aliorum caudas tenentes. Lupi.

LYCABETVS Atticæ, Parnaſſus Phocidis, montes maximi.

LYCAON Pelaſgi filius, rex Arcadũ, patris

*Iupiter inſpector humanarum rerum.* patris inſtituta tuebatur, iuſticiæ ſtudioſus. Qui cum & populũ ſuum arcêre uellet ab iniurijs, aiebat Iouem ſubinde ad ſe accedere, homini peregrino ſimilem, ad intuendos iuſtos & iniuſtos. Aliquando autem cum Deum ſuſcepturus eſſet (ut ipſe aiebat) ſe rem diuinam feciſſe: filios uerò ſuos, qui è diuerſis nati eſsẽt mulieribus, explorare uolẽtes, qui'nam ſacrificio intereſſent, & uere'ue Deũ hóſpitio ſuſcepiſſent: immolato puero, carnes eius cum uictimæ carnibus permiſcuiſſe: quòd id clàm futurum non eſſet, ſi uerè Deus intereſſet. Sed cum diuinitùs magnæ tempeſtates & fulmina extitiſſent, aiunt omnes pueri interfectores perijſſe.

*λύκειον.*) Lyceum, gymnaſiũ Athenis, uel à Piſiſtrato, ut Theopompus: uel ut Philochorus, Pericle curãte ſactum, ubi aute bellum exercebantur. Antequam enim in expeditiones irent, in Lyceo armabãtur, quòd urbi uicinum eſſet, & uiri bellicoſi explòrabantur.

*λύκις.*) Lycis, ſiue Lycus, perſtringitur ut frigidus poeta. Ariſtophanes: Quid ergo? Erant'ne mihi uaſa hæc ferenda, ſi nihil eorum feciſſem quæ Phrynichus facere ſolet, & Lycis & Amipſias? Hi igitur tres Comici ſunt frigidiuſculi. Phrynichus autem in Comœdijs ſubinde importunus erat. Perſtringitur etiã ut peregrinus, ob inepta poemata, & quaſi aliena recitet, maloſq; uerſus. Fuerũt & alij tres Phrynichi: *Σκευοφορῶσ' ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ*, uaſa geſtãt ſubinde in Comœdia. *Phrynichus. Lycis. Amipſias.*

*λύκον εἶδες.*) Lupum uidiſti. De ijs qui ſubitò obmuteſcunt.

*λυκόποδες.*) Lupipedes uocabant tyrannorum ſatellites (robuſtos enim ſeruos cuſtodiæ corporum adhibebant) quòd pedes lupinis pellibus perpetuò tectos haberent, ne ab aere adurerentur, uel quòd in clypeis inſignia lupi haberent.

LYCVS, qui & Buthéras, Rheginus, hiſtoricus, pater Lycophrõis tragici, ſub Alexãdri ſucceſſoribus uixit, inſidijs appetitus Demetrij Phalerei. Scripſit hiſtoriam Libyæ, & de Sicilia.

*λύκος ἀετὸν φεύγει.*) Lupus aquilã fugit. De ijs qui effugi nequeunt.

*λύκος ἔχανε.*) Lupus hiauit. De ijs qui ſe aliquid adepturos ſperant, ſed ſpe ſua fruſtrantur. Tradũt enim lupum aliquid rapturum, hiantem ad id accedere. Cùm autem id quod uoluit non adeptus eſt, dicunt eum fruſtra hiaſſe.

*λύκος περὶ φρέαρ χορεύει.*) Lupus circum puteũ ſaltat. De ijs qui fruſtra in aliqua re laborant: quòd nec ſitiens è puteo bibere, nec præda in puteum delapſa potiri poteſt.

*λύκος χανών.*) Aelianus: Precabat̃ Deũ, ut & ſibi opẽ ferret, & lupos hiantes dimitteret, qui res ipſius ſibi deſcriberent, ut ne ipſe alijs ridiculus eſſet, ſed illi ipſi.

*λύκος κεχηνὼς φλυαρὰς δηλοῖ τρόπους.*) Lupus hians ineptos ſignificat mores. *ὀνειροκριτικόν.* *Explicatio ſomnij.*

*λυκόστομος.*) Non lupus ex hominibus, ſecundũ Arcadicam fabulam: ſed tyrannus ex rege (*ἀπαίρει, f. ἀποβαίνει*) fit acerb.

*λύκου δεκάς.*) Lyci decima. Prouerbiale eſt. nam Lycus heros dedicatus erat iuxtà prætoria, ubi aſſidui erãt ſycophantæ. Erat autem ei triobolum aſſignatum in dies ſingulos.

*λύκου πτερά.*) Lupi alæ. De rebus quæ fieri nequeunt: cum terror ultra uerba non procedit.

LYCVRGVS, unus ex X oratoribus, cuius * auus fuit Lycurgus legiſlator.

Lycurgus Spartiates, ex poſteritate (Herculis *ἡρακλέους*, pro *πατροκλέους*) Patroclis, legiſlator. Fertur leges ſuas uel ex Creta petijſſe, uel ab ipſo Apolline accepiſſe. À Pythia deus appellatus eſt. Inſtituit etiam uirginum gymnaſia: edixit, ne mariti perpetuò conſuetudine uxorum uterentur. Pueros in clypeo nutriri iuſſit, & infantes recens natos in Eurota lauari. Gymnopædiam quoq; inſtituit, qua cogebantur adoleſcentes ſine ueſtibus aſſidui eſſe in gymnaſijs, & publica certamina uirtutis obire, & ſub dio dormire, & ali uenatu. *Διαμαστίγωσιν* flagellationem, quæ uirtutis eſſet exercitatio, tetræ cędi ſubſtituit. Olim enim adoleſcẽs Orthoſiæ Dianę immolabatur. Philitiorum etiam autor fuit, quę ſympoſia ſunt; coniunctos cum uoluptatibus labòres habentia. Neq; enim ſtratũ aliquod ſupponebatur conuiuantibus, ſed ſub cubitis erat excauatum ſaxum aut lignum. In aciem prodire iuſſit ſub tibiarum cantu; & ignominioſam uitam morte acerbiorem fecit. Ignominiam autẽ aliquo præclaro facinore abolere licuit: id qđ Ariſtodemo cognomẽto Trepidó accidit, ob Pyli deſertos ordines, qui ad Plateas re bene geſta reſtitutus eſt in integrum. Hiſce legibus matres, cum filijs ad bellũ exituris clypeos darent, *ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς* dicebant: hoc eſt, Aut hunc reporta, aut in *Diſciplina & leges Lycurgi.* *Philitia.* *Ignominia.* *Ariſtodemus.* *Matronæ uox.*

hoc

hoc tepore trare interfectus. Helotibus cætera opificia demãdauit, nobilibus bellicam exercitationẽ. Peregrinos urbe pepulit, corruptelam è cõmercijs ueritus. *Breuit.* *Paupertas.* Breuiloquentiæ & paupertati honorem habuit: quòd illa ſapientiæ eſſet indiciũ, hæc magiſtra uirtutis: idq́; Apollo comprobat, qui ſæpè monuit ut cauerẽt auariciam. *Reſpub. Spartana.* Ariſtocratiam inſtituit, & binos reges ex Herculis genere ordinauit: & * Ephoros, id eſt inſpectores ſenes, quibus populũ parẽre iuſſit, optima quaq́; re è qualibet forma Reipublicæ ſelecta. Lacedæmonijs iureiurãdo obſtrictis ne leges abrogarent, * peregrè abijt. Nã cũ Apollo ei reſpondiſſet, Lacedæmonios tantiſper fœlices fore, dũ Lycurgi leges nõ ſoluiſſent: in Cretã profectus, inedia ſibi conſciuit necẽ, ne ipſe eas abrogare cogeretur. *Lycurgi mors.* Lycurgus legislator talẽ nitæ habuit exitum. Rogaturus, ut aiunt, Apollinẽ de quibuſdã reliquis legibus, iureiurando Lacedæmonios adegit, ne quã ex iis quæ iã ſancitæ eſſent, abrogarent, donec rediſſet. Qui cum iuraſſent, audito oraculo, felicẽ fore urbem, ſi leges ipſius retineret: non reuertendũ ſibi cenſuit, conſeruationem legũ iureiurando ſancitam ratus. & Criſſam digreſſus, ſibi ipſe manus attulit. Quo Lacedæmonij intellecto, cùm ob ſuperioris ætatis uirtutem, tum illo tempore ipſa morte comprobatã, ædẽ illi dedicârunt: araq́; cõdita, quotannis ut heroi ſacrificãt. *Lycurgi ædes.* Nã dubio procul Spartanis & perpetuę uirtutis & imperij cauſa fuit, cum olim res eorũ nihilo meliores eſſent quàm cæterorũ: cùm quòd leges eis tulit optimas: tum quòd ut eis uterentur, impulit inuitos, hoc modo. *Educatio quantum poſſit, duobus catulis demõſtratum.* Duos catulos eiuſdẽ matris ſeorſim diuerſa ratione aluit, alterũ domi obſonijs atq; alijs delicijs, alterũ ad uenatum in ſyluis & montibus exercuit. Cum autem uterq; educationi ſuæ ſimilis euaſiſſet, ac Spartani de bello finitimo ſoliciti deliberarẽt, utrunq; in concionẽ produxit, & unà cum eis capream & dapes paratas, dixitq́;: Non aliã, Spartani, cauſam eſſe felicitatis aut calamitatis, niſi proba aut mala inſtituta, uobis cernere licet. Nam hi quidẽ (catulis demõſtratis) eâdẽ matre nati ſunt, ſed cõtraria ratiõe educati: ob hoc ipſum diſſimiles inter ſeſe euaſerunt. Nã alter qui uenari, alter qui ligurire didicit: nihil aliud, ſi liceat, faciet, ſimulq́; catulũ utrunque ad ea quæ parata eſſent, dimitti iuſſit. Ac domeſticus quidẽ ad epulas, uenaticus ad capreã accurrit, eamq́; proſtratã lacerauit. Tũ denuò Lycurgus: Hęc, Inquit, Spartiatæ ad uos pertinere putatote; & alios omnes mortales. Qualibus enĩ inſtitutis & legibus uſi fueritis, tales uos tã ad labores quã ad delicias euadere neceſſe erit. Dij enim hominibus omnia diſcẽda propoſuerũt (πάντ' ἀνθρώποις οἱ θεοὶ μαθητὰ ἔδοσαν.) Sequitur aũt ſtudiũ laboris libertas, felicitas, uictoria: delicias uerò ſeruitus, calamitas, nequicia. Talia dicẽdo, Spartanos hortatus eſt, ut recepta uitæ ratiõe mutata, legibus melioribus aſſueſceerent. Qui cũ obtẽperaſſent, non finitimos tantũ, ſed & omnes alios Græcos illuſtri uirtute ſuperârunt: ꝑpetuoq́; duces, ex quo leges illas ſuſceperunt, ad annos D. fuerũt, breuiq́; tẽpore magnã potentiam ſunt adepti (πέντε μὲν Σπαρτιάταις ἡγεμονίαν.)

LYCVRGVS Spartanus legislator, poſt Troianũ bellum anno * octauo natus, patruus Charilai Spartani regis fuit, *Charilaus.* Eunomij frater. *Eunomius.* Spartanis imperauit annos * 42. quo etiã tempore, dum tutor eſſet nepotis, leges tulit. atq; ipſe etiam regnauit annos 18, poſt quem Nicander *Nicander.* annos 48. Scripſit leges.

Lycurgus Lycophronis filius, Athenienſis, genere Eteobutades, ex oratorũ numero, qui cũ Demoſthene recenſentur: uita inculpatè acta, morbo decedit, relictis filijs. Quos Demoſthenes exulans, calumnijs exagitatos liberauit. Germanæ orationes eius, quæ adhuc extãt, ſunt: contra Ariſtogitonem, contra Autolycum, contra Leocratem, contra Lycophronem duo, contra Paſiclẽ, contra Menæchmum, contra Demadem: Apologia aduerſus eundẽ: pro relatis rationibus: aduerſus Iſchyriam: aduerſus oracula; de uectigalibus, de religione, de ſacerdotio, epiſtolæ, & alia quædam.

LYCOPHRON Chalcidenſis, ex Eubœa, filius Ariclis, adoptione uerò Lyci Rhegini, grãmaticus, & poeta tragicus, unus de ſeptẽ qui Pleias appellãtur. Tragœdiæ eius ſunt, Aeolus, Andromeda, Aletes, Aeolides, Elephenor, Hercules, Supplices, Hippolytus, Caſſandris, Laius, Marathonij, Nauplius, Oedipus prior & poſterior, Orphanus, Proteus, Pelopidæ, Socij, Telegonus, Chryſippus. Ex his diaſceue ſeu hiſtorica narratio eſt Nauplius. Scripſit & Alexandram, obſcurum illud poema.

*λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας.*( Solue omnem iniquitatis nexum.

*λύπη.*) ægritudo, animi ſine ratione cõtractio. Itaq; uirum bonum dolitur̃um eſſe negant. Formæ eius ſunt, inuidia, æmulatio, zelotypia, odium, perturbatio *ἐνόχλησις*, amentia *ἄνοια*, dolor *ὀδύνη*, confuſio *σύγχυσις*. Quid hoc mihi doleat, ſi uerbo mortuus, reipſa euaſero, gloriã́q; parauero? Nullũ equidem uerbũ quod lucro ſit, malum duco.

Falſa calumnia.

*λυπηρότεροι σταλαγμοῦ.*) Stillicidio moleſtiores.

LYSANDER, nauarchus Lacedæmoniorum.

*λυσσῶντα.*) Canem rabidum, aſpidem, ranunculum, ſerpentem, & ( f. *λαοδικέας* Laodicenſes.) Ladiceas effuge.

*λυσίας.*) Lyſias Cephali Syracuſani filius, orator, diſcipulus Tiſiæ & Niciæ: unus ex oratoribus qui cũ * Demoſthene recenſentur. Natus eſt Athenis, cum Cephalus eò commigraſſet. Anno ætatis 15 Thurios abijt, cũ fratribus duobus, in coloniam: pòſt ob Athenienſium ſtudium inde pulſus, redijt Athenas, anno ætatis 47. Orationes eius germanæ eſſe perhibentur ultra 300: & aliæ pręter eas, de quibus ambigitur. Puritate dictionis neminem habuit imitatorem, pręter Iſocratem. Scripſit etiam præcepta dicẽdi, laudationes & oratiões funebres: & epiſtolas 7, unam pragmaticã, reliquas amatorias, quarũ qnq; ſũt ad adoleſcẽtulos.

*λυσίζωνος γυνή.*) Mulier ſoluta zona: id eſt, quæ cum uiro concubuit. nam uirgines nupturæ, uirginales zonas Dianæ dedicabant.

LYSICRATES, dux Athenienſium, cũ ſimus eſſet, & fœdus, & fur, & obſcurus, medicamẽto quodam capillos tingebat, ut nigri uiderentur. Prouerbium, *λυσικράτης δωροδοκῶν*, Lyſicrates largitionibus inhians.

LYSIPPI dramatum ſunt, Bacchæ, Thyrſocomus, & alia.

*λύσιοι τελετή.*) Bacchi initia. Bœotij capti à Thracibus, cum in Trophonij antrum fugiſſent, isq́; per ſomniũ dixiſſet, Bacchum illis adiutorẽ fore: ebrios aggreſſi Thraces, alij alios ſoluerũt & Bacchi ſolutoris ędem condiderunt, ut ſcribit Heraclides Ponticus. Ariſtophanes uerò tradit, hoc eò factum, quòd Thebani uitem à Naxijs redemerint.

*λυτρωτής.*) Domine adiutor mi, & redemptor mi. Dominus, ut conditor & opifex: adiutor, ut qui legis adiumẽtum dedit. Legem enim, inquit, adiumẽti ergò dedit. Redemptor, ut qui per regenerationẽ baptiſmatis, à priore corruptione liberarit, & à ſeruitute dæmonũ uindicet, & incolumitatem atq; immortalitatem largiatur.

Dominus.

Adiutor.

Redẽptor.

*λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις.*) Lucernã in meridie accendis. De ijs qui aliquid intempeſtiuè agunt.

INITIVM LITERAE M.

M*Αγγανεία.*) E' pręſtigijs morbo graui afflictus, multos ob eam rẽ captos ſupplicio affecit.

MAGIA.) Vide ſuprà col. 316. *γοητεία.*

*μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς.*) Teſtor nubes, teſtor retia, teſtor fontes, teſtor fluuios. Sic temerè quiduis iurabant.

*μάγκιπ@.*) Mancipũ decreuerunt dedendum eſſe Numantinis.

MAGNES Icarij * Polẽſis F. Atticus, aut Athenienſis comicus, adoleſcẽs Epicharmũ ſenem attigit. edidit comœdias 9. uicit 2. Hic antiquæ comœdiæ poeta, cũ aduerſarios crebrò inuaderet, uictor trophæa erexit, omnis generis uoces edens, & cantans, & alis plaudens, & Lydizans, & Pſennizãs, & uiridi colore tinctus: nec tamen ſtetit, ſed tandem in ſenectute (neq; enim in adoleſcentia) eſt eiectus, prouectæ ætatis homo, cum deridere amplius nõ poſſet, ſed Barbitiſtas cantillaret.

Alluſio ad nomina comœdiarum.

Magnes, homo Smyrnęus, uir pulcherrimus, in poeſi & muſica probatus: Corpus etiam egregio cultu ornauit, purpuram geſtans, & comam alens aureo nodo implexã, corymbi inſtar: urbesq́; circuibat, ut poeſim ſuam oſtentaret. Hunc cùm alij multi amabant, tum Gyges præ cæteris deperibat, inq; delicijs habebat. Mulieres certè quidem omnes ad inſaniam adigebat, quocúnq; ueniſſet Magnes, præſertim Magneſiorum, earumq́; conſuetudine utebatur. At (pro *τούτῳ* lego *τούτων*, *τῶν γυναικῶν* ſcilicet. Hic ſolet euentus talia probra ſequi) illarum cognati probra illa ægrè ferentes, per cauſam quòd Magnes in cantico de Lydorum equeſtri cõtra Amazones uictoria, ipſorum nullam mẽtionem feciſſet, impetu facto, & ueſtem illi diripuerunt, & comam abraſerũt, & peſſimis modis hominẽ acceperunt. Quæ iniquiſſimo animo tulit Gyges: ſępeq; in Magneſiũ agrũ impreſſione facta, tandẽ ipſam urbẽ capit:

Veneriolus nepotulus.

Gyges Magneſiam capit.

pit: Sardisque reuerſus, magnificos ludos celebrat.

*μαγνῆτις λίθος.*) Magnes lapis natura ſua ferrum attrahit. Fuit autem Alexãdriæ in Aegypto in templo Serapidis machinatio quædã, erroris & impoſturæ plena. Aeneã ſtatuã cõfecerãt, & intrinſecus in eius capite ferrũ defixerãt. Magnetẽ uerò in fornice tẽpli e regione ſtatuę inſeruerãt. Ea itaq; ui à lapide attracta, ſublimis pẽdebat: & ſingulari artificio in medio pauimẽti & tecti firmata admirationi erat, quòd non penitùs decideret.

*Aenea ſtatua penſilis.*

*μαγνητων κακά.*) Magnetum mala. Nõ habeo qd de eo dicã, uerès poſtulat, ſiue Magnetũ mala, ſiue Termeriũ malũ, ſiue omnes deniq; tragœdias cum Satyris & Comœdijs & Mimis acclamâro. Vſq; adeò ille uit omne flagitiũ, omnẽ uæcordiam, ad cuius magnitudinẽ nihil accedere poſſit, aduerſus illos exquiſiuit.

*μάγυς*) Magos uocabãt, q falſas imagines ſibi affingebant, *τὺς ψόλδεῖς φαντασίας περιτιθέντας ἑαυτοῖς*: id eſt, ut cõijcio, q perſtringebant hominum oculos, ut alij eſſe uiderentur quàm eſſent. Veneficos etiã appellarũt magos. Sophocles: Subornato mago tali, qui machinetur aliqd.

*μάγοι,*) Magi apud Perſas philoſophi & philothei, id eſt ſapiẽtiæ & Dei amantes: quorũ princeps fuit Zoroaſtres, cui ſucceſſerunt Oſtanæ & Aſtrampſychi.

MAGOG.i. Perſa. nam Perſæ à popularibus ſuis Magog & Maguſæi appellant.

*μάζαν ὑφ᾽ ἑτέρυ μεμαγμένλω ὑφαρπάζειν.*) Placentam ab alio ſubactam & paratam ſurripere: id eſt, alienis frui laboribus, eosq; ſibi uendicare.

*μαζυρώθ.*) Signa zodiaci Hebraicè Mazuroth dici putãt, aut ſidereum canem.

*μάθημα.*) Ariſtophanes: *ὐδ᾽ αὖ μεμαθήκεις*; Non iſtud dediſces?

*μαθών.*) Gallus eo uiſo riſit, eumq; deriſit, quaſi uir cũ puero cõgreſſurus. Ariſtophanes: *μάθοι γὰρ ἄν τις κἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σοφόν.* Etiã ab hoſtib. prudẽtia diſci poteſt.

*Oſtienſis uacatio.*

*μαϊυμᾶς.*) Maiumas, feſtũ fuit Romæ Maio mẽſe, q̃ principes ciuitatis Oſtiæ, quæ maritima urbs eſt, delicijs uacãtes, alij alios in marinas aquas cõijciebant. Cõſtantinopolitani quoq; (*βρυτῶν*, uinaceorum ſeu hordeaceorũ) Brytorũ feſtũ uſq; ad Anaſtaſiũ Imperatorẽ egerunt, q id aboleuit. Canũ quoq; feſtiuitatẽ Auguſto mẽſe Romani egerũt. Canes enim interficiebãt: ꝙ, cùm anſeres uociferati eſsẽt, urbe à Gallis capta, illi nõ latraſsẽt.

*Canicidiũ.*

MAIOR, Arabi⁹ ſophiſtes, ſcripſit de ſtatib. libros XIII. Fuit æqualis Apſinis & Nicagoræ, ſub Phil. Cæſare, & ante eũ.

*μακαρία.*) Macaria filia Orci, id eſt interitus. *βάλλ᾽ ἐς μακαρίαν*, Prouerbium: Abi ad Macariã, id eſt Beatam: pro, Interi, uerbo rei triſticiã leniente. Nam & defuncti *μακαρῖται*, id eſt Beati dicũtur. Eſt & Herculis filia, q̃ ſe ꝑ Athenienſiũ ſalute deuouerat, magnificè ab eis ſepulta.

*μάκαρ, ὦ σῶ τύχα.*) Ariſtophanes: O beate (*ἰαυτόμενος*) Iautomene, q̃ te fortunatum iudicamus, qui filios genueris ſolertiſſimos artifices.

*μακάριος.*) Beatus, q perpetuò in bonis eſt. Dicitur & Deus beatus & fidelis, & ſolus potens: ſed pro ſua munificẽtia piè uiuentibus id nomen, ut & Dei, communicauit: Ego dixi, deos eſſe nos. Sunt & alia complura huiuſmodi nomina.

*DEVS.*

*μακάριος.*) Macarij duo fuerũt, eiuſdẽ nominis: ijq; celebres ob exercitationẽ, ob uitam, ob mores, ob eruditionẽ. Ac Aegyptius claruit miraculis, & cũ uerecundia ſe auſterũ præbuit adeũtib. Alexãdrinus uerò ꝑ omnia ſimilis erat Aegyptio, ſed hilaris, ſuaq; hilaritate adoleſcẽtes ad exercitationẽ alliciebat. Horũ Euagrius diſcipulus cũ fuiſſet, eius philoſophię cõpos euaſit, q̃ in actione uerſat̃: cũ antea uerbo tantũ philoſophus eſſet. Nã cũ Conſtãtinopoli à Gregorio theologo ad Diaconi ordinẽ ꝓmotus eſſet: in Aegyptũ ꝓfectus, & cũ his quos diximus uiris cõgreſſus, uitã illorũ eſt æmulatus. Ab hoc libri præclari ſcripti ſunt, quorũ unus inſcribit̃ monachus, ſiue de actiõe: alius Gnoſticus, ſiue de ijs quib. cognitione potiri datum eſt. capita eius ſunt quinquaginta. alius Antirrheticus, à contradicẽdo, aduerſus tẽtatores dæmones, in octo partes, ꝓ numero octo cogitationũ diſtribut⁹. & DC capita prognoſtica, & (*στιχηρὰ β.*) uerſibus ſcripti duo: unus ad monachos, qui in cœnobijs aut (*συνοδίοις*) conuenticulis degũt. unus de uirginitate, in quo ad uerbũ ſic dicit: Neceſſe eſt monachorum qui anteceſſerunt, uias rectè perquiri, & uitam ad eorũ normam dirigi. multa enim ab eis rectè & dicta & facta ſunt. Inter quæ & hoc quidam dixit: ſicciore & (*ἀνώμαλον f. ἀναίμακτον*) incruẽta, ſi piſcibus & carnib. abſtineatur, more Pythagorico) inæquali uictus ratione, cum charitate cõiuncta, facilius perduci monachũ ad uacuitatem perturbationum.

*Euagrius.*

*Libri Euagrij.*

*Imitatio maiorum.*

*Victus continentia.*

*μακαρίτας.*)Beatos dicũt mortuos, ut qui nihil amplius acerbi ſentiãt. Dorienſium quidã eoſdẽ *ζαμερίτας* appellãt, ut melioris iã partis & ſortis cõpotes. Ariſtophanes in Pluto: Vt beatã eius, ô Ceres, uitã prædicas? Si parcendo & laborãdo ne tantũ qdẽ cõparant, unde ſepeliri queat. Fortaſſe *μακαρίτην βίον*, id eſt beatã uitã, ꝓ uita mortuorũ, ludẽs dixit.

*Beati mortui in Domino. Paupertas.*

*μακάρων νῆσοι.*) Beatorum inſulæ, olim arx Thebanorum, Parmenide autore, dicebatur.

MACEDONIVS plurimis Chriſtianos malis affecit, eumq́; ſuis factis colophonẽ impoſuit, quòd cũ audiſſet in Paphlagonũ natione plurimos eſſe Nouatianæ religionis, maximeq́; in eo loco qui Mantineum dicitur, ac perſpexiſſet tantam multitudinẽ per Eccleſiaſticos pelli nõ poſſe: effecit, ut (*τετραρίθμους στρατιώτας*) quaternę legiones cõtra Paphlagoniam ab Imperatore mitterentur, ut metu (*φόβῳ τῶν πλειστων*) plurimorũ Arrianã opinionẽ amplecterentur. Verùm illi ſtudio religionis nec uitæ parcendũ rati, & milites aggreſſi, cùm ſuorum multos amiſerunt: tum milites, paucis exceptis, occiderũt omnes. Ea de cauſa odiũ Imperatoris ſuſcepit, præſertim cùm reliquias Magni Conſtantini alium in locum tranſtuliſſet. Id enim populi prohibebant, nefas eſſe dictitantes: commiſſaq́; pugna multi ceciderunt. Tandem etiam loco motus eſt Macedonius.

*Paphlagonum Nouatianorum ædes. Mantinei. Reliquiæ Conſtantini Magni.*

MACEDONIVS alius, ſub Iuliano Parabate martyrium obijt.

*μάκελλα.*)Ariſtophanes: O' ſtulte ſtulte, ne deorum animos commoue terribiles, ut ne tuum genus uniuerſum internecione deletum, ligone Iouis euertat Vindicta. Vſurpatur de blaſphemis.

*Blaſphemia cauenda.*

*μακκὼ.*) Macco & Læmo fuerunt attonitæ mulieres.

*μακρὰ γραμμὴ.*) Longa linea damnationẽ, breuis abſolutionẽ ſignificabat.

*μακραίωνας.*) Sophocles: Hac fama de me ſparſa, longæuitatem non deſidero.

MACROCEPHALI, id eſt Longicipites. Palæphatus ſeptimo rerum Troianarum, in Libya * ſupra Colchos hanc gentem habitare ſcribit.

*μακρούς.*)Ego uerò te ſermones habentem non audiã prolixos. Omnes ſermones cũ re tranſacta comparati, ſunt lõgi.

*Prolixitas.*

*μακρῷ.*) Eunapius: Carinus Imperator, poteſtatem adeptus ſuo arbitratu quiduis agendi, eam tyrannidem exercuit, ut tyrannis quam Tragœdiæ exagitant, aurea præ illa uideatur: ipſumq́; nomen factis longè ſuperauit.

*Carini tyrannus.*

*μαλακίζεσθαι.*) In morbis Attici dicũt mulieres *μαλακίζεσθαι*, remolleſcere: uiros *ἀσθενεῖν*, infirmos eſſe.

*μαλακὸς*) Omnium animaliũ ſapientiſſimum homo, etiã guſtatu, qui tactus eſt, ſubtiliſſimo eſt præditus: & quia molliſſimus, tactum etiam maximè percipit. Facilius enim diſſipãtur recremẽta, neq; obſcurãt & inquinãt facultas eius imaginatrix & ratiocinatrix. Eſt autẽ cõſideratione dignũ, num carnẽ ut cauſam materialẽ cauſetur? Neq; enim ea effectrix eſt prudentię, ut concauſa. Nam propter cõmune uinculum, motiones animorũ corporis temperamentis afficiuntur, nõ quidẽ ortæ à tẽperamento, ſed nõ abſq; tali temperamẽto aliter atq; aliter agentes. Si qua uerò alia ſunt carne prædita molliore quã homo, ut uermes: reliquis utiq; deficiuntur. Neq; enim integrã habent uim imaginatricem. Nũc autem de integris agitur animalibus. Quid ſi ne caro quidem eſt uermium, ut neq; muſcarum? Hominem autẽ eo prudentiorem eſſe, quòd carnẽ habet molliorem, illud argumẽto eſt: quòd molliores homines prudentiores ſunt, & ingenioſiores, etiã cum cæteræ affectiones omnes ſimiles ſunt, naturalesq́; proprietates. Eoq́; ſtupidos *παχυδέρμους*, quaſi craſſipelles aut denſicutes dicas, uocamus.

*Mollicies carnis ingenij bonitatem arguit. Animi cum temperamento corporis conſenſio. Vermes. Muſcæ. παχύδερμοι.*

*μαλακόστρακα.*) Ea quę cruſtis tenuibus operiuntur, eaſdem exuunt: ut aſtaci, carides, paguri, cancri. hæc enim ſola exuuias deponunt.

*μαλάχια.*) Mollia dicuntur aquatilia, quæ oſſa non habent: ut ſepia, polypus. Hæc & ſanguine & uiſceribus carent.

*μαλίας.*) Malea promontoriũ, & mõs Laconiæ.

*μάλεος*) Maleus ſaxum quoddã confecit, quo fluctus à Phæſto Cretæ urbe arcerẽtur, idq́; Neptuno dedicauit. Homerus: Phæſti paruus lapis magnum fluctum prohibet.

*Phæſtium ſaxum.*

*μαλιασμὸς.*) Maliaſmus, aſinorũ morbus, catharrus per nares, & torſio circa eaſdem, quorũ neutrum effugit aſinus.

*μαλιος.*) Manlius cõſul filium ſuũ ſingulari certamine cũ Pontio Latino congreſſum, proſtrato aduerſario, coronauit ut uictorẽ: ſed ut edicti ſui uiolatorẽ, ſecuri percuſſit. Hoc atroci facto Romanos magiſtratib. obediẽtiſſimos effecit.

*Manliana imperia.*

μαλ-

*μαλθακόν.*) Ille ſibi conſciuit necem, præ mollicie ſapientiæ.

*μαλθάξαι.*) Quod uirum illum mollire poſſet, unum fuit, integritas morum, & natura inſitus iuſticiæ amor. Torpor manum meam occupat: gladiũ retinere nequeo:Iam mollis ſum.

*μάλθη.*) Hipponax:Deinde mollita cera moribus innnctis, *ἔπειτα μάλθῃ τὸν τρόπον παρεγχέας*, aſperitatem animi uel mitigare,uel diſſimulare,ut conijcio.

*μᾶλλον μᾶλλον.*) Alexis Arthide: Vt nubibus cœlũ obducit Iupiter initiò paulatim,pòſt magis ac magis? *τὸ μᾶλλον* magis dicitur *θετικῶς*, poſitiuè:ueluti, Nihilo magis pirata malus eſt quã mendax. A' Scepticis aũt nõ poſitiuè, ſed *ἀναιρετικῶς* ablatiuè ſeu negatiuè dicitur,ut ſi refutans dicas:Nõ magis fuit quã Scylla aut Chimæra. Ac interdũ quidẽ cõparatiuè effertur: ut cũ dicimus,magis eſſe mel dulce quàm uuam paſſam, interdũ uerò poſitiuè & negatiuè: ut cũ dicimus,uirtutẽ prodeſſe potius quàm nocere. Significamus enim,uirtutẽ ꝓdeſſe,& nõ nocere.

*μᾶλλον ὁ Φρύξ.*) Magis Phryx. Prouerbij origo hæc eſt. Crœſo ſeptem Sapientes interrogante, quis omniũ eſſet beatiſſimus? Alij reſponderũt, Feras animãtes: nã pro libertate mortẽ oppetere. alij,ciconias:quòd natura duce,abſq; lege,iuſticiam colãt. Solon autẽ,ante ſupremũ diem quenquã beatum eſſe negauit. Tũ aſtãs Aeſopus fabulator: Tantũ, inquit, cęteros ſuperas,quantum mare fluuios. Quo Crœſus audito: Magis,inqt,Phryx ſcilicet ſcopum attigit.

*Qui beatiſſimi.*

*Crœſus mare, cæteri fluuij.*

MALLOTES, Dionyſiades tragicus, Philarchidæ filius.

MALCHVS Byzãtius ſophiſta,hiſtoriam ſcripſit ab imperio Cõſtantini uſq; ad Anaſtaſium, qua res geſtas Zenonis & Baſiliſci, & conflagrationem publicæ bibliothecæ,& ſtatuarum Auguſtalis,& alia quædam commemorat magna grauitate,& tragœdiæ inſtar deplorat.

MAMAS. In S.Mamante magnus põs fuit duodecim fornicibus. multæ enim aquæ decurrebant.Ibidẽ & draco ęneus ſtabat, quod draco illic habitare putabatur. Baſiliſcus (regulus) enim quidã, eo loco adamato,qui fuit Numeriani Cæſaris filius,illuc cõmigrauit, & ædem ſacrã extruxit:quæ ædificia Zeno deſtruxit.

*Pons. Draco. Baſiliſcus. Zeno. Numerianus.*

*ναὶ, ναὶ μὰ μήκωνος χλόαν.*) Sanè,per papaueris comam.

MAMONAS,aurũ,terrenę opes:non quæ ſunt à ſathana,ſed ſuperuacaneæ,& plures neceſſarijs.

MANNA, ſacrificiũ, libatio, & supernè delabens cibus.Significat autẽ, Quid hoc? ueſpere ſabbathi tantùm occultabatur, & Chriſtus dulcedo uitæ in paraſceue ſepulchro cõditur. Dauid, Panem angelorũ comedit homo: hoc eſt, ſuppeditatum ab angelis.

*Manna allegoria.*

MANAIM dux,qui Scythas uicit. Valentinianus modium ſtatuit, & XII modios nomiſmate iuſſit uendi & emi, nemine reſtagãte. Quod cum nauta quidã non feciſſet,dextra illi amputata eſt.

*Frumenti uenditio.*

MANASSES rex Hieroſolymorum, Ezechiæ filius, regnauit in Iudæa annos LV, ſceleratiſſimus & impijſſimus, & iniquiſſimus, oẽs mortales inſano ſimulacrorũ cultu & effuſione ſanguinis ſupergreſſus. Magno Eſaia diſſecto, & Hieroſolymis innocẽti ſanguine impletis, idolis nõ minus ſeruijt quã Amorræi. Quin & tẽplo Domini profanato, & Iouis ſtatua quatuor uultuũ in eo collocato, augurari & intoxicare, & obſcœnitati atq; adulterijs ſtudere, & omnis generis teterrima flagitia & ſcelera perpetrare nõ deſtitit. Irato itaq; deo, à Maradocho Aſſyriorũ rege in uinculis Niniuẽ captiuus abductus eſt, & æneo ſimulacro incluſus. Cũ aũt ob delicta iuſtas ſe dare pœnas intelligeret, ueniã peccatorũ flagitauit à Deo.neq; enim magnã eſſe Dei laudẽ,ſeruare iuſtos: illud eſſe boni, peccatoris pœnitentiã admittere. Ac ſimulacrũ diuina potẽtia diruptũ eſt: Regẽ uerò mitigauit Deus,ut Hieroſolyma eum remitteret. Reuerſus,diuinamq; clementiã expertus, omnia ſimulacrorũ tabernacula euertit, tẽplum Dei repurgauit, legẽ cuſtodijt:& urbe munita atq; aucta, iuſtè pieq; imperiũ adminiſtrauit. Dum aũt Babylone in carcere ferreis cõpedibus uinctus fuit, panis exiguus furfuraceus, cũ aquæ paululo & demẽſo aceto datus illi fuit,tantũ ad uitã ſuſtẽtandam. Tũ ita precatus eſt Dñm: Dñe omnipotẽs.* Deus aũt exaudita uoce eius,uinculis eũ ſoluit: & reuerſus Hieroſolyma, cũ toto corde ſeruiſſet Deo,reputatus eſt iuſtus.

*Idololatra. Tyrannus. Eſaiæ interfector.*

*Iupiter quadriuultus.*

*Maradochus. Captiuitas. Pœnitentia.*

*Liberatio.*

*Emẽdatio.*

*Carceris ærumnæ.*

*μανδαλωτὸν φίλημα.*) Oſculum mandalotum,apud Ariſtophanem, eſt uarium; ſuaue,effœminatum,adhibita lingua.

*μανδραγόρας.*) Mandragora fructus ſoporifer, & obliuionis effector. *πολὺν τὴν μανδραγόραν ἐκπεπωκέναι*, Multũ mandragoræ exhauſiſſe.

MANAECHMVS Alopeconneſius, philoſophus Platonicus: ſcripſit philoſophica, & in Platonis Rempublicā li. 3.

Manechmus Sicyonius, Alcibij filius, uel Alcibiadis, hiſtoricus, fuit ſub Alexandri ſucceſſoribus. Scripſit hiſtoriam Alexandri Magni.

MANAETHOS Mendeſius, [illegible] ſacerdos Aegypti, ſcripſit de [illegible]ctione Ciphyorum.

MANAETHOS Dioſpolitanus Aegyptius, aut Sebenytes, ſcripſit phyſiologica, de effectionibus ſiderum uerſibus, & alia quædam aſtronomica.

MANEROS & Perimanos, apud Eubulum in Campylione, cantilenarū nomina ſunt, ab inſania & incitatione amoris facta.

MANES, nomē proprium ſerui. Ariſtophanes in Auibus: Mancipia, fatuos Manas.

*Furor Manichæi.*

μάνης) Manes, homo execrabilis ſub Aureliano imperatore extitit, ſe Chriſtū & Spiritum ſanctū eſſe cōmentus. 12 diſcipulos, ut Chriſtus, circumduxit: quicquid ſingulæ hæreſes habebāt mali, corrogatum, ex Perſia, Dei permiſſu, in Romanas prouincias intulit. Hic & Manes & Scythianus dictus, genere Brachman fuit: præceptore uſus Budda, qui Terebinthus antea dicebatur, Græcorūq; literis eruditus. Empedoclis ſectam adamauit, duo principia ſtatuentis inter ſe cōtraria, litem & amicitiam. In Perſiam profectus, e uirgine ſe natum iactauit, & in montibus educatum: & libris 4. conſcriptis unū uocauit Myſteria, id eſt Initia ſeu arcana: alterum, Euangelium: tertium, Theſaurum: poſtremū, Capita. Ac Buddas iſte, qui & Terebinthus, ab impuro ſpiritu cōtritus interijt. Mulier autem quædā, apud quā diuerſabatur, hæreditatē & pecuniæ & librorū eius adepta, puerū ſeptennē emit, nomine Cubricū: quē literis eruditū, & manumiſſum, hæredē omniū bonorū ſuorū inſtituit. Is uerò Buddę libris acceptis, atq; opibus, Perſiam perambulabat, Manē ſe appellās: & erroris Buddę cōſcius, libros illos à ſe factos perhibēs. Hūc rex Perſarū uiuentē excoriauit, ut cauſam interit⁹ filij ſui: quē ægrotantē, cū à medicis diligenter curaretur, Cubricus iſte ſe abſq; medicis ſanaturū pollicitus, remotis illis, interfecit. Hic igitur Manes reiecto ueteri teſtamēto, & creationē omnē, & hominis conditionē, blaſphemè negabat boni alicui⁹ Dei eſſe, ut quæ corruptiōi & mutatiōi eſſent obnoxia. Nouū aūt, ut boni Dei ſcilicet, admittebat, & Chriſtū phantaſia quadā & opiniōe apparuiſſe fingebat: & ſpeluncas quaſdā ſacras, atq; nocturnos & illegitimos coitus & obſcœnitates, & ſatū, & μετεσωματώσεις, id eſt animorū in alia corpora ingreſſus, & alia qdā Græcanica docebat. De hoc Theodor⁹ Rhaiti presbyter ſic ait: Manes phātaſia quadā nuda, & figura inani corporis humani, apparuiſſe Dñm commētus eſt, atq; ſomniauit: ut pati qdē uideretur, & agere, ſ agerer & pateref (καθ' ἡμᾶς, uel, apud nos) noſtro more. Sed nihil horū uerè & reipſa extitiſſe: opinione tantū & impoſtura ab eo deluſos eſſe homines, quorū familiaritate uti uiſus eſſet. Quapropter duas in Chriſto naturas recuſat dicere, ſed unā tātùm aſſerit diuinitatis. Paulus uerò qdā æqualis eius, magnæ Antiochiæ epiſcopus, nudū hominē dicebat eſſe Dñm, tāquā unū prophetarum. Ab hoc Pauliani habent nomen.

*Manes Scythianus.* *Budda præceptor Manetis.* *Lis & amicitia Empedoclis.* *Budda libri.* *Manes, Budda ſeu Terebinthi hæres.* *Cubricus. Manes.* *Interitus Manetis.* *Errores Manetis.* *Theodorus presbyter.* *Paulus Manetis contrarius.*

Manes, nomen Perſæ, qui ex Perſide ſub* Conſtantino Magno pfugus, Chriſtianorum dogmata turbauit.

μανίαι δ' οὐ πᾶσιν ὅμοιαι) Inſania non omnib. ſimilis eſt. Alia enim abſurda eſt, ut delirantiū: alia expetenda & exoptanda, ut poetarum & uatum.

*Ebrietas inſania foret.*

μανιῶν) Ariſtophanes & Homerus in eâdem lance collocant ebrietatē, in qua inſaniam.

MANICHAEVS hæreſiarches, aut ſectator Manentis.

*Menander.*

μανθάνειν.) Diſcere, eſt ortus ſcientiæ. Etiam Menandrum, poetam comicum, uix euaſiſſe iudicium audio, ob nullum aliud crimē, niſi propter amicitiā illius.

μαντινέων διοικισμός.) Mantinenſiū diſiunctio, cū à Lacedęmonijs urbs eorum in quinq; pagos redacta eſt. Eſt aūt urbs Arcadiæ Mantinea.

*Conſtantini crux.*

MAXENTIVS Imperator Romanorū, malè Romanos attriuit, tyrānico more potius q̃ imperatorio. Nā & palàm ſtuprabat ingenuas matronas: & multos interficiebat, & his conſentanea cętera faciebat. Quo Magnus Cōſtātinus cognito, liberare illos dominatu ei⁹ ſtudebat: ſtatimq; quo pacto illū euerteret, cogitabat. Ei cogitationi intentus, ſub meridiē uidit (στύλον πυρὸς σταυροειδῶς γράφοντα columnam) ſtylum ignis, forma crucis ſcribentem IN HOC VINCE factusq; eſt Chriſtianus. Licinius uerò collega

eius,

eius, frigidas Græcorum fouens opiniones, Chriſtianos oderat: metu tamē Cōſtantini perſecutionē apertam inſtituere reformidabat, ſed clàm p inſidias multos occidebat. Tandē etiā apertè graſſatur, atq; certo loco exiſtit pſecutio: quæ res Cōſtantinū nō latebat. Edicto enim uetuerat Licinius, ne inter ſeſe conuenirent epiſcopi, ne res Chriſtianorum incrementi cauſam haberēt. Dirupta itaq; ficta amicitia, odioq; erumpente, tandē à Conſtantino interfectus eſt Licinius.

*Licinij perſecutio.* *Epiſcoporū conuentus ſublati.*

* MAXIMINVS, Romanorū imperator, ſuſcepto principatu magnā mutationem inſtituit, poteſtate aſperrimè & magno cum terrore utēdo, & à clementi regno ad tyrannicam crudelitatem omnia reuocando. Erat enim ingenio, ut & genere, Barbarus, & cædis auiditate gentilicia præditus. Statim igitur & amicos omnes, qui familiares Alexādro, & à Patribus cōſcriptis aſſeſſores appellati fuerant, remouit: nolens eos eſſe in exercitu, neq; ſecū eſſe quenquam (ἐκ συνειδήσεως εὐγενοῦς, è conſcientia nobili) nobili ortum genere. Plurimos etiam eorum interfecit, inſidias ueritus. Dum autem in Oriēte uerſaretur, multa ſceleſta & ſupra modum nefaria facinora edidit, per ſecutione crudeli & inhumana contra Chriſtianos per omnes prouincias excitata, in qua plurimi celebres uiri martyrium obierunt. Sed digna impietate ſua præmia imminētis ſupplicij, meritò pertulit. Nam cum in morbum atrociſſimū incidiſſet, uehementes dolores omnem carnem eius uexabāt: & inteſtina eius ex acerrima inflāmatione interna corrumpebantur, & caro tota ceræ inſtar liqueſcebat: eoq; incendio aucto, ipſa etiā oſſa toſta ſunt, ut & humanæ formæ character deleretur. Miſerabiliter itaq; putreſcens, tantoperè olebat, ut à cadaueribus in ſepulchris corruptis nihil differret: exiguoque ſpiritu præditus, cum gemitu obiret.

*Barbarus tyrannus.* *Perſecutio.* *Morbus.*

MAXIMVS Tyrius philoſophus, Romæ uerſatus eſt ſub Commodo. Scripſit de Homero, & quæ ſit apud eū antiqua philoſophia? Recte'ne Socrates ſe non defenderit in iudicio? & alias quaſdam philoſophicas quæſtiones.

Maximus Epirota, aut Byzantius, philoſophus, Iuliani Cæſaris Parabatæ magiſter. Scripſit de inſolubilibus oppoſitionibus (περὶ κατηγορῶν.) De exordijs, De numeris, Commētarium ad Ariſtotelē, & alia quædam, ad eundem Iulianum.

MARATHON, locus Athenis, à Maratho, filio Apollinis. Hūc Callimachus Ennotion, hoc eſt humectum appellat, & aquoſum. Marathonium facinus, & Marathonomachi.

MARANATHA, Hebraicè, uidi Chriſtum: uel, Dominus noſter uenit. Sic autem dicit incarnationis ſermonem, confirmandi cauſa, quaſi diceret: Omnium noſtrûm Dominus, uſqueadeò ſe demittere eſt dignatus: uos autem in ijſdē peccatis perſeueratis, nec inſignem charitatem, bonorum caput, reueremini? Hoc; inquit, unum conſiderato, idq; tibi ſufficiet ad omnem uirtutis progreſſionem: ſic omne peccatum poteris extinguere.

*Chriſti charitas.*

MARAS Berrœus, Syrus, homo ditiſſimus, nullo tamen propter opes faſtu elatus. Ac ne copiæ quidem ullæ pecuniæ apparebant, cum ea inſtrumentū illi eſſet iuſticiæ & humanitatis, tum pauperibus largiendo, tum ſplendori politico ſeruiendo. Adeò ſe aduerſus omnes æquum & iuſtum præbuit, ut neq; ciuium quiſquam illum ulla in re unquam accuſarit, neq; hoſpitum, neq; finitimorum, neq; eorum qui uicinos illi agros habebant. Neq; tamē hæc officia iuſticię cenſebat, ſi nulli ciuium faceret iniuriā: ſed illud potius, ſi bene merendo non defatigaretur. Itaq; non ſuum tantùm negocium agebat, ſed & aliena curabat, maximeq; res uicinorum in urbe & ruri. Cuius rei maximum argumentum illud eſt, quòd, ſi quis aliquid uēditurus aut empturus erat, quod ei uicinum eſſet: uenditor aliquid amplius exigebat, emptor adijciebat ultra iuſtum precium, quòd Maram uirum longè optimum uicinum eſſet habiturus. Itaq; in Prouerbium abijt, Maras: ut ponatur pro eo, qui uicinum bonum agit.

*Diti et eo quum & bonum uicinum.* *Bonum uicinum æſtimatione prædij augeri.*

μαργαρῖται δηλοῦσι δακρύων ῥόον.) Margaritæ ſignificant lachrymarum flumen.

*Explicatio ſomnij.*

μαργίτης.) Aeſchines in oratione contra Cteſiphontē, ſic à Demoſthene Alexandrum cognominatū ſcribit: ob Margitē, qui Homero aſcribitur, quod poema Callimachus admirari uiderur. Margitæ aūt appellabantur uæcordes, quod (Melitides) Margites quidā ultra quinq; numerare nō potuerit. Margitē dij fecerunt neq; aratorem, neq; foſſorem, nec ullius alterius rei peritum.

*5. numerare.*

MARDI, gēs latrocinijs dedita, quos neq; beneficijs in fide retinere: neq; tan-

tis afficere malis poſſis, ut metu liberati nō ſtatim ad ingeniū redeāt. Eſt aūt populoſa natio, terrā aſperā colit: ac uix tātū excolit, ut ſuppetat unde uiuāt, pauperes ſunt, & eqs carēt, ut & prima fortuna fide careat. ὡς καὶ τὴν πρώτην τύχην ἀπιστῆσαι.

MARES, Chalcedonis Bithynicæ epiſcopus, cū Iulianū Parabaten, Fortunæ immolantē in imperatoria Cōſtantinopoli deprehendiſſet, manu ductus (nam præter ſenium etiā ſuffuſione oculorum laborabat) acceſſit, impiū uocitās, & deſertorē, & à Deo alienum. Is uiri cōuicia uerbis ulciſcebatur, cæcumq; uocabat. Nec Galilæus, inquit, Deus tuus, te curauerit. Galilæum enim ſolebat appellare Chriſtum. Mares itaq; cōfidentius Imperatori dixit: Gratias ago Deo meo, q me cæcauit, ne uultū tuum uideā, qui ſic pietate excideris. Nihil ad hæc Iulianus reſpondit: nā & hoc callidè agebat. Cū eñ uidiſſet, eos qui ſub Diocletiano martyriū obijſſent, à Chriſtianis honorari, multosq; ultrò atq; alacres ad martyriū currere: ut hoc ipſo quodāmodo Chriſtianos ulciſceretur, aliā eſt ingreſſus uiā, ac atrocē illā ſub Diocletiano perſecutionē diſtulit, neq; tñ perſecutione prorſus abſtinnit. perſecutionē appello, cū homines qeti quouis modo turbanť. Turbabat aūt ſic: Chriſtianis, lege lata, diſciplinis interdixit, Ne (inquit) linguā exacuentes, expeditè Græcorum dialecticis occurrant. Sed cum alia atq; alia machinaretur, quibuſdam perſuaſit ut immolarent: interq; illos & Hecebolio, Conſtantinopolitano ſophiſtæ.

*Iuliani callida perſecutio.*

*Perſecutio.*

*Hecebolius.*

MARIANVS Marſi (δικηγόρου τῶν ὑπάρχων ῥώμης, Dicegori ex præfectis Romæ) cauſidici præfectorum Romæ F. nam ab antiqua ſtirpe Romanus fuit. Cum autē pater Eleutheropolin, quæ primæ Paleſtinæ urbs eſt, habitatum conceſſiſſet, ex præfecto patricius etiā factus eſt: id qđ illuſtrius eſt, ſub Imperatore Anaſtaſio. Scripſit libros plurimos: Metaphraſin Theocriti, iābis 3150. Metaphraſin Apollonij Argonauticorū, iambis 5608. Metaphraſin Callimachi Hecales, Hymnorū & Cauſarū, & Epigrammatū, iābis 6810. Metaphraſin Arati, iambis 1340. Metaphraſin Nicādri Theriacorū, iābis 1370. & alias multas metaphraſes.

*Metaphraſes poetarum.*

MARINVS Neapolitanus philoſophus & orator, diſcipulus Procli philoſophi, & ſucceſſor: ſcripſit uitam Procli magiſtri ſui, & ſoluta oratione, & uerſu: & alias quaſdā philoſophorū quæſtiōes. Suſcepta Procli ſchola, cū Iſidorū philoſophum Ariſtotelica doctrina erudiſſet, iſq; Athenas denuò ueniſſet, communi præceptore defuncto, oſtēdit ei cōmentariū à ſe ſcriptū multorū uerſuū, in Platonis Philebū, eūq; legere, & iudiciū de eo facere iuſſit, an edēdꝰ eſſet liber? Quo ille accuratè lecto, ſententiā ſuā minimè diſſimulauit, nec tñ ullā inelegātē uocē edidit, hoc tantū dicto: Sufficere præceptoris cōmentarios in eū dialogum. Tū ille, iudicio eius intellecto, librū cōbuſſit. Sed & prius per literas ſuā illi ſententiam cōmunicarat, de argumētis & enarrationibus in Parmenidē: rationesq; expoſuerat, quib. pſuaſum Marino fuerat, eū Dialogum nō eſſe de Dijs, ſed de formis. Itaq; & cōmentarios cōfecit, q dialecticas Parmenidis hypotheſes ad eum modū explicabāt. Hic uerò & ad illas literas reſpōdet, rationib. ꝓpè infinitis ꝓbās, ueriſſimā eſſe diuiniorē Dialogi expoſitionē. Ac niſi liber iā editꝰ fuiſſet, fortaſſis & hūc aboleuiſſet. Fortaſſis aūt illi etiā obſtitit ſomniū Procli, qui ſe uidiſſe in ſomnis dixerat, fore (αὐτοῦ τοῦ μαρίνου) ipſiꝰ Marini cōmētarios in Parmenidē.

*Iſidori modeſta reprehenſio.*

*Philebus Platonis.*

*Parmenides Platonis.*

MARCELLINVS uir bonus, & ſtrenuus, regulus Dalamatię (Illyrijs in Epyro collocatis) Illyriorū in Epiro habitantiū, Romanis diſciplinis inſtitutus, etiā diuinatiōis pitiſſimꝰ, & eruditiōis amātiſſimus. Principatum tenuit liberū, neq; Romanorū imperio, neq; ulli alij gētib. imperati ſeruiēs, ſed ſui iuris fuit, ſuoq; populo iuſtè pfuit: ſatis ēt prudētię habuit, ratiōe gubernatiōis, & fortitudine mira pditus, & in re militari exercitatus. Huic familiaris fuit Saluſtiꝰ philoſophꝰ.

*Saluſtius philoſophus.*

MARCELLVS, magiſter Arcadij imperatoris, (ornamentum) mundus uniuerſæ uirtutis: aut, ut aptius dicam, uirtus quædam animata.

MARCELLVS Sidites medicus, ſub M.Antonino. Scripſit uerſibus heroicis medicos libros 42, in quibus etiam (περὶ λυκαίου) de Lycano.

Marcellus prætor ſub Cōmodo, tam alienus à corruptela munerū, quàm humanitati & manſuetudini familiaris. Vt enim totā noctem lucubraſſe uideretur, eaq; de cauſa nec alius quiſquā familiarium ſuorū dormiret: duodenos codicillos, quales è tilia cōfici ſolent, quolibet penè ueſpere cōſcribebat: alicuiq; mandabat, ut alios alijs horis aliquib. apportaret,

*Vigilantiæ oſtentatio.*

taret:ut quaſi peruigil admirationi eſſet. Quamuis enim natura ſomno facilè reſiſteret: Vigilantiam tamẽ ratione uictus multùm auxerat. Nam & cæteris nequaquam ſeſe replebat: & ut ne pane quidẽ ſaturaretur, Roma ſibi afferẽdum illum curabat: non quòd alterius loci uesci nõ poſſet: ſed ut præ uetuſtate ne paulò quidem plus quàm omnino neceſſe eſſet, ederet. Nam gingiuæ eius malè affectæ, facilè ſiccitate panũ cruentabantur. Sed tamen uigilantiæ ſuæ opinionem augere atque amplificare ſtudebat.

MARCIANVS, ſub Valente imperatore fuit, & Angelio epiſcopo Conſtantinopolitano: uir clarus, qui olim in palatio militarat, tum autem (πρεσβύτης τῆς ναυατιανῶν ἐκκλησίας, ſenex Nauatianorũ fuit Eccleſiæ.) Nouatianæ eccleſiæ preſbyter fuit. Grammaticam docuit Imperatoris filiam Anaſtaſiam.

*Muſonius.*

Marcianus familiaris fuit Muſonio Pamphylio, uir omni uirtute examuſſim perpolitus. Nam cum honeſtatis & bonorum uirorum amans eſſet Muſonius: undecunque, ut magnes ferrum, ſic ipſe homines ad ſe attrahebat. Neque uerò quærebatur, qualis eſſet aliquis: ſed ſi auditum eſſet, Muſonij amicum eſſe: bonũ eſſe uirum conſtabat.

*Plus tribuit aſtris quàm Deo.*

Marcianus ſub Zenone floruit: & quo in (εὐκτηρίῳ) oratorio presbyter delectus fuerat, in eo degebat: & maximam apud illum nactus autoritatem impoſtor hic, ſeque diſputationibus Epicureis indies corrumpens, ſponte natum eſſe mundũ affirmabat: nec adminiſtrari à Deo, ſed effectione ſiderum. Quatenus enim eorum quodlibet ſuo motu circumactum, in editi infantis momẽtum inciderit eatenus illi dominari.

*Animus inuictus rebus aduerſis.*

MARCIVS, dux Romanorũ, in exiliũ actus à populo, cũ gemitu & cõmiſeratione deducentiũ deploraretur: neq; ingemuit, neq; fortunas ſuas deplorauit: nec aliud quicquã dixit aut fecit, magnitudine animi ſui indignũ. Domũ uerò reuerſus, cõſpecta uxore & matre, q̃ ueſtes ſuas lacerarẽt, & pectora plangerent, & (ut in huiuſmodi calamitatib. fieri ſolet) lamentarentur, eaq; diceret quę in promptu iis ſunt, q̃ morte aut exilio à chariſſimis diuelluntur: magis etiã tolerantiã & cõſtantiã ſuã declarauit: neq; filiorũ lachrymis eſt cõmotus: quorũ alter decimũ ageret annũ, alter adhuc in ulnis geſtaret. Sed porta feſtinãter egreſſus: nemini quò abiret ſignificauit. Erat aũt uir bellicoſiſſimus, & in omnib. uoluptatib. continẽs: & quæ iuſta eſſent, nõ legũ imperio magis præſtabat omnibus, quàm ultro & naturali bonitate: nec ipſe duntaxat omnis expers eſſe criminis ſtudebat: ſed eandẽ integritatẽ ab omnib. flagitabat, uir magnanimus & liberalis, & ad emendationẽ paratiſſimus. Cæterùm fieri ſcilicet nõ poterat, ut oẽs uirtutes in unius hominis exiſterẽt animo. Neq; enim quiſquam è mortali & calamitoſo naſcitur ſemine, bonus ab omni parte. Illi certè quidẽ omnia & omnes uirtutes largitus Deus, alia pauci cõmoda fata & calamitates adiunxit. Nã clementia & hilaritas aberat ab eius moribus: itẽq; comitas aduerſus alios in ſalutationibus & cõgreſſib⁹: nec minus placabilitas & moderatio, ſi cui iratus eſſet: &, quæ omnia humana exornat, gratia. Semper erat acerbus, & difficilis. Quæ res in multis illi incõmodabat: in primis uerò iuris & legũ obſeruantiæ, ingẽs & inexorabilis, & nihil æquitati concedens, aſperitas. Omnino uerũ eſſe uidetur, quod à ueteribus dicitur philoſophis: morum uirtutes in medio, nõ in extremo ſitas eſſe, potiſſimũ uerò iuſticiã. Hæc enim nõ modò ſi deficit, ſed etiã cũ excedit modũ, ab æquitate ſeiuncta eſt: nec iis ipſis penes quos eſt, utilis, ſed potius cauſa magnarũ calamitatũ. Marcio etenim ſummum ius ita nocuit, ut patria pelleretur. Nã cũ iniuſta omnia oppugnaret: odia ſuſcipiebat. Quòd ſi corporib. intereuntibus, unà etiã animus (quicquid is eſt) interit, neq; uſquã quicquã eſt: eqdẽ haud ſcio, quomodo beatos illos exiſtimemus, q nec ullos uirtutis ſuæ fruct⁹ perceperũt, & ob eã ipſam perierũt. Si uerò aut immortales atq; æterni ſunt animi noſtri: aut poſt diſceſſum à corporibus, lõgiſſimo tẽpore permanent præſtantiũ uirorũ, breuiſſimo improborũ: iuſtus honos iis qui uirtuti ſtudent, tribui uideri queat, etiã iniquiorẽ expertis fortunã, gratia quæ illis à uiuentibus grati animi recordatione quàm diutiſſimè perſoluitur. Id quod illi etiam uiro contigit. Neq; enim Volſci tantùm, quib. præerat: ſed Romani etiã, publicè illũ priuatimq; luxerunt: matronæ itẽ auro & reliquo ornatu poſito, pullaq; ueſte indutæ, annum integrum eum luxerũt. Atq; annis iam quingentis ab eius obitu elapſis, memoria illius nondum defecit.

*Seueritatem ferre improbi non poſſunt.*

*Cum magnis uirtutibus ferocia & pertinacia coniuncta.*

*Noli nimium eſſe iuſtus.*

*Mortalis ſi ſit animus, malè agi cũ uirtute.*

*Paſcitur in uiuis LIVOR, poſt fata quieſcit.*

MARCION hæreſiarcha.

MARCVS, qui & Antoninus, laudatus ille per omnia philoſophus, cùm alios audiuit, tũ Romæ Sexti Bœotij philoſophi fores ipſe frequentauit. Cum autem eum Lycius quidam, orator, Herodis Athenienſis rhetoris diſcipulus, prodeuntem rogaret, quò iret, quaq́; de cauſa? *Senex Imperator Sexti philoſophi frequentat fores.* Marcus: Etiam ſeni, inquit, diſcere honeſtum eſt. Eo igitur ad Sextum philoſophum, cogniturus quę nondum ſcio. Ibi Lycius manu ad cœlum ſublata. O' Sol, *Lycius orator.* inquit, Romanorum imperator ingraueſcente ætate libellum tractans, magi- *Alexander.* ſtrum adit: meus autem rex Alexander, annos 32 natus obiit. Hic ſcripſit de Vita ſua libros 12.

Marcus Romanorum imperator, is fuit, quẽ facilius tacitè admireris, quàm laudes: cũ nulla oratio uiri huius ęquare uirtutes poſſit. *Conſtantia.* Nam cum à prima ætate conſtantem & quietam uitam ſibi delegiſſet: ſemper eodem uultu cõſpectus fuit, nec læticia, neq; metu mutato. *Stoica philoſophia.* Philoſophos Stoicos probauit, nõ uitæ modò inſtituto, ſed & ſtudio diſciplinarum. Sic ille quidem adoleſcens etiamnũ reſplenduit, *Hadrianus.* ut Hadrianus ſæpè de imperij hæreditate in illum conferenda cogitaret. *Pius.* Sed quia Pium iam antè legibus adoptarat: ei quidem ſucceſſionem conſernauit: hunc autem affinitate Pio coniungere uoluit: ut ſucceſſione generis, principatu poriretur. *Vita priuata principatus.* Vitam priuatam ſic egit, ut ſe nihil efferret ſupra cęteros, nõ mutatus adoptione: & imperium ſumma cum poteſtate adeptus, ad nullam unquam inſolentiam deflexit: ſed fuit ingenuus, & largus in dandis beneficiis, & bonus atque moderatus in regendis populis.

Marcus, Romanorum Imperator, cogmento Pius, cùm aliis omnibus uirtutibus præditus fuit, tũ poteſtate omniũ optimè uſus eſt: eo excepto, quòd corpore parum robuſto fuit: quod ipſum tamen ex infirmiſſimo tolerantiſſimũ reddidit. *εὐεργεσίας ναός.* Beneficentiæ ſtudioſiſſimus fuit, eiq́; fanum condidit, nomine conuenientiſſimo, & inaudito prius, indito. Nam ipſe quidẽ peccata omnia cauebat: qui neq; uolens, neq; imprudens delinqueret. Aliorum uerò peccata, uxoris ſuę in primis, ferebat: neq; curioſè inquirendo *Vtendum ijs qui utiles ſunt.* neq; puniendo. Sed ſi quis boni quippiã agebat: laudabat, & ad id illo utebatur, cæteros negligebat. Dicebat enim, Effici homines tales, quales habere uelis, nullo modo poſſe: iis uerò qui ſint, ad Reipublicę utilitatem eſſe utendum. Vixit annos 50, menſes 10, dies 20. annos 19, dies 11 potitus eſt imperio, ſemper ſui ſimilis in omnibus, nec in ulla re mutatus. Bonus fuit, nec quicquam habuit ſimulatum. ab eruditione quoq; multum habuit adiumenti, & in eloquentia & in philoſophia exercitatus. Vnde factũ, ut plurimi ſe philoſophari fingerẽt, quo ab eo ditarentur. *Pſeudophiloſophi auidi pecuniæ.* Plurimùm tamen ab ipſa natura eſt euectus. Infinitas alias laudes in eum confert Dion.

M. APICIVS Romanus, homo extremè luxurioſus ſine controuerſia: *Luxuriæ exemplar.* adeò ut luxuria ſuam in eo genere magnificẽtiam atq; ſolertiam oſtentare uoluiſſe uideatur. Agitabantur quotidiana conuiuia: ea uita erat, quæ gulæ & inguini mãcipata eſſet. *Comitas Apicij.* Aliquando inter epulas Fabius, uir conſularis, magnum & precioſum cryſtallinũ poculum imprudens cõfregit, eaq́; de cauſa triſtis dolebat. Cui Apicius mœrorẽ adimere cupiẽs: Quin tu iſtud, inquit, miſſum facis, teq́; nobis hilariorem compotorem præbes? *Comitas.* Num tibi iſtud amico facere nõ licebit, quod multi ſæpè pincernæ & ære empta mancipia factitant?

M. MANLIVS, patricius, cum Galli Romam inuaſiſſent, ob conſeruatam urbẽ honorib. maximis eſt affectus. *Liberator. Factioſus.* Pòſt, cum ſenem, qui ſæpè militarat, à creditore in ſeruitutem abripi cerneret: æs alienum pro eo diſſoluit. Ob quod factum cum laudaretur: omnibus ſuis debitoribus debita condonauit: gloriaque elatus, pro aliis etiam diſſoluit. Itaq; populi ſtudiis impulſus, iam nouas tabulas cogitabat: aut illud certè æquum cẽſebat, ut populus creditoribus, agris publicis uenditis, ſatisfaceret.

MARCVS, Arethuſiorum epiſcopus, *Carnificina.* eloquentia & uita ornatus, quem ſub Iuliano multis cruciatibus affecerunt: & (εἰς ὑπονόμους loca ſubterranea) in cuniculos coniectum, pueris compungendum aciculis dederunt. Deinde caueæ incluſum, garoque & melle perunctum, in ardore æſtatis ſub dio ſuſpenderunt, ad eum depaſcẽdum crabrones & apes allicientes. Verùm ille conſtanter hęc omnia pertulit.

Marcus Euangeliſta titulos habet 48, capita 36.

MARONEA, locus Atticę, cuius meminit

minit D...oſthenes ... ept ... de aduerſus Pantænetũ. Eſt & ... Thraciæ, quã ab Homero cenſ... I...rum dici. *Iſmarus.*

MARON, Maronææ primus cõditor.

MARSYAS, Periã...ri F. Pel...æus, hiſtoricus. Principiò literator fuit, Antigoni frater, qui pòſt regno potitus eſt, & unà cũ Alexãdro rege educatus. Scripſit Macedonica libris x, à primo rege Macedonũ auſpicatus, uſq; ad Alexandri, Philippi filij ingreſſum in Syriam, poſt Alexandriam conditam. Attica libris XII, & ipſius Alexandri educationem. *...ander. ...igonus.*

Marſyas, Critophemi F. Ph...ippenſis, hiſtoricus iunior.

Marſyas, Marſi F. Tabenus hiſtoricus, ſcripſit antiquitates lib. 12. Fabuloſorũ libros 7. & alia quædam de ſua patria. *Marſyas.*

Marſyas, uir ſapiẽs, temporibus Iudaicorum iudicum uixit. Arte muſica inuẽnit tibias è calamis, & æneas. Errore mẽtis affectus, ſe coniecit in fluuiũ: qui ab eius interitu dictus eſt Marſyas. Fabula fertur, eum periſſe, quòd ſe deum fecisſet. Iiſdem temporibus res Iaſonis & Argonautarum geſtæ ſunt, ut ait Apollonius Rhodius. Narratur & fabula, eũ ab Apolline excoriatum eſſe. Fertur etiam dictum Hormiſdæ Perſæ, qui ad Cõſtantinum Magnum profugit. Is uenatum egreſſus, & in regiam reuerſus, cum uocati ad cœnam, ei non, ut decebat, aſſurrexiſſent, minitatus fuerit, ſe Marſyæ morte illos mulctaturum. Quo ex quodam qui audierat, proceres Perſici cognito, poſt obitum patris filium iuniorem deſignant regem: ipſum uerò ferreis compedibus uinctum, in carcerem conijciunt: quem uxor per piſcis machinam lima illata, eduxit. Profugus itaq; ad maguum uenit Conſtantinum. *Fluuius. Argonautica. Hormiſdæ male cedũt minæ. Lima in piſce.*

MARTIVS Verus, Thucydidem ablegat, ut (fratrẽ.) Synæmum in Armeniã reſtituat: Qui (δ[...] f. peritia ...) terrore armorũ, & quicquid accidiſſet, prompto conſilio fretus, ſtrenuè pergebat. Is autẽ erat Martius: qui non armis tantùm cogere poſſet hoſtes, aut celeritate antevertere, aut dolo circumuenire: quibus in rebus ducis poſita uis eſt: ſed & commoda oratione perſuadere, & magnificis muneribus conciliare, & ſpe bona allicere: grataq; erant, quæ dicebat aut faciebat, omnia. Nam & querelas atque iras cuiuſque leniebat, & ſpem augebat, & qui ſeruandus eſſet modus in blanditiis munerum, & inuitatione conuiuiorum, non ignorabat. Itaque & epularum frequentatione, & rei gerendæ celeritate atque induſtria efficiebat, ut Barbari amicitiam eius inimicitiis optabiliorẽ iudicarent. In nouam autem urbem cũ ueniſſet, quæ præſidio Romanorum à Priſco impoſito tenebatur: militibus nouas res ſpectantibus, & dicto & facto caſtigatis: principem illam Armeniæ urbem effecit. *Arma. Celeritas. Dolus. Facundia. Liberalitas. Pollicitatio. Conuiuia. Noua urbs Armeniæ. Priſcus.*

μαρτυρίον.) Teſtimonium dicitur tabernaculum, quòd in eo ſi... legis tabulæ. Legem enim mandata & teſtimonia & iura uocabant. *Lex.*

μαρτύρομαι.) Audi popule mi: Loquar tibi Iſrael, teſtificor tibi.

MARPSIAS, orator fuit garrulus, & turbulentus.

μασσαλία.) Maſſilia. Iſocrates ait in Archidamo, Phocæenſes regis Perſarũ dominatum fugientes, Maſſiliam in coloniam abiiſſe. Hiſtoriam hanc Ariſtoteles etiam confirmat. *Libertas antiquior patria.*

μασσανάσης.) Maſiniſſa rex Numidarũ, uir fuit in omnibus rebus fortunatus: cui Deus id largitus eſt, ut regnum paternum à Carthaginenſibus & Syphace ſibi ereptum, recuperaret, ac plurimùm amplificaret, à Mauruſiis, Oceani accolis, uſque ad Cyrenenſis ditionis mediterranea propagatum: & multum terræ manſuefaceret, cum Numidę ferè ob incultum ſolum (τῶν φαγόντων) ueſcerentur: & theſauros pecuniæ magnos & ueteranos exercitus relinqueret, & excidij Carthagini cauſa eſſet: quam prorſus debilitatam Romanis tradidit. Fuit & procero atque robuſto corpore in lõga ſenectute uſque ad mortem: & equum ſine adiutore conſcendebat. Ac roboris eius maximum hoc argumentum eſt, cũ multi ei filij & naſcerentur & morerentur, quòd nunquam pauciores decem habuit, & puerum quadrimum nonagenarius reliquit. Ac iſta ætate, & hoc habitu corporis obiit. *Recuperatio & amplificatio imperij. Robur corporis.*

MASINISSA, Numidarum in Africa rex, uir noſtra ætate regũ optimus & beatiſſim⁹, annos amplius 60 regnauit, ſaluberrimo corpore præditus ad annũ ætatis uſq; nonageſimũ. Fuit & robuſtiſſimo corporis habitu, qui & cũ ſtandum eſſet, in iiſdẽ ueſtigiis totũ diẽ perſiſteret, & ſedens nõ ſurgeret, & uexationem in equis ſine ullo incõmodo toleraret. Signũ inſignis in eo roboris afferre poſſum, 90. quos uixit, annos: Stemba filio qua- *Stemba.*

*Micipſa.* quadrimo, cum decederet relicto: quē Micipſa adoptauit, & præter hunc filios quatuor. quorum inter ſeſe cōcordia factum eſt, ut regnum ſuum per omne tēpus ætatis expers inſidiarum & domeſtici piaculi conſeruaret. *Numida exculta.* Et quod maximū eſt, cū tota Numidia ſuperiore tempore non poſſe fruges manſuetas ferre crederetur: ſolus & primus ipſe demonſtrauit, nullum eſſe frugum & fructuum genus, quod illa non gigneret: nihilo minus, q̄ ulla alia regio (ἐν διαστάσει, certo interuallo) ampliſſimis in ſpaciis, agris fertiliſſimis innumeris inſtructis.

μάσθλης ἄνθρωπος ἐγλοιός.) Homo lorū. id eſt, uerbero, notis compunctus, leuis & incōſtans: uel mollis, & in malicia exercitatus: uel ita firmus, ut lorum.

μαστεύων.) Amplius aliquid ſcite cupiens, atq; inueſtigans Deo duce.

μάστειρα.) Octaua Philippica Demoſthenes: Thraciis malis. Quis enim aliter appellet Drongilum & Cambylen, & Maſtiram? Quid uerò ſi Baſtiram ſcribendum ſit, pro Maſtiram? aut Piſtiram, aut Epimaſtum? Has enim Reſpub. apud Anaximenem reperimus libro 7. Philippicarum rerum, cum Maſtitæ nuſquam fiat mentio. *Maſtira. Baſtira. Piſtira. Epimaſtum.*

μάστορες, μαστροὶ ἐν πέλλῃ, καὶ μαστῆρες ἢ ζητηταί.) Indagatorum magiſtratus quidā fuit, ad inquirendas res populi communes conſtitutus.

Melite, municipium Atticæ.

μαστός.) Ad dexterā caſtelli fuit tumulus: quē, ſi occuparetur, pòſt ad multa fore utilem cenſebat.

*Ebrij boues.* μασχάλην αἴρειν.) Axillam tollere: pro, inebriari. Nā ebrij axillas tollentes, boū inſtar mugiebant.

*Homicidarū ſuperſtitio.* μασχαλισθῆναι.) Solent in occiſorū capitibus abſtergere enſes, quaſi remouētes piaculum cædis: uel, quòd propter expiationes, extrema interfecti amputabant, & de axilla eius ſuſpendebant, ut ſcilicet uiribus deſtitueretur ad ulciſcendum homicidam: uel, quòd ij qui bellū ciuile geſſerant, interemptos mutilabāt, ab omni parte corporis aliquid reſecantes, ne quo deinceps incōmodo ab eis afficerentur: & extrema illa inter ſeſe cōnexa de ſemetipſis ſuſpendebant, his ſe uires illis eripere opinantes, ne quid in poſterum mali ab illis pateretur. *Metuunt incurſationem cadauerum, aut etiam animos credunt mutilari.* Sophocles: Cogita, num ipſi tibi benignè uideatur. Inferias has in ſepulchro accepturus mortuus. A' qua interfectus, & inſtar hoſtis Mutilatus eſt, & in balneis capite Maculas abſterſit. De Agamemnone uerba fiunt.

μὰ τὰ λάχανα.) Per holera ſiue herbas. adhuc multi & clari apud Armeniacos uiri μὰ τὰ καλά, Per pulchra, iurant.

Matthaevs, euangeliſta, titulos habet 68, capita 355.

ματρέας.) Matreas impoſtor populi beſtiam alebat, quæ ipſa ſe deuorabat: quę cuiuſmodi fuerit, quæritur (ἐποίησε πρὸς τὰς ἀριστοτέλους ἀπορίας.) Pocula fecit ex Ariſtotelis dubitationibus: Quare ſol Oceanum ſubeat, & non natet?

ματρυλλεῖον.) Matrylleū dicunt locum fuiſſe quendam, in quo aniculæ ſuſciperent eos qui inebrari uellent. Menander in Permittentibus: Non infortunium feret Perdita in Matrylleo uita? οὐκ οἰμώξεται κατεφθαρμένος ἐν ματρυλλείῳ τὸν βίον;

μάττοντες.) Euripides fecit Herculem eſuriētem, Bacchū timidum, Iouem adulterum, & ſeruum eiulantem.

μὰ τόν.) Antiqui, & inter hos Plato ſæpe, iuraturi, Deum omittunt, boni ominis ergò, & ex reuerentia numinis: Per, non, Per Iouem, dicentes.

Mavricivs, Romanorum imperator, dicitur eloquentiam maximi feciſſe, & in optimis quibuſque diſciplinis uerſatos maximis honoribus affeciſſe. Fertur & trientem uectigalium remiſiſſe ſubditis. Deſignatus à Tiberio Cæſare dux Orientis, quamuis in bellis & prælijs non uerſatus, uir tamē cordatus fuit, & grauis & accuratus: ac duas res inter ſe contrarias coniunxit, ſummam & magnitudinem animi, & clementiā, ab omni deſpicientia & ſupercilio alienam. *Tiberius Cæſar.* Hoc ingenio præditus Mauricius, principatu ſuſcepto, magis etiam gloriam ſuam illuſtrauit.

μαυρούσιοι.) Mauruſij, gens inuicta ab illius loci barbaris, ob audaciam & celeritatem: & quòd per occaſionem cū impetu conferti irruere, & facilè refugere, & ex fuga denuò in unum coire conſueuerunt: ut conuerſi in improuidè nulloque ordine inſequentes irruant. Quòd ſi quam illi cladem acceperint: non Romanę legiones, ſed auxilia, eaque Barbarorum periclitantur.

Mavsolvs princeps Carum, quē Theopompus pecuniæ cauſa à nullo facinore temperaſſe ſcribit.

μαχάων.) Suſurrabant inter ſeſe, qui Chironis & Machaonis artem ſactitant,

(id eſt

(id eſt medici & chirurgi) unà cum telo animam etiam exituram. de Epaminonda opinor.

*Celebrica en,et.* μαχαιρα.) Celtiberi fabrica gladiorum aliis multum præſtant. Nam & pungunt acriter, & ictum utraque manu potentem ferunt. Iraq; Romani patriis gladiis depoſitis Hannibalico bello, ibericos receperunt: forma quidem mutata: ſed ferri bonitatem, & fabricæ ſolertiam imitari nõ potuerunt.

*Explicatio ſomnij.* μάχλην μαχαιρα ζωγραφῆ κρατουμένη.) Pugnam gladius depingit arreptus.

μαχλ☉.) Virũ illa prius intemperantẽ egerat, diſſolutis moribꝰ, multũ uſa cõſuetudine paternorũ ueneficorum.

μαχλοσύνη.) Heſiodus, de Prœti filiabus: Ob laſciuiam tetram tenerum amiſerunt florem.

MAEANDER, fluuius Lydiæ.

μαιμακτηριών.) Mẹmacterion, quintus menſis apud Athenienſes * Ianuarius: dictus à Ioue Mẹmacte, id eſt attonito & turbulento. Cum aũt eo mẽſe hyems incipiat, aer turbatur.

μαιονίδας.) Si captus es, ignoſcendum. nam & princeps hymnorum Mæonides ob griphos piſcatorum perijt. Quòd paria Muſis locutum eſt caput, ô hoſpes, Mæonidæ.

MAEOTIS, palus Scythiæ.

μέγα.) Magnum & paruum, de auditu dicitur, & de ſtrepitu, ſiue ſono: in quo magnum & paruum ſolus auditus diiu- *Vox.* dicare poteſt. Quod uerò in corpore eſt continuũ, id tactus & guſtus diſcernũt. Cum autem uocẽ dicimus (λευκὴν ἢ μέλαιναν, albam aut nigram) claram aut obſcurã proportione & ſimilitudine à coloribus ſumpta ſic loquimur. Ac in ſtrepitu magnum & paruum non aliam habet oppoſitionem, niſi acutum & graue ſonum: ut in tactu, circa calidum & frigi- *Locum mutilatum, aut certè per obſcurum, mihi quidem.* dum. Alia prſus oppoſitio eſt, graue & leue, aſperum & læue, & cẹterarum quẹlibet, * ſed remiſſionem aut intentionẽ ſonorum ſignificat. Hoc uerò non eſt alterius oppoſitionis proprium. Tale igi- *Sapor.* tur magnum & paruũ inuenire licet: ut, exempli gratia, mellis magnum, aridæ ficus paruum: quia intenſa eſt dulcedo mellis, remiſſa in ficu. Sed & niger co- *Color.* lor, affatim niger, dici magnus poteſt: qui non ita ſe habet, ſed remiſſus eſt, par uus: ut uehemens ſimpliciter & obſcurum, magni uoce & parui nominetur. Illud etiam quærere eſt operæprecium, quamobrem cum de ſolis magnitudinibus magnum & paruum dicatur: de ſolis uehemẽtibus & obſcuris ſonis metaphora ea propriè utamur, magnũ ſtrepitũ dicentes, & paruũ: nõ item magnum, quod ualde dulce eſt: neq; paruũ, quod obſcurã habet dulcedinẽ, neq; de ullo alio? Dico igitur, ſtrepitum non (ὑφεστηκός τι ἀθρόον πρᾶγμα) eſſe rem, quæ ſimul & ſubitò ſubſiſtat: ac eum ne in naſcendo quidem ſubſiſtere, ſed fieri in tempore. Omne autem tempus eſt continuum. Itaque ſtrepitum qui longo tempore fit, magnum dicimus: paruũ, qui breui. Sed ualde dulce, & ualde nigrum, itẽq; alia, uehementia qualitatis talia ſunt, nõ longitudine temporis.

μεγαλεῖον μύρον.) Megaleum unguentũ, à Megalo Siculo inuentore.

μεγαλοδωρία.) Tanta munificentia & ſapientia uſus eſt. Neq; enim uidebatur, *Aenigmata.* cum uidebatur: nec inueniebatur, cum inueniebatur: neq; deprehendebatur, cũ capiebatur. Zeno quendam aggreſſum *Magnitudo in bonitate ſita.* magnùm ſpirare (id eſt, efferri animo) alapa data monuit, bonitatem non in magnitudine, ſed magnitudinem in bonitate ſitam eſſe.

μεγαλομερεία.) Polybius: Claſſis Car- *Claſſis 150000 uirorum.* thaginenſiũ uiros habuit circiter cẽties quinquagies mille: quanõ is modò qui adeſſet, coramq; cerneret: ſed qui uel audiret, obſtupeſceret, ob periculi magnitudinem, & utriſq; Reipublicæ amplitudinem atq; potentiã. Theologus: iis qui maxima, aut maximum, aut ſupra magnum appetũt, maxima, ut in tribus perſonis (ὁμοιουσίοις, f. ὁμοουσίοις) homœuſiis: maximũ, ob eſſentiæ unitatem, & identitatem diuinitatis: ſupra magnum, quia non quãto aliquo aut magnitudine aut quantitate (περιγράφεται lego, pro γράφεται) circumſcribitur.

μεγαλοπρεπής.) Magnificẽtia, poſita eſt in magnitudine ſumptuum: liberalitas, in conſuetis ſumptibus uerſatur.

μεγαλόφρων.) Magnanimus, eſt habitu *Magni animi opes maxima.* præditus ſuper omnes euẽtus æquè malos & bonos ſe efferente: & ab antiquis maxima dicitur opulentia.

μεγαλοφ☉.) Multũ poteſt AVRVM: ac neruus belli, ſecundũ Pindarũ dicitur. *Aurum.*

– μεγαρέων ἄξιοι μερίδ☉.) Megarenſium *Megarenſes.* digni parte: id eſt, inhonorati. Non ſumus homines obſcuri, neq; Megarenſis conditionis: ſed ex iis qui ſapientiæ principatum tenent.

μεγα-

*μεγαρέων δάκρυα.*) Megarenſiũ lachrymæ. Quia in agro Megarico multum allij naſcitur. Prouerbium in eos dicitur, qui lachrymis expreſſis ſimulatè flent, non ex animo.

*μεγαρικαὶ σφίγγες.*) Megaticæ ſphinges, dicuntur meretrices.

*Stilpon.* *μεγαρέων.*) Stilpon philoſoph⁹ Megarenſis Grçcus, tantum acumine ingenij, docendiq́; dexteritate præſtitit alijs, ut tota penè Græcia illum intuens, Megaricam ſectam amplecteretur.

*Rex Perſarum.* *μέγας βασιλεὺς.*) Magnus rex: id eſt, Perſarũ, quòd maxima eſt eius potentia. Cęteris aũt regibus etiã nomina prouinciarum adijciebant: ueluti, Lacedæmoniorum aut Macedonum.

*Copiæ cornu.* *μέγα τὸ στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ.*) Magnum eſt os anni: id eſt, bonis animis ſumus, ob annonæ copiam, & omnium rerum abundantiam.

*μέγα τι ἄγγελος ἐσθλὸς.*) Magna res eſt nũcius bonus. De iis qui læta nunciant.

*Gladius fortunatus.* *μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ.*) Magis ea re fidit, quam Peleus gladio ſuo. Eũ gladium aiunt illi à Vulcano modeſtię gratia dono fuiſſe datum, quo ſiue in bellis, ſiue in uenatu uteretur, omnia ex ſententia conficeret.

MEGAENETVS, homo fuit inſolẽs, audax, auidus imperij.

*μεγαίνετος.*) Audies iſtius & meos diſcipulos. Iſtius quidẽ Phormiſius & Megęnetus Manes. Sunt nomina ſeruorum.

*μέγεθος.*) Duplex eſt magnitudo * cõmunis ſenſus. Poteſt etiam proportione de olfactu & guſtatu intelligi. Nã hi ſuã magnitudinem apprehendunt, alter odorum, alter ſaporum: etſi conſuetudo nomen magnitudinis ignorat.

*μεγιστᾶνες.*) Proceres, regis illuſtres miniſtri & præfecti.

MEGISTVS fluuius, qui in Aegęum mare influit.

MEDIMNVS, mẽſura Chœnicũ 48. Prouerbiũ, *μεδίμνῳ ἀπομετρῶ περὶ τὸ πατρῷος ἀργύριον*: Paternum argentum medimno metior. De iis qui magnum & ſubitum lucrum expectant. Medimnus eſt modiorum 6, ſextariorum 72, ſiue librarum 108.

MEDIOLANVM, urbs Italiæ populoſa. direpta ab Attila.

*Perſeus præſtigiarum perum.* MEDVSA, quę & Gorgône. Perſeus, Danaes & Iouis Pici F. oẽs myſticas phãtaſias, id eſt arcanas præſtigias edoctus, cũ peculiare ſibi regnũ inſtituere uellet, Medicum contempſit: multasq́; regiones peruagatus, puellam uirginem uidit ſqualidam & deformem eamq́ue intuitus, quæ uocetur, rogat? Illa: Meduſa inquit. *Meduſa.* Amputato itaq; capite eius (*ἐτέλεσεν αὐτὴν*, initiauit) cõfecit id, ut edoctus fuerat, atque geſtabat: eoq́; percellebat & tollebat omnes intuentes. Id caput Gorgonem appellauit, ob actionis celeritatem. Inde in regionẽ profectus, quæ Cepheo regi parebat, puellam uirginẽ, Andromeden nomine, in templo repertam, uxorem ducit (*καὶ κτίζει κώμην εἰς πόλιν*, & ex pago urbem facit) uicumq́; condit in urbe quæ Amandra dicitur, erecta *Amandra.* ſtatua quæ Gorgonem geſtaret. ea dicta eſt Iconium, ob Gorgonis effigiem, ſeu *Iconium.* ſigillum, quod eſt Græcè *εἰκόνιον*. Bellum geſſit cum Cilicibus & Iſauris: urbemq́; Tarſum condidit, cum Andraſus antea *Andraſus.* diceretur. Nam cũ oraculo iuſſus eſſet, quo loco poſt uictoriam, ubi ex equo deſcendiſſet, pedem primò poſuiſſet: urbem condere, pro uictorię munere: eam Tarſum appellauit. Medis quoq; uictis, *Tarſus.* nomen regionis mutauit, ac Perſiam no*Medæ.*minauit. Edocuit etiam Perſarum quoſdã *Perſis.* quos Magos uocauit, nefaria ſacra Gorgonia. quo tempore globus ignis cœlo *Cœleſtis ignis.* delatus eſt: unde Perſeus ignem acceptũ à Perſis cuſtodiri, & ut cœlo miſſum coli iuſſit. Bellum cum Cepheo gerens, qui ob ſenium cæcus erat, cum caput Gor*Gorgone Perſeum interficit.*gones nullam in eũ uim haberet: ratus inutile id eſſe, ad ſe conuertit, eoq́; conſpecto moritur. Hoc poſtea filius eius Merrus cremauit.

*μεθερμόσω.*) Attentè me audi. Sicubi uerò quid perperam dixero, corrige.

*μέθεσθαι.*) Morem gere amicis, & curas iſtas miſſas facito.

*μέθη.*) Antiqui moris non fuit, uel ui*Ebrioſa religio.*no, uel ullis alijs deliciis ultra modũ indulgere, niſi deorum cauſa id facerent. Hinc ſunt *θοῖναι, θαλίαι, μέθαι*, quarum uocum origo cõuenticula religionis ergò atq; conuiuia declarat.

METHODIVS Olympi Lycię, ant Patararum, & poſtea Tyri epiſcopus, ſplendida & compoſita oratione libros ſcripſit contra Porphyrium: & Conuiuium decem uirginũ: & de reſurrectione ſermonem optimum contra Origenem, & alium contra eundem de Pythoniſſa & libera uoluntate. Scripſit & in Geneſin, & in Canticum canticorum commentarios, aliaq́; multa, (*χύδην ἀναγινωσκόμενα*)

quæ

quę paſſim legũtur. In extrema perſecutione ſub Decio & Valeriano, Chalcide, q̃ eſt in Oriẽte, martyrio eſt coronatus.

METHONE, urbs una ex Halcyoniis. Demoſthenes in Philippicis de ea quæ eſt in Thracia loqui uidetur: quam dum obſidet Philippus, dextrum oculum amiſit. Quatuor eſſe Methonas ait Deme- (Methone 4.) trius Magnes.

μέθυ.) Odoratum & ſuaue merum humi fundatur: ut & cinis tuus & oſſa uoluptate afficiantur.

MELAMPVS, diuinationũ gnarus. Symbolum illud Melampodẽ aut Poletem requirebat, qui res futuras optimè iudicare norant.

μελαμπύγου τύχοις.) In Melampygũ incidas. (Cercopes.) Melampygi duo quidã fuerũt, fratres improbi, Memnonidis filij. Qui cũ petulanter multa facerẽt: mater eos cauere iubebat, ne in Daſyproctũ, id eſt uirum hirſuto podice inciderẽt. Cum aũt in Herculem incidiſſent, ligno'q; alligati riderent: Hercules eos ridentes & circumſpectantes uidens, cauſam quærit. Illi uerò reſpondent, ſibi oraculum à matre datum, fore ut inciderẽt in uirum hirſuto podice. Hercules itaq; & ipſe ridens, eos dimiſit.

μέλαν.) Niger color contrahit uiſum.

μελαναιγίδας διόνυσος.) Melænægidam Bacchum hac de cauſa cõſecrarunt. Eleutheris filiæ, ſpectra Bacchi nigris caprinis pellibus amicti conſpicatæ, eum reprehenderunt. At is iratus, furore eas affecit. Pòſt Eleuther oraculum accepit, ad auertendum furorem, Bacchum Melænægidem eſſe uenerandum.

μελανίων σωφρονέστερ⊕.) Melanione caſtior. Hic nuptias fugiens, in ſolitudinẽ uenit: & in montibus habitauit, cane ſuo uenatus lepores, neq; præ odio domũ rediјt. adeò mulieres ille deteſtabatur. Nos uerò nihilo ſumus Melanione (ſaniores σωφρονέστεραι) modeſtiores. Ariſtoph. in Lyſiſtrate.

(MENALIPPEVM) Melanippeũ, ſacellũ eſt Melanippi Theſei filij, in Melita.

MELANIPPIDES Melius, Critonis F. Olympiade 6, uarus, ſcripſit Dithyrambis plurimos libros, & poemata uer ſu heroico, & epigrammata, & elegias, & alia plurima.

Melanippides, ex filia nepos ſuperioris, Critonis filius, qui & ipſe Lyric⁹ fuit, in Dithyrambica modulatione plurima innouauit, & apud Perdiccam tegẽ ætatem exegit. Scripſit & ipſe Cantica lyrica, & dithyrambos.

μελάνθιος.) De Melãthio & Morſimo (Melanthius.) ſic dicit Ariſtophanes: Ambo ſunt Gor- (Morſimus.) gones, guloſi, Batidum piſciculorũ ſpeculatores, harpyiæ, uetularum ſubagitatores, impuri, hircum olentes, piſciũ peſtes, contra quos magno ſcreatu edito atq; amplo, Muſa & dea feſtum hũc diẽ mecum per ludum agito.

MELANOPVS, affinis Diophanti oratoris.

MELANTIAS, quæ nũc uulgò Melitias dicitur. Thraciæ pagus, 102 ſtadiis Byzantio diſtans: qnem Athyras fluui- (Athyras.) us præterfluit: paulumq; progreſſus, & uerſus Cæciam uentum paulatim declinans, in Propontidem influit. Vnde nauale quoq; quod eſt in illo littore, nomen idem accepit.

μελιάγρια.) Radicibus eos Meleagriorum, & medullis calamorum excepit.

MELEAGRIDES aues paſcebantur in arce: alij Meleagri ſorores, alij familiares Iocallidis Lerneæ uirginis, quam ſu- (Iocallis.) pra modum uenerantur, in has aues mutatas eſſe tradunt.

μελέτη.) Qui Romanorum tirocinia (Romanorum) & exercitationes, prælia incruẽta: & prę- (gymnaſia.) lia, cruentas exercitationes dixerit, non aberrabit.

μέλει.) Prouerbiũ: Ego nõ (minus, id eſt æquè ac) magis iſtiuſmodi curo, quàm ranas in paludibus: μέλει μοι τῶν τοιούτων οὐδὲ ἧττον τ̃ ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων.

MELES, Homeri pater.

MELESERMVS, Athenienſis ſophiſta. Scripſit meretriciarum epiſtolarum lib. 14. Agreſtiũ unum: Culinariarũ unũ: Conuiualium unum.

μελησία.) Videt Meleſiam, & amat eã: ὁρᾷ τὴν μελησίαν, καὶ ἐρᾷ αὐτῆς.

μέλι.) Mel dulce quidẽ eſt ſenſui, ama- (Mel.) rũ aũt exhalatione, ac bilem facere dicitur, & cõuertere humores in ſui ſaporis contrariũ. Id quod argumento ſit, ortũ eius eſſe ex amariſſima natura.

MELIBOEVM. Olyzon urbs.

MELIBOEVS agricola, Oedipum educauit.

μελίνη.) Impunè auferebant uinũ, legũmina, panicũ, ficus. Omnia enim bona habebat regio illa, præter oleum.

μελιταῖον κυνίδιον.) Melitæ⁹ catellus. Canum alij ſunt ſagaces, alij feras inuadũt, alij domos cuſtodiũt: alij uoluptatis gratia aluntur, ut Melitæi catelli.

B Me-

Melite, ut Demoſthenes in oratione cōtra Cononē, municipiū eſt Cecropiæ tribus, dictū à Melite, quæ, ſecundū Heſiodū, filia fuit Myrmecis: Muſæo uerò autore, Dij, filij Apollinis.

*μέλιτος μυελὸς.*) Mellis medulla. De rebus ſuauiſſimis.

Melitus tragœdiæ poeta frigidior, improbo ingenio, * Socratē accuſauit. Ariſtophanes:

*Caricæ cantilenæ.*

*Obliqua Meliti Caricorum carminum.*

Caricæ cantilenæ fuerunt lugubres.

Melitus Lari F. Athenienſis orator, cū Anyto Socratē accuſauit. Fecit & comœdias, & lapidatus eſt ab Athenienſibus *. Fuit tēporibus Zenonis Eleatæ, & Empedoclis. Scripſit de ENTE. aduerſatus eſt Pericli: & dux Samiorum nauali prælio pugnauit, cum Sophocle tragico Olympiade 84.

*Interitus duorum amantium.*

*Meretricia cupiditas & inſolentia.*

Melit⁹ amat Athenis adoleſcentē nobilē & diuitem. Erat is adoleſcentulus & magnifico genere ortus, & forma prædit⁹ incōparabili. Amatori nomē erat Melitus, formoſo Timagoras, ut aiunt. Erat aūt immiſericors & inexorabilis ille puer, multaq; amatori laborū & periculorū pleniſſima imperabat, quę parū ab interitu abeſſent. Eæ res erant, ut canes bonos uenaticos peregrè adduceret: & equū hoſtilē cuiuſcunq; generoſum & ferocē: alterius elegantē chlamydem, & id genus alia. Deniq; aues etiā apportari ſibi iuſſit cuiuſcunq; altiles, & ſeruos miro genere natos. Enimuerò cū hęc quoque attonitus ille amicus cōfeciſſet: formoſo donabat magnā & precioſam rē, ea quæ iam dicta ſunt. At hic immani ingenio, etiā illa repudiauit. Melitus itaq; amore ardēs atq; inſaniēs, atq; etiam ſui contemptū indigniſſimè ferēs, feſſus irritis ſimul & infinitis ęrūnis, incitato curſu in arcē ſe ꝓripuit, & de rupib. deiecit. Nō tamē uindex iuſticia, inſolentē & cōtemptorē puerū irridere paſſa eſt Meliti interitū. Nā auib. acceptis. & in ulnas impoſitis, illius ueſtigia perſequēs, quaſi uiraherēt à calamitoſo ſodali, ſe poſt Melitū eodē ex loco pręcipitauit, tardus & inſelix redamator. Eius calamitatis ſimulachrum eo loco poſitum eſt, puer formoſus & nudus, gallos duos admodum generoſos in ulnis ferens, & in caput ſe præcipitans.

*O præclarū monumentū.*

*Mortuorum uiaticum.*

*μελιτοῦττα.*) Mellitam placentā Trophonij oraculū peritur, ſerpentibus, ut putabāt, afferebāt. Mortuis item mellita placenta dabatur, ad placandū Cerberū: obolus, quem nautæ darent: & corona, ut uitæ certamine perfunctis.

*μελόμενοι.*) Deo ſe charos eſſe credebant, quòd genio illi curæ eſſent.

*Rex philoſophus.*

*μέλλον.*) Quamuis rex, & Perſa, tot gentium & negociorum curis diſtrictus: nihilominus doctrinā aliquātiſper deguſtare, & illius gloria illuſtrari uolebat.

*Nicias.*

*μελλονικιᾶν.*) Ariſtophanes: Nō eſt oſcitandū nobis, neq; Niciæ exēplo ceſſandū: ſed primo quoq; tēpore gerēda res eſt. Nicias Nicerati F. differebat expeditionem Siculam. Tardus enim erat in exeundo, & (ut obtrectatores dicebāt) non (*προνοητικὸς. f. πρακτικὸς*, ſtrennuus) prouidus, ſed cunctator.

*Ceſſatio.*

*μέλλω.*) Sophocles: Dum ſubinde ceſſo, remq; differo: ſpem & quam habui, & quam non habui, perdidi.

*Plus ergo gētili quam merito tribuitur.*

Melchisedec, ſacerdos Dei, rex Chananæorū. Is urbē in Sione mōte cōdidit, Salemq; dixit, hoc eſt *εἰρηνόπολιν*, Pacificā: in qua cū regnaſſet annos 113, obijt, uir iuſtus. & (*παρθένος*, per omnē ætatem caſtus) uirgo. Genealogia uerò eius nō explicatur: quòd prorſus non eſt de Abraami ſemine, ſed genere Chananæ⁹, & ex deteſtabili ſatu oriundus. Quāobrem genealogiæ honore caret. Minimè nāq; decuiſſet, eū qui ſummæ iuſticię cōpos eſſet, cum ſumma iniuſticia prædita familia coniungi. Itaq; cum & patre & matre carere dicūt. Natione autem fuiſſe Chananæum, cùm ex eo clarū eſt, qđ in climate Chananæo regnauit: & quòd improbiſſimis Sodomis uicinus fuit: tū etiam quòd Salem, cuius rex erat, celebris illa eſt Hieroſolyma, ſyllabis Hiero ueteri nomini adiectis. Cum de gente Melchiſedecitarum audieris aliquid, memēto dicti Apoſtolici, alterius eam eſſe generis, Chananæi.

*CHRISTI SACERDOTIUM.*

Melchiſedec ſacerdos non Iudæorū tantum, ſed & gentiū: ſic & Chriſtus nō pro Iudæis ſolùm, ſed etiam pro uniuerſis hominibus ſeipſum obtulit Deo. Auſpicatꝰ aūt ſacerdotiū ea nocte, poſtquā ſupplicium pertulit, cū accepto pane, & gratiis actis, eū fregit, & dixit: Accipite, edite, & reliqua. Hic Melchiſedec Abraami tempore floruit, uir religioſus, ethnicus, genus ducens à Side, filio Aegyptiorū regis (*τῆς λιβύης.*) Libyæ.

Melchiſedec rex Chananæorū, & ſacerdos ſummi Dei, Abraamo à bello reuertēti occurrit, & panib. ac uino oblatis,

tis,illi dixit: Benedictus Abraã Deo ſummo,qui condidit cœlum & terrã: & benedictus Deus altiſſimus, qui hoſtes tuos poteſtati tuæ ſubiecit. Abraam autẽ decimas omnium ei dedit. Melchiſedec ſignificat regem pacis.

MELCHOM,idôlũ quoddã. Sacrę autem literæ ſimulacra προσοχθίσματα καὶ βδελύγματα,id eſt offendicula & piacula uocant,quòd inuiſa & deſpuenda ſint.

*Socordia populi ambitioſi.* μεμαγμένη μάζα.)Placenta ſubacta,ſiue parata. De bonis quæ in promptu ſunt. Prouerbium,μάζαν μεμαχὼς τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην,Placentam ſubegit à me ſubactam:id eſt ſalſam alienæ gloriæ hæreditatem cernit.

μεμαυῖα.)
οὐδὲ γὰρ ἐν θνητοῖσιν ἐδύνατο καὶ μεμαυῖα,
εὑρέμεναι κλωθὼ τῷ δ᾽ ἕτερον φονέα.
*Nec enim inter mortales potuit,quãuis quæritans.*
*Reperire Clotho huic alium interfectorem.*

μεμιλτωμένον.)τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. Funem rubricatum fugiunt. Ariſtophanes:Cum Athenienſes in concione ſegnirer conuenirent, ſolebant duo miniſtri fune rubricato extento per forum,turbam in concionem compellere:ut ait Plato comicus. Qui uerò inuncti erant,mulctam ſoluebant.

MEMNON,qui ad Troiam militauit; dux Aethiopũ fuit,cũ Aethiops nõ eſſet ſed è Suſis Perſicis,& Choaſpe fluuio,illius loci gentibus imperans.

*Victimæ.* μεμυαλωμένα.) Lex uictimas pingues & integras flagitat, eodẽq; modo Malachias propheta:& execratur eos, qui cũ tales habeant,mutilatas offerant.

*Auus ſæpere mauult quàm olere.* μεμύρωμαι.) Ariſtophanes: O' me beatam, quæ caput præſtantibus unguentis delibutum habeam. Ea tamen multum ſuperantur à Thaſiis urnulis.

MEMPHIS (Menuphis) bos Soli ſacer fuit, ut Apis Lunę apud Aegyptios.

MENANDER Athenienſis,comicus antiquus:& Menãder alius Athenienſis, Diopithis & Hegeſiſtrates F. celebris apud oẽs,nouæ Comœdiæ poeta,ſtrabis quidẽ oculis,ſed acuto ingenio, & inſanus mulierũ amator. Scripſit comœdias 108,& epiſtolas ad Ptolemæũ regẽ, & alias plurimas orationes proſa.

Menãder Laodiceæ natus, quæ eſt ad Lycum fluuium,ſophiſta, ſcripſit cõmẽtarium in Hermogenis artem, & Minuciani progymnaſmata, & alia.

Menãder Protector hiſtoricus, ſic de ſeſe ſcribit: Mihi pater eſt Euphrates Byzantinus,minimè ille quidem eruditus. Herodotus mihi frater eſt, qui legũ doctrina deguſtata,ab eo ſtudio receſſit. Ego uerò & leges non negligendas eſſe, & ad finem laborum perueniendum exiſtimaui:idq; feci ut licuit, minimè tamẽ eius ſtudij profeſſione ſum uſus. Neque enim cordi mihi erat cauſas agere, aut regiã porticũ frequentare, & eloquẽtiæ facultate curas aliorũ in me transferre. Itaq; reb. ſeriis neglectis, amplexus peſſima hianti ore circuiui. Ac placuêre mihi ſtrepitus (χρωμάτων,colorum,ſ. ἁρμάτων)curruũ, & equorũ decurſiones, atq; etiã pantomimorũ ſaltatio. Adhęc,& palæſtras ſum ingreſſus: eoq; demẽtiæ ueni,ut & penulã exuerẽ, & ueſtẽ illi proximã, & quicquid ad uitæ ornatũ facit. Poſteaquã uerò Mauricius imperatoriã poteſtatẽ ſuſceperat, cùm ſolicit[9] maximè de populo, tum Muſarũ amator, & poematũ atq; hiſtoriarũ auidus auditor, ut qui & magnã partem noctis in iis ſtudiis conſumeret, & pecuniis hebetiora ingenia acueret & excitaret: perlibenter ego tum oberrans, & ęger animo, quòd non ea quibus eſſet opus haberem: reputabam,non decere me fruſtrà oberrare. Itaque ne prorſus nihil agerem, hanc hiſtoriam ſcribẽdam ſuſcepi, ab obitu Agathiæ auſpicatus.

*Doctus,ſed ignauus & uoluptarius.*

*Mauricius imperator.*

*Paralipomena Agathiæ.*

MENDA,urbs ab Eretrienſib. cõdita.

MENDE,urbs una ex Pellenæis: unde Mendæus.

MENDEN appellant Pana Aegyptij, à captino uultu:eũq; colunt,ut procreatricis facultatis præſidem(eſt enim ſalax hoc animal) itaq; uenerantur, ut capris non ueſcantur. *Pan.*

MENDESII ędes fuit apud Aegyptios, in qua ſimulacrũ fuit caprinis pedibus,intento inguine. *Huic rigidum cornu durum inguen erat.*

μενδήσιον κέρας.)Mendeſium cornu: id eſt,oſtium Nili.

MENECRATES comicus,de cuius fabulis eſt Manector,ſiue Hermionẽſis.

Menecrates, Syracuſanus medicus, qui ſacrum morbum curabat, nullã mercedem accipiebat: ſed à ſanatis poſtulabat,ut ſe ipſius ſeruos eſſe faterentur: ſeque Iouem appellabat, & deos quos ſanauerat,nomine cuiq; indito,alij Mercurij,alij Apollinis. *ἱερὰν νόσον θεραπεύειν*

MENELAVS,frater Philippi,à patre: ut Demoſthenes tradit in Philippicis.

Menelaus Aegæus, poeta heroicus,

Thebaidem ſcripſit libris 12, & alia.

*μενετοὶ θεοὶ, καὶ μὴ ἀποδιδῶσι μιαρτίας.)* Dij ſunt placabiles, nec ſtatim flagitia ulciſcuntur.

Mενιππυς, comicus, cuius fabulæ ſunt Cercopes, & aliæ.

Heu tibi uirum politicum.

*μένων.)* Olympias in ſuis cõſiliis pſeuerabat. Menõ Athenieſis haud obſcurè di uitias appetebat, & magiſtratus, quò plꝰ acciperet: & honorari cupiebat, ut plus lucraretur: & potẽtiſſimorum amicitias ambiebat, ne facinorũ ſuorum daret pœnas. Expeditiſſimã cõficiendi quæ uellet uiã, fraudes, mendacia, periuria credere: candorẽ & ueritatem ſtulticiam putare. Amari ab eo neminem cõſtabat: cui uerò ſe amicũ profitebatur, ei haud obſcurè inſidiabatur. Hoſtem nullum deridebat: ſed quaſi familiares ſuos omnes derideret, ita perpetuò loquebatur. Hoſtiũ poſſeſſionib. non inſidiabatur (difficulter enim auferri putabat res eorũ, q eas cuſtodirent) ſed res amicorum, ſolùm ſe ſcire putabat, incuſtoditas facilimè ſurripi. Quos periuros & iniurios eſſe norat, ut probè armatos metuebat. Viris autem ſanctis & ueri amantibus, ut effœminatis utebatur. Sicut alij religione & iuſticia gloriantur: ita Menon facultate fallendi, commentis mendaciorum, & deriſu amicorum gloriabatur. Non callidum neq; uerſutum, rudem & indoctũ iudicabat. Apud quos primo loco eſſe cupiebat, * principes amicorum calumniando, parãdas eſſe amicitias opinabatur. Societate iniuriarum efficere ſtudebat, ut milites dicto audientes haberet. Coli & obſeruari ſe uolebat, oſtentans ſe & poſſe & uelle facere iniuriam. Si qs ab eo deſciuiſſet: in beneficij loco commemorabat, quòd familiaritate eius uſus, cum non perdidiſſet.

*μεραρχίαι.)* Merarchiæ ſunt duæ chiliarchiæ uirorum, 2048. Appellant & Telos, & Merarcham Telarcham.

*μερὶς οὐ πνίξ, ἢ μερὶς οὐ πνίγει.)* Cum robuſtiores uictum imbecilliorum raperent, eosq́; iugularent: cum ſe defendere illi non poſſent: excogitata eſt partitio, & ꝗquam quolibet partem accipiente, clamatum: Portio, non iugulatio: uel, Portio non iugulat.

*μερίτης.)* Polybius: Cuſtos ſtatim aperit, ſperãs ad ſe quoq; aliquid prædæ per uenturũ: quòd eorũ quæ apportarentur particeps eſſe conſueſſet.

*μερμερίης.)* Mermeroes nobis ſignificat, non eſſe bonam regionem, neq; armis uindicandam, neque regia expeditione dignam: ſed eſſe ex gentibus Caucaſi accolis.

Mερoε, inſula Oceani. *εἰ καὶ πλοτέρω μερόης τὸν ἴχνος ἐρείσης:* Etiãſi ultra Meroen tuum ueſtigium fixeris.

Mερoπις, Cos inſula.

Mεσσαπιονεμ tyrannũ Proxenus Athenienſibus ait intuliſſe bellum.

*μεσεγγύημα.)* Pecunia depoſita apud ſequeſtrem, communem amicum, quò rata ea ſint, quæ duo inter ſeſe pepigerint in rebus parum probatis, quęq́; non ſunt è republica.

*μεσοβασιλεὺς.)* Interrex. Poſt mortem Romuli, cum Romæ interregnum eſſet, annum totum Senatus autoritatem rerũ cõmuniũ adminiſtrandarum habuit, quinq; dierũ principatu illuſtrorib. ſenatoribus per ſucceſſionem delato, quos Interreges nominarunt.

*μεσολαβηθεὶς.)* Filio perſuaſit, ſi ipſe fatis interciperetur, ut bellum Romanis inferret.

Mεσoμεδεσ Cretenſis, lyricus, Adriani temporibus, ſiue libertus eius, ſiue ex præcipuis amicis. Scripſit in laudẽ Antinoi, deliciarũ Adriani, & alia diuerſa carmina. * Antoninꝰ Syllæ ſepulchrũ peruestigatũ inſtaurauit, & Meſomedi cenotaphium excitauit huic, quòd & cithara canere didiciſſet: illi, qđ eius crudelitatem imitabatur.

Adrianus.

Antinous.

Antoninus.

*μέσον.)* Medium, quod paris & æqui eſt particeps. Nam in moralibus uirtutibus, exceſſus & defectus inter ſe contrarij, in uitio ſunt: habitus autem inter eos interiecti, ſunt alterius generis, & ad uirtutem referuntur. Fit autem, ut non mediæ modò ſint uirtutes, ſed & utriſq; extremis contrariæ. Nam è paruo & magno, quorũ hoc in exceſſu, illud in defectu cernitur, id quod inter ea interiectũ eſt, par & æquale eodem genere continetur. Eſt igitur propriè medium, quod cõmiſtione extremorum eſt tale: neceſſarioque ſub eo genere eſt, ſub quo ſunt extrema. Virtus autem nõ ita media eſt uitiorum. Aequiuocè enim dicitur mediũ. Nam in circulo mediũ dicitur, centrum. Sed & in terminis medius dicitur, qui alteri ſubijcitur, de altero prædicatur: atq; adeò qui bis ſumitur in cõplexionibus propoſitionũ, & ſimilibus. Dicitur enim medius, ſi utriuſque extremi ſit particeps. Poſitu enim & miſtione, &

Medium eiuſdem generis diuerſi.

Medius terminus.

tem.

tẽperie affectionis, in omnibus cauſam medius habet. Homerus:

ἐς μέσον ἀμφοτέροισι δικάσατε,

*In medium utriſq; iudicate:* non eſt, in mediũ pgreſſi, ſed mediè iudicate, neq; illi gratificãtes, neq; mihi. Deinde ſubijcit, οὐδ' ἐπ' ἀρωγῇ, Neq; opitulãdi gratia. ἐγὼ δ' ἔχομαι μέσος, Ego medius teneor. i. uictus ſum: à ſimilitudine pugilũ. Medietas & modus nõ poteſt plus & minus fieri: exceſſus uerò & defectus, poteſt: qui quia infinitè procedit, eò infinitã dyadẽ eum dixerunt. ἀόριστος δυὰς.

*Medium plus & minus excludit.*

μεσρὶμ.) Meſrem Chami F. à quo etiã Aegyptus Meſrẽ, quæ nũc Meſer dicitur. Chami tabernacula, id eſt, Aegyptus.

μέτα.) O' improbum caput: nihil hæc ad te, nihil.

*Hæc regio tantundem mea refert,*
*Quantum ueſtra. Doleo autem & fero,*
*Vrbis omnia ægrè negocia.*

*Mutatio.*

μεταβολὴ.) Mutatio fit quatuor modis: corruptione, alteratione, incremẽto, decremẽto. & in quatuor cernitur categoriis: in eſſentia, ut ort⁹ & interitus: in quãtitate, ut incrementũ & decrementũ: in qualitate, ut alteratio, cuiuſmodi eſt fieri nigrũ, fieri candidũ: in loco, ut ſurſum, deorſum: in Lyceo, in foro. Magis tamẽ ad motionẽ pertinet mutatio. Quod enim mouetur, eſſe oportet ut moueatᷓ. quod uerò fit aut interit, non manet qđ fuit (ὃ ἐστι κινούμενον, cũ mouetur) & quia id quod mouetur in eo ipſo ſubiecto habet mutationẽ, motu nihil ad eſſentiam ſubiecti cõferẽte. Sed quod oritur & interit, non in ſubiecto oritur, ſed uelut è materia in formam mutatur id quod oritur, & interit uiciſſim.

*Mutatio ſeu auerſio militaris.*

μεταβολὴ.) Eſt etiam mutatio, quæ bis in idem fit inclinatio, in tergũ uultus armatorum transferens: aut duo diſcrimina, unum ab hoſtibus, quod & epuram uocant, alterum ad hoſtes. Alij ſic eã deſcribunt. Mutatio eſt, translatio prioris ſuperficiei, ad ſuperficiem, quæ in cauda eſt, aut ab hac in contrariam. ac mutatio ab hoſtib. fit, cũ bis inclinarint in haſtam: ad hoſtes, cum bis in clypeum.

μετὰ τοσούτων μαίνεσθαι καλόν.) Cum ægrotis inſanire pulchrum eſt. Mores accommodandi ſunt iis qui adſunt. Huic illud ſimile eſt, ὁ μαινομένοις μὴ συμμαινόμενος, οὗτος μαίνεται: Qui cum inſanis non inſanit, is inſanit.

METAGENES Athenienſis, ſertii filius, comicus. ex fabulis eius ſunt, Auræ, Mãmacuthus, Thurioperſæ, Philothytes, Homerus ſiue Aſcetæ.

μεταγειτνιών.) Metagitnion, alter menſis apud Athenienſes, quo Apollini Metagitnio ſacrificant.

*Contumaciæ.*

μεταδιδάξαι.) Neq; duci aliud docenti parebãt: neq; quitante illo & ſupplicãte, precibus mouebantur.

μεταδοῦναι ἄρτου.) Imperti egenti panem.

μετὰ λέσβιον ᾠδόν.) Poſt Lesbiũ cantorẽ. Prouerbiũ de iis dicitur qui ſecundas ferunt. nam Lacedæmonij Lesbios citharœdos primos aduocabant. Cum enim urbs eorum inquieta eſſet: oraculo iuſſi ſunt Lesbium accerſere cantorem. Itaq; Terpandrũ, ob cædem exulantem, Antiſſa accerſitũ, in Syſſitiis cum audirent, acquieuerunt. Lacedæmonij in ſeditione Lesbo accerſiuerunt muſicũ Terpandrũ, qui animos eorũ cõpoſuit, ſeditionẽq; cõpeſcuit. Si quando igitur muſicũ aliquẽ audiebãt Lacedæmonij, dicebãt: Poſt Lebium cantorem.

*Terpander Lesbius.*

μεταλλᾷς.) τῷ τί μεταλλᾷς οὗτον μυχὸν ὦ φιλόλυχνε: Quid uerò angelum hunc perſcrutaris Philolychne? id eſt, amans lucernarum.

*Iupiter Picus.* ☿ *Faunus. Metalla.*

μεταλλεὺς.) Fannus filius Pici, qui & Iupiter, quẽ de ſtellæ erratis nomine Mercurium appellarunt, metallum inuenit auri & argenti & ferri: eorumq; fabricã tradidit Occidentalibus. Vnde à populaſribus dator diuitiarum eſt appellatus.

μεταμαθεῖν.) Si nunc ſaltem id quod è re ueſtra eſt, amplexi fueritis: nihilo deteriore conditione eritis. Ariſtophanes in Pluto: Non mutares ingenium? Non ſi mihi dares Plutum ipſum, aut Batti ſilphium.

*Vices rerum humanarum; Deo immobili.*

μεταμέλεια.) Pœnitentia, affect⁹ humanus. In Deũ enim nulla cadit pœnitẽtia. In mutationes uerò certo cõſilio res humanas ſinit incidere. ſicut Iudeorũ ſacerdotium terminauit: & regnũ Aſſyriorũ, Babylonis, Macedonum ſuſtulit.

μετὰ μουσῶν.) Cum Muſis. De erudito, aut communiter, de indocto erudito rum conſuetudine utente. Legendum eſt cum geſtu.

μεταξὺ.) Traianus ſocietate laborũ leuabat multitudinis defatigationẽ, & inter proficiſcendũ aliàs aliter ordinabat. Alexander inter bibendum, & ebrietate incenſus, rixari cum Clito cœpit: & haſta ſatelliti rapta, quaſi furore percitus, Clitum traiecit.

*μεταξυλογία.*) Cũ intermiſſo pauliſper propoſito, alia de re uerba fiunt.

Hæſitationis remedium ab erratio à propoſito. Socrates.

*μεταπήδα.*) Celeriter cũ hæſitaris, ad aliam ſententiã tranſilito. Hoc dicto Socratẽ uult deridere, ut qui in quæſtionibus uexetur, & præ anguſtiis aliò tranſiliat. Docet igitur eũ, ſicubi aliqua de re dubitaris, celeriter ad aliã ſententiã tranſilito. Qui aũt alij pręcipit, ipſe nimirum periclitatus eſt ea quæ præcipit.

*μεταποίνιον.*) Iuſticiam, inſpectricem uniuerſi, Metapœnion, id eſt uindicem ſiue ultricẽ appellãt, ſcelerũ cõſectatricẽ.

*μετὰ τὴν ἐν μαραθῶνι μάχην: καὶ, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία.*) Poſt Marathoniã pugnam: &, Finito bello, auxilia. De iis qui rei gerendæ tempus negligunt, ſeroque ueniunt.

*μεταφέρε σκοπόν.*) Mutari nos decet, & rem gerendam ſuſcipere.

*μεταχρονία* (*μεταχθονία:*)

*τίς γὰρ ἐμοί σου μισθὸς ἐπάξιος, ἢν σε διδάξω*
*ὑψοῦ ὑπὲρ πόντου μεταχρονίην πετέσθαι;*

Aquila. Cochlea.

*Quę nam mihi abs te digna merces dabitur,*
*Si te docuero ſublimem ſupra pontũ & tellurem uolitare?*

*μέτιχος.*) Adeò mẽdic⁹ obiit, & inops à pecunia, ut è publico ſepeliretur.

*μετέβαλετο.*) Simulatq; in conſpectum uenit, defecit ad hoſtes.

*μετῆλθε.*) Homo (*κατὰ πάντα νεώτερος*) per omnia iunior, & magis etiã principatu elatus, ultrò ſe contulit ad Barbarum.

*μετεμελήθη.*) Pœnitentia in Deo non eſt. Sed pœnitentiam dicit, caſtigationis ceſſationem ſeu finem.

*μετεξέτεροι.*) Herodotus: Horũ alij cubitũ, alij ad ludendã aleam abierunt.

*μετεωρισθέντων.*) Bœotios rebus ſecundis elatos Chabrias caſtigauit.

*μετεωροκοπεῖν.*) Temerè & fruſtrà laborare. Philoſophos Ariſtophanes in Nubibus *μετεωρολέσχας* appellat, quòd de rebus cœleſtibus garriant.

*μετέωρος.*) Satellites ſublimẽ arreptũ Syphacẽ, ad Triacontopoda perlatũ (loci nomen id eſt, à XXX pedibus factũ) deiecerunt. Erant animis dubiis & incertis, quò res euaſura eſſet.

*μετεωροφένακες.*) Quaſi ſublimimpoſtores, aut Sublimicaluinos dicas, qui cõmemoratione rerum ſublimium decipiunt homines.

*μέτζον.*) Ob iniuſtas cædes uindicta pſecuta eſt Athenienſes, ſterilitate afflictos.

*μετὸν.*) Ariſtophanes: Ne fur quidem ullus erit, ditatis omnibus. Quis enim furaretur, cum haberet ipſe?

*μέτων.*) Meton medicus & aſtronomus optimus fuit. Huius eſt annus qui Metonis dicitur: & eius donariũ & monimentum quoddam in Colono eſſe dicit Calliſtratus, ſiue fontem eò induxerit, ſiue ſimulacrum aut aliquid aliud aſtronomicum parauerit.

*μετρείτω.*) Atiſtophanes: *πυροὺς πεινῶσι μετρείτω*, frumentũ eſurlentib. meriatur.

*μέτρησον.*) Heſiodus: Cura, ut bene tibi metiatur uicinus: bene etiã reddito. Theopompus in Cauponibus: Imperti, aut mutuò dato, aut primùm accipe.

*μετριοπαθεῖν.*) Ariſtoteles ait, ſapientẽ moderatis quidem eſſe affectibus, ſed non expertem eſſe affectuum. *ἀριστοτέλης λέγει τὸν σοφὸν μετριοπαθῆ μὲν εἶναι, ἀπαθῆ δὲ μὴ εἶναι.*

*μέτριος.*) Mediocris, uel moderatus, ſiue is qui (*μεμετρημένην*, dimenſas.) modicas facultates habet: ſiue qui eſt ingenio moderato.

*μέτριοι.*) Athenis Seleuciam Syrię profectos Aſclepiodorus, mores hominũ cõſiderabat, & in toto illo circuitu ſe in tres tantũ moderatos homines dicebat incidiſſe: Ilapiũ philoſophũ Antiochiæ: Laodiceæ Syriæ altera urbe, Marẽ, iuſtiſſimũ noſtrę ætatis hominum: & Domninum philoſophũ cognomẽto Ariſtidẽ. Ilapius. Mares. Domninus.

*μετρονόμοι.*) Magiſtratus quidam Athenis fuit, XV uirorum in Piræeo, nonem in urbe: cui curæ erat, ut uẽditores iuſtis menſuris uterentur.

*μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρως μάζαν ἔδοντες.*) Menſura aquã bibentes, ſine menſura placentas edentes. Sybaritæ, homines inſolentes & ebrioſi, à Crotoniatis interierunt. Horũ reliquiis hoc oraculum datũ eſt, quod in prouerbium abiit.

*μετοίκιον.*) Inquilinus ſeu incola eſt, qui in alia urbe natus, in alia habitat, neque ad breue tempus ibi uerſatur ut hoſpes aut peregrinus. Soluebat aũt quotannis 12 drachmas uir, mulier 6. Soluente matre, nihil ſoluebat filius: filio, mater. Idẽ tributũ & ſerui à dominis manumiſſi pẽdebant. Acceſſiſſe ferunt & triobolum, quod fortaſſe publicano daretur. Id tributum qui non pendebant inquilini, ad (*πωληταὶς* uenditores) ciues adducti, ſi cõuicti eſſent, uendebãtur. Inquilinos etiã naues conſcendere iubebant, ut Demoſthenes in Philippicis ſignificat. Eoſdẽ Comici *σκαφέας* uocant, quòd in pompis ſcaphas ferrent.

*μέτοικοι.*) Inquilini, pars ciuium uilis, ut paleæ hordei. Ariſtophanes: Inquilinos paleas ciuium dico.

*μετοιωνίσασθαι.*) Mutare inauſpicatū augurium:de integro aues conſulere.

*μέχρι τῶν ἀμφωτίδων.*) Vſq; ad ambas aures. De ijs qui ſupra modū repleti ſunt.

*μειαγωγεῖν τὴν τραγῳδίαν.*) Tragœdiam ad libram adducere:id eſt, expendere nū redundet aut deficiat. Cū aliquis filium adultū ad Phratores introducebat, uictimam certo pondere iuxta eū ſtatuebat, nec minus dare licebat. Ea oue lancibus impoſita, qui circūſtabāt, *μεῖον μεῖον*, id eſt minus minus eſt, per iocū & deriſum clamitabāt. Eam ouē oportebat minus habere certo pōdere, propter oſtētatores.

*μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης.*) Magis uociferatur lauro, quæ uiridis crematur. De clamoſis.

*μεῖον.*) Ad augendam uirtutē, & uitia minuenda, toto animo incumbebat, nihilominus quàm Socrates ad inueſtigationem ueritatis, Nam is quoq; à XXX tyrannis, diſputationibus interdictus, illi interdicto parêre non potuit.

*μείω.*) Xenophon: Cyrus Araſpæ exploratori dicebat: Ne minores facito ueris, neq; extenua res hoſtiū. præſtat enim eas opinione minores uidere, quàm auditis maiores inuenire.

*μή.*) Callimachus: *ἠρνεόμην θανάτοιο πάλαι καλέοντες ἀκοῦσαι μὴ μεταδεῖν.* Negaui pridē me mortē uocantē exaudire, * ut paulo pòſt te mortuum deplorarem.

*μὴ ἀποσκορακίσῃς με.*) Ne me in malam rem eijcito.

*μηδ' ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθοὺς, μηδ' αὖ πλαδίῃ.*) Ne ſpina quidē pupugerit bonos, ac ne ꝓpè quidē acceſſerit. Hoc eſt, procul à me aberit iſtud quod dicis.

*μηδ' ἀμελῶ.*) Non negligo. De ijs qui aliquid contemnunt.

*μηδὲ κάρφος κινεῖν.*) Ne feſtucam quidē mouere. De homine quieto.

*μηδὲ μέλι, μηδὲ μελίσσας.*) Nec mel, nec apes. De ijs qui unà cum bono, mali aliquid ferre nolunt. (ieris.

*μηδεὶ μακρὰν ἀπέλθῃς.*) Ne longius ab-

*μηδέν ποτ' εἴην ἄλλο πλὴν θεῷ φίλος.*) Nihil unquā fuerim aliud, niſi Deo charus, Dū ſub eius ditiōe & potētia numeror.

*μήποτε δουλεύσασα γυνὴ δέσποινα γένηται.*) Abſit, ne mulier quæ ſeruitutem ſeruijt, domina fiat.

MEDEA Colchica, Aeetæ filia, ueneficiſſima (ut ita dicā) omniū mulierū, effecit ut Iaſon ignē ſpirātib. tauris aratro iunctis, citra noxā terrā ꝓſcinderet. Itaq; aureo uellere potitus, Medeā abduxit.

*μηδικὸς ἔρανος.*) Medicis tēporibus decretum factum eſt, ut quiſq; pro uirili tributum conferret.

*μηδισμός.*) Pauſania Perſicæ proditionis conuicto, in idem crimen & Themiſtocles uocatus eſt.

*μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί.*) Ne date ſancta canibus.

*μήθ' οἷς ἐχθαίρεις ὑπερέχθες, μήτ' ἐπιλάθου. χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός.*) Neq; ultrà quàm ſat eſt exerceto inimicitias, neq; obliuiſcere. Tempus enim commodus Deus eſt. f. *καιρὸς* Modus.

*μήθ' ὑπὸ νεότητος θρασύνεσθαι, μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμβλύνεσθαι.*) Neq; adoleſcentia inſoleſcas, neq; ſenectute hebeſcas.

*μὴ κινεῖν καμάριναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.*) Ne mouete Camarinā: immotā em̄ eſſe præſtat. De ijs qui ſibijpſi nocēt. Camarinā aiunt paludē eſſe, urbi eiuſdē nominis uicinā: quam cū Camarinæi aliò deriuaturi eſſent, oraculo moniti ſunt, ne id facerent: ſed cùm Deo non obtemperaſſent, damnū eos feciſſe. Alij Camarinam fœtidā ſtirpem eſſe dicūt, cuius ramos agitatos peius etiam olere.

*μὴ κινεῖν ἀκίνητα, μηδ' ἄκρῳ δακτύλῳ. μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον.*) Ea quæ mouenda nō ſunt, ne extremo quidē digito moueto. Ne moueto malū bene ſitū. In eos q ſibi ipſi per ignorantiā mala accerſunt.

*μῆκος φάλαγγος.*) Lōgitudo phalāgis. Prima cohors è manipulorū ductorib. quæ rectà extēdit, à cornu ad cornu pertinens. Vocatur & facies & os, & frōs, & acies, & protolochia, & protoſtatis. Series hāc pari ordine inſequens, alterū iugū dicit, & tertia tertiū, & ſic deinceps.

*μηκύβερνα.*) Mecyberna, Thraciç urbs, ſtadijs 20 diſtans Olyntho.

*μήλιος ἡρακλῆς.*) Melius Hercules. De uilibus. Nam cū bos effugiſſet, quē Herculi immolaturi erāt, (*μῆλον*, ouē) malū quatuor ramis impoſitum ſacrificatunt.

*μήλης ἐντιθείσης.*) Mele (medicū quoddam inſtrumentū eſt) oculo inſerta, non percipimus ſenſilia: neq; interiectum & quemuis aerem, ſed illuminatum. Et hæc cauſa eſt, cur ſenſus ſua ſenſilia non percipiant.

*μηλιακὸν πλοῖον.*) Meliacū nauigium. De ueteribus & perfluentibus nauigijs. Tradūt Hipporen, in coloniam abiturū; eos qui nauigare unà recuſarēt, execra-

tum:precatum eſſe,ne unquam ſolidam haberēt nauē,& ut parerent mulieribus.

MELOBIVS unus è 30 tyrānis apud Athenienſes, cuius meminit Hyperides in oratione contra Autoclem.

*μηλόβοτος.*) Deliberanti quomodo tractanda urbs eſſet, Thebani autores fuerunt,ut Attica in ouiū paſcua conuerteretur. Phocenſes uerò ſunt refragati.

*μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων.*) Ne uerba ꝓ farina. De ijs qui facta,nō uerba poſtulant.

*μῆλος.*) Melus,& urbs & inſula.

*μήλῳ βληθῆναι.*) Malo petitū eſſe. De ijs qui ad amorem inuitantur.

*μή με παρόψει.*) Ne me neglexeris.

*μή μοί ποτ' ἔλθῃς ὅτ' ἐγὼ πράττω καλῶς.*) Ne quādo ad me uenias, cum benè mecum agitur. id eſt,malè. Prouerbium in eos, q in piculis amicos deſerūt. Ariſtophanes ꝑ luſū: *κακῶς* in *καλῶς* mutauit.

*μηναγύρτης.*) Menagyrtes, Rheæ ſacerdos,qui ſingulis mēſibus ſtipē colligit.

Oſſa gigantum.

*μηνᾶς.*) Cū ædes S. Menæ repurgaretur,magna multitudo oſſium gigantum in ampla quadam foſſa eſt reperta. Quæ Anaſtaſius imperator conſpicatus,in palatio ut rem admirabilem repoſuit.

*μῆνιγξ*) Meninx, membrana cerebrū tegens. Verùm ſi is qui Meningophylax dicitur, id eſt cuſtos,impoſitus meningi fuerit: animal & ſenſu & motu priuatur. Senſus enim à cerebro incipientes, per neruos uſq; ad ſenſoria procedunt. Procedit igitur & audiendi uis uſq; ad radices aurium, quas Meningas uocant. Eſt autem neruus peruius, procedēs à cerebro,in quo meatu eſt (*τὸ ἀτηικὸν. f. ἀπηικὸν*, ac potius *ἀκουστικὸν*) audiens ſpiritus. Eſt enim aer quidam in cauitate auris incluſus,meningi & menbranæ (*συμφυὴς*) coniunctus. Is aer ab externo aere ſtrepitus ſeu ſonos accipiens,præditus & ipſe per ſonandi facultate,per ſeſe in meningem illos tranſmittit. Prodit autem à latiore meatu meningis. Neq; uerò exiſtimandum eſt (*τοῦτο μόνον. f. τοῦτον τὸν ἀέρα*,hūc aerem) hoc ſolū aerem, etſi cōiunctus eſt, eò etiam eſſe incorruptibilem, ut unum & eundem numero. Eſt enim ſecundum partes corruptibilis, & generabilis,ut & reliquum hominis corpus. Sine medio autē recipit externi aeris acceſſum. Quare etiam à magno ſtrepitu afficitur auditus, externo aere uehementer impulſo, & ui impellente aerem coniunctum,qui eſt in auribus,& ſæpe eū diſſipante. Propter actiones etiā periculoſas,ut ſi aqua ſubeatur, inædificatus eſt hic aer, ad cuſtodiā ſenſorij. Proptereaq́; anfractuum inſtar fecit Natura meatus auriū,ne quid facilè ingrediatur,& meningem feriat.

*μὴ πάντα κατὰ βοὸς (εὔξῃ* uota facies) *ἕξεις.*) Non omnia contra bouem habebis. Monet hoc dicto, nōn in uotis ponēda eſſe omnia,& ſpe diuina: ſed & per nos aliquid agendum.

*μὴ παιδὶ μάχαιραν.*) Ne puero gladiū: uel *τὰ κοινά*, Rempublicam. In eos qui temerè aliquid alijs tradunt.

*μὴ πολλάκις πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταίειν, ἔχοντα καιρὸν ὁμολογούμενον.*) Ne ſæpius ad eundem impingito lapidem, cū certam habeas occaſionem.

*μήπω γε μήπω.*) Nondum ſanè, nondū. Cōduplicatio dicitur hæc figura ſermonis,cum bis ijſdem nominibus utimur, facitq́; orationem acrem & uehementē. Qui enim terret,ei mora eſt opus.

*μὴ πρὸς ἐμὲ τὰ ποικίλα.*) Ne aduerſus me uaria: uel, Nihil ad me calliditates.

*μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἅψομαι μάχης;*) Nū ego caprea cū leone pugnā ſuſcipiam? De ijs qui ſunt uiribus impares.

MESTARNE, urbs Ciliciæ.

*μή σύ γε μελαμπύγου τύχῃς*: Ne in Melampygum,id eſt nigris natibus uirū,hoc eſt fortem incidas. In homines iniquos, ne pœnas dent facinorum.

*μήτε νεῖν, μήτε γράμματα ἐπίστασθαι.*) Neq; natare, neq; literas ſcire. De prorſus indoctis. Nam apud Athenienſes ſtatim à puero diſcebant natare & literas.

*μήτε πλαστὰν, μήτε μιμηλάν.*) Imaginem neq; fictam, neq; pictam ſui eſſe uoluit Ageſilaus.

*μὴ τεῖνε.*) Ne ceſſa, nec tardus eſto, ne morare, ne proroga, ne cineres fugiens in prunas incidas.

*μῆτιν ἐλαφροί.*) Conſilio leues, uæcordes, qui non firmiter neque conſtanter ſapiunt.

*μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν.*) Ne in meo habita animo: habes enim ædes. uel, *ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω*, Ego enim ſatis ero.

*μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι.*) Ne ſis in poteſtate dicentis.

*μὴ πείθου τοῖς διαβάλλουσι.*) Ne obtempera criminatoribus.

*μητραγύρτης.*) Quidā profectus in Atticam initiabat mulieres matri deorum, ut illi aiunt. Athenienſes uerò eū in barathrum præcipitatum occiderūt. Graſſante autem peſtilentia, oraculum acceperunt: Placandū eſſe interfectum. Itaq;

ædi-

ædificarunt curiam, quo in locò Metragyrten ſuſtulerant: eamq; circumſeptam matri deorum conſecrarunt, etiã ſtatua Metragyrtæ erecta. Vtebantur autẽ Metroo pro curia, & cuſtodia legum, barathro etiam expleto. *Metroon.*

*Explicatio ſomnij.* μητρὶ πλακῆναι καλὸν εἰς ὄναρ τόδε.) Matrẽ amplecti, bonũ eſt ſomniũ.

μητροπόλεις.) Metropoles, q̃ colonias mi(ſerũt.

METROPHANES Eucarpiæ Phrygiæ Sophiſtes, ſcripſit de Phrygia ipſe libros 2. De formis orationum, de Statibus, in Hermogenis artem commentarium; in Ariſtidem commentarium.

Metrophanes, Corneliani oratoris F. Lebadiẽſis (ea Bœotiæ urbs eſt) ſcripſit de characterib. ſeu dicẽdi generib. Platonis, Xenophõtis, Nicoſtrati, Philoſtrati, declamationes, orationes panegyricas.

Alius, ex genere Lacharis, Infans adhuc puer ſubitò exclamauit, Ego ſum Ariſtophanes caluus: cũ nondũ quicquã tale audiuiſſet. Iis uerò qui audierãt rogantibus, quid dixiſſet? ſe quicquã eorũ noſſe negabat. Cõtra hunc Metrophanẽ orationem ſcripſit Superianus ſophiſta.

μητρωακαὶ ἡμέραι.) Dies ſacri matri deorum, Romanis, & ante hos Phrygibus ſolennes.

μηχανοῤῥάφος.) Subornato mago, talium ſutelarũ cõcinnatore. Sophocles:
*Equidem hæc & cætera omnia*
*Dixerim hominibus machinari deos.*

μῆχος.) Eodem die tale commentum exagitauit. *Perforatum enim cũ poſuiſſet*
*manu cribrum bene per denſos*
*Iuncos, ſoles plures repræſentauit.*

μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους.) Vnum fruticetum non alit duos erithacos. De ijs qui parua ex re lucrum quærunt. Erithacus auis eſt ſolitaria.

μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει.) Vnum flagellum omnes impellit. De re facili.

μιαρὰ κεφαλή.) Sceleſtum caput, ſicut charũ caput. È principe parte corporis totum ſignificat uirum. Ariſtophanes: *Sceleſte, parricida, graſſator. Rurſus me ijſdem nominibus, & pluribus appella. An neſcis me cõuicijs multis audiendis delectari?* Plato: Ab homine ſceleſto munera neq; uirum bonũ, neq; deum unquam rectũ eſt accipere. Irritus igitur eſt multus erga deos nefariorum hominũ labor: ſanctorum uerò opportuniſſimus.

μιαρέ.) Ariſtophanes: *O improbe & audax & impudens tu, Et ſcelerate & conſcelerate, & ſceleſtiſſime. Quod nam tibi nomen ſit, non dices ſceleſtiſſime? Cuias es? dic mihi ſceleſtiſſime. Non mehercule mortem effugies, Niſi mihi dixeris quod tibi nomen ſit ſceleſtiſſime. Trygæus Athmonenſis ſolers uinitor. Nõ ſycophanta, neq; amãs litium. Cur autem aduenis? Vt carnes has tibi afferam. O Dilacronion, ò Gliſchron (ò ueſpertine Saturne, ò Tenacule) ne tibi amplius uidear ſceleſtiſſimus.* *Sycophantæ conuicia.*

μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.) Vna hirũdo nõ facit uer. Prouerbiale eſt. Quid autẽ dicit? Vnus dies ſapientẽ non perficit: nec unus infauſtus dies eum indoctũ facit.

μίδας.) Midas auri ille amator, conditor urbis quæ nũc Ancyra dicit̃. Prouerbium: μίδας ὄνου ὦτα ἔχει, Midas aſini aures habet. Aliud prouerbiũ, μίδας ὁ ἐν κύβοις (εὐβολώτατος) εὐβουλότατος, Midas in alea prudentiſſimus: uel, proſperrimus. Eſt enim Midas, iactus nomen.

MIDAS Phrygũ rex, aures aſini habere dictus eſt: uel quòd multos haberet delatores ὠτακουστὰς (aſinus enim, excepto mure, alijs animalib. acutius audit) uel quod Phrygium pagum occupaſſet, qui Aures aſini dicebatur. Huic ferunt Pactolum auro fluxiſſe: eumq; feciſſe uotum, ut quicquid contrectaſſet, aurũ fieret. Alij dicunt, eum, quòd Bacchum aliquando reprehẽdiſſet, mutatũ eſſe in aſinũ: uel q Bacchicos miniſtros prætereuntes læſiſſet, aſininas aures illi fuiſſe additas: uel q aures magnas habuerit. Dicit̃ prouerbiũ (ἐπὶ τῶν μηδὲν λανθανόντων) de ijs q minimè latent: uel, de ijs q̃s nihil latet.

μιαιγαμίαι.) Impuræ nuptiæ. Sethi, Enochi & Enoſi filij, Dei filij intelligantur, qui uicti libidine, ad filias Caini ſunt ingreſſi. unde orti Gigantes, propter iuſtum, robuſti & maximi: propter iniuſtũ & profanum, improbi & peſſimi. *Gigantum ortus.*

Mithæcus grãmaticus, ſcripſit de condimẽtis opſoniorũ, de uenatiõe, & alia.

MITHRAN Perſæ Solẽ eſſe cenſent, multasq; illi uictimas immolãt. Neq; illi quiſquã initiari poteſt, niſi per quoſdam ſuppliciorum gradus ſe ſanctum & à malis immunem eſſe probarit.

μικρὸν κακόν, μέγα ἀγαθόν.) Paruũ malũ, magnũ bonũ. Interdũ enim paruũ malũ magnorũ cauſa fit bonorũ: ut & contrà.

μικροῦ τοῦ ὀβολοῦ ἥμισυ. (Parui.) Ferè oboli precio. Dicitur de improbis.

μικρὸς γε μῆκος οὗτος, ἀλλὰ πᾶν κακόν.) Parua qdẽ ſtatura hic eſt, ſed oẽ malum. Ariſtophanes de Nicarcho ſycophanta.

μικρὸς, ἡλίκος μόλων.) Paru⁹, quãtus Molon.

lon. De admodũ breui ſtatura. Duo fuerũt Molones, ambo hiſtriones & fures.

*μικρὸς ὁ σὸς ἀεὶ πῶλος.*) Paruus tuus ſemper eſt pullus. De ijs q̃ ſe ob ſtaturæ breuitatem iuuenes eſſe dicunt.

*μίλακος ὄζειν καὶ ἀπραγμοσύνης.*) Milacẽ redolere, & ocium: id eſt, bene olere, & ſecurum eſſe. Ariſtophanes.

*μίλιον.*) Milium, menſura terræ: id eſt, 1000 paſſus, decem milliaria habent ſtadia 80. ſtadium, pedes habet 600.

*Statuæ.* *μίλιον.*) Miliũ, Byzãtij locus. In fornice Milij ſtatuæ ſunt Conſtantini & Helenæ. Ibidem & crux eſt, & Fortuna ciuitatis, itẽq; Sophiæ uxoris (*ἐν τετράσιν ἵπποις πυρίνοις*, triticeis: ſed æquè abſurdum) Iuſtiniani, & Arablæ filiæ eius, & Helenæ cõſobrinæ eius, & Arcadij, & Theodoſij filij eius propè ſtatuam Theodoſij, equeſtres ambæ. In Milio cũ quatuor igneis equis currus uolitans fuit iuxta duas columnas ab antiquis temporibus. Ibi *εὐφημήθη*, Imperator ſalutatus) laudatꝰ eſt Cõſtantinus Azocio uicto. Nam & Byzas ibi (rex appellatus) laudatus fuit. Cũ autẽ is currus in Hippodromum, ſatellitibus comitantibus, delatus eſſet, ſigillũ nouum à Conſtantino eſt paratũ, quod à Sole ferrẽ: Fortuna urbis in os ingrediebatur, & coronatũ exibat. Collocabatur aũt in ſenatu uſq; ad natalẽ urbis. Sed quia in capite illius crucẽ ſculpſerat Cõſtantinus: Iulianus id in foſſa obruit.

MILO Crotoniates, luctãdo ſex continuas Olympiades uicit: ſeptima uerò *Mnaſitheum.* Mnaſitheum ciuem ſuũ, iuuenẽ, & propè cõſiſtere nolentẽ, uincere nõ potuit. *Robur Milonis.* Stabat enim in uncto diſco, & incidẽtes atq; delabẽtes ex eo deridebat. Frõtem uinciebat chorda, quaſi tænia aut corona, & ſpiritu intra labia cõtento, & uenis capitis ſanguine repletis, robore uenarũ chordam tanquã papyrũ diſrumpebat: & dextræ manus eã partẽ, quæ ab humero eſt uſq; ad cubitũ, ad ipſum latus demittebat: eã uerò quæ eſt à cubito rectà ad digitos, extẽdebat: pollice quidẽ erecto, reliqs ordine inter ſe iunctis. Ac minimũ eius digitũ nemo ulla ui incuruare deorſum potuit. *Interitus Milonis.* Mortuus eſt hoc modo. Cum lignum aridũ reperiſſet, cui inſerti eſſent cunei: in id, uiribus fretus, manus inſeruit, ut dirupturus. Sed cuneis elapſis, & manibus comprehẽſis à ligno, lupis prædæ fuit: quæ fera in agro Crotonienſi admodum frequens eſt.

*μιλτιάδης ὁ κίμωνος.*) Miltiades Cimonis F. è Cherſoneſo ueniens, duplici interitu euitato, dux eſt factus Athenienſiũ. Nã & Phœnices eũ Imbrũ uſq; perſecuti, comprehendere magnopere ſtuduerant, ut ad regẽ adducerẽt: & cũ hos effugiſſet, domiq; ſe in tuto eſſe putaret, inimici eum aggreſſi, tyrannidis in Cherſoneſo uſurpatæ reũ egerũt. Quibus ſuperatis, dux ab Athenienſi populo eſt deſignatus. *Imperium poſt duplex periculum capitis.* Iactabat enim * Tiſſaphernem dixiſſe: Omnino ſe (dum quicquã ſuarũ rerum eſſet reliquũ) Athenienſes (ſi fidẽ illis habere poſſet) non priuaturum eſſe commeatu: & Phœnicum naues nõ Peloponeſijs, ſed Athenienſibus frumentũ allaturas. *Tiſſaphernes.* Sic autẽ duntaxat fidem habiturum Athenieẽſibus, ſi ipſe Miltiades ad ſe profectus id promiſiſſet. His auditis, dux creatus eſt, ſumma rerum mandata.

MIMAS, mons Thraciæ.

MIMERMNVS Ligyrtiadæ F. ſiue Colophonius, ſiue Smyrnæus, ſiue Aſtypalæeus, elegiacus poeta, fuit Olympiade 37. Septẽ ſapientibus antiquior. Quidã eũ illis æqualẽ fuiſſe tradũt. Vocabãt Ligyoſtades, ab arguto & ſuaui cantu. Scripſit libros huius generis cõplures.

*μίνθιος.*) Captarij, cũ capræ rigore laborãt, earũ ſtercore naribus earũ inũctis ſternutamẽtum elicientes, pecus ſanãt.

MINVCIANVS, Nicagoræ ſophiſtæ filius, ſophiſtes Athenienſis, ſub Galeno fuit. Scripſit artem rhetoricam, & progymnaſmata, & orationes uarias.

MINOA, urbs Siciliæ, prius Heraclea dicta.

MINOS mari potiebatur, & quóuis nauigabat, & multis hoſpitia denunciabat. *Rapti Ganymedis honores.* In Aſiam uerò profectus, auditaq; in Phrygia fama Trois, Troiæ regis & filiorum eius, urbẽ Dardanum eſt ingreſſus, in qua Tros degebat. Erant autem ei tres filij: Ilus, Aſſaracus, Ganymedes, qui ob formã maximè celebrabatur. *Tros. Ilus. Aſſaracus. Ganymedes.* Trois igitur utens hoſpitio Minos, ſtrenas & dabat & accipiebat: eiusq; filios uocari iubebat, ut eos uideret, doniſq; afficeret. Qui cum in uenatu eos eſſe dixiſſet: hic ſe quoque unà uenari uelle ait. Sed prius quendam è famulis eò mittit, ubi pueri uenabantur, ad Granicũ fluuium: in eumq; nauibus perductis, paulo pòſt ipſe pueros conuenit: & Ganymedis amore primo aſpectu captus, Cretẽſibus puerũ abripere iuſſis, eo in nauem impoſito ſoluit. *Harpagia.* Locus is, à raptu, Harpagia dictus eſt. Puer autem in Cretam perductus,

ctus, caſu illo dolens, gladio ſe traiecit: quē Minos in templo cōdidit, unde louis uti cōſuetudine dicit Ganymedes.

MINYA, nomen urbis: unde Minyæ, Argonautæ.

μινυρέτῃ.) Sophocles: Vbi potiſſimùm arguta frequenter quiritatur luſcinia, uiridi in ſaltu.

*Explicatio ſomnij, ut opinor.*

μιξιονίδης.) πᾶσαί τι μίξεις πρόξενοι μακρῶν πόθων. Omnes (coitus) congreſſus longa deſideria conciliant.

MIRVS, Phrygiæ fluuius.

MISCOLAVS, Theodamātis deliciæ.

μισθαρνεῖν.) Qui aduerſarijs mercede ſeruire nō recuſabāt, arcana ad ꝓdēdos ſuos effutientes: hi rē certò haud norāt.

μισθαρχίδης.) Mercenarius magiſtratus, qui mercedē accipit ob adminiſtrationem, ut ſolebant Athenis.

μισθοφορά.) Ariſtophanes: Quantas opes de ſtipendijs militum ſuffuratus es?

μίσθωμα.) Aelianus: Illa repudiās, meretricium eſſe dicebat, ignoto uiro ſui facere copiam.

μισόδαμι.) Oſor populi, monarchiæ amator, Braſidæ familiaris, ferens aureas fimbrias in coronis, & barbam intonſam alens.

μισολάμαχος ἡμέρα.) Dies pacata, ꝙ Lamachus dux bellicoſiſſimus eſſet. Ariſtophanes: *Dies illuxit inuiſa & inimica Lamacho.*

*Virtutē omnis laus in actione conſiſtit.*

μισοπράγμων.) Is q uitā tranquillā & quietam eſt amplexus. Solēt homines uirtutē tribuere uitæ à reb. gerēdis abhorrēti: cū nō ita ſe res habeat, meo quidē iudicio. Nā q̄ in media republica, ꝑ ciuilia & dicta & facta uerſatꝰ uirtus, cùm animū exercet & confirmat, eiusq; ſanitas & integritas experiundo roboratur: tū quicquid in humana uita adulterinū & commenticium deliteſcit, id omne coarguitur, facilimeq; corrigitur.

μίτος.) ὡς με πόνων ῥύσαιο πανᾳχρύπνοιο μερίμνης. (ἄκρον) ᾆδε μίτωσαμένη φθόγγον ἐρωτοπλάνον: *Quò me laboribus liberes peruigilis ſolicitudinis, Canito compoſito ſono qui amorem fallat.*

MITYLENAE, Lesbos inſula: unde Mitylenæus.

*Michael Leonis imitator.*

MICHAEL imperator Romanorum, poſt Leonē Armeniū, nōnihil remiſſa ſuperioris tēporis uexatione, tātiſper dū ij qui in carcere, ærūnis, exilio erāt, libertatē & relaxationē ſomniarēt: clàm ſui antecesſoris, infamis & impij, Deo inuiſam ſententiā fouebat: eodemq; teti atrocis ſectæ, ueluti piſcis irretitus, putidis & impijs dogmatib. ꝑ ſummā uæcordiā & amentiā eſt immoriuꝰ. Supra modū enim & ꝓfanus & illiteratus fuit, cū inſcitiā paternæ uæcordiæ & inſolētiæ, iuſti patrimonij loco, hæreditario iure accepiſſet.

Michael, Syngelus Hieroſolymorum, ſcripſit encomium magni Dionyſij.

μνᾶ.) 100 drachmæ unā minā cōficiūt.

μναιαῖος.) Balearium inſularum funditores libralia ſaxa conijciebant.

MNASEAS Berytius ſcripſit artē dicendi, & de Atticis uerbis.

MNEVIS, deus Aegyptius.

μνήμη.) In animo, expectatæ rei ſpes eſt: præſentis, ſenſus: abſentis, memoria. (οὐδὲν ἕξει ἡ ψυχὴ ὅπερ ἐκ συμπλοκῆς τοῦ σώματος αὐτῇ προσεγίνετο.) Nihil habebit anima, quæ ex complexione corporis ei acceſſerūt, ſicut cogitare. Itaq; nihil meminit. Hic eñ fluxa eſt eiꝰ cognitio, egetq; memoria ad cognita retinenda. Tū autē nō habet prius & poſteriꝰ cognitio, niſi quatenus theoremata ꝓferunt: ſed ſemper cōſiſtit, & in eo qđ nūc eſt, cernit: & poſt corpus, q̄ppe ſtabili cognitiōe prædita, & ipſas res amplectēs, memoria nō indiget. Memoria enim eſt antè cognitorum retētio. Item: Memoria eſt habitus, retinēs opinionem. Ariſtoteles in libello de Memoria, de ſomno & ſomniorū diuinatione, locos quoſdā poſuit, quibus & ex contrarijs & ex ſimilibus & ex alijs quibuſdam recordemur. Loci enim hi cauſæ nobis ſunt recordādi. Exempli gratia: Per contrarium ſtatim in contrariū progredientes, recordamur: ut à dulci in amarum, ab albo in nigrum, à frigore ad æſtum. Tres autem docilitatis ſunt partes: ſolertia, memoria, acumen. Memoria, conſeruatio eſt eorum quæ didiceris (εὐμάθεια, ἀγχίνοια, ὀξύτης, μνήμη.)

*Memoria. Recordatio & ex contrarijs, & ex ſimilibus.*

μνησικακεῖν.) Polybius: Romaniueterū offenſarū memoriā nullā præ ſe ferebāt.

MNESIMACHVS poeta mediæ comœdiæ. Ex fabulis eius ſunt, Hippotrophus, Buſiris, Philippus: ut Athenæus ait in Dipnoſophiſtis.

*Conſul,*

μνηστῆρας.) Iis qui conſulatum ambiebant neglectis, hominē rei militaris peritiſſimum, & multis fortibus atq; illuſtribus factis inſignem, conſulem faciunt.

μνῆσις.) *Age mei quoq; memento: utrum enim decet Meminiſſe, ſi quid iucundi perceperit. Qui uerò beneficia obliuioni tradit, Is uir generoſus eſſe nequit.* Itē: Mater filiū pugnę deſertorē poſt interitum ſociorū inter-

interfecit,partus memoria repudiata.

*μογήσας.*) Duobus urgeor malis. nam & inſomnia cōſumor,& metu cōficior.

MOLOCH,idolum Moabitarum.

MOLPAGORAS, uir apud Ceios & eloquens & prudēs, ſed ingenio auaro: qui populo aſſentando, & homines locupletes turbæ dedēdo,& quoſdā prorſus è medio tollendo,quoſdam in exiliū agēdo, opibus eorum plebi diſtributis: hac ratione celeriter regiam autoritatē eſt adeptus.

*Tribunuſ plebis.*

*μολπή.*) Cantum & ſaltationē Homerus corollaria conuiuij appellat.

*μόλπις.*) Decē uiri Piræeo præfuerunt, quorum unus Molpis fuit.

*μοναρχία.*) Polybius: Principum ſalus poſita eſt in beneuolentia & uiribus peregrini militis.

*μοναχός.*)Dionyſius:Sacrū monachorum inſtitutum,ordo altior eſt ijs omnibus q initiantur,omnibus purgatus modis, totis uiribus & perfecta ſuarū actionum caſtitate: eiq; fas eſt cōtemplari omne ſacrificiū,in contemplatione intelligenti & communione cōſtituta,& hierarcharum initiatorijs facultatibus tradito,& diuinis eorum illuminationibus & hierarchicis traditionibus erudito (ἢ. f. κατὰ τὰς) ſecundum conſpecta quæ in eo ſunt ſanctorum initiorum ſacrificia,quæ à ſacra ipſorum ſcientia, proportione in perfectiſſimam ducantur perfectionem. Vnde diuini proceres noſtri,cognomēta eis ſacra indiderūt:ac alij eos θεραπευτὰς, cultores: alij μοναχὺς, ſolitarios appellârunt, à Dei puro miniſterio, & cultu,& impartili & unica uita, tanquam unientes eos in rerū diuiſibilium ſacris implicationibus in deiformem monadem & Dei amātem perfectionem. Quapropter initiatoriam eum ordinem ſacra legislatio gratiam uocauit: & quodā eos dignata eſt conſecratorio cognomēto, non ſacerdotali. Illud enim perſeueranter fit in ſacerdotalibus ordinibus, ſed ſacerdotaliter à ſanctis ſacerdotibus hierarchica teliurgia ſecundariè conſecrata. Eo in loco phrontiſterium fuit,hominum philoſophicam uitam agētium. hi Monachi nominantur:quorum occupatio eſt,ut ante obitum migrent è corporibus & uiuentes ſint mortui, & ſobrio quodam furore tranſeant ad præſtātiora:id eſt,ad res diuinas.

*Monachoſophiſticam iſtius elegantiam uertāt alij melius.*

*Veri monachi.*

*μονήρης βίος.*) Solitariam uitā amplexi,degant ut ſolitariam:cui ſacerdotium obtigit,ſanctè fungat̄ ſacerdotio: quiſq; ea tractet,in quibus eſt exercitatus.

*Spartam quiſq; ſuam ornet.*

*μονήτη.*) Iuno à Romanis hac de cauſa Moneta dicitur. Cùm bello Tarentino cum Pyrrho, pecunia egerēt, uotum Iunoni fecerunt. Ea uerò illis reſpondit:Si armis intenti fuerint cum iuſticia, pecuniam eos non defecturā. Voti itaq; compotes facti Romani, coluerūt Iunonem Monetā, hoc eſt conſultricē: & ut nummi in eius fano cuderentur, decreuerūt.

MONETARII ſub Aureliano, adulterarunt monetam: ſuoq; præfecto Feliciſſimo interfecto, inteſtinum bellū concitarunt,quos Aurelianus uix ſubactos, exquiſita ſuppliciorū atrocitate cōfecit.

*Monetariorum bellū.*

*μονόκερως.*) Monoceros,animal eſt,qđ unum à natura cornu accepit.Sic & pietatis alumni unā adorāt Deitatē.Dauid: Erigetur,ut monocerotis,cornu meum.

*μονόκρηπις ἑρμῆς.*) Mercurius unicrepidus. Aiūt,Mercuriū,Perſeo ad occidendam Gorgonem abeunti, alterum ſuum calceum dediſſe, altero tantum retento.

*μόνον καὶ ἕν.*)Solum & unum differunt. Monas eſt in intellectilibus, unum uerò in ſenſilibus numeris: ac monas quidē paritate & menſura capitur, dyas exceſſu & defectu.

*μονότροποι.*)Vniuſmodi:id eſt,boni,cœlites,qui unum ſibi ſcopum proponunt, quiq; ſoli uirtuti ſtudent, & nō aliàs alia ſuſcipiunt.

*μονῳδεῖν.*) Omnia ferè in Tragœdia ſcenica cantica,lamentationes ſunt.

*μονῳδία.*) Monodia eſt lamētatio,quę neq; perſonarum fictionem, neq; morū expreſſionem habet. Et,quod maius eſt, alij eos qui ſapientia exciderunt,lamentantur:tu uerò ut nefarios,& planè illius rudes,eos deplorasti.

MOXVS Lydus, multis rebus geſtis, Meleſq; tyrannide euerſa, Lydos hortatus eſt, ut decimas dijs redderēt, quemadmodum ipſe uouiſſet. Páruerunt illi: & poſſeſſionibus numeratis,decimas ex omnibus delegerunt,& immolarunt. Ex hoc, maximo diſcrimine Lydiam urgente, multas expeditiones ſuſcepiſſe dicitur,maximaq; apud Lydos fuiſſe gloria, propter iuſticiam & fortitudinem. Poſt hæc Crambe capta & uaſtata, homines in uicina palude ſubmerſit.

*μορίαι.*) Moriæ fuerūt oliuæ ſacræ Mineruæ: quarū oleum, præmium erat eorum qui Panathenęa,id eſt Quinquatria uiciſſent. Moris fuit,ut qui in palæſtra ſe exer-

exercebant, uncti in Sole currerent.

*μορμολύκεια.*) Simulatio erat illa aduerſatio, larua aſpect⁹, & animi pculſio.

*ἀσκίῳ μορμολύττεις.*) Vtre (terretis, *μορμολύττῃ*) terres. De ijs qui uana timẽt. Inanis enim eſt uter. Horrorem eis incuſſerunt: multitudinem quæ ſuſtineri haud poſſit, in eos inuadere.

*μορμυρωπὸς.*) Sol obſcurus in ſomnis conſpectus, malum omnibus ſignificat.

*μορῶν.*) Xenophon in Laconum republica: Singulæ ciuiũ claſſes unũ habent (*μόναρχον*) dictatorem, Lochagos quatuor, Pentecoſtyas octo, Enomotarchas ſedecim.

*μόρσιμον.*) *ἀμφὶ δ᾽ ἐριννύς*
*φοίνιος ἐκ σομάτων μόρσιμον ἦκεν ὄπα.*
Iuxtà Erinnys Cruenta ex ore fatalem emiſit uocem.

*μορύχου εὐηθέστερος.*) Morycho ſtupidior. De ijs qui ineptè aliquid faciunt.

*μορφὴ καὶ εἶδος.*) Forma eſt animatorum, ſpecies inanimorum.

*μορφνὸς*) Morphnus aquilæ genus, qđ ſolum nõ uenatur, ſed cadauerib. alitur.

*μορχόμενοι.*) Ita permanentes, clam alebant bellum.

MOSCHVS, Syracuſanus grammaticus, Ariſtarchi familiaris, alter à Theocrito poeta Bucolicus.

*μόσχος ᾄδων βοιώτιον.*) Moſchus cantãs Bœotiam cantilenam. Moſchus hic malus citharœdus fuit, qui uno ſpiritu multum cantabat.

*μόσχος λιβανίου.*) Vitulus Libani, quem in Choreb pro deo erexerunt; quemq; Moſes contriuit atq; comminuit.

*μουνυχιὼν.*) Munychion (decimus) ſecundus menſis apud Athenienſes, quo Dianæ Munychiæ ſacrificabant.

MVNYCHIA.) Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte. Locus eſt Atticæ maritimus, Hellanico 2. rerum Atticarum autore, à Munycho rege, Panteuclis filio ſic dictus.

*Inquiſitionem ſequitur eruditio.* *Cur Muſæ plures?*

*μοῦσα.*) Muſa, id eſt cognitio, ab inquiſitione & inueſtigatione dicta, quæ omnis eruditionis cauſa eſt, meritoq; ſic appellata à ueterib. Sunt Muſæ 9. Clio, Erato, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpſichore, Polymnia, Vrania, Calliope. Plures autem Muſas à Theologis perhiberi tradunt, quòd magna uarietas ſit diſciplinarum, & eruditionis, & ad omnẽ uſum accommodata.

*μοῦσα τραγικὴ.*) Quæ agerẽtur, uel Tragica Muſa recuſaret dicere. neque enim hæc fieri uult, & dici uetuit.

*μοῦσαι καλαὶ.*) O' pulchræ Muſæ & Apollo, quibus ego ſacrifico. Muſæ, ala Sirenum coronabantur.

MVSAEVS Eleuſinius, Athenienſis, Antiphemi filius, Ecphanti nepos, Cercyonis pronepos, quem debellauit Theſeus, & Helenæ uxoris eius: Orphei diſcipulus, ac potius illo antiquior: uerſus heroici ſcriptor, floruit ſub altero Cecrope. Scripſit præcepta ad Eumolpum filiũ uerſibus 4000, & alia plurima. *Præcepta uitæ degendæ.*

Muſæus Thebanus, Thamyræ filius, Philammonis nepos, poeta lyricus, fuit diu ante bellum Troianum. Scripſit carmina & cantica.

Muſæus Epheſius, uerſificator & (*τῶν ἐς τοὺς περγαμηνοὺς καὶ αὐτὸς κύκλους*) ipſe ex Pergamenis circulis. Scripſit Perſeidos lib. 10, & de Eumene & Attalo.

Muſæum apud Græcos philoſophũ, alij Thracem, alij Eleuſiniũ indigenam fuiſſe tradunt. Apud Lyſiam, quidam ex ſeruis alterum Muſæum, Heſiodum appellat alterum.

*μουσόμαντις.*) Poetæ & uates ſunt iactabundi.

*μουσουργοὶ.*) Cum rex potare deſinebat, etiam cantilenæ deſinebant: cum infundere iubebat, rurſus incipiebant canere & pſallere.

*μουσωθεῖσαι.*) Lyſiſtratus: Ego mulier quidem ſum, ſed Muſa ineſt mihi: neque malo prædita ſum ingenio: auditisq; patrum & maiorum natu ſermonibus, non malè ſum inſtituta. *Docta mulier.*

MVSONIVS, Capitonis filius, Tyrrhenus Volſinienſis, Dialecticus & Stoicus philoſophus, ſub Nerõe: Apollonij Tyanei & multorum aliorum diſcipulus. Ad quem & epiſtolæ feruntur Apollonij, & illius ad Apollonium. Hic ob confidentiam & arguendi ſtudiũ, & immodicã libertatem, à Nerone occiſus eſt. Ferũtur eius orationes & epiſtolæ diuerſæ philoſophicæ. De hoc Muſonio ſic dicit Parabares in epiſtola: Contumeliam, quam princeps Græciæ nobis fecit, ea tuliſti animi altitudine, ut nihil eorum tibi accidiſſe putares. Velle autẽ illi urbi ſtudere, & opem ferre, in qua Scholas habuiſti: animi philoſophici eſt argumentũ. Itaq; prius illud mihi conuenire Socrati uidetur: alterum hoc, Muſonio. Nam ille quidem fas eſſe negabat, uirum bonum ab ullo improbo lædi. Muſonius uerò mœnia curabat, (*ἐπεμέλετο βαρῶν* curabat onera) *Occiſus à Nerone.* *Iulianus imperator.*

nera) cum exulare à Nerone iuberetur.

Muſonius ſub Iouiano fuit imperatore: tāta altitudine, & ingenij actuoſa profunditate, ut optima quæq; cū eo collata, exigua uiderētur: ob q̄ iure meritoq; laudatus, & maritimā Aſiæ orā peragrauit, & procōſul eius aduentū eſt admiratus.

*Tributorū exactio.*

Itaq; omnia loca obiens, intra paucos dies mare Aſianis tributis impleuit: neq; fuit quiſquā, q ea in re de ulla iniuria quereretur. nā iocus & ludus erant omnibus, ea q̄ pendebātur. Eunapius eīm Phrygius orator rei gerendæ præerat.

*Eunapius.*

μοχθηρία.) Lycurgus cōtra Lycophronē: Nefas eſt leges ſcriptas, per quas Reſpublica conſeruatur, uiolare: & improborum inſtitutorū (ἀπηγητὴν lego) autorem & legislatorem impunè dimittere.

*Legum obſeruantia.*

*Orbus pater.*

μοχθηρός.) Antiphon oratorum uetuſtiſſimus: Ego (inquit) occiſi filij pater ærumnoſus, quem mortuum eſſe decebat, uiuo, ridiculus inimicis.

μωκία.) Mocia & Moceſia ciſterna, quā Anaſtaſius Imperator condidit.

MOLY, herba ueneficijs reſiſtens, ruta agreſtis.

μῶμος.) In uirtute ita exercitatus, ut nec ipſe Momus eū reprehenderet, nec inuidia odiſſet. Tanta erat uiri manſuetudo, tanta iuſticia.

μῶν ὑστερόπους βοηθῶ;) Num ſerò adſum ad opem ferendam?

μώνυχα ζῶα.) Animalia ſolidis ungulis, equus, aſinus, mulus, & ſi quod aliud eſt, quod non natet, & criſtis (λοφύροις) clauſum ſit.

*Felix temeritas.*

μωρά.) *Sermo quidam maiorum fertur: Nos etſi ſtulta & temeraria conſilia caperi. Omnia tamen nobis bene ceſſura eſſe.* (mus,

μωρά μοι δοκεῖς φρονεῖν.) Videris mihi ſtultè ſentire.

*Chriſtiana ſtulticia.*

μωρία διὰ χριστὸν.) Stulticia ꝑpter Chriſtum. Cū noſtras cogitationes opportunè cōtrahimus, cū inanē & uacuā ꝓfanæ doctrinæ mentē habemus: ut, cū doctrina Chriſti recipiēda eſt, eam ocioſam, & conuerſam ad diuina oracula ſuſcipienda, exhibeamus.

μωροκακοήθης.) Dicit̄ homo improb. & inſtabilis, ὁ κακοῦργος καὶ εὐπερίαγωγος, q facilè à ſentētia deducit̄, atq; decipitur.

*Iuriſiurandi eluſio.*

ὦ μῶροι.) ô fatui, num ignoratis ſapientiſſimum Tragicum dixiſſe:

*Iuraui lingua, mentem iniuratam gero?*

μωρότερος μορύχου.) Morycho ſtultior. Polemon ait, apud Siculos hoc ſic efferri: Stultior es Morycho, q domo relicta pro foribus ſedet. Morychū autē Bacchum ab eis dici, quòd ſecibus, ficubus & muſto cōraminetur. Eaq; de cauſa ſtultum iudicari, quòd eius ſtatua extra ædē in ueſtibulo ſit collocata. Vſurpatur de ijs, qui ſtulti aliquid admittunt.

*Fatui.*

μωροὺς.) Stultos dicit mundi ſapiētes. Stulti & uæcordes, & hiantes, Mammacuti, Melitides, Bupalion, Corœbus.

μωῦ.) Moy, aqua apud Aegyptios, unde Moyſes nomē habet, propheta & legislator. Anno hui⁹ octogeſimo egreſſi ſunt filij Iſraelis ex Aegypto, in qua inquilini fuerāt annos 215. Quomodo igitur dicit Abrahamo Deus: Semen tuum inquilinū erit annos 400? Sed apertum eſt, ab aſcēſu Abrahami (ἐκ χαῤῥὰν lego) è Charran, populi inquilinatum eſſe numerandum. Is enim nō in Aegypto tantùm fuit, ſed & in terra Chanaan. Moſes enim dicit, inquilinatum filiorū Iſraelis in terra Chanaan & Aegypto fuiſſe annorū 430. Ac Abraami ab aſcēſu è Charran uſq; ad Iſaaci natiuitatē, anni ſunt 25. ab Iſaaco uſq; ad Iacobū, anni 60. à Iacobo uſq; ad Leui, 87. à Leui uſq; ad Caath, 45. A' Caath uſque ad (ἀμερὰμ lego, pro ἀβερὰμ) Amram, 63. (ab Amram ad Moſen 70, uidetur addendū.) A' Moſe uſq; ad exitum, 80. Et ſic egreſſus eſt Iſrael ex Aegypto.

*Chronologia peregrinationis Iſraelitarum.*

*Moyſis educatio.*

Moſe nato, parentes eius, metu Aegyptiorum, ſtoream papyraceam, ciſtæ ſimilem, ea magnitudine, ut infans cōmodè in ea iacēre poſſet, confecerūt; eamq; bitumine illitam in flumen abiecerunt. Thermutis autē filia regis cū ſuſtulit. Trimus cū eſſet, Deus mirabilē ei ſtaturæ proceritatē dedit. Ieiunauit Moſes dies 80: quadragenos priores, & totidem poſt cōfractas tabulas in gemma ſapphiro digito Dei ſcriptas. Nemo ita ſtupidus fuit, quin Moſe conſpecto, pulchritudine formæ eius percelleretur.

*Thermutis.*

*Ieiunium.*

*Forma.*

μοῖρα.) Ioſephus: Maxima fuit pars belli, captus Ioſephus.

μοιχάγρια.) Mœchagria dicebatur mulcta in adulterio deprehenſi.

*Adulteriū.*

*Veneficiū.*

μοιχεία, καὶ φαρμακεία.) Adulterium & ueneficiū ſunt idem. utrunq; enim clàm fit. Dicuntur etiam inſidiæ: neq; adultera neq; uenefica maritum amat.

μοιχὸς.) Aduerſus adulteros carnifices armant leges: & hortulani raphanos plantant, quibus ſtatim conuictus puniatur.

μυῖα.) Myia, id eſt muſca Theſpiaca, lyrica, carmina ad lyram accommodans.

MYIA,

MYIA, Spartana poetria, hymnos in Apollinem & Dianam ſcripſit.

Myia, Pythagoræ magni & Theanus filia, Samia.

*μύιας δάκρυον.*) Myiæ ſeu Muſcæ lachryma: ob Thebanorum facinus in Dodonæum oraculum admiſſum. Vnde & illud dictum eſt: *παρὰ βοιωτοῖς μαντεύεσθαι*, Apud Bœotios uaticinare. Nam & hi ſacrificulam uiolarunt, in Dodonæum lebetem coniectam, cum unius ex legatis amore capta fuiſſet.

*μυᾶτε.*) Quid conniuetis atque innuitis? Cur mutatus eſt color? Quid lachrymatis?

*μύδρος.*) Solem ignitũ lapidem, Peloponneſo maiorẽ, aliquãdo dixit eſſe: Et ob hoc interficiẽdus fuit Anaxagoras.

*μυζῆσαι.*) Demoſthenes ueneno, qđ ſub pala ſigilli habebat, exucto perijt.

Initiatorum perſuaſio.

*μυηθῆναι.*) Initiati purabantur in piorum cœtũ recipi. Ariſtophanes: Initiari me prius oportet, quàm moriar. Myſteria dicta ſunt, quòd claudendi ſunt ſenſus, & ultra corporis phantaſias euectis diuinæ illuſtrationes ſunt admittendæ.

*μῦθος.*) Fabula, eſt oratio falſa, ueritatem ſub imagine repræſentans. *αἶνος* nõ pueris, ſed uiris factus eſt: nec ad delectationem tantum refertur, ſed & prǽceptũ aliquod continet. Per ambages enim aliquid monere & docere uult, ut fecit Heſiodus.

*μύκητα.*) Ne quando lucerna fungum feras, ne'ue imbrem excites.

*μυκώνιος γείτων.*) Myconius uicinus. Prouerbiũ, in homines ſordidos, & qui inuocati ſe in conuiuia ingerunt.

*μύλος πάντα ἀκούει.*) Molaris audit omnia. In eos qui ſurditatem ſimulant, & audiunt omnia.

*μύξος.*) Myxus: Prouerbij loco uſurpatur de iactabũdis & glorioſis. Myxus enim fuit Dianæ ſacerdos, homo facetus & iactabundus.

*μυόδοχος γέρων.*) Murium ſuſceptor ſenex: id eſt, nullius precij.

MYRA, locus quidam Lyciæ prouinciæ: unde Myrenſes.

*μυριάμφορον.*) Ariſtophanes: Vnde accipiam uerbum decies mille amphorarum, quo te alloquar? Domi enim non ſuppetit.

*μυριέλικτος.*) Eunapius: Grauis ille & ſinuoſus ſerpens, quaſi Medea inſuſurrante, depreſſo animo, & ueterno oppreſſus, ſe dedidit.

*μυρρίνας.*) Myrto coronabantur magiſtratus. Hinc ambirioſi myrtum appetere dicebantur. Accepta myrto aliquid Aeſchyli mihi recita. Nam in conuiuijs pueri, ramum lauri aut myrti geſtantes canebant.

Arcadum concilium.

*μυρίοι ἐν μεγάλῃ πόλει.*) Decies mille Megalopolitani, concilium eſt commune omnium Arcadũ: cuius Demoſthenes in oratione contra Aeſchinem, & ſæpè hiſtorici meminerunt.

MYRLEA, urbs Bithyniæ, quæ nunc Apamea dicitur.

*μυρμήκων ἀτραποὺς, ἢ τί διαμινυρίζεται;*) Formicarum ſemitas, aut quid gannit? De Agathone poeta, qui tenuia & intorta carmina cantillabat.

MYROCLES, genere Salaminius, ex ijs qui (*οὐκ ἀπὸ τοῦ καλῶς*, non bene) rempublicam Athenis geſſerunt.

Concordiæ laudes.

*μύρον ἐπὶ κεφαλῆς.*) Vnguentũ in capite. Pontificiũ oleũ è ſuauibus odoribus erat cõpoſitũ: nec per ſeſe ita fragrabat, ſed miſtio & tẽperatio omniũ maximã odoris ſuauitatẽ efficiebat. Huic fraternam concordiã meritò cõparauit. Nam plurium rectè factorum collatio, perfectæ uirtutis fragrantiam efficit.

MYRO, Byzantia poetria, uerſus heroicos, elegiacos, & carmina *μέλη* ſcripſit, Homeri tragici filia: uxor Andromachi, cognomento Philologi.

Myro, Rhodia philoſopha, ſcripſit Chrias regnarum, & fabulas.

*μύρτης.*) Myrtes. Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, ſingularum urbium proditores receẽſens, Argiuos nominat Myrten, Teledamum, Mnaſeam. Theopompus uerò, Paſeam & (Amyrtæum) Amyrtoum Argiuos, Macedonũ ſtudioſos. Videndum igitur, an ſit librarij erratum.

MYRTILVS, Athenienſis comicus, fili⁹ Lyſidis, frater comici Hermippi. Fabulæ eius ſunt, Tetanopanes, Amores.

MYRTONIVM, ut Demoſthenes ait in oratione pro Cteſiphonte, caſtellum fuit in Thracia. Alij Myrtanam.

*μῦς.*) Mus, nomen pugilis. *μῦς ἄρτι πίττης γευόμενος*: Mus modò picem guſtãs. De ijs qui prius audaces & impudẽtes, ſubitò formidoloſi conſpiciuntur.

Explicatio ſomnij.

*μῦς δ' αὖ ἀναφανεὶς, ἔνδολος ἐν τρόποις πέλει.* Mus cõſpect⁹ doloſos mores arguit.

Meretriciũ elogia.

*μυσάχνη.*) Scortorũ cognomenta ſunt: Myſachne, id eſt fœda pruina, operaria, publica, craſſa: Borboropis, id eſt cœni facie:

facie: Anaſyrtopolis, à tegenda urbe ſua: Pandolia, id eſt caupona: Leophoros, uia publica: Manio cep⁹, inſaniæ hortus: Ilipus, pedes implicans.

μυσὶ κανθαρίς.) Muribus cantharis. De nullius precij rebus.

μυσίων θρακ.κῶν.) Partes Thraciæ multæ ſunt, Myſiæ finitimæ.

Pluuia ſereno cœlo.

μύσκελος.) Myſcelo datum eſt oraculũ, ubi ſereno cœlo à pluuia deprehenderetur, ibi ut urbẽ conderet. Is uerò cum id non poſſe fieri putaret, atq; in Italiã profectus, de cõdenda urbe ſolicitus, ambigeret: accidit ut concubina illi aſſidens, lachrymaret. Quæ lachrymæ cũ ſereno cœlo cecidiſſent, oraculi hũc ſenſum eſſe ratus, urbem ibi condidit.

Crotonis cõditor.

μῦς λευκός.) Mus albus. Vſurpatur de libidinoſis. nam domeſtici mures, albi præſertim, ſunt admodum ſalaces.

μυσῶν λεία.) Myſorum præda Prouerbium eſt ortũ à finitimis & latronibus, qui Telepho abſente, Myſiam incurſarunt, & prędati ſunt. Vſurpatur de ijs, qui miſerè ſpoliantur.

μῦς πίττης γεύεται.) Mus picem guſtat. De ijs qui defeſſi recedunt.

ὅσα μῦς ἐν πίττῃ.) Quæ Mus Piſæ (in picc.) De Mure Tarentino pugile, qui malè acceptus Olympia diſceſſit

Myſteria tacenda.

μυστήρια.) Initia dicta ſunt myſteria, eò quòd auditores os claudunt, neq; cuiquam illa enunciant.

μυττωτόν.) Myttotum, eſt intritũ quoddam è caſeo, allijs & ouo confectum.

μυχθίζεις.) Simis narib. hiãtiq; rictu nos derides. Quid ſi riſum rideas Sardoniũ?

INITIVM LITERAE N.

Νάβα.) Nana, uidetur in multis non differre à Græca lingua Romana. (Romanam linguã appellat corruptam iſtam, quæ eſt Italica nunc.)

Ναβαταῖ.) Nabatæi, gens Arabica.

νάβις.) Nabis. Lacedæmoniorũ tyrãn⁹.

Nabot non intelligit, rogando cogere, qui rogat potentior. Plato: αἱ τυραννῶν δεήσεις μεμιγμέναι ἀνάγκαις.

ναβουθᾶς) Nabutha. Hic fuit ſub Achaabo, ex Izãro urbe, uicinus illius. Quẽ cũ rex Achaabus oraret, ut ſibi quãtiuis uẽderet agrũ ſuo uicinũ, ut illis coniunctis unã faceret poſſeſſionẽ: ꝙ ſi pecuniã nolit, ꝓmiſſum ei eſſe, ut ex ſuis agris eligat quemcũq; uelit: cumq; ille id ſe facturũ negaret, ac patrimonio ſuo frui ſe uelle diceret: rex dolẽs, tãquã iniuria affectus, ꝙ aliẽis po[...] nõ potuiſſet, neq; balneis neq; cibo uſus eſt. Cumq; Iezabel eũ rogaret, quid triſtis eſſet? Nabuthæ uæcordiam illi retulit: ſe appellaſſe eũ lenibus uerbis, & regia dignitate indignis: & ita cõtumelia affectũ eſſe, ꝙ ea quæ uoluiſſet, non eſſet aſſecutus. Illa hortatur, ne animũ propterea deſpondeat: ſed omiſſa triſticia, more ſolito agat. nã curæ ſibi fore, ut Nabutha det pœnas. Et ſtatim literas ad principes Iudæorũ mittit, nomine Achaabi, ut indicãt ieiunium: & conuocato populo præſidẽ faciãt Nabuthã, qui ſit illuſtri genere nat⁹. Ipſa uerò ſubornatis tribus hominib. audacibus, qui teſtarẽtur, eum Deo & regi maledixiſſe, effecit ut lapidaretur. Illo itaq; ſic interfecto, cũ gratis, tanquã hæreditario iure, Achaabus uineam poſſideret: Deus indignat⁹, mittit Heliã ꝓphetã ad Achaabum, qui illius facinus argueret. Is dixit Achaabo: Quia iniuſtè occidiſti dominum uerum huius uineę, eo ipſo in loco in quo Nabuthæ cadauer à canibus cõſumptũ eſt, & tuus ſanguis & uxoris tuæ ꝓfundetur, & tota ſtirps tua peribit ob tantã impietatem. Achaabus uerò reſipuit, & ſacco induto, nudis pedibus ambulauit, cibo abſtinẽs, & peccata ſua cõfitẽs, quò Deũ placaret. Deus aũt ad prophetam dixit, ſe ſtirpis ſuppliciũ dilaturum eſſe, quãdo illũ facinorũ pœniteat, ac de filio Achaabi ſumpturum pœnas.

Scelerata mulier falſo teſtimonio innocentem opprimit.

Helias exitium denunciat Achaabo ob uineam Nabothæ ſublatã.

Pœna ob Achaabi pœnitentiã prorogatur, & translata in poſteros.

Babylon. Ciſterna. Hortus penſilis.

Ναβουχοδονόσορ) Nabuchodonoſor rex Babylonis, cũ condidiſſet Babylonẽ, urbem magnã, & ciſternã, & ſupra eã hortum penſilem feciſſet, omnibus ſtirpium generib. cõſitum, in eo [...]it: & uxor eius quæ hortum eum frequẽtaret, omnem regionem illã intuens, gaudebat ſe à nemine cõſpici. Nabuchodonoſor autem illum perambulans, cũ faſtu & iactantia, An non hæc, inquit, eſt Babylon illa magna, quã ego in domũ regiam potẽtia uirium mearum, ad honorẽ meum ædificaui? Sed cum adhuc loqueretur, VOX è cœlo facta e[ſt]: Di[c]o tibi Nabuchodonoſor, regnũ tuum a te ablatũ eſt, & ab hominibus expe[lla]m te, & apud feras habitatio tua erit, & gramine tanquã bouem te paſcent [&] ſeptemq; tẽpora tranſibũt ſuper te, donec agnoſcas, altiſſimũ, Dominum eſſe regni hominũ, & cui uoluerit daturũ eſſe eadẽq; hora ſermo eſt completus ſuper Nabuchodonoſorem. nam ex hominũ cõſortio eiectus eſt, herbãq; bouis inſtar comedit, & de rore cœli bibit, & corpus eius tinctũ eſt, & pili eius tãquã leonis grãdes facti ſunt, & ungues ſicut auis. Poſt hæc rurſus ait idẽ de ſua reſtitutiõe: Illo tẽpore mẽs mea reuerſa eſt

Elatio & iactantia Barbari.

Diuinitus caſtigatur ſuperbia.

Rex fit beſtia.

Reſtitutio integrã.

eſt ad me, & ad gloriam regni mei reuerſus ſum: decus meum & ſplendor meus reuerſus eſt ad me. Et optimates principesq; mei requiſierunt me, & in regno meo confirmatus ſum, & magnificentia ampliot addita eſt mihi. Nunc ergo ego Nabuchodonoſor laudo & extollo & magnificè glorifico regem cœli: quia omnia ópera eius uera, & uiæ eius iudicia ſunt: & omnes q̃ ſuperbè incedũt, deprimere poteſt. Eſaias quoq; de eo loquit.

*Agnitio Dei.*

Ναζάρηνος, ἢ Ναζωραῖος.) Nazarenus, uel Nazoræus, à Nazareth oppido Galileæ.

Ναζηραῖος.) Nazaræus, Deo gratus & conſecratus monachus. Sciendũ eſt, ijs qui prius dicti ſunt Nazaræi & Galilæi: pòſt, ſub Claudio Cęſare Romano, cum Petrus apoſtolus Antiochię epiſcopum delegiſſet Enodium, nomẽ inditum eſſe Chriſtianorum.

Ναΐδες.) Naides, fontes: aut nymphæ iuxta fontes habitantes.

Ναΐς.) Nais, uel Lais: meretrix quædã, cuius meminit Lyſias, & Ariſtophanes in Pluto: Non'ne uerò propter te (Plutũ, id eſt, diuitias intellige) Lais amat Philonidẽ? Præſtat ſcribere Nais, quàm Lais: ut & Athenæus ſignificat.

Νάκλις.) Naclis, urbs iuxta Heliopolim.

Νάνος.) Ioſephus: Iuſſit ingreſſuros magnã ex parte repere, dorſo pellibus caprarum tecto: ut ſi quis eos noctu conſpexiſſet, canes eſſe putaret.

Νακώλεια.) Nacolia, nomen Phrygiæ urbis, à Naeola nympha. Dicitur etiam Nacoleum, & Nacolea plurali numero.

Νάννακος.) Nannacus uir priſcus, quẽ ante Deucalionẽ regnaſſe ferũt. Is futuræ inundationis præſcius, omnibus conuocatis in templũ, lachrymans ſupplicauit. Vnde prouerbiũ, ἀπὸ Ναννάκου, à Nannaco: de rebus admodũ priſcis & uetuſtis.

Νάννιον.) Nannium. Apollodorus in libro de Meretricibus, hanc meretricem capram ait fuiſſe dictã, propterea quòd Thallum (id eſt germen) cauponem deuoraſſet. delectantur enim capræ germine. Fit eius etiam mentio in Comœdia. Antiphanes uerò iunior in lib. de Meretricibus, Nannium ait proſceniũ cognominari, ꝙ foris formoſior eſſe uideretur.

νάνος.) Pumilio: de paruis dicitur, & inſtar infantiũ inclinatis. Pumiliones ſupiora grãdiora, & pudẽda magna habẽt.

*Pumilio.*

Νάξος.) urbs: & Ναξία λίθος, eos Cretenſis. Naxus enim urbs eſt Cretæ. Is qui ſcripſit Naxiam Cariæ urbem eſſe, cuius ciuis ſit Naxienſis & Naxiota: dicit etiã Siciliæ urbem eſſe Naxum, atq; etiã Cretenſem: unde Naxius lapis. Quanquã ſi prima ſyllaba per ι ſcribatur, non per η, κρητικὴ pro κηρητικὴ, ſignificaret lapidem, qui diſcernat, quidq; demõſtret. Eſt & Naxus celebris inſula ex Cycladibus, ſic dicta uel à Naxo quodam, uel à ſacrificando. In qua aiunt Naxias mulieres ſolas octauo menſe parere, munere Iunonis. Bacchum item ita genitũ perhibent. Eſt etiam fons ibi (ut ſcribit Heraclides) ex quo uinum ſuauiſſimum profluit.

ναξιουργὴς κάνθαρος.) Naues fuerũt dictæ canthari, in Naxo factæ: ut nunc ſilphas dicunt quædã nauicularum genera. Cratinus uerò ait, Naxios quondam cũ mari potirentur, uſos eſſe his cantharis. Sic nauibus ueteres nomina imponebant ab urbibus, quę earũ ædificationem inueniſſent. & Naxiurges dicebantur, qui nũc Lembi: & Cnidiurges, à Cnido: & Corcyra, ab ea inſula: & Parõ, à Paro. Fuit & in Piræeo Canthari portus. nã Piræeus tres portus habuit: hũc Cantharí, & Aphrodiſiũ, * & in circuitu quinq; porticus, à Cantharo heroe.

Ναπάται.) Napatæ, urbs Lybiæ, prope Aethiopiam. Incolæ, Napatæi.

Νάπη.) Nape, urbs Lesbi, à qua Apollo Napæus dictus eſt. Sunt & Epirotæ Napæi.

Νάπις.) Napis, urbs Scythiæ.

νάπος.) Xenophon: Cum duces ad ſaltum magnum atq; imperuium perueniſſent, ſteterunt ambigẽtes, eſſet'ne tranſeundus an non?

νάπυ,) κἄβλεψε νάπυ, καὶ τὰ μέτωπ' ἀνέσπασεν: Toruũ uidit, frõtẽq; corrugauit.

Νάρβων.) Narbon, ſeu Narbonẽſis mercatus, & urbs Gallica. Eſt & palus Narbonitis, & Narbis urbs Illyriorum.

νάρθηξ.) Narthex eſt, ut aiunt, inſulula prope Samum, appellentibus ad dextrã, cuius gentile eſt Nartheeuſæus, ſeu Narthecuſius.

NARMALIS, urbs Piſidiæ.

νάρυξ.) Naryx urbs, quæ & Naryciũ & Naryce, è qua fuit Locrenſis Aiax. Virgilius. Hic & Narycij poſuerunt mœnia Locri.

νάρσης.) Narſes, dux Romanorum prudentiſſimus & ſtrenuus, qui ſciret ſe accommodare negocijs: ac modica ſanè fuit eruditione, nec eloquentiæ ſtuduerat: ingenij autem dexteritate pręſtabat, conſiliaq; ſua poterat oratione explica-

re: quanquam caſtratus eſſet, & in regia delicatiſſimè educatus. Fuit etiam breui ſtatura, & tènuiſſimo corpore: incredibili uerò fortitudine & magnitudine animi præditus. Fuit ſub Iuſtiniano.

*νασαμών.*) Naſamon, nomen uiri: à quo Naſamônes, gens Libyæ.

*νάςος.*) Naſtos, urbs Thraclæ, quæ & Neſtos dicebatur.

*ναυαγίων.*) Ex uno malo totus campus naufragijs implebatur: id eſt, uno curru alliſo, etiam cæteri frangebantur.

*Nouatus ſacramentis arcet, qui idolis immolarant.*

*ναυατος.*) Nouatus. Hic presbyter cũ eſſet, ab eccleſia Romana diſceſſit, cum Cornelius epiſcopus eos fideles, qui in perſecutione, quam Imperator Declus contra Eccleſiam mouerat, ſacrificatãt, ad communionem recepiſſet. Hanc igitur ob cauſam ſeceſſione facta, & Epiſcopus, ab ijs Epiſcopis qui in eâdem cũ illo ſententia erant, electus, ſcripſit omnibus Eccleſijs, ne eos qui ſacrificaſſent, ad myſteria admitterent: ſed ut hortarentur eos ad pœnitẽtiam: & remiſſionem Deo omnipotenti, & poteſtatem remittendi peccata habenti commendarent. Has epiſtolas cum prouinciales accepiſſent, pro ſuis quiq; morib. ea quæ ſignificata erant iudicarunt. Nam cum ille ſignificaret, non impertienda eſſe ſacramenta ijs qui poſt baptiſmũ, peccatum (ut uocant) mortale feciſſent: alijs hæc uidebatur acerba & crudelis Canonis expoſitio: alij illum ut iuſtum, & qui Rempublicam erigeret, recipiebant. Interim dum hæc agitabãtur, ſuperueniunt Cornelij epiſcopi literæ, quæ concedebant, ut ijs qui poſt baptiſmum peccaſſent, remitterentur peccata. Cum uerò ita ambo contraria ſcriberent, & uterq; ex diuinis literis ſua dicta munirent, quiſq; (ita ut fit) amplexus eſt id quod illi prius magis placuerat. Omnes enim ad peccandum propenſi, tum cõceſſam ueniã amplexi, etiã deinceps in quouis peccato ea ſunt uſi. Sed Nouatus ſub Valẽte Imperatore, qui perſecutionem cõtra Chriſtianos commouerat, martyrium obijt.

*Diſſentientibus doctoribus, populus ſibi opportuna ſequitur.*

*Nouatus martyr.*

*Innocentia cum delicijs coniuncta.*

*ναυατιανοί.*) Nouatiani hæretici, qui Nouati ſententiã ſequuntur. horum epiſcopus fuit Siſinnius, uir præſtans, & ſacrarũ literarum peritus, & inculpatus: in ratione uictus autẽ delicatus, & uarius. Interrogatus enim quam ob cauſam bis lauaret? reſpondit, Quòd ter lauare mihi cõmodum non eſt. Cum autem etiam alba ueſte utentem quidã Catholicę eccleſię cum deriſiſſet, dixit ad eũ: Dic ergo ubi dictũ ſit, ueſtem nigrã eſſe induendam? Qui cũ hæſitaret, ſubiecit: Tu quidẽ nunquam iſtud oſtẽdere poteris. Me uerò & Salomon ſapiẽtiſſimus monet, cũ dicit, Veſtimẽta tua cãdida ſint. Ipſe etiã Chriſtus albatus in Euangelio apparẽs, Moyſen & Heliam tales oſtendit Apoſtolis. Sunt & alia multa feſtiuè ab eo dicta.

*ναύκρατις.*) Naucratis, olim Aegypti mercatus fuit, urbs à Mileſijs condita, cũ mari dominarentur. Naucratita fuit doctus ille Athenæus.

*ναῦλος.*) *καὶ ναῦλον ἡμῖν τῆς νεὼς ὀφείλεται.* Etiã uecturæ preciũ nobis debetur.

*ναύπακτος.*) Naupactus, urbs Aetolię: ab eo dicta, quòd ibi Heraclidę, ante occupatã Peloponneſum, naues fabricaſſent. Incolæ uocantur Naupactij.

*ναυπλία.*) Nauplia, urbs Argiua, ab appulſu nauium dicta. Cuius incolæ Nauplienſes.

*ναῦς.*) Nauis. Arrianus: Traianus Imperator traijciens flumẽ, quinquaginta naues habebat, quarũ quatuor ſigna Imperatoria uehebãt, atq; etiã imperatoriam longis rudẽtibus annexam attrahebãt. Erat aũt nauis longitudo, ut triremis maximè: latitudo uerò & ꝓfunditas inſtar onerariæ, cuiuſmodi maxima illa eſt Nicomedia aut Aegyptiaca, in qua Imperatori cõclauia quot ſatis eſſent cõſecta erãt. Ea uerò & apluſtria ferebat, & in ſummis uelis Imperatorium nomẽ, cæteraq; omnia Imperatoria ornamẽta auro erãt inſculpta. Tota autẽ claſſis trifariã diuiſa erat, ne cõtinenti nauigatione turbaretur.

*ναυσικάα.*) Nauſicaa, quaſi nauiũ ornatricẽ, uel nauib. ornatã dicas. Mẽinit Homer⁹ Nauſicaę Phæacię puellę, cõueniẽter illi regiõi. Nã cũ rei nauticę ꝑitiſſimi eſſẽt, naues pice iurebãt, ꝗ tutiores eſſẽt.

*ναῦς ἱκετεύει πέτρας.*) Nauis ſupplicat petræ. Prouerbium, de planè ſtupidis.

*ναῦς νικομηδὶς καὶ στρατηγίς.*) Nauis Nicomedia & prætoria: quarum altera à loco dicta eſt, altera à dignitate.

*ναῦς παλαιὰ πόντον οὐχὶ πλώσει.*) Nauis antiqua mare non traijciet. De ijs qui ad nullam rem ſunt utiles.

*Ναύσων ναυκράτει.*) Nauſõ Naucrati. De ijs q ex æquo ſibi inuicẽ reſpõdent. Nomina cõficta ſunt ex uocũ ſimilitudine.

*ναύσταθμος.*) Statio nauiũ. Ea loca etiã corijs tegebãtur, ne tabulata læderẽtur.

*ναύτης.*) Imaginem (*εἰκόνα τῆς κύλικος*) tamicis Baccho hîc dedicaui.

Con-

*Conſeruatus è nauſis quadraginta ſolus.*

Zenonis diuitiæ.

*ναυλικῶς δανείζειν.*) Aiunt Zenonem, cũ ultra mille talẽta haberet, ueniſſe in Græciam, eaq́; nautis mutuaſſe.

*ναυτοδίκαι καὶ ναυφύλακες.*) Prætores & cuſtodes nauales, magiſtratus Athenis, cuius munus ex ipſo nomine clarũ eſt.

*ναύφρακτον βλέπεις.*) Nauphracton tueris. Ariſtophanes: Homo, per deos, qdam obtuere claſſicum: id eſt, latè diductis oculis me intueris. Solent enim in triremibus magna quædam ineſſe foramina ſpecie oculorũ, quibus remos inſerentes remigant.

*ναυφράκτῳ στρατῷ.*) Nauali exercitu, id eſt claſſe. Athenienſes mari dominabãtur: maximè poſt nauale ad Artemiſium & Salaminem prælium.

*νάφθα.*) Naphtham Medi uocant, quã Græci Medeæ oleum.

*ναὶ μὰ τὸν.*) Peccantem obiurgabat, & iniuſtè facientem arguebat, atq; ab iniuriis paterna omnino uir ẽgregius libertate retrahebat.

Iuramenta ueterum.

*ναὶ μὰ τὸ.*) Per rugoſam pellem meam. Callimachus in Hecale: Per arborẽ hãc quamuis aridam. Veteres nõ temerè per Deũ iurabãt, ſed per obuia quæq;, ut & Menander: Teſtor Apollinem hunc, & fores. Et Homer⁹: Iuro per hoc ſceptrũ. Informat autẽ hoc genus orationis ad honeſtatem & religionem.

*ναὶ ναὶ μὰ μήκωνος χλόην.*) Certè hercle, per papaueris comam. Iuſiurandum ridiculum.

*νέαι.*) Neæ, inſula uicina Lemno, ad quam annataſſe dicitur Hercules: atque in eâdem, ut quidam tradunt, Philoctetes à natrice morſus eſt.

*νέα.*) Myſiæ caſtellum, unde Neæus.

*νεαλής.*) Appianus: Populus de mœnib. ſpectans, fatigatis ſubinde recentes ſubmittebat. Galli aũt defeſſi cũ integris congredientes, effuſè fugiebant.

*νεάνδρεια.*) Neandreia, uel Neandrium, urbs Troadis Helleſpontia, quam quidã Leandriã per L perperam ſcribunt.

*νεανισκεύεται.*) Poſidippus in Demotis: Vxorem habebat pereleganrem & bonam. Ea pubem meam expetebat.

*νεάνθης.*) Neanthes Cyzicenus orator, diſcipulus Philiſci Mileſij.

*νεάπολις.*) Neapolis, urbs Italiæ inſignis, in qua Parthenopes Sirenis ſtatua collocata eſt. Sunt & aliæ multæ Neapoles, id eſt, nouæ urbes.

Prouidentia.

*νεαροί.*) Pueris ſtolidiores ſũt, qui Deũ negant res humanas intueri.

*νέαρχος.*) Nearchus cũ Alexãdro militauit, de eoq́; hiſtoriã ſcripſit. Mentitus autem eſt in eo, quòd ſcripſit ſe pręfectũ claſſis fuiſſe: cum gubernator fuerit.

*νεβρίζων.*) Demoſthenes pro Creſiphõte: Alij dicunt, ipſum ſacrificulũ hinnuli pelle indurũ eſſe: alij, pellibus hinnulorũ indui ab eo initiãdos: alij, lacerari hinnulos arcana quadam ratione.

*νεβρεία καρδία.*) Hinuli cor. De timidis.

*νέα χελιδών.*) Noua hirundo: de iis qui aliquos decipiunr. Ariſtophanes in Auibus: Decepi coquos, dicens: Aſpicite pueri, an non uidetis? Noua hirundo. Illis circumſpicientibus: ego interim carnes ſum furatus.

*νεβρώδ.*) Nebrod, ſeu Nebrodes, nomen eius à quo Gigantes ortum habẽt, f. Nemrot.

*νέγρη.*) Negne oppidulum Arabiæ.

*νέδη.*) Nede, ſiue Nedea, urbs Arcadię à nympha Nede, Ciuis, Nedeeſius.

*νέδων.*) Nedon, fluuius & locus Laconicus. Hinc Minerua Neduſia uocatur.

*νήλατα ἄλφιτα.*) Recentem farinã melle perfuſam, uuis paſſis additis, & uiridi cicere permiſtam, ſacerdotibus dabant, eaſq́; placentas Neelata, & Ambroſiam & Macariam appellabanr.

*νεκρῷ λέγεις μύθους εἰς οὖς.*) Mortuo fabulas ad aurem narrans. De ſtupidis, & nihil intelligentibus.

Explicatio ſomnij.

*νεκροὺς ὁρῶν, νίκρωσιν ἕξεις πραγμάτων.*) Tibi occidenr res, mortuos ſi ſomnies.

Nectar & Ambroſia, potus & cibus deorum.

*νεκταρία.* Nectar, deorum potus, itemque cibus: inde dictus, uel quòd bibentibus adoleſcentiam conferat: uel quòd uulgus eo potiri nequeat. Eodemq́; modo Ambroſia, non eò tantùm quòd corruptionis ſit expers: ſed etiam quòd nemo eam mortalis habeat.

*νεκυόμαντις.*) Necromantis, qui mortuos percontatur.

*νεκύια.*) Mortuorum feriæ. Inanis terra apud Perſas ſunt Græcæ inferiæ. Epigramma:

Diogenes.

*Canẽ Diogenẽ mortuorum ſuſcipe portitor,*
*Qui totius uitæ latentem ſcenam patefecit.*

*νέμαυσος.*) Nemauſum, urbs Galliæ, à Nemauſo Heraclide.

*νέμεα καὶ ἴσθμια.*) Loci in quibus celebrabantur annua certamina. unde & leo Nemeæus, quem ibi paſcentem Hercules occidit. Nemea ribicina, & Nemea ſelina.

*νεμέα χαράδρα.*) Locus quidam in Peloponneſo ſic uocabatur.

*νεμεσηθεὶς.*) Reprehenſus à coniuge in ſaltatione, iaculo ſauciatus è uita excedit. Ioſephus: Rogabat Deum, ut & hoſtium ſpem infringeret, & populi ſui miſereretur. Et alio loco: Si ſucceſſu caruerint inſidiæ: ſcito me non præter ſpē uoti impotem futurum.

Indignatio. Inuidia.

*νεμεσητικὸς, ὁ ἐναντί⊙ τῷ φθονερῷ.*) Indignans diuerſus eſt ab inuido: hic enim ob ſucceſſus proſperos bonorū dolet, cum inuidia etiam talis ſit. Indignās uerò eſt, qui dolet ob felices malorum ſucceſſus. talis enim eſt indignatio. Itaq; indignans non eſt inuidus. Eſt autem problema finitiuum. * Aemulatione oratorum hoc dicit. nam ſi quis eum etiā qui indignans dicitur, inuidū definiat, quòd & ipſe aliquibus ſuccēſeat: opponimus aliam definitionem: Non indignantem eſſe talem, ſiquidem rectè aliquibus ſuccenſeat: ſed eum eſſe inuidum, qui ſuccē ſeat ubi non deceat.

*νεμέσια.*) Fortaſſis feſtum eſt Nemeſeos, quo defunctis iuſta ſoluebant. nā Nemeſis mortuis attribuitur.

*νεμεσίων.*) Nemeſio efferebatur, & ſpe ſuſpenſus erat: ſeq; magno bono potitū eſſe putabat, cum in me incidiſſet.

*νέμεσις.*) Iuſticia, ultio. Ariſtophanes: *Heu Nemeſis, grandiſtrepaq; tonitrua.* Arrogantium ultricē Nemeſim cognouerunt, quæ inre illos inſectata eſt. Et alio loco: Non ſefellit omnibus ſuperbis aduerſantem Nemeſim: ſed ſuapte calamitate erudiri eſt coactus. Adſuit Nemeſis quæ terram intuetur, uel quæ iniurias inſpicit. Aelianus: Nemeſeos inſpectricis, quę arrogantes & ſuperbos punit, euidentia teſtimonia. Hinc prouerbium, *νέμεσις δή γε παρ' πόδα βαίνει*: hoc eſt, Nemeſis e ueſtigio inſequitur: eo quòd ulcio eos qui deliquerunt, celeriter perſequitur. Clanculum aſſectaris, inſolentes ceruices deprimis, ſub cubito ſemper uitam tenes.

*νέμειν προστάτην.*) Inquilini ſinguli cogebantur habere ciuē aliquē patronū, cum quo res ſuas adminiſtrarent: & uectigal, quod *μετοίκιον* dicitur, ſoluerent.

*νεμήσεις ὑποκριτῶν.*) Diſtributiones hiſtrionum. Poetæ ſumebant tres hiſtriones ſorte diſtributos, qui fabulas agerēt: inter quos uictor deinceps ſine iudicio adhibebatur.

*νενημένην.*) Ariſtophanes ad ſpectatores: Quid ſedetis lapidum inſtar, numerus, oues ſtolidæ, amphoræ coaceruatę? Per ſtultum, prudens exploratur.

*νεοκαισάρεια.*) Neocæſaria, Pontica (ut aiunt) urbs, cuius ciues Neocæſarienſes dicuntur. Iidemq; etiam Adrianopolitę. Eſt & Bithyniæ ciuitas.

*νεοκλῆς.*) Neocles Athenienſis philoſophus, frater Epicuri. Scripſit de ſua ſecta. Neoclis eſt dictū illud, *λάθε βιώσας*: id eſt, Ita uiue, ut nemo te uixiſſe ſciat.

*νεοκλείδου κλεπτίστερ⊙.*) Neoclide furacior. Hic in Comœdia perſtringitur, ut qui orator fuerit, & cæcus, & ſycophanta, & fur. Ariſtophanes: Neoclides cæcus ille quidem eſt, ſed furando uincit etiam uidentes. — o bellua oratorum.

*νεολαία.*) Vt Romana pubes laudabiliter & confidenter decertaret. Aelianus: Peſtis in urbe Epheſo uehementiſſimè graſſabatur. Ante diem moriebantur adoleſcentes, ſterilesq; erant non fœminæ modò, ſed & quadrupedes.

Peſtis. Sterilitas.

*νέον τεῖχ⊙.*) Nouus murus. Locus eſt Aeolidis, cuius ciues Neotichitæ: ut & *χωλὸν τεῖχ⊙*, id eſt Claudꝰ murus, in Caria, cuius incolæ Cholotichitæ dicūtur.

*νεόπλουτ⊙.*) Nuper ditatus, ſicut Latini Nouum hominem dicunt.

*νεόρτον.*) Quid uerò, Laij fili, denuò extitit noui?

*νέ⊙ ἐστὶ, καὶ ὀξὺς.*) Iuuenis eſt, & pernix: id eſt, indoctus & temerarius. Plato in Gorgia.

*νεόττιον.*) Ariſtophanes: Perdix fiat patris pullus. Piſiæ filius ſimilis uult fieri patri. Fuit autem Piſias proditor. Alio loco: Tres beſtiæ impudentes, Piſias, Oſphyon, Diitrephes.

*νεοττόν.*) Luteum oui dictū fuiſſe *νεοττόν*, teſtatur & Chryſippus in libro de Oraculis. ait enim, quendam in ſomnis oua de lecto ſuo conſpicatū pendere, percōtatum eſſe cōiectorem, qui dixerit: Si foderis, inuenies iuxta locū illū theſaurū. Qui cum uaſculum, in quo argentū eſſet & aurum, reperiſſet: aliquid argenti attuliſſe uati. illū uerò dixiſſe: De uitello uerò nihil'ne mihi das?

*νεοττ⊙.*) Equidem noui totis octo diebus conſumptum ab eo eſſe domeſticæ gallinæ pullum non magnum.

*νεόφρων.*) Neophron, ſiue Neophon, Sicyonius tragicus: cuius, Medeā Euripidis, eſſe aiunt. Primus induxit pædagogos, & ſeruorum tormenta. Edidit tragœdias 120. Pòſt familiaris fuit Alexandro

dro Macedoni: & quia Calliſthenis philoſophi amicus erat, unà cũ illo per cruciatum eſt interfectus.

*νεοχάρακτα.)* Sophocles: Veſtigia ipſius nuper im[illegible]ſſa. Nam cum nuper impreſſa ſunt ueſtigia ferarum, facilius uenatores ſequuntur, priuſquam à uento odor aboleatur.

*νεοχμός.)* Cum non præſtò eſſent qui magiſtratus poſsẽt gerere: multa in Republica ſunt nouata.

*νεοχμοῦν.)* Nulla uetera inſtituta conſeruanda ſibi putabat: ſed omnia ſubinde nouare uolebat.

*νεοχμῶσαι.)* Cũ bello occupati eſſent, nihil nouarunt.

*νέων.)* Neonem, dicit Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, Philippi fuiſſe amicum.

*νεώνητον.)* Cum Cleon non eſſet genere Athenienſis: ſed nuper ad Rempublicam acceſſiſſet: nouicium ſeu nuper emptum eum appellat. His ipſis uerbis etiã Athenienſes perſtringit: qui, cum germanis ciuibus, & optimè de Repub. meritis potius credere deberent: maiorem Cleoni honorẽ habuerint. Solemus enim ſeruis etiã magis credere, qui domi noſtræ nati, unaq́; educati ſunt, quàm iis quos poſtea emimus.

*νεώρια.)* Homo Bœotius blattã accenſam in nauale cõiecerit: id eſt, cremabit nauale. Tiphe, quæ & ſilphe, animalculum eſt inſtar ſcarabæi: quo Bœotij putant, facula infixa (*ὡ δ᾽ ἐγχέουσιν ἐμπυρίζειν ὃ ἂν βούλωνται*) ſe quiduis incendere poſſe. Idẽ & per uulpes & teſtudines fiebat.

*νεῶνες.)* Neon, ſiue Neones, urbs Phocidis.

*νεώσοικοι.)* Polycrates Samiorum tyrannus, ciuium ſuorum liberos & uxores in naualia coniecit: eo conſilio, ſi iſti exules fouerent, ut unà cum naualibus illos cremaret.

*νέωτα.) αἰεὶ γεωργὸς ἐς νέωτα πλούσιος.* Semper agricola in alterum annũ eſt diues.

*νεωτερίζειν.)* Thucydides: Dieì æſtus moleſtus erat: noctes uerò autumnales & frigidæ, illa mutatione nouos morbos gignebant. Barbarus neque in fortunã, res nouare ſolitam, conferre culpam potuit: quaſi iuſtum prælium aperto Marte commiſiſſet.

*νεώτερον.)* Metuere ſe dicebat, ne ꝙ inopinatum & nouum malũ ingrueret.

*νέπετος.)* Nepetus, urbs Italiæ, unde Nepeſinus.

*νέπως.)* Nepos, mõtis ſine aqs nomẽ.

*νέρβας.)* Nerua, Imperator Romanorum, euangeliſtam Ioannem ab relegatione Patmica reuocatum, Epheſum reduxit: quo tempore etiam Manichæorum dogma prodiit, ipſo Manente apertè præeunte.

*νέρων.)* Nero Imperator Romanorum, principatu cõfirmato in impia facta incidit: & alienis rebus, indignis imperio, dedit operam, cithara ludens, tragœdias recitans, & ſaltans in theatris: atq; pietatis etiam odium adiunxit, primus diuini ſermonis perſecutor. Tandem & matrem & ſemetipſum ſuſtulit.

*νέρων.)* Nero cum adhuc iuuenis eſſet, philoſophis operam dabat, & de Chriſto quædam diſcebat. adhuc enim eum inter homines habitare putabat: ſed cũ à Iudæis crucifixum eſſe intellexiſſet: indignè tulit, mandauitq́ue ut uenirent ſacerdotes Annas & Caiaphas, & ipſe Pilatus, qui tunc præfectus erat, ferro uincti. & cum in Senatu conſediſſet, quæ de illo acta eſſent audiebat. Annas igitur & Caiaphas dicebant, ſe legibus obtemperantes, illũ tradidiſſe, & læſæ maieſtatis non eſſe reos. Prætorem enim poteſtate prædirum, quæ uoluiſſet, egiſſe. Nero igitur indignatus, Pilatũ in carcerem cõiecit: Annam uerò & Caiapham dimiſit. Tum Simon quoque Magus florebat. & cum Petrus & Simon, præſente Nerone, inter ſe diſputarent: eductus eſt è carcere Pilatus. Hi tres cum aſtarent, Nero Simonem interrogat, Num tu es Chriſtus? Ille uerò ſe eſſe ait. Deinde & Petrum, Num ipſe eſſet Chriſtus? Ille negat. me enim, inquit, aſtante in cœlum ſublatus eſt. Tum Pilatũ rogat, uter horum eſſet is, qui Chriſtus diceretur? s uerò: Neuter, inquit. nam Petrus quidem diſcipulus eius fuit, & apud me pro diſcipulo eius delatus, eum cum neſcire ſe diceret quis homo eſſet, dimiſius. Simõ uerò iſte nequaquam mihi notus eſt, neque ullam habet cum illo ſimilitudinẽ. Nam hic quidem & Aegyptius eſt, & (*ἐμπληθής*) corpulentus, & denſis capillis, & niger, omninoq́ue ab illius forma alienus. Iratus igitur Imperator, Simoni quidem, quòd mentitus eſſet, ſeq; Chriſtum eſſe dixiſſet: Petro autẽ, qui negaſſet magiſtrum: eos è concilio eiecit. Pilato uerò caput amputauit, qui tantũ hominem iniuſſu Imperatoris interficere nõ dubitaſſet. Neronem aũt dictum fuiſſe

*Videtur hæc ad Tiberium pertinere.*

*Annas. Caiaph. ut Pilatum.*

*Simon.*

iſſe lutum ſanguine maceratum, alibi eſt expoſitum.

νέσσος.) Neſus centaurus, de quo Sophocles ſcribit: Deianira, inquit, ira'ne ſe res habet? Nam opinari quidem licet: nondum uerò ſum experta. Atqui facto res eſt comprobanda. Nam tametſi tenere te putaueris: non tenebis, niſi periculum feceris.

νέσσων.) Neſſon, urbs Theſſaliæ, & ſtagnum Neſſonium.

νεστόριος.) Poſt Manentem, & Paulum & Apollinarem, & Theodorum, prodiit Neſtorius, ex Germanicea, urbe Syriæ, ſede Cõſtantinopolitana potitus: ęquè atque Paulus & Theodorus, maiores eius, uoce duarum in Chriſto naturarum ſtolidè abuſus. Filius enim fuit Cilicis, Samoſateni uerò nepos: proptereaque aduerſus ſanctam Deiparam bellum ſuſcepit irreconciliabile: tertiusque defenſor extitit Iudaicæ iſtius ſectæ: quæ aliũ eſſe apud ſeſe Chriſtum, & alium Deum uerbum, ſecundum patrium ſuum errorem, tradidit. Huic ſucceſſit Eutyches. Hic Neſtorius cum natura eſſet facundus: eruditus eſt habitus, cum reuera indoctus eſſet. Cùm ueterum ſcripta interpretaretur, diſcere recuſabat. Nam ob uolubilitatem linguæ tumens, nõ admodum curabat ueteres, ſed omnibus potiorem ſe eſſe iudicabat.

*Linguæ uolubilitas, pro eruditione. Arrogantia.*

νέστωρ.) Neſtor Larandenſis, ex Lycia, poeta, pater Piſandri poetæ. Fuit ſub Seuero Imperatore. Scripſit Iliadem, omiſſis quibuſdam literis aut elementis. Eodemq; modo, ut ille, Tryphiodorus ſcripſit Odyſſeam (λειπογράμματον, ἤτοι ἀστοιχείωτον.) In libro enim primo, qui A inſcribitur: A non reperitur. & ſic in ſingulis Rhapſodiis ea litera quæ illius numerum & ordinem exprimit, deſideratur: ut in β, id eſt ſecundo, nullum eſt beta. & ſic de reliquis. Scripſit etiam Metamorphoſes, ut & Parthenius Nicenus, & alia.

*O homines, nugis & ingenijs abundantes.*

νεοῖς.) νέοις μὲν ἔργα βουλὰς δὲ γεραιτέροις: Iuuenibus opera, conſilia ſenibus.

νεῦρα μάχης ὁ πλοῦτος.) Nerui belli diuitiæ. Piſides: Maximè cum uideret, etiam belli neruos, diuitias ad Barbaros confluxiſſe.

νευροί.) Neuri & Hippopodes, ijdem & Neuritæ dicũtur, Sarmatiæ populus eſt: regio Neuris dicitur.

νεῦρον.) Neruus, ex eo dictus, quòd corpus per eũ inclinetur: uel à natando, qđ nerui per totum corpus ſint fuſi.

νηξάμενοι.) Xenophon: Exuti, pugiones tenentes nudi, tanquã nataturi tranſire conabantur.

νεφέλη.) Nubes, fumoſa terræ exhalatio.

νεφέλας ξαίνεις.) Nebulas diuerberas uel pectis. De fruſtra laborantibus, & ea quæ fieri nõn poſſunt, con[illegible]ibus. Verbũ hoc ex eo fortaſſe ſumptũ eſt, quòd alter dixerat, Nubes extentas, uelleribus ſimiles eſſe.

νεφελοκοκκυγία.) Nephelococcygia quaſi Nebulicuculiam dicas, urbs apud Ariſtophanem in aere efficta, quam ille per iocum ab auibus eſſe conditã dicit.

νεφθαλῖται.) Nephthalitæ, gens quę Orientem tenuit, apud Ioſephum.

νεφροὶ.) Renes, id eſt cogitationes. Nã inguinis appetitum renes excitant, unde cupiditatis cogitationes cientur.

νεφροί.) Renes corporis, per quos urina colatur.

νεῖκος.) Ille me uehementibus litibus & contentionibus exagitat.

νείλεως.) Nilei colonia deducta in Aſiã (πολιάδεται) celebratur.

νεῖν.) Arrianus: Expeditiſſimum quẽq;, & leuiſſima armatura indutum, & natandi peritiſſimum, data teſſera enatare iubet. Quemadmodum aues uolare, nare piſces, & cerui currere natura poſſunt, neq; doctore indigent *.

νήϊον.) Neium, mons Ithacæ, qui & hyponeium.

νήϊα.) Neia, dicũt Sami extitiſſe beſtias, quib. uociferãtib. terra rumperetur: quę dictæ ſint Neiæ, ut tradit Enizon.

νηΐται.) Aelianus: Lacedæmonij bellis naualibus parum exercitati.

νεοσμεῖα κρατῶν προσδόκα λύπας.) Vbi glomera tenueris, expecta moleſtias. *Explicatio ſomnij.*

νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν τ' ἐπίληθες ἁπάντων.) Helenæ potio & luctum ſedãs, & iracundiam reprimens, & malorũ omnium obliuionem inducens.

νήπιος.) Philippus Macedo multis interfectis, tandẽ uerſum hunc adiecit:
*Fatuus eſt, qui occiſo patre filios relinquit,*
Immane fortaſſis, hoc eſt. Præcipere enim uidetur, ut inimici internecione deleantur, ne infantibus quidem relictis. Heſiodus:
*Stolidi ignorãt quanto plus ſit dimidiũ toto.*
Fit enim interdum, ut qui plus appetit, etiam id quod habet amittat.

νηποινί.) Cum præcipuus ſeditionis autor fuerit: crimẽ illud impunè haud euaſurum

ſurum eſſe. Non impunè laturos eos iniurias ſibi factas, eſſe dicebat.

νηπύλι@.) Ariſtophanes in Nubib⁹: Fatuus eſt, & ſcalis hiſce non aſſuetus.

νηρεύς.) Nereus, Deus marinus.

νηρηίδες νύμφαι.) Nereides nymphę, numero ſunt quinquaginta. Sophocles: Centipedum Nereidum pediſſequam, uel aſſeclam.

νηρίς.) Neris, urbs Meſſeniæ.

νήριτον ὄρ@.) Neritum mons eſt & Neritum, quod Actoricum dicitur, locus Epiri, pòſt Leucas dictus.

νῆσσα.) Diſſaules quidam Baben in matrimonio habuit, ex eaq; ſuſcepit Protonoen & Neſſam.

νησιώπη.) Neſiope inſula Lesbi, quę Sigrem portum efficere dicitur.

νῆστις.) Ieiunium (uel aqua) amaris lachrymis uerſat mortale genus.

νήτη.) Nete, chorda muſica, acutum edens ſonum.

νηφάλια ξύλα.) Sobria ligna, quæ neq; uitea ſunt, neq; ficulna, neq; myrtea, ſed ex thymo. Nam illa quidem οἰνόσπονδα dicuntur: quòd accendantur, cum non aqua, ſed uinum libatur. Et præcipua hæc materia eſt igniti ſacrificij: unde etiā nomen accepiſſe dicunt thymum, uoce facta à ſacrificādo, id eſt παρὰ τὴν θυσίαν καὶ τὴν θυλήν. Sunt & quædam ſacrificia, ſine ulla libatione fortuitò in uſum recepta. Eumenides dicuntur etiam ἄοινοι, id eſt ſobriæ, & ab ebrietate ſemper alienę, ob diuinæ uindictæ uigilantiam.

νηφάλι@ θυσία.) Sobriū ſacrificiū. Apud Athenienſes hoc ſacrificium fiebat Mnemoſynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, & Veneri cœleſti, ut ait Polemon.

νηφάλιοι θυσίαι.) Nephalia ſacra, in quib. uinum non libatur, ſed aqua mulſa.

νῆφε.) In cauſa eſt, quò minus opportunus ſit inſidiatoribus, dictum illud Epicharmi præclarum:

νῆφε καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν : ἄρθρα ταῦτα τῶν
φρενῶν:

*Sobrius eſto & memento diffidere.*

*Nerui .n. atq; artus ſapiētiæ ſunt, nō credere.*

νίβα.) Niba, fons quidam Thraciæ.

νίβις.) Nibis, urbs Aegypti.

νίγρητες.) Nigretes, gens Libyca.

νικαγόρας.) Nicagoras, filius Mneſęi oratoris, Athenienſis ſophiſta, fuit tempore Philippi Cæſaris. Scripſit uitas præſtātium hominum, de Cleopatra in Troade, Legationem ad Philippum Romanorum imperatorem.

νίκανδρ@.) Nicander, Xenophanis filius, Colophonius: aut, ut alij, Aetolus, idem & grammaticus & poeta, & medicus. Fuit temporibus Attali minoris, ultimi ſcillcet, eius qui Galatas uicit, quē Romani euerterunt. Scripſit Theriaca, id eſt de uenenatis beſtiis: Alexipharmaca, remedia contra uenena, Ruſtica. De (ἐπηρμένων) diſſolutè uiuentibus libros quinque, Collectanea remediorū: Prognoſtica uerſibus ſenariis, tranſlata ex Hippocratis prognoſticis, De omnibus oraculis libros tres, & alia plurima uerſibus heroicis.

νικάνωρ.) Nicanor Hermiæ filius, Alexandrinus grammaticus. Fuit ſub Adriano Cæſare, quo tempore etiam Hermippus Berytius. Scripſit de punctis apud Homerum, & quod diſcrimen in ſententiis inde exiſtat? De punctis in uniuerſum libros ſex: & horum epitomē, librum unum. De punctis Callimachi, Comica, De ſtatione nauium; De uoce ὦναξ, id eſt ô rex, & de puncto, & alia. Ob quod opus à quibuſdam per deriſum Stigmatias, id eſt, Notis compunctus uocabatur. Hermippus Berytius.

νικάνωρ.) Nicanor. Tres fuerunt Nicanores: unus filius Balacri, alter Parmenionis, tertius genere Stagirita, cuius etiam Hyperides meminit in oratione cōtra Demoſthenem.

νικασία.) Nicaſia inſulula ꝓpè Naxum.

νικᾷ τὸν ὀνηλάτην.) Vincit agaſonem. In enim qui monitorem non audit, ſed ultrò in exitium ruit.

νικάτορις.) Nicatoris, urbs Syriæ, condita à Seleuco Nicatore.

νίκαια.) Nicæa, urbs Bithyniæ, quā prę terfluit fluuius Pharnutis.

νίκαια.) Aeſchines in oratione Falſę legatiōis. Nicæa urbs eſt Locridis maritima, Bottiæorum colonia, eadem & Antigonia dicta. Nomen factum eſt à Nicea Lyſimachi uxore. Eſt etiam Illyrica urbs Nicęa, & Indica, & Corſicę inſulę, & Leuctrica, & Gallica, & Locrenſium Epicnemidiorum, & iuxta Thermopylas, & in Thracia. Viri inde orti ſunt multi, ſande digni Gentile eſt Nicænus. Mulier Nicaea.

νίκη ἀθηνᾶ.) Victrix Minerua, cuius ſimulacrū ſine alis, in dextra malū punicū, in ſiniſtra galeā tenens, honoratū fuiſſe ab Athenienſibus, ſignificauit Heliodorus hiſtoricus in lib. 1. de Arce.

νικήτης) Nicetes. Heraclides Lycius ſophiſta ait: Nicetes, purgatus ille ignorauit

rauit ſe ſpolia Pygmæorum accommodare Coloſſo.

*νικηφόριον.*) Nicephorium dictā fuiſſe Conſtantiam, iuxta Edeſam, tradunt.

*νικίας.*) Nicias, dux Athenienſis, Cithera inſulam cæpit: & de ipſa Sparta terrorem incuſſit Lacedæmoniis, ut præſidiū in urbe collocarent. Pacem octo annorum confecit. Fuit enim pacis adeò ſtudioſus, ut timidus propterea haberetur. Pax autem ſeptimo anno rumpitur, cum illam Alcibiades uiolaſſet: cum quo ad bellum Siculum eſt profectus. Victus autem, & morbo renū affectus, ſcripſit ad Athenienſes, ut aut exercitum, quem haberet, reuocarent, aut alium mitterent. Miſerunt itaque alium, duce Demoſthene, qui & ipſe uictus eſt. Ac milites quidem fugerunt: duces autem in fuga uiui capti, & in uincula coniecti, à Siculis interfecti ſunt.

*νικίου κώμη.*) Niciæ pagus, in Aegypto eſt: incola, Niciota.

*Mortuus uiuentiū defenſor.*

*νικόλαος.*) Nicolaus, è Myris Lyciç urbe, acerrimus Chriſtianorum & æmulator, & ſacerdos Deo familiariſſimus: nihil quidem ſcripſit, ſed in ſomnis Imperatori Cōſtantino apparuit. tres duces, à quibus inuocatus fuerat, ob calumniatorem quendam capitis cōdemnatos, liberauit. Atq; alios etiam milites æquè ex morte eripuit: neq; deſiſtit in hūc uſque diem, eos qui interceſſionē eius expetunt, ab omni neceſſitate liberare.

*νικόλαος δαμασκηνός.*) Nicolaus Damaſcenus, familiaris Herodis Iudæorū regis, & Auguſti Cæſaris, philoſophus Peripateticus, aut Platonicus. Scripſit hiſtoriam uniuerſalem libris 80, & uitç Cçſaris inſtitutionem. Tanti autem eum faciebat Cæſar, ut placentas melliras ſibi miſſas, Nicolaos uocaret: idque in hunc uſque diem permanet. Scripſit etiam de ſua uita, & educatione. Hic Nicolaus Damaſcenus in reliquis diſciplinis educatus, eò quòd & pater eius illis maximè operam dediſſet, poſteaquam & opibus & gloria inde eſt auctus: magis etiam auxit illam, cuius inexplicabili quodam tenebatur amore. idque, cum non mediocri eſſet ingenio, & imberbis adhuc, in patria celebris, atque ſuorum çqualium princeps haberetur. Nam & in arte Grāmatica nemine fuit inferior, inque Poeſi etiam excelluit, & ipſe tragœdias & comœdias probatas faciebat. Idq; ſtudiū & eam facultatem unà cum ætate auxit. Rhetoricæ etiam & Muſicæ dedit operam, & contemplationi mathematum, & Philoſophiæ uniuerſæ. Nam cum Ariſtotelis æmulator eſſet, & uarietatem doctrinæ uiri illius adamaſſet: ſubinde dixit, ſe omnibus diſciplinis habere gratiam, quòd & perliberales, & uitæ perutiles eſſent. In primis autem, quòd & adoleſcentiam & ſenectutem oblectent, & tædium adimant. Dicebat item, Muſas quoque propterea plures à Theologis tradi: quòd diſciplinæ & magnam haberent uarietatem, & ad omnem uitç uſum eſſent accommodatæ. neque peritiam earum neque inſcientiam ſimilem eſſe ſordidis artibus: ſed contrà & ignorationem harū ignominioſam eſſe mediocribus hominibus, & opificiorū ſcientiā. Neq; uerò ulla diſciplina ad quæſtum, faciēdamq; pecuniam eſt uſus: ſed uniuerſam eruditionem peregrinationi ſimilem eſſe dixit. Nam ut in illa accidit peregrinantibus, & longum iter facientibus, ut alicubi diuertant atque pernoctent, alicubi prandeant, alicubi plures dies permaneant, quædam uerò obiter ſpectent, reuerſi autem in ædibus ſuis habitent: ſic etiam per omnes diſciplinas peruagantes, oportere in quibuſdā diutius immorari, in quibuſdam breuius, quaſdam integras, quaſdā ex parte, quarundam rudimenta tātum aſſumere: earumq; utilitate retenta, in ueram patriā reuerſos philoſophari.

*Historia. Auguſti deliciæ.*

*Doctrinæ uniuerſa.*

*Muſæ plures.*

*Philoſophia domicilium, reliquæ diſciplinæ diuerſoria eruditorum.*

*νικόλαος.*) Nicolaus orator, diſcipulus Plutarchi & Procli: eius inquam Plutarchi, cui cognomen fuit Neſtorij. Scripſit Progymnaſmata, & declamationes. Floruit ſub Leone Imperatore ſeniore, uſq; ad Zenonem & Anaſtaſium.

*νικόλαος.*) Nicolaus, è Myris urbe Lyciæ, frater Dioſcoridis grammatici (magiſtri equitum) & Hipparchi, & (conſulis) Hypati patricij. Docuit & ipſe Cōſtātinopoli. Diſcipulus fuit Lacharis. Scripſit artem rhetoricam, & declamatiōes.

NICOMACHVS, Athenienſis tragicus, præter opinionem omnium, Euripidem & Theognidem uicit. Eius tragœdia eſt Oedipus.

*νικόμαχος.*) Nicomachus Alexādrinus, Troianæ regionis, tragicus. Scripſit tragœdias XI. ex quib. hæ ſunt: Alexāder ſiue Eriphyle, Gyriones, Aletides, Ilethya, Neoptolemus, Myſi, Oedip9, Perſis ſeu Polyxena, Trilogia, Metecbænuſæ, Tyndareus ſeu Alcmæon, Teucer.

*νικό-*

νικόμαχ@.) Nicomach⁹ Stagirita, philoſophus, filius Ariſtotelis philoſophi, diſcipulus Theophraſti, & (ut quidā tradūt) amaſius. Scripſit de morib. libros 6, & de phyſica auditione patris ſui.

νικόμαχ@.) Nicomachus medicus, & ipſe Stagirita, Machaonis filius, Aeſculapij nepos: à quo genus duxit Nicomachus, pater Ariſtotelis philoſophi, ipſe etiam medicus: ſcripſit de medicina libros ſex, & rerum naturalium unum.

νικόστρατ@.) Nicoſtratus, Macedonum orator. Relatus eſt in numerum eorum, qui ſecundum à decem oratoribus locū tenuerunt, æqualis Ariſtidis & Dionis Chryſoſtomi. fuit enim ſub Marco Antonino Imperatore. Scripſit Decamythiā, à numero decem fabularū. Imagines: polymythiā, id eſt multiplices fabulas: thalatturgos, & alia plurima, & encomia in Marcum & alios.

νικόστρατ@.) Nicoſtratus, comicus. huius mentionē facit Athenæus 3. libro Dipnoſophiſtarū: & fabulas eius eſſe dicit, Pandarū ſiue Antyllū, quæ & Philetæri eſſe uidetur, & Hierophanten, & Clinē, atq; etiā Habtam, & Heſiodū, & Diabolū, & Anteroſam, & Hecaten, Magirum, Otini, Plutum, Syrum repulſum, Pſeudoſtigmatiam, & Tociſten (ταῦτα ἐν παραθήκῃ εὕρον κείμενα) hæc in margine annotata reperi. Prouerbium: ἐγὼ πάντα ποιήσω πρὸς Νικόστρατον, Ego omnia faciā ad exemplū Nicoſtrati. Hic præſtantiſſimus actor comœdiarum eſt habitus.

νικόφρων.) Nicophron, Theronis filius, Athenienſis comicus, æqualis Ariſtophanis comici. Ex fabulis eius ſunt, Ab inferis reuerſus, Veneris natalis, Pandora, Euchirogaſtores, Sirenes.

νικοχάρης.) Nicochares, Athenienſis comicus, æqualis Ariſtophanis. Fabulæ eius ſunt, Amymone, Pelops, Galatea, Hercules ſponſus, Hercules choragus, Cretenſes, Lacones, Lemniæ, Centauri, Chirogaſtores.

ὁ καλλίνικ@ ἱεροφάντ. νίκων.) Nicon pugil fuit, pugnis & lucta, & pancratio, & curſu, & alijs certaminib. & Olympiis, & Nemeis in Iſthmiis, & alibi uictor: accepit coronas, ut aiūt, mille quadringentas. Cum uerò è uiuis exceſſiſſet, qdā acceſſit ad ſtatuā eius, quaſi uiueret, & flagellis eā cæcidit: in quem illa collapſa, hominē contumelioſum ulta eſt. Interfecti aūt filij, cædis reum egerunt ſtatuam. Thaſij itaque eam in mare abiecerunt, ſecundum legem Draconis

*Etiam mortuus inimicum occidit.*

Athenienſis, qui etiā inanima ob cædē factā in exiliū agit. Pythia uerò Thaſios calamitate conflictantes, eam ſtatuā reſtituere iuſſit. Qui cum dubitarent, quo pacto illa è mari extrahenda eſſet: piſcatores retia cum laxaſſent, ut piſces caperent, eam extraxerūt. quam Thaſij in priſtinum locum reſtituerunt.

*Statua Niconis è mari reducta.*

νικωνία.) Niconia, urbs in Ponto, ad oſtia Iſtri.

νιν, αὐτόν.) Sophocles: Tu de eo loqueris, non ego. Tu enim rem admittis, facta uerò dictant orationem. τὰ ἔργα τοὺς λόγους εὑρίσκεται.

νίναια.) Ninæa, urbs Oenotriorum, in mediterraneis: ciuis, Ninæus, aut Ninæenſis.

νινόη.) Ninoe, urbs in Caria Aphrodiſias, ædificata à Pelaſgis Lelegibus: propterea etiam uocata eſt Lelegum urbs. Pōſt autem, magna urbs: deinde à Nino, Ninoe. Gentile eius, Ninoetes.

νῖν@.) Ninus, urbs Aſſyriorum, quam condidit Ninus, maritus Semiramidis, in (fortaſſis ἀσσυρία, id eſt Aſſyria) Aturia. Gētile, Ninius. Vſum huius apud Herodotum habes, in loco de Niniis, quæ uocantur, portis.

νιρεύς.) Niteus, pulcher ille & formoſus apud Homerum.

νισαία. (Νισαία.) Niſſæa, Megatidis nauale. Niſſæa etiā uocabatur tota ipſa Megaris, à Niſo Pandionis filio. Hellanicus: Niſſæam cœpit, & Niſum Pandionis filium, & Megareum Oncheſtium: id eſt, ex Oncheſto, Bœotiæ urbe.

νισαῖον.) Niſæum, locus Perſidis, ubi naſcuntur equi celerrimi, qui Niſæi dicuntur. Alij dicunt, magnū campum eſſe Mediæ, cui nomen ſit Niſæum. Equos magnos gignit campus ille.

νίσυρ@.) Niſyrus, inſula una ex Cycladibus, quæ etiam Porphyris, à purpuris quæ in ea naſcuntur, dicitur. Nomen ex eo factum tradunt, quòd maximam partem inſulæ Co Polybotes gigas, percuſſæ à Neptuno tridente, ex ira aduerſus Iouem, ſecum traxerit. Ac Neptunum quidem tridente aduerſus Iouem coniecto, eo ictu fruſtratum eſſe: ſed magno illo inſulæ fragmento gigantem obruiſſe, atq; inſulā inde factā. Videtur autem conficta eſſe fabula, ob uicinitatem Niſyri & Co, & ob paruitatē illius. Fert autem bonum uinum Niſyrus.

*Polybotes. Iupiter. Neptunus.*

νιττάριον, καὶ βάττιον.) Nittarium & battium diminutiua ſunt, quibus amatores

D mu-

mulierculis blandiuntur. Symmachus Nittarum quendam fuiſſe dicit,ob molliciem perquam infamem.

νιφάτης.) Niphates, mons Armeniæ, πὼγω πτυμνώγειαν εὐσκόπελόν τε νιφάτην: Tauri extremitatem, & pulchris ſcopulis præditum Niphatem.

νίφετ☉.) Quatuor ſunt condenſationes aquoſæ humiditatis in aere: ſupra terram quidem ſupernè, minus denſa, nix: denſior uerò, grando: in terra uerò minus denſa, pruina: magis denſa glacies. νιφετὸς uerò, id eſt nix quæ minutatim defertur, non eſt condenſatio: ſed (ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὴν ἀλλοίαν χροιάν) qualitas illa magis eſt in colore diuerſo, cum regio Scytharum crebrò niuibus tegatur: neque illi ullo modo poſſint ſine gelida ac ris conſtitutione uiuere. In tuam regina gratiam, quæ talis ſis, etiam niuoſum frigus pomiferum eſt.

νίφει.) ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα, Verba niuibus ſimilia.

νιφοστιβεῖς.) τὰ δίμνια καὶ τὰ καρπηφόρετα τιμαῖς ὑπείκει. Et callidiſſima & robuſtiſſima quæq; honorib. cedunt. Nã niuoſa hyems locum præbet frugiferæ æſtati.

NIPSA, urbs Thraciæ, apud Herodotum.

νόαι.) Noæ, urbs Siciliæ: cuius ciuis, Noæus.

νόημα.) Conſilium quidem deæ eſt, furtum uerò meum: id eſt, Dea quidem ſuſcepit, ego uerò rapui. Sic enim demagogi captantes urbanitatem, dicebant, ſua conſilia Mineruæ eſſe conſilia.

νοητά.) Intellectilia, ſeu intelligibilia, ea quæ non cernuntur, & omnino ea quæ percipi ſenſibus nequeunt.

νοθεία.) Clandeſtina natiuitas, ſcortatio, & ea quę nothis ex patrimonio dantur. Neq; uerò ultra mille drachmas iis dare licebat: ut tradũt Lyſias, Iſæus, Ariſtophanes, Hyperides & Demoſthenes, in actione contra Ariſtocratem.

νόθ☉.) Nothus. Diuinum quiddam eſt, & legitimum in natalibus hominũ. Quo qui caret, nothus dicitur, quaſi numine priuatus, uel à diuinitate alienus.

νομάδες.) Nomades gentes ſunt Scythicæ, quæ dicuntur Hamaxophoreti & Hamaxobij. Inter uagabundos Scythas oberrat Strato: Ariſtophanes, de hominibus obturbantibus, & in eodem loco non permanentibus. Nam Scythæ, ob intolerabile frigus hyemis, rebus ſuis in currus impoſitis, in aliam regionem ſe conferunt. Qui uerò iſtic currum non habet, infamis apud illos iudicatur. Ait igitur & hic (idque præ moleſtia) Laboramus morbo contrario, Sacæ morbo. Sacas ille tragœdiarum fuit ſcriptor. Sic autem uocabatur, quòd peregrinus eſſet. Idem Ariſtophanes: Ille quidem cum non ſit ciuis, ui irrumpit. Nos uerò tribu & genere honorati, ciues cum ciuibus, arcẽte nemine, deuolamus ex patria ambobus pedibus (ἀμφοῖν ποδοῖν, ἀντὶ τ̃ πτεροῖν. Pennis) hoc eſt, omnib. uiribus.

νομαντία.) Numantia, urbs Hiſpaniæ apud Iubam.

νόμβα.) Nomba urbs Iudęæ, apud Ioſephum in Originibus.

νομάρχαι.) Nomarchæ, magiſtratus locis certis diſtributi apud Aegyptios, ſub Ptolemęo, qui ſucceſſit Alexandro Philippi filio. νόμοι eius (quaſi diſtributiones dicas) præfecturæ dicebantur.

νομᾶς.) Numa, Romanorũ legislator.

νομίζομενα.) Receptũ fuit, ut uictimæ reliqas caperet ſacerdos, coria & uêtres.

νόμισμα.) Ariſtophanes in Nubibus: Primũ deos nullos eſſe iudicamus. quaſi dicas, nullum apud nos nomiſma eſt, qđ Deus dicatur. Tenui nomiſmate utebãtur Byzantini.

νομογράφοι.) Apud Romanos, trecenteſimoprimo anno ab urbe condita, ab rogato conſulum magiſtratu, Decemuiris Reipub. adminiſtratio commiſſa fuit: *Decemuiratus.* qui ad tempus Rempub. ex uſu & commodo ciuium gubernantes, moderati uiſi ſunt, & digni imperio. hi enim leges & populares & Græcas in decem tabulas retulerunt. Alterò uerò anno magiſtratus, cum tyrannicè graſſari uiderentur: abrogatus eſt eis magiſtratus, cũ Appius maximè multitudinem in odiũ Decemuiratus impuliſſet: qui Virginij cuiuſdã, uiri re bellica nõ obſcuri, filiã uirginem uitiare cogitaſſet, uehemẽti amore puellæ captus. Quam pater ſua manu interfecit, impotentiã Appij ueritus, quí per uim puellã ſtuprare conaretur. Quo facinore uniuerſus exercitus commotus, Decemuiros, abrogato magiſtratu delictorum pœnas dare coegit.

νομοθέται.) Legumlatores, quondam Moſes, deinde Chriſtus.

νομοθέται.) Legumlatores apud Athenienſes fuerunt, primus Dracon, alter *Legumlatores.* Solon, & poſt illum * Thales, & poſt hunc Aeſchylus.

νόμοι κιθαρῳδικοί.) Apollo dicitur adhibita

*Apollonis cithare.* bita lyra hominibus tuliſſe leges, ſecundum quas uiuerent, delinita in primis cā tū inſita eis feritate, quò facilius, propter numerorum ſuauitatem, mandata admitterent. Inde dictæ ſunt leges citharœdicæ, muſici moduli, ſecundum quos canimus, exaggeratione quadam: ut & Ariſtoteli uidetur.

νομοθέτησον.) Præſcribe mihi, Domine leges & iura tua.

*Nomus & Ianuarius.* νόμος καὶ ἰανουάριος.) Nomus & Ianuarius, cum humanitate & iuſtitia ciuibus, ac potius omnibus etiam alijs hominibus, qui nunc uiuunt, & in Republica uerſantur, excellerent: cùm à ciuibus, tum à peregrinis laudabantur & amabantur. Nam & patriæ utiliſſimi fuerunt: & erga hoſpites humaniſſimi. Sed tranquillam & ocioſam uitam amplexi, rei familiaris facere iacturam malebant, quàm alienis opibus rem augere. Et hæc quidem illis communia fuerunt. Scorſim uerò *Nomi doctrina & iudicium.* Nomus ingenioſior fuit, & doctrinæ amantior, tam philoſophicæ, quàm eius qua præparantur adoleſcentes. Et inter omnes claros uiros omnium optimè iudicare potuit uirtutes & uitia, cùm poëmatum omnium, tum aliorum ſcriptorum. Et, ut omnino dicam, neq; Seueria- *Seuerianus. Agapius.* num, neq; Agapium philoſophum crediderim iudicio eloquētiæ tantū naluiſſe. *Ianuarius.* Ianuarius uerò rerum peritior, & prudentior in rebus ciuilibus erat fratre ſuo Nomo, atq; etiam modeſtior, & aliis in rebus ordinis obſeruantior.

νόμος.) Citharæ accommodatus melodiæ modus, harmoniam habens certam, & numerum definitum. Septem autem à Terpandro uſurpati fuerunt, quorum unus erat ὄρθιος, id eſt arduus ſeu altus: τετράδιος, id eſt quaternio: ὀξὺς, id eſt acutus. Dorienſes autem nomon pro nomiſmate uſurpant: & Romani uoce nonnihil inflexa, nummum dicunt. Attici diſtributas terræ partes, ut & Aegyptij, nomon dicunt, & ius ſcriptū. Darius habuit modos & Phrygios, & Lydios, & Ionicos.

*Legis definitio.* νόμος.) Apoſtolus: Sub lege uolentes eſſe, legem non auditis. Legem bonam eſſe demōſtrabimus, ſi eam definiamus rectam rationem, ad ſalutem utentium comparatam.

*Lex naturæ.* νόμος.) Lex tria ſignificat. Nam alia abſque literis, per creationē data eſt hominibus. id enim quod cerni in Deo ex creatione non poteſt, ipſis effectibus intellectum perſpicitur. Alio loco: Cum gentes quæ legem non habent, natura faciunt quæ legis ſunt: hæ cum legē non habeant, ſibi ipſæ ſunt lex. Altera, lex *Lex Moſaica.* ſcripta, per Moyſen, eorum gratia qui le- *Lex gratiæ.* gem uiolarant, donata. Et tertia, lex gratiæ. Nam lex ſpiritus uitæ, liberauit me à lege peccati & mortis.

*Diſtributio.* νόμος.) Lex uerbum eſt, quod multa ſignificat, & uariis uocibus declaratur. νόμος, id eſt lex, diſtributio dicit: ut quæ optimā uitæ rationem cōſtituat & ordinet. Dicitur & μαρτυρία, id eſt teſtimo- *Teſtimoniū.* niū, quòd teſtimonium contra peccantes dicat, pœnāq; tranſgreſſionis demō- *Ius.* ſtret. δικαίωμα, id eſt ius, quòd doceat iuſta, & uetet iniuſta, & rectè agētes iuſtos *Mandatum.* pronunciet. ἐντολή, id eſt mandatum, qđ quid agendum ſit præcipiat, & inſtar heris iubeat. κρίμα, id eſt quod ſuffragia *Iudicium.* demonſtret, ac doceat quibus eam obſeruans bonis ſit potiturus, & quib. trāſgreſſor pœnis ſit afficiendus.

νόμος.) Lex, ſecundum Apoſtolū ſignificat quatuor: Legem Dei, de qua ait, Delector lege Dei: * & eā quæ repugnat legi Dei: tertiam, de qua dicit, Lege mētis meæ. quartam, de qua ait, Lege quæ eſt in membris meis.

νόμος καὶ χώρα.) Lex & regio, quia quæuis gens ſuis legibus utitur.

νομοφύλακες.) Nomophylaces, magiſtratus quidam Athenienſis ſic dicebatur, differens à Theſmothetis, qui magiſtratus cogebant uti legibus.

νομοφυλακεῖα θύρα.) Nomophylacij ianua, per quam condemnati educuntur ad ſupplicium.

νόναι.) Nonæ, dies ſunt menſis, qui ſtatim calendas ſequuntur: ſiue circa primam nouilunij, alter ſcilicet dies mēſis. Nonas ſequuntur Idus. A' Nonis etiam Annona dici uidetur, quòd iis dieb. ea dati ſolebat.

νόννος.) Nonus, Panopolita Aegyptius, eloquentiſſimus: qui uirginem Theologum, id eſt Ioannem euangeliſtam, uerſibus heroicis interpretatus eſt.

*Aeſtus & frigus in morbis.* νόσος.) Animaduertimus in morbis æſtuare nos, aut frigere: non quòd ſenſitiui nerui aut carnes caleant: ſed quòd humores, ſanguis & ſpiritus. Cum igitur ſentiendi uis primò in carnibus & neruis ſit: meritò partibus humidis, intemperiè affectis, ſpiritu inquam & ſanguine, quæ ſentientibus partibus ſunt uicinæ, tactu eas percipimus, ut & aerem ca-

lefactum aut frigefactum. Etiam ipſas ſolidas partes febris corripere poteſt, cum non æquabiliter caleſcunt, ſed inæqualiter. Sunt enim quædam particulæ ſecundum naturam affectæ, quædam uerò cõtra naturam. Non accidit, ut ea quæ ſecũdum naturam affecta ſunt, percipiãt ea, quæ contra naturam ſunt affecta. Fieri enim nõ poteſt, ut æqualis ſit temperies. *Febris hectica.* Qui uerò hectica febri laborant, hoc eſt quorum ſolidæ partes febricitant, cum æqualis in eis ſit intemperies, calorẽ ſuũ nullo modo ſentiunt, eò quòd æquabilis ſit calor in omnibus partibus, nec alia agat, alia patiatur.

νοστία.) Noſtea, uilla Arcadiæ. Ephorus aũt, cũ patriũ nomẽ faciat Neſtanius, uidetur Neſtaniam eam ſenſiſſe dici.

*Reſtitutiones exulum.* νόστος.) Conſtat nõ unum reperiri, ſed multos, qui reditum ſcripſerint. Poetæ etiam qui reditus celebrarunt, ſequũtur Homerum, quantum poſſunt.

νόστιμος.) νόστιμα dicuntur dulcia, ob dulcedinem reditus in patriam. Neq; enim, Homero autore, ſua cuiq; patria quicquam eſt dulcius, ὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος αἴης. Eſt & εὔνοστος, id eſt Eunoſtus, Deus quidam (ut aiunt) molaris (ἐπιμύλιος.)

νοῦβαι.) Nubæ, gẽs Libyæ, iuxta Nilum.

*Mulier.* νουστικόν.) Mulierem, rem eſſe dixit refertam ſapientia.

νουκερῖνοι.) Nucerini, populus Italiæ, cuius & Polybius meminit: urbs ipſa Nuceria dicitur.

νουκρία.) Nuctia, urbs Tyrrheniæ, quæ & Nacria dicitur.

νουμᾶς πομπίλιος.) Numa Pompilius. *Leges & inſtituta Numæ.* Hunc Romani, quamuis peregrinum, poſt interregnum deſignarunt regem, illiq; omnem principatum ex Senatuſcõſulto dederunt. Hic ciuilia inſtituta primus præſcripſit, & annum primus inuenit, & in duodecim menſes Solis circuitum diſtribuit: cum ante eum temerè & prorſus imperitè apud Romanos agitaretur. Templa & lucos inſtituit: & pontifices & flamines ſacerdotib. præfecit. *Salij. Veſtales.* & Salios Veſtalesq; uirgines ignis & aquæ curã habere iuſſit, quæ in ſummo honore apud Romanos fuerũt, & per omnem ætatẽ uirginitatẽ ſeruarũt. Quòd ſi qua ex illis cũ uiro cõſuetudinem habuiſſet: uiua defodiebatur: eaq; de cauſa nõ unguentis, non floribus, non ueſte niſi alba, uti eis conceſſum fuit.

νουμηνία.) Nouilunium, id eſt mẽſis initium. Nouilunio ſerui uendebãtur, & duces deſignabantur apud Athenienſes.

νουμήνιος.) Numenius Apamenſis Syrus, philoſophus Pythagoricus. Hic eſt, q Platonis ſententiã cõarguerit, tanquã ex Moſaicis ſcriptis, de Deo & ortu mũdi ſurreptã. eaq; de cauſa dicit: Quid eſt Plato, niſi Moſes Atticè loquens? *Plato Atticus Moſes.*

νουμήνιος.) Numenius orator, ſcripſit de Dictionis figuris, Hypotheſes, Thucydidis & Demoſthenis chriarum collectanea, Conſolationem ad Adrianum de Antinoo.

νοῦ.) Ariſtoteles mentem immortalem eſſe dicit.

νοῦν ἔχειν.) Polybius: Duces prudentia & audacia præditos eſſe oportet, quæ duæ res plurimũm ualent in periculoſis & dubiis actionibus.

νουνεχῶς.) Videbatur prudenter adminiſtrare Rempub. pro ratione illorum temporum.

νοῦν τὸν ξένον.) Mentem peregrinam de lis qui ſuſpectum aliquem habebant. Anaxagoras ſophiſta, Mens cognominabatur, quòd materiam & mentem omnia cuſtodire diceret. *Anaxagoras.*

νοῦς.) Mens omnium rerum in ſeſe rationes (λόγους) habet. Sed eorum quæ ipſam antecedunt, ratione imaginis: quæ ſequuntur, ratione exempli (εἰκονικῶς, παραδειγματικῶς.)

ἀρθὼς νόον, γίνωσκε γλῶ ναίειν ξείνην.) Elato animo, ſtatue peregrinam terram tibi incolendam eſſe. *Explicatio ſomnij.* Pythagoras hominis animã in tres partes diuidi dixit, νοῦν, φρένας, καὶ θυμόν. *Pythagoreæ diuiſio animæ.* Ac νοῦν quidem & θυμὸν eſſe & in cæteris animalibus, φρένας uerò tantum in homine. Eſſe autem principium animæ à corde uſque ad cerebrum. Et partem eius quæ in corde ſit, eſſe θυμὸν, iram: φρένας uerò & νοῦν, id eſt intelligentiã & mentem, in cerebro. *Modi intelligendi.* Eorũ quæ intelliguntur, alia caſu cognita ſunt, alia ſimilitudine, alia proportione, alia tranſpoſitione, alia compoſitione, alia contrarietate. Ac caſu quidem, κατὰ περίπτωσιν occurſu ſenſibilia: ſimilitudine uerò καθ' ὁμοιότητα, è uicino uel adiũcto aliquo: ut Socrates ex imagine. proportione, κατ' ἀναλογίαν αὐξητικῶς ἢ μειωτικῶς, per amplificationem, ut Tityus & Cyclops: per diminutionem, ut Pygmæus. atque etiam cẽtrum terræ proportione intellectum eſt, à * minoribus ſphæris. Tranſpoſitione, κατὰ μετάθεσιν, ut ſi oculi transferantur in pectus. Compoſitione,

κατ

κτ᾽ σύνθεσιν, ut Hippocentaurus: & contrarietate, κατ᾽ ἐναντίωσιν, ut mors. Intelliguntur & tranſitione, κτ᾽ μετάβασιν, quædam: ut dicta & locus. Phyſicè uerò intelligitur & eſſe aliquid, & bonũ eſſe: & priuatione, κτ᾽ στέρησιν: ueluti mancus.

Mentis officium.

τοῦ νοῦ ἔργον.) Mentis munus eſt, (ἁπλαῖς ἐπιβολαῖς ἐπιβάλλειν τοῖς πράγμασι) conſiderare res ſimplici apprehẽſione, & præſtantius quàm demõſtratione: ſicut ſenſus, ſi fortè hoc album, aut hanc figuram apprehenderit, cognitionem eius habet demonſtratione præſtantiorem. Non enim hæc indiget ratiocinatione. Mentis uerò actio illis contingit, quibus datum eſt ut ad ſummam puritatem & ſcientiã peruenirent: quiq; per purgatorias uirtutes ſine imaginatione, & abſq; ſenſu agere cõſueuerunt. Eſt enim mens miſtio animæ pfectiſſima. Ac (γίνεται) exiſtit mẽs in intelligibilibus: ratio, ἡ διάνοια, in ratiocinabilibus: opinio, in opinabilib⁹. Harum uerò facultatũ primum locũ obtinet mens, medium ratio, ultimũ opinio.

Animi abductio à ſenſibus & cõſuetudine ocularũ.

Ac (ἡ διάνοια συγγενεστάτη τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ) ratio familiaris eſt animę noſtræ: quoniam & ipſe mediũ locum in uniuerſitate rerum obtinet: ac ratione ſubducitur anima noſtra ad intelligibilium contemplationem, quæ eſt animæ perfectio. Nã cum familiaris & cognata ſenſibilibus ſit anima noſtra: non poteſt, propter aſſuetudinem ſenſuum, ad contemplationem intelligibilium, & materia carentiũ ſeſe rerum perducere: ſed putat illa etiã corpora eſſe, & magnitudine prædita: & quæ de ſenſibilibus, eadem de illis etiã ſibi fingit. Et Plato in Phædone: Hoc, inquit, eſt difficilimum eorum quæ in nobis ſunt, quòd, cum ab occupationibus corporeis paululũ uacui ſumus, & contemplationi rerũ diuinarũ uacare uolumus: phantaſia ſeſe ingerens, tumultum nobis mouet, & facit, ut ſuſpicemur corpus eſſe Deũ, & magnitudine figuraque præditum: neq; ſinit nos ſine corpore & figura de Deo cogitare. Proptereaq; oportet animã, iter facientẽ ad ſuã perfectionẽ, primùm agere ſecundũ rationẽ, quæ eſt circa media rerũ: ut ſunt rationabilia, & anima noſtra, & contemplatio illius. Præterea etiam in mathematicis.

νοῦς οὐκ ἔνι κενταύροισι.) Centauris mens non ineſt. Prouerbium dicitur de rebus quæ fieri non poſſunt, & de ſtolidis hominibus. Alio loco, Mens non ineſt pagis ueſtris (νοῦς οὐκ ἔνι ταῖς κώμαις ὑμῶν) cũ me deſipere putatis. ego uerò de induſtria hæc ſtultè facio. (Horatius: *Stultitiam ſimulare loco ſapientia ſumma eſt.*)

νῶε.) Noe patriarcha, dictus à natãdo, ſeu nauigando.

νωθεία.) Natura ſegnior erat, quàm regni maieſtas poſtularet.

νῶιν.) Ariſtophanes: Nihilo quidẽ maiorem, ſed commodiorem dicebat nobis ſententiam dicturum eſſe Tereum. *Optimũ nobis eſt fortiſſimè oppetere mortẽ. Maximè expedit nobis bouinũ haurire ſangui Themiſtocles enim interiit, eſt optabilior.* (nẽ. Sophocles:

ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν.

νῶλα.) Nola, urbs Auſoniæ apud Hecateum: cuius incolæ dicuntur Nolani.

νωμεντός.) Nomentum, urbs non procul à Roma, cuius ciues Nomentani.

νωμῶν.) Sophocles: O' qui omnia iudicas Tireſiã, & arcana, & cœleſtia, & terreſtria.

νωνακρίνη.) Nonacrine dicit Calliſto.

νώνακρις.) Nonacris, urbs Arcadiæ, iuxta Elidem: cuius ciuis Nonacrita, ſeu Nonacriãta, ſeu Nonacrienſis.

νώνυμος.) Nullus erit Lyricæ Sapphus obſcurus Sol: id eſt, Sappho perpetuò celebrabitur.

νῷ πείθου.) Menti obtempera. Prouerbiũ ſimile illi, Obtempera Deo: uel, Sequere Deum.

νώνυμνα.) Nõnymna, urbs Sicilię, apud Philiſtum.

νῶροψ.) Splendidus. nam Etymologi à priuatione uiſus deducũt. Obſcurant enim, aiunt, uiſum ualde ſplendida, & diffundũt. Itaq; νῶροψ χαλκός, id eſt Norops æs dici, quod ſe aſpici nõ ſinat. Epaphroditus aũt, qui Noracum (Noricum) Panoniæ urbem, cuius ciuis Noracius dicitur, uidit, in Pannonia ferrũ naſci narrat: qđ ſi acuatur & poliatur, fiat ſplendidiſſimũ. Vnde νώροπα χαλκόν, id eſt ſplendidũ æs dici aiunt, tanquam Noracium.

νύκτες.) Calamitates ſępe Scriptura uocat Noctes, ꝑpterea ꝙ ij q in calamitatẽ incidunt, in tenebris degere ſoleant.

νυκτάλωψ.) Diogenes Cynicus nõ fuit noctis amans, & ſomnolentus.

νυκτερινοὶ κύνες.) Nocturni canes. i. lupi.

νυκτίβιος.) Qui noctu degit, tanquam interdiu.

νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος.) Nocti celeri par. Homerus res formidoloſas nocti comparat. Et alibi, ὁ δ᾽ ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς: Ibat ille nocti ſimilis.

*νυκτικόραξ.)* Bubo genus auis, in ſolitudinib. degẽtis: quæ domus cultas fugiens, in deſertis & deſtructis degit. Sic & paſſerculus, timida auicula, præ ſolicitudine repellit ſomnum.

Historia deorum. *νύμφαι.)* Dionyſius omnem deorum hiſtoriam libris tribus & triginta perſecutus eſt.

*νύμφαιον.)* Nymphæum in Ponto eſt: & ut, Craterus nono decretorum ait, Athenienſibus pendebat talentum.

*νύμφη.)* Aelianus: Videbãtur iratę eſſe Nymphæ, ob penuriam aquarum.

*νυμφεῖος.) ἦμαλι ὦ νυμφείος αἰνῆλθε λαμπάδι παςὰς*
*τύτῳ πυρκαϊῆς ἐναλάμων ἔτυχες.*
*Quo die nuptialis thalamus facib. collucebat Eo die Vnalamon in incendium incidiſti.*

*νυμφίος.)* Nymphius. Piſides: Etiã maximo fluuio ſuperato, qui in Tigridẽ influens, Nymphij nomen amittit.

*νυμφίω βίον.)* Prouerbiũ, uos quidem profectò ſponſi uitam uiuitis, propterea quòd proci frondibus & ſertis coronari ſoleant ad dies nuptiales.

*νύμφις.)* Nymphis, Xenagoræ filius, Heracleotes Ponticus, hiſtoricus. Scripſit de Alexandro & ſucceſſoribus eius, eorũq; poſteris, libros 24, de Heraclea libros 13. Continet aũt res geſtas poſt Epigonos uſq; ad euerſionem tyrannorum, & uſq; ad tertium Ptolemæum.

*νῦν.)* Ariſtophanes ad Aeſchylũ: Nunc omnes tibi ſunt rudentes laxandi, & magnus animus ſumendus, & cohortes feroces: uel collocandæ inſidię inenitabiles, quibus iſtum ſuperes. Vir enim callidus eſt Euripides, qui uel è deſperatiſſimis reb. ut euadat, rationẽs inuenit.

*νῦν.)* Plato de Rep. lib. 8. Paulo antè, cũ in hos ſermones incidiſſemus nondũ iſta poſueramus: nũc uerò ſumus obliti.

Zenonis Citiei acceſſus ad philoſophiam. *νῦν εὐπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα.)* Iam bene nauigaui, cũ naufragiũ feci. De ijs, quib. præter ſpẽ aliquid feliciter euenit. Zeno enim Citticus, relictis priorib. præceptoribus, Cratetis philoſophi diſcipulus factus, hoc dixit naufragium perpeſſus: Rectè ſanè facit Fortuna, quæ nos ad philoſophiam appulerit: eoq; dicto, ſe contuliſſe ad philoſophiam fertur.

*νῦν εἰς χώραν ἦλθον.)* Iam in regionẽ ueni. De ijs qui primùm recuſarunt uenire quò oportuit: poſtea uerò ultrò eò peruenerunt.

*νῦν ἦλθον εἰς χορὸν, νῦν τ' ἐπαρδες.)* Nũc ad chorũ ueni ego, nunc tu pepediſti.

*νῦν πᾶς κίνδυνος ἐνθάδ' αἰνῖται σοφίας, ἧς πέρι τοῖς ἐμοῖς φίλοις ἐστὶν ἀγὼν μέγιστος.)* Nũc omne ſapientiæ diſcrimen hîc eſt patefactum: de qua meis amicis eſt certamẽ maximum.

*νῦν ὀσπρίων ἄμητος.)* Nunc eſt legumi num meſſis. De iis qui tempeſtiuè ſingula facere debent.

*νῦν σωθείην, ἵν' ἦ μοι δίδαγμα τοῦ λοιποῦ χρόνου.)* Nunc ſeruer, ut hoc documento mihi ſit in poſterum. Hoc de fabula teſtudinis, quæ cùm ab aquila uolare didiciſſet, decidit, dictum eſt. (Terentius: *Sat ſcio incolumem fore me poſthac, nunc hoc ſi deuito malum.*)

*νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἥκει τὸ Δάτιδος μέλος.)* Nũc hoc illud uenit Datidis carmẽ. De gaudentibus. nam Datis ſatrapes, re bello, benè geſta, Græcè loqui uolẽs. dixit: *ἥδομαι καὶ εὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι.* id eſt: Delector, lætor, & gaudeor. in quorũ poſtremo barbariſmus eſt.

*νύξ.)* Nox, eſt umbra terræ: non qualibet tamẽ, ſed ea cuius Sol cauſa eſt, quãdo eſt ſub terra: quantũ ad eorũ hemiſphæriũ attinet, apud quos nox eſt: quẽadmodũ nõ q à qualibet uoluptate uincitur, incontinens eſt, ſed qui à quadam.

*νύσιον.)* Nyſeium, mons Bacchi.

*νύσια.)* Nyſia, genus ſaltationis. nam, ſaltatio alia Berecynthiaca dicitur, alia Cretica alia Parica. Nyſias igitur eſt Berecynthiaca. Nyſiæ enim & Cnoſſi, diligenter colitur hæc ſaltatio. Saltationum aliæ ſunt Bacchicæ, aliæ Corybanticæ, armatæ ſcilicet, quæ in armis fiunt. Nyſiæ uerò ſunt Bacchicæ, Cnoſſicę autem Corybanticæ. Cnoſſus enim urbs Cretæ. In Creta autem à Corybantibus nutritus eſt Iupiter.

## INITIVM LITERAE Ξ.

Ξ *ανθίζειν.)* Carnes rectè aſſatę ſũt, cũ mellis inſtar flaueſcunt.

*ξανθικός.)* Menſis Aprilis, apud Macedones.

*ξάνθιος.)* Xãthius Bœotus fuit, qui in ſingulari certamine à Melantho Athenienſe interfectus eſt.

Caſtratio mulierum. Alcimus Lydorũ rex. XANTHVS, Candaulis Lydi filius, Sardianus hiſtoricus, fuit eo tempore, quo Sardes captæ ſunt. Scripſit Lydiacorum libros quatuor, in quorum ſecũdo narrat primùm, Gygem Lydorum regem mulieres caſtraſſe, ut eis ſemper iuuenculis uteretur. Idem Xanthus refert, Alcimon quendam iis in locis regnaſſe, religioſiſſimum & manſuetiſſimum hominem:

minem: ſub eoq; fuiſſe pacē, & magnas opes, & ſine inſidijs & abſq; metu uixiſſe quemlibet. Qui cum ſeptem annos regnaſſet, totam Lydorum nationē cum conueniſſe: uotisq; factis optaſſe, ut tales anni darentur Alcimo ad Lydorum bonum. id quod factum eſt: nam rebus ſecundis uſi, feliciſſimè uixerunt.

ξαινῶ.) Apud Sophoclem Hector pugnaturus cum Græcis: ἡδὺ, inquit, ξαίνεσαι ἢ ϖεγυμνάσαι χέρα. Suane eſt defatigari, & exercere manum.

ξ ante ε.

ξεναγία.) Sunt bis quingēti uiri & 24. Pleriq; autē eam multitudinem χιλιαρχίαν uocant; & Chiliarchum ducem.

ξεναγῶν.) Apud Thucyd. ξεναγοὶ ſunt mercenariorū multū duces: quos ξένους i. hoſtes, hoſpites uel pegrinos uocabāt.

ξενάρχος.) Comicus, è fabulis eius eſt Bucalion, ut Athenæus ait lib. 2. Dipnoſophiſtarū, & Purpura, & Scythæ, ut idē tradit: & Didymi, id eſt gemini: & Pentathli, id eſt quinquerciōes: & Priapus, Somnus, Miles.

ξενηλατεῖν.) Lacedæmonij uerberibus expellebāt hoſpites. Ariſtophāes: Quid eſt mali? ſicut Lacedæmone expelluntur hoſpites, & cōmoræ ſunt multæ admodum plagæ per urbem. Nam cū aliquando cineres ibi fuiſſent, hoſpitum expulſio facta eſt. *Hoſpitum expulſio.*

ξενία.) Cruentus Mars enm hoſpitio nō excepit: hoc eſt, nō interfecit. Hoſpitia enim Martis ſunt uulnera, & cædes.

ἀρχίλοχος.) ξείνια δυσμενέσι λυγρὰ χαριζόμενος: Strenas hoſtib. acerbas largiēs.

ξενικόν.) Mercatus ubi hoſpites negociātur: ſicut urban⁹ mercatus, ubi ciues.

ξενικὸν ἐν κορίνθῳ.) Demoſthenes in Philippicis, & Ariſtophanes: Mercenarias copias primus Conon Corinthi coegit, quib. poſtea Iphricates & Chabrias uſi, Lacedemoniorum legionē ceciderunt, Iphicrate & Callicle ducibus.

ξενικός.) Alienus. Cū uideret ſtatuam peregrinum, & ſacrificium alienigenū, numen illud contumelioſè tractauit.

οἱ ξενικοὶ μισθοφόροι.) Peregrini milites ſolent omninò eſſe utiles in bellis. Athenienſes nolentes belligerare per ſeſe aduerſus Corinthios propter periculū, milites ſtipendiarios ad id bellum alebant. Idq; in multis bellis cum facerēt: eas copias ξενικὸν nominarunt. (cipi.

ὅτι ἀνείκητον.) Alienum à Græcis eſt, de-

ξένιος ζεύς.) Iupiter hoſpitalis: id eſt, inſpector hoſpitum. Virgilius:

*Iuppiter (hoſpitib. n. ī te dare iura, loquūtur)*
*Hunc latum Tyrysq; uelis, Troiaq; profectis*
*Eſſe diem, &c.—*

ξενοκράτης.) Agathonis, aut Agathanoris, F. Chalcedonius, diſcipulus & ſucceſſor poſt Speuſippum Platonis. Xenocrati ſucceſſit Polemō, Polemoni Crantor. Huic cum Alexāder Macedo auri talenta 30 miſiſſet, ipſe remiſit: & regi pecunia eſſe opus dixit, non philoſopho. De Platonis Republica ſcripſit. *Aurum repudiatum.*

ξενοκράτης.) Xenocrates philoſophus ob tēperantiā celebris. Ille uerò tēperantia Platōico Xenocrati nō cedebat. Hic ſcripſit auguria domeſtica, (οἰκοσκοπικὸν) uelut ſi in recto cōſpecta ſit muſtela aut ſerpens, quid nam ſignificent.

ξένος.) Conueniebant eum legari urbiū, eumq; & hoſpitē putabāt, & cōſiliarium degēdæ uitæ, atq; etiā dedicatiōis altariū & ſtatuarum. Is uerò hæc omnia corrigebat. In ſua quiſq; patria hoſpitia conſtituit.

ξενοφάνης.) Xenophanes. Elegia de trāſitu animarū in alia corpora. Cū aliquando canis cæderetur, præteriens fertur eū miſeratus eſſe, & hoc dixiſſe uerbū: Deſine, neq; uerbera, quoniā amici uiri eſt anima, quam cognoui cū audirem uocē eius. Deriſit eum etiam Cratinus, in Pythagoriſſante, & in Tarētinis. Mos eſt illis, ſi quē indoctum alicunde ingreſſum nacti fuerint, periclitantē robur eloquētiæ: perturbare illum, & confundere oppoſitis finibus, comparibus aberrationibus, magnitudinib. admodū ſapienter. *Tranſitus animæ.* *Sophiſtæ in doctos non eruduunt, ſed præſtigijs uerborum eludunt.*

ξενοφῶν.) Grylli filius, philoſophus Athenienſis Socraticus. Prim⁹ deſcripſit uitas philoſophorū, & memorabilia dicta & facta. Filios ex Phileſia ſuſcepit Gryllū & Diodorū. qui etiā Dioſcori, id eſt Caſtores appellabātur. Ipſe uerò Attica apes cognominabatur. Fuit cōdiſcipulus Platōnis, & floruit nonageſimaoctaua Olympiade. Scripſit libros amplius quadraginta, quorū è numero ēt hi ſūt: Cyri inſtitutiōis li. 8. Cyri expeditio li. 7. Rerū Græcarū libri 7. Conuiuiū, & alia multa.

ξενοφῶν.) Socratis diſcipulus, Militauit contra Perſas, cum Cyro profectus contra fratrem eius Artaxerxen. Cyrus uerò fuerat poſt Tiſſaphernen à Dario patre præfectus Aſiæ conſtitutus. Mortuo autem Dario, Cyrum Artaxerxes in calumniam adductum à Tiſſapherne, occiſurus, dimiſit, Paryſatidis matris roga- *Cyri expeditio contra Artaxerxem.*

D 4 tu,

tu, quæ etiam (σατραπεία f. στρατηγίας prouinciam) exercitum eius illi cõſeruauit. At ille quaſi Tiſſapherni bellum illaturus, copijs coactis, fratrẽ oppugnare decreuit. Quadringenti autem ex commilitonibus armati, & parmati 3500. Cyrum reliquerunt. Xenophon uerò unà cum eo aſcendit. Centum millibus igitur Barbarorum congregatis, quaſi Piſidas inuaſurus, proficiſcebatur. Vt autem gẽtes pertranſierat, quas ſe oppugnaturum eſſe profeſſus fuerat: Græci cum animaduertiſſent, expeditionẽ aduerſus regem ſuſceptam eſſe, illam detrectabant. Sed cũ Clearchus dixiſſet, reditũ eis nõ patere, niſi Cyrus auxilium ferat, ſecuti ſunt. Cyrus autem cũ nudo capite aduerſus Tiſſaphernem pugnans, prohibente Clearcho ne pugnaret, occubuiſſet: Græci, qui Clearcho parebant, Ariæum regem deſignarunt. Is recuſauit. Rex Cyri caput & manum amputatam Græcis miſit, poſtulans, ut, tanquã uicti, arma ſibi traderent. Illi uerò nõ dederunt. Tiſſaphernes aũt iureiurando fraude uiolato, prodit regi Græcos. Is Clearchum & Menonẽ, & reliquos duces Græcorum occidit. Xenophon uerò dux deſignatus, omnes uincit. Cum autem decies mille incolumes in Thraciam ueniſſent, ſtipendia fecerũt apud Seuthen regem.

*Defectio à Cyro. Græcorum retentio. Cyri interitus. Ariæus. Tiſſaphernis perfidia. Clearchi et Menonis cædes. Xenophon. Seuthes.*

ξενοφῶν.) Xenophon hiſtoricus, ſcripſit Babylonica. ſunt autem amatoria.

ξενοφῶν.) Xenophon Epheſius hiſtoricus, ſcripſit Epheſiaca libris decem. ſunt autem amatoria: de Abrocoma & Anthia, & de urbe Epheſiorum, & alia.

ξενοφῶν.) Xenophon Cyprius hiſtoricus, ſcripſit Cypriaca. ſunt autem & ipſa amatoriorum argumentorum hiſtoriæ, de Cynira, & Myrrha & Adonide.

ξέρξης.) Xerxes, Perſarum rex, cũ Darius pater moriens dixiſſet, Marathonis memento: aduerſus Græciam bellum ſuſcepit. ac primùm præcones miſit, poſtulantes terrã & aquam. Verùm Athenienſes legatis urbe interdixerũt, & eum qui ſuaſerat ut parẽrent, lapidarũt cum uxore & liberis. Lacedæmonij uerò ijs in puteum cõiectis, terram ingeſſerunt. Irato autem Deo, peſtilentia conflictati ſunt. Et cum Pythius iuſſiſſet, ut pro nece caduccatorum ſatisfacerẽt Xerxi, Bulis & Sperchis ultrò ad Perſas aſcenderũt, daturi pœnas. Rex uerò admiratus, reliqt eos incolumes. & morbus deſijt. Tũ uerò peditũ plurimas myriades ex Aegypto, Phœnicia & Cypro cum haberet, caſtrametat⁹ eſt. Cùm Sardes ueniſſet, Sol defecit. Habuit etiã electos milites decies mille, quos Immortales nominauit. Perfodit & Athon montem Macedonicum, & Helleſpontũ intra Seſtũ & Abydum põte iunxit. Cuius parte tempeſtate diſſoluta, compedes in mare demiſit, & aquam flagellauit. Cùm autẽ frumentariæ naues Græcæ allatæ ipſi eſſent, eas repudiauit, ſeruorum annonam eſſe dicens. Exploratores uerò comprehẽſos, monſtratis omnibus copijs, dimiſit.

*Xerxis legati à Græcis uiolati. Bulis & Sperchis. Solis eclipſis. Immortales. Athos. Helleſpontus.*

*Litera ξ. ſequente η, ι, ο, υ.*

ξηραλοιφεῖν. Siccos ungi dicebant ſine balneis. fortaſſis autẽ idem eſt, quod alij ξηροτριβεῖσθαι dicunt, id eſt fricari ſiccos.

ξηρόλοφος.) Xerolophum quidam antea thema appellarũt. In illo enim teſtudines ſunt ſedecim, & Dianę compoſita ſtatua, & Seueri conditoris, & thematiũ tripes. Ibi Seuerus immolauit multas uictimas, eoq; in loco multa oracula reddita ſunt. Quo tempore etiam puella uirgo immolata eſt. Fuit etiam theſis Aſtronomica, quæ annos triginta ſex durauit.

ξηρὸς ἱδρώς.) Siccus ſudor, qui non balneis, ſed exercitationibus & laboribus cietur.

ξηρὸς λίθος.) Siccum ſaxum, quod ſine cæmento ædificijs adhibetur. Erat lapide ſicco caſtellum interpolatum, ex magnis ſaxis coagmentatum.

ξιφισμὸς) Digladiatio, eſt ſaltationis comicæ genus.

ξουθὸν.) Inſtar flaui (ἱππαλεκτρυὼν) equigalli criſtas quatiens.

ξυγγνώμη πρωτοπείρῳ.) Venia tironi. De ijs qui principio errant in aliqua re.

ξυγγραφεῖς.) Piſander cũ Athenas ueniſſet, primùm populum conuocauit, & dixit, cõſcriptores ſumma autoritate eſſe eligẽdos: ſcribendum eſſe decretum, certoq; die promulgandũ populo, qua ratiõe urbs rectiſſimè adminiſtrari queat. Cum uerò dies ille ueniſſet, concionem in eo loco coegit, quo erat templũ Neptuni. Ac cõſcriptores aliud nihil attulerunt, quam hoc, licere quidem Athenienſibus euertere decretũ, quod quiſq; uellet. Si quis uerò eũ qui id feciſſet, uel uiolatarum legum reum ageret, uel alio modo læderet, magnas pœnas ſtatuerũt. Tum uerò apertè iam dicebatur, neque magiſtratum (ἐκ τοῦ αὐτοῦ κόσμου eâdẽ modeſtia qua olim) ut prius gerendũ, neq; ſtipendia faciẽda. Et præſides quinq; deligen-

*Piſander CCCC Athenis præfecit.*

ligendos eſſe. Ab his eligendos centum uiros: & ex centũ illis quemlibet ternos ſibi adſciſcere debere. Cum autem ipſi qui quadringẽti eſſent, in curiam ueniſſent, pro autoritate Rempub. ut optimũ uideretur, gerere oportere. Huius decreti autor Piſander fuit, qui in cæteris etiã apertè populum oppreſſit.

τὸν ξύοντα ἀντιξύειν.) Mutuò ſcabere.

ξυλλαβεῖν.) Iſocrates in Parænesi: Video fortunam nobis adiumento eſſe, & hoc tempus auxiliari.

ξύλον ἀγκύλον, οὐδέποτ᾽ ὀρθόν.) Lignũ curuum, nunquam fiet rectum. Significat, difficulter è malis fieri bonos.

ξυλυφίων.) Quemadmodũ in teneris lignis fit, cũ ea inflexa dimittimus. Diocles Athenienſis primus inuenit harmoniã in teſtaceis uaſis, q̃ pulſabant ligno.

ξυμφορᾶν.) Calamitatem Thucydides dicit infortunium fortuitò oblatũ, non propria temeritate aut uitio accerſitũ.

ξυμβαίνοντα.) Priuſquam facta cum dictis conſentire uideantur.

ξυμβαινόντος.) Velle ſe facere pacẽ, ubi cognorit pacis conditiones.

ξύμβολον.) Quicquid primũ in egreſſu ædium eis occurriſſet, id omen atq; augurium putabãt: itemq; ſternutationes, quæ ad Cererem referebantur.

ξυμμίξασα.) Non memini, me nullã cordatiorem matronam conueniſſe.

ξυμφέρω.) Age fer, ego unà tecũ fero.

ξυναλλαγή.) Dolone interijt, an cõmutatiõe morbi? Morbis miſer perijt ſcilicet, & tẽporis diuturnitas exitiũ illi attulit.

ξυναυλίαν.) Cùm duo tibicines idẽ canunt, aut cùm cithara & tibia cõcinunt. νόμοι leges ſeu modi uocantur, hymni in deos. Vnà lugebimus Olympi modis. Olympus tibicen fuit, Marſię diſcipulus: qui & ipſe propter Muſicam in calamitatem incidit. Sicut igitur Olympus inuenit concentum: ita & nos ſimili ratione tanquam una uoce lamentabimur. Imitabimur in lugendo concentũ Olympi. Hic Olympus in Phrygiã modos tibicinum fecit: ſcripſit etiam modos flebiles.

*Olympus Muſicus.*

ξὺν δίκῃ.) Meritò hæc poſtulare dixit regẽ. Præmia inter hos, uti æquum erat, diſtributa ſunt.

ξυννενημένων.) Thucydid. Cadaueribus inter ſe congeſtis, fœtor fuit intolerabilis.

ξυννένοφεν.) Ariſtophanes in Anagyro: Nubilum cœlũ eſt, & hyberna exiſtũt tonitrua. Idem in Inſulis: Ecce ut obſtipo capite & nubilo uultu incedit?

ξυνήθως.) Mitis erat, & ſingulari præditus prudentia, & uirtutis ſtudioſiſſimus.

ξυνθήματα.) Sophocles: Vbi Thesei & Pirithoi fidelia monimẽta ſita ſunt, quæ inter ſeſe pepigerunt de deſcenſu ad inferos? Tanquã ex cõpoſito Imperatorẽ eũ ſalutauit exercitus: uno ſigno dato, ſed diſſipato, & nõ cõſentiẽte clamore.

ξυνεστῶτα.) Sophoc. Iſta, hoſpes, nõ uerbis, ſed reipſa probantur.

ξυνωμότης.) Factioſus homo, & tyrannico præditus ingenio.

ξυνωμοτῶν.) Coniurati dicũtur, qui iureiurando fidẽ inter ſeſe dederunt, & pacta fecerunt ad aliquos euertẽdos.

ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κ᾽ ὠδύρεται.) Deò uolente quiuis & ridet, & ringitur: hoc eſt, Deò uolente mala etiam mutantur in iucunditatem.

ξυπεταιών.) Xypetæa, municipium Cecropiæ tribus unde ξυπεταιὼν municeps.

ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ ὥστε μὴ χαίρειν τινά.) Radit uſq; ad cutem, ut nemo gaudeat: id eſt, acerbus eſt, & crudelis.

ξυρὸς εἰς ἀκόνην.) Nouacula in cotẽ: prouerbiũ, in eos qui uotorũ cõpotes fiunt. ſimile illi, ὄνος εἰς ἄχυρα, aſinus in paleas.

ξυστόν.) Locus, ubi athletę ſeſe exercẽt. Arrianus: Signa delecti exercitus, aquilæ imagines regiæ, corõæ, omnia aurea, extant in haſtis argento inductis.

PRINCIPIVM LITERAE O.

O cum A & B.

Οβελὸς.) Prouerbiũ τὸ θερμὸν ὀβελοῦ: id eſt, Calidam ueru partẽ. In ẽos qui deteriora pro melioribus amplectũtur.

ὀβολὸς.) Obolus apud Athenienſes ſex ualet æra, æs uerò ſeptem teruncios. *. talentum uerò, uti nunc ſunt, quatuor, & numiſma octo & ſex. Mina uerò ſexageſima pars eſt talenti: auri ſeſcuplum eſt. ὀβολῷ κεραίνοις τὴν βουλὴν ἀναλαβὼν ἐλήλυθα. Ariſtophanes: Obolo ſenatum in meas ſentẽtias pertraxi. Obolos Byzantij Pholles uocant. Iuſtinianus, nummularijs, pro uno ſtatere aureo dare ijs, cũ quibus cõtrahebant, ſolitis denos & ducenos obolos, proprium commodum ſpectans, 80 & 100 tantũ pro ſtatere dari iuſſit. Ariſtophanes: Heu quantũ duo oboli ubiq; ualent? propterea quòd bini oboli mortuis in os conijci dicuntur.

*ὀβολὸς χαλκοῦς λιτρ. Locus omnino corruptus. Phollis. Diminutio precij.*

ὀβολοστάτης.) Oraculum Pythiæ: Quod uolo, da: noli dare, quod nolo.

ὀγδόη.) Δὸς μερίδα τοῖς ἑπτὰ, καίγε τοῖς ὀκτώ. Da partem ſeptenis, atq; etiam octonis.

ὄγκος.) Sophocles: μικρὸς πεσόντας ὄγκος

ἐν μικρῷ κύτει. Exigua moles aduenis in exigua urna, de Oreſtis reliquijs.

Mauricius. ὄγκ⊙.) Imperator Mauricius cōtemperauit, quæ inter ſe erant cōtraria, ſummam & magnitudinē animi, & clementiam. Craterus. Craterus Macedo & procero corpore, & non procul à faſtigio regio.

ὄγμ⊙.) ἐπόγμι⊙ δημήτηρ, Ceres inſpectrix meſſis.

Diogenes. ὀδάξ.) Diogenes: Dic quæ'nā abſtraxit te mors ad Orcū? Me feri canes mordicùs arripuerunt.

Odenatus. Plutarchus. ὀδαίναθ⊙.) Odænathus Syrus, cōſuetudine Plutarchi philoſophi utens, dubitationibus implebat magiſtri diſputationes, nec ſinebat orationem perfici interpellando. Nā ad intelligendam ueritatē, non ſatis ingenij habebat Odænathus. Et interrogādi & reſpondendi cautio. * Non cenſebat ille philoſophū temerè interrogandū eſſe, neq; extēpore quicquā reſpondendū: in primis uerò difficile & impoſſibile ꝓpemodū eſſe, nos homines de dijs aliqd uel dicere, uel ſētire.

ὁ δεῖνα καλός.) Ille formoſus eſt. Propriū amatorum erat, amaſiorum nomina ſcribere in parietibus, uel in folijs arborum, hoc modo: Ille formoſus eſt, aſcripto eius nomine.

ὁ διὸς κόρινθ⊙.) Iouis filius Corinthus. Prouerbium in eos qui olim quidem felices fuerunt, pòſtea uerò parum bellè ſe habuerunt.

Traces circūciſi. ὀδομαντις.) gens Thraciæ. Ariſtophanes: Quis Odomantū penē circūcidit?

ὁδος.) Ariſtophāes: ὁδῷ παρέργως τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς, τὸ λεγόμενον, Cum uia adſit, ſemitam quæris, ut dicitur.

ὁδος, αὐτὴ τῆς ὁδοῦ.) Sophocles de Inferis: Poſteaquam uenit ad obſeptum limen, æneis clauis humi defixum.

Ariſtophanes ὁρμὴ φυγόντ⊙, τὴν ἀτραπὸν κατηρρύλω,) Cum portus adeſſet, à ſemita deflexi.

ὀδωδεν.) Etiam ſepulchrum eius odorato redolet croco. τοῦ καὶ ὑπὸ εὐώδει τύμβος ὄδωδε κρόκῳ.

ὀδυνήφατον.) Quod dolores tollit.

ὀδύρομαι.) Libanius: Nūc tacitè cineres deploro.

ὀδύρση ἢ ὀδρύσαι.) Odryſe, id eſt Thracia.

ὀδύσσει⊙ μηχανή.) Odyſſea machina. In callidos. Ille inſtructus omni Vlyſſea & multiplici machina uitam conſumebat, Vlyſſeam & Themiſtocleam calliditatem ſupergreſſus.

ὁ ἐν τεμέσῃ ἥρως.) Temeſæus heros. Cū quis aliquid repetens, ipſe potius debere deprehenditur.

O. cum Z & Θ.

ὀζάν.) Ozan. Dauid poſt uictoriā gentis Palæſtinæ, omnibus adultis conuocatis, ad arcam, quæ Cariathamæ repoſita erat, proficiſcitur. Quam ex Aminadabi * ædibus ablatam uehiculo nouo impoſuerunt, & ut à fratribus & liberis unà cū bobus traheretur, mandauit. Arca Domini. Antecedebat autem eam rex, & cum eo populus, laudans Deum, & cantans omnis generis cantilenas apud ſe receptas, & cum multitudine uariorum inſtrumentorum & ſaltationum & pſalmorum arcam Hieroſolyma deducebāt. Cum autem uſq; ad Chidonis aream (loci nomē eſt) perueniſſent: Ozan irato Deo moritur. Nam cū boues arcam inclinaſſent, ille extenſa manu eam tenere uolēs, occiſus eſt à Domino; quòd cum ſacerdos non eſſet, eam attigiſſet. Rex autē & populus dolore affecti ſunt morte Ozanis.

ὄζειν.) Ariſtophanes: Nūc odorē præbere res plurimæ & maximæ mihi uidentur: in primis uerò olfaciō Hippiæ tyrannidē. Hippias. Hic tyrānus fuit, iuſſitq; Athenienſes, pelles lōgas ferre, quo minus manus proferre poſſent. hunc autem lapidibus obruerunt Lacedæmonij. * Cū quatuor Piſiſtratidæ eſſent, Hippias cæteris ætate grandior tyrannidem inuaſit.

Ozia ingenium. Victoriæ. ὀζίας.) Ozias (Amaſiæ) Amathiæ filius, ingenio bono & iuſto, & magnanimus, & in reb. proſpiciēdis ſumma induſtria, & in multis bellis uictor: cum omnia uſque ad fines Aegyptiorū ſubegiſſet: Hieroſolyma tandem curarē cœpit, & mœnium partes, uetuſtate collapſas, reſtituit, Subſtructiones. & multas turres adiecit octo cubitorū & centum: & caſtella in locis deſertis extruxit, & multos aquæductus effodit, & iumentorum infinitam multitudinē habuit, & quia agricola erat, magnæ fuit illi agricultura curæ. Delectorum militū Exercitus Oziæ. habuit millia trecēnta & ſeptuaginta bis mille, & omnis generis arma. Rebus autem ita comparatis atq; inſtructis: ſuperbia eius animum corrupit: ut caducarū rerum copijs inflatus, immortalem, & per omnē tempus durantē fortitudinē neglexerit. Ea uerò erat pietas erga Deum, & obſeruatio legū. Lapſus enim rerū ſucceſsibus, in paterna delicta impegit: Ozias ob arrogantiā & curioſitatem plectitur. ad quæ illū etiā bonorū ſplendor & rerū magnitudo, quibus rectè uti nō poterat, impulerunt. Cum autem ſolennis dies inſtaret, quæ omni populo erat feſta: ille, induta ſacerdotali ueſte, ingreſ-

ſus eſt

ſus eſt delubrũ, Deo in aureo altari immolaturus. Cũ aũt põtifex Zacharias, & qui cũ eo erãt Aaroniæ ſtirpis octoginta ſacerdotes, reclamarẽt, eumq́; exire iuberẽt (neq; enim licere illi ſacrificare, id quod ſoli Aaroniç ſtirpi cõceſſum eſſet: monerentq́; ne Deũ offenderet) iratus, mortẽ eis minatus eſt, niſi quieſcerent.

ὀζίας.) Rex Iſraelis, pius fuit: ſed rebus ſecũdis elatus, per uæcordiã ipſe Deo¦p ſeſe ſacrificare uoluit: id qđ ſolis licebat ſacerdotibus. Cũq́; odores in tẽplo incendiſſet, confeſtim leproſus factus eſt. Obducta enim eſt eius facies lepra in tẽplo Domini: itaq́; eũ inde abſtraxerunt.

ὄζειν ἀμβροσίης ἐ νέκταρ@.) Olere ambroſiam & nectar. De rebus approbatione dignis. Loquit̃ aũt de Bacchanalib.

ὄζων.) Artemo poeta Melicus perſtringebarur, quaſi hircum oleret.

ποδαπὸν τὸ γένος; ὅθεν αἱ τριήρεις αἱ καλαί.) Cuiate hoc eſt? Ex eo loco unde pulchræ triremes ſunt: hoc eſt, Atticum eſt. Nam Athenienſes multum ſibi ob nauales pugnas tribuebant.

ὀθόνη.) Deriſores ſunt, & contumelioſi homines: pluſq́; tribuunt uelo, id eſt rei nauricæ Athenienſes, quàm ſapientiæ. [ Non hi ſoli, nec huic ſoli, ſed plerique pleriſq; alijs.

ὄθων.) Otho poſt Galbã imperauit, homo generis ignobilis & obſcuri, & ſuperiori tempore minimè illuſtris, Neroni ob uitæ intemperantiã (οἰκειότατος, ſimillimus) familiariſſimus. Verùm in imperio conſueta uti uitæ ratione non potuit, cũ difficilia in eum bella ſtatim erupiſſent.

ὀθνεῖ@.) Bellũ ciuile geſſerũt deterius externo. Alienũ quiddam, & abhorrens à uiri ſapientis moribus eſt, mentiri.

ὀθρυάδης.) Othryades, unus è trecẽtis delectis ciuibus, qui ad Thyrçam pugnarũt: qui uulneratus inter mortuos latẽs, cum Alcenor & Chromius, qui ex Argiuis ſuperſtites fuerant, diſceſſiſſent, ipſe ſpoliatis Argiuorũm cadaueribus trophçum humano ſanguine inſcriptũ erexit, ſtatimq́; mortu' eſt: atq; in cauſa fuit, ut Lacedæmonij denuò Thyræam ſibi uendicarent, ac prælio uincerent.

οἰζυρὸν.) Parauit liberis diuitias, calamitoſa profligata paupertate.

ὄϊς τὴν μάχαιραν.) Ouis gladium: de ijs qui ipſi ſibi malè conſulunt.

οἴ.) ô infelix, quorſum nauigauimus. ὦ δύστηνος, οἷ πεπλώκαμεν; Ariſtophanes. Effugerunt quò quiſq; potuit. Mihi eſt eundũ, quocũq; me ſapiẽtia & Deus trahit. Vide in quam me ignominiã perducas.

οἴ.) Fortunatũ prædico ſenem, eiq́; gratulor, ꝙ aridos mores & uitam reliquit.

οἴ.) Appianus: Malum arte grauius, & ope mortalium ſociorum potentius.

οἷα κατέσχε.) Qualis fortuna oppreſſit infeliciſſimam domũ. Ariſtophanes: Alteram maxillam acues ad liticulas, alterã uerò ad maiores res: id eſt, ad iniurias.

οἶδα Σίμωνα, καὶ Σίμων ἐμέ.) Noui Simonem, & Simon me. In eos qui inter ſe ob improbitatem norunt.

οἰδήματι.) Oratione cordata militaris inſolentiæ tumorẽ cõpreſſit Imperator.

οἰδίπους.) Laius Thebarũ rex uxorẽ habuit Iocaſtã, ex qua ſuſcepit filiũ Oedipodem: quo procreato, oraculũ accepit parens, filiũ cum ſua matre congreſſurũ eſſe. Itaq; in montẽ eum abijci, & pedes eius ligno traijci iuſſit: quẽ inuẽtum ruſticus quidam, nomine Melæbus educauit, & Oedipodẽ nominauit, quòd pedes haberet tumidos ob ligni traiectionẽ. *Melæbus.* Vir aũt fortis factus, latrociniũ exercuit. Quo tempore Sphinx etiã extitit, mulier tetra, & ferino ingenio. *Sphinx.* Nam cũ maritum amiſiſſet, coacta manu, & loco inacceſſo occupato, prætereuntes occidebat. Oedipus itaq; callido inito conſilio, ſe cum ea cõiungit, quaſi unà cum ea latrocinaturus: captatoq́; tẽpore opportuno, & ipſam & ſocios eius haſta traijcit. Thebani autẽ id facinus admirati, regem eũ proclamant. Laius uerò eis iratus bellum infert, & ſaxo caput ictus occumbit. *Laij cædes.* Iocaſta autẽ, metu amittendi regni, reducit Oedipodem, & regẽ deſignat, eiq́; nubit, ignorãs ſe eius eſſe matrẽ. *Oedipi & matris Iocaſtæ nuptiæ.* Suſcepit autẽ ex ea filios duos, Eteoclem & Polynicem. Deinde cum cognouiſſet, eum filium ſuum eſſe, rem illi indicat. *Oedipi interitus.* Quo ille audito, clauis in oculos impactis, ſibi necem conſciſcit, regno duobus filijs relicto, qui alternis annis regnarent. Verùm hi orto diſſidio, bellũ inter ſeſe geſſerunt: & Polynices ab Eteocle expulſus, Argoſq́; profectus, uxorẽ duxit regis Adraſti filiam: adductoq́; exercitu ad Thebas, ac duello cõgreſſus, fratrẽ occîdit, ab eoq́; uiciſſim occiſus eſt. *Eteoclis & Polynicis mutua cædes.* ſocij autem domum redierunt.

οἶδμα.) ἄγριον οἶδμα θαλάσσης: Agreſtem fluctum maris.

οἰδοῦσα.) Ars tumens præ iactantia, & uerbis inſolentibus. Eunapius:

*Tanto malo intumeſcente & exoriente,*
*Non uiſum eſt illi rectà mittere exercitum,*
*Cum res adhuc in motu eſſent.*

οἶδ,

οἶδ᾽, οἶδα τὸν νῦν.) Noui noui, quid uelis: deſine deſine uerba facere: Etiãſi me per cuſſeris, tamen tibi non refragabor.

οἰετίας.) Homerus:
ὄτριχας οἰετίας σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐίσας.
*Eiuſdem pili & ætatis, uua ſupra dorſum ſimiles equi.*

οἶηθεν.) Oeca municipium Pandioniæ tribus. Philochorus ait, Ocam filiã Cephali, Charippi uxorem fuiſſe.

οἰκείως.) Polybius: Apud Carthaginẽſes etiã res ita procedere, non erat mirũ.

οἰκειοῦμαι.) Cõciliat ſibi ſimplicem regis animum.

οἰκητής.) Nunquã poſtuletur ut hoc fiat me uiuente, & patriã urbem incolente.

οἰκογενής.)
οἰκογενὴς αἴλουρος ἐμὴν πέρδικα φαγοῦσα,
ζώειν ἡμετέροις ἔλπεαι ἐν μεγάροις;
*Verna feles mea perdice deuorata,*
*Se uicturam noſtris ſperat in ædibus?*

οἰκογενής.) Canthari cuiuſdam uerna, cũ ſe flagris cædi iuſſiſſet, aufugit, quaſi contumelioſe tractatus à dominis.

οἰκοδομή.) ædificatio.
τὸ οἰκοδομεῖν, καὶ ἵππους τρέφειν, δοκεῖ δαπανηρὰ εἶναι.
ὅπερ καὶ τῇ Λακωνικῇ προσεξεύρηται κατάρᾳ.
ἔστι δὲ αὕτη, οἰκοδομαί σε λάβοι καὶ ἀμβολαί.
ὅ, τι ἵππος, καὶ ἁ γυνά τοι μοιχὸν ἔχοι.
ὡς τούτων πάντων δαπανηρῶν ὄντων καὶ ἐπιζημίων.
*Aedes extruere, & equos alere, ſumptuoſa eſſe uidẽtur: id quod Laconica compertum eſt execratione, quæ eſt huiuſmodi: Aedificatio te occupet, procraſtinatio & equorum alimonia, & uxor tua adulterum habeat: quòd hæc omnia magni ſumptus ſint, & noxia.*

οἰκοθεν.) Prouerbiũ: οἴκοθεν ὁ μάρτυς, domeſticus teſtis: uel, teſtis ex ipſis ædib. In eos qui poſt mendaciũ, uerum fatẽtur.

Functiones. Subſtructiones. οἰκοδομήματα.) Subſtructionibus Aſſyrijs & ſumptuoſis muneribus ualere iuſſis, principibus magiſtratu fungendum eſt. Vituperandus enim eſt princeps, qui delectatur ædificationibus ornatis.

Prouidentia. οἰκονομία.) Dei prouidentia tribus fit modis: diſpenſatione, bona uoluntate, conceſſione. Rei familiaris ſtudioſum, quidam illiberalem uocant.

Solitudo. οἰκονομῶ.) Me quidem magna iam uitæ pars deſtituit: neq; diutius ſuſtinere poſſum, quæ abſq; parentibus contabeſcam: cuius nemo homo amicus curam ſuſcipiat. Nam inquilini inſtar, indignis modis paternas ædes ædifico, inqt Electra. id eſt, maximam uitæ partem in malis uixi, maiorque uitæ pars me deſeruit, quæ nunquã ſpem bonam aluerim. Nã hactenus nihil unquam factum eſt pro Agamemnonis ultione, quã nullus amicus ſuſcipit: ſed omnes in calamitatibus trepidant, ſecundum illud: Cum FORTUNA ſtat & cadit FIDES.
ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.
Viri, cũ quo malè agit̃, amici ſunt ꝓcul.

οἰκονομῶν.) Poetæ utuntur diſpoſitione, hoc eſt diſtributione perſonarum.

οἰκονομός.) Sophocles:
οὐδ᾽ ἔνδον οἰκονομός ἐστί τις τροφῇ. Neq; uictus, quo ædes extruuntur, intus eſt.

οἰκόσιτος.) Oecoſitus, qui ipſe ſeſe alit, mercenarius.

οἱ κρῆτες τὴν θυσίαν.) Cretenſes ſacrificiũ. Prouerbium: Si quãdo turbulentum ſacrificium factũ eſſet, Creticum uocabatur: eò quòd Agamemnon, illuc tempeſtate appulſus, ſacrificauit, Polyrrhenum profectus: ſed naues interim captiui cremarũt. Quo ille audito, ultimis relictis, ad littus uenit: & una repta naue, eã conſcenſa ſoluit, execratus incolas.

οἰκτρῶς.) Stultus eſt, qui parentum miſerabiliter interfectorum obliuiſcitur.

Ariſtagoras legatio. οἴκοι τὰ μιλήσια.) Prouerbiũ, Domi Mileſia: in eos, qui ubi non debent, oſtentant delicias. Ariſtagoras enim Mileſius profectus aliquando Lacedæmonẽ, petebat ut Ionibus, quos Perſæ bello peterent, opem ferrent. Concionabatur autem ueſte indutus ſumptuoſa, reliquisq; Ionicis delicijs utens. Cui quidam ex Ephoris dixit, Domi Mileſia.

οἴκοι γενοίμην.) Vtinam domi eſſem. De ijs qui optãt, ut effugere pericula liceat.

οἴμαι.) οἱ μὲν γὰρ οὐκ εἰσ᾽ ἔτ᾽, οἱ δ᾽ ὄντες κακοί. Alij defuncti ſunt, ſuperſtites uerò mali. De ijs qui ob penuriam aliquarum rerum deſiderantur. Ariſtophanes in Ranis introducit Bacchum, qui Euripidis deſiderio ad Inferos uelit deſcẽdere, dicentem, ſibi opus eſſe poeta ſolerti, atq; ſubijcientem hæc uerba: οἱ μὲν γὰρ οὐκ εἰσ᾽ ἔτ᾽, οἱ δ᾽ ὄντες κακοί.

οἶμος.) Paroemia, prouerbium: id eſt dictum populare, ſeu peruulgatũ. τὸ παροδικὸν διήγημα. Opus Alexandri Macedonis, quĩ aliquando regem Darium ultimo itinere ſecuti ſumus.

οἴμοι.) Sophocles: Hei mihi, quã protuliſti fili orationẽ, quæ infecta fieri nequit? Quod enim cuenit, quis infectum reddere poſſit? Ariſtophanes: Hei mihi miſero, cur nõ & ipſe anno ſuperiore nauali prælio interfui? De ijs qui libertatem

tem exoptant. Ad Arginuſas enim Athenienſes nauali prælio, ſeruorum ope, uicerunt: cùm ante alijs prælijs cladem accepiſſent, eosq; manumiſerunt. Ad illud igitur alludens facetè ait, ſe, ſi nauali bello interfuiſſet, libertate fuiſſe donatum. Euripides in Bellerophonte:

*οἴμοι. τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.*
*οἴμοι, τῷ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαι κακόν.*
*τὸ δ' ὧδ' ὁρᾶν φρονοῦντα τίς ποτ' ἂν φέροι;*

*Hei mihi. Cur uerò heu mihi? Mortalia ſcilicet perpeßi ſumus: id eſt humana iſta ſunt. Hei mihi, ægrotanti quidem iraſci eſt malum: ſed uidere ſic affectum, quis nam ſuſtineat?*

*οἴμοι κύλικος ἴσον ἴσῳ κεκραμένης.*) id eſt, *Heu calicem ex æquo temperatum.* id eſt, qui tantúdem aquæ, quantum uini habet. hoc ait Mercurius, cui ſoli temperatam libationem afferebant. Nam propterea quòd & uiuentibus & mortuis imperare fertur, ab utriſq; honoratur.

*ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβους.*) Aut ter ſex, aut tres teſſeras.

*οἰναῖοι, ἢ οἰνόη τὴν χαράδραν.*) Oenæi, uel Oenoe torrentem. De ijs qui iuuādi cauſa accerſiti nocent. Nam cum Oenæi torrentem ad ſe deriuarent: magna uis aquarum irrupit, atq; inundauit. Aliter: Quādo aliquis contra ſeipſum aliquid facit, cum ſibi ipſi nocet. Nam Oenoe municipium Atticæ eſt, cuius incolæ torrentem qui ſupra ipſos deferebatur, in ſuā regionem auerterunt. torrens uerò auctus, & aruis eorum nocuit, & ædes euertit. Simile huic eſt illud, *ὁ καρπάθιος τὸν λαγωόν*, Carpathius leporem. Aiunt enim quendam, cum Carpathus lepores non haberet, eos intuliſſe, ad ſobolem procreandam. unde tanta leporum copia extiterit, ut fruges illorum grauiter læſerint. *Carpathij lepores.*

*οἰνηΐς.*) Oeneia, una ex decem tribubus Athenienſium.

*οἰνόη.*) Oenoe municipium, alterū Hippothoontiæ trib. iuxta Eleutheras: alterū Aeaciæ, uerſus Marathonem.

*οἰνόμαος.*) Oenomaus Gadarenſis, philoſophus Cynicus, non multò maior natu Porphyrio: ſcripſit de Cyniſmo, id eſt ſecta Cynica, de Homerica philoſophia, de Cratete, Diogene, & cæteris.

*οἱ νομοφύλακες.*) Nomophylaces quinā ſunt? Viſum eſt quibuſdam, eoſdem eſſe cum Theſmothetis: ſed nòn ita eſt. nam Theſmothetæ patrio ritu coronati, in Areopagum aſcendebant: Nomophylaces uerò faſcijs albis utebantur, qui ſpectaculis in ſolijs ſedebant e regione nouē principum, & Palladis pompam adornabant, cum ſimulacrum ad mare ferebatur. Cogebāt etiam magiſtratus legibus uti, & in concionibus aſsidebant præſidibus: uetabantq; decretū fieri, ſi quid cōtrariū legibus & cōtra Rempub. eis eſſe uideretur. *θεσμοθέται. νομοφύλακες.*

*οἰνοπίπας.*) Vinolentas. ſicut Homerus ait. *παρθενοπίπας*, uirginum ſectatores. Ariſtophanes: ubi mulieres nō perſtrinxit, ubi, (*ὅπου περ ἐμβαχὺ εἰς*) quibus ſuppetit ſpectaculū & tragœdia & chorus, adulterinis præditas morib. uirorū amatrices uocās, ebrioſas, ꝓditrices, garrulas, in quib. nihil ſit ſani, quæ uiris magno malo ſint. *Mulierum epubeta.*

*οἰνοποτάζων.*) In conuiuijs, cum uinum adeſt, magnifica iactantur.

*οἰνοπότης.*)

*ὦ ξένε τόνδε τάφον τὸν Ἀνακρέοντος παρ' ἀμείβων,*
*σπεῖσόν μοι παριών, εἰμὶ γὰρ οἰνοπότης.*

*Hoſpes hoc ſepulchrum Anacreontis prateriens,*
*Libato mihi. Sum enim uini potor.*

*οἶνος.*) Vinum, cū Deo tribuitur, ſignificat ultionem. Dauid: Poculum in manu Domini eſt uino mero plenum.

*οἶνος ἄνευ παίδων.*) Vinum ſine pueris. Duo prouerbia ſunt. alterum eſt, *οἶνος καὶ ἀλήθεια*, uinū & ueritas: alterū uerò, *οἶνος καὶ παῖδες ἀληθεῖς*, id eſt uinū & pueri ſunt ueraces. Intelligitur de ijs qui ſimplicitatem præ ſe ferentes, uerum dicunt.

*οἶνος κενωθεὶς ἀγγείων, παύει λύπας.*
*οἶνος ῥυπώδης, ἐκτρανοῖ πολλὰς λύπας.*
*οἴνου μετασχὼν, προσδόκα δεινὰς μάχας.*
*Vinum effuſum è uaſis, ſedat moleſtias.*
*Vinum mucidum, declarat multas moleſtias.*
*Vino hauſto, atroces expecta pugnas.* *Explicatio ſomnij.*

*οἶνος.*) Vinum dictū eſt ab Oeneo: ut teſtatur Epigrāma. Oeneus cum in cauis poculis uuas expreſsiſſet, Oenō, id eſt uinum appellauit. Plato uerò uinū *οἴησιν* appellat, eo quòd opinione atq; arrogantia impleat animum. Poteſt & ab utilitate dici, quæ Græcè eſt *ὄνησις*. Homerus: *ὀνήσεαι αἴκε πίῃσθα*. Iuuaberis, ſi biberis. Idem epulas etiam *ὀνείατα* uocat, quòd nos iuuent. Cyprius autem Poeta ait:

*οἶνόν τοι, μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον*
*θνητοῖς ἀνθρώποισιν, ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.*

*Vinum ſanè ô Menelâe, dij fecerunt optimum, mortalibus hominibus, ut dißiparent curas.* Alius poeta:

*τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω:*
*τοῖς εὖ φρονοῦσι, τὸν μὲν ὑγιείας ἕνεκα:*
*ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι: τὸν δὲ δεύτερον*
*ἔρωτος ἡδονῆς τε: τὸν τρίτον δ' ὕπνου:*
*ὃν ἐκπίνοντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι*

οἴκαδε βαδίζουσ᾽. ὁ δὲ τέταρτος οὐκ ἔτι ἡμέτερός ἐστιν ἀλλὰ ὕβρεως· ὁ δὲ πέμπτος, βοῆς· ἕκτος δὲ, κώμων· ἕβδομος δὲ ὑπωπίων· ὁ δ᾽ ὄγδοος τοῦ κλητῆρος. ὁ δ᾽ ἔνατος χολῆς. δέκατος δὲ μανίας. ὥς ἐκβάλλειν ποιεῖ. πολὺς γὰρ εἰς ἓν ἀγγεῖον χυθεὶς ὑποσκελίζει τοὺς πεπωκότας. Id eſt:

*Tres tantum crateres miſceo ſapientibus.*
*Vnum ualetudinis cauſa, quē primū ebibunt.*
*Alterum amoris & uoluptatis gratia.*
*Tertium ſomni cauſa, quo epoto uiri ſapiētes domum eunt. Quartus non amplius noſter eſt, ſed contumeliæ. Quintus eſt clamoru, Sextus comeſſationum. Septimus apparitoris, uulnerum & cicatricum. Octauus laſciuiæ, Nonus bilis. Decimus furoris, (uel proſternat, uel uomitum eiciat) adeò ut eÿcere faciat. Multum enim uini, uni uaſi infuſum, ſupplantat potores.*

Epicharmus: ἐκ μὲν θυσίας θοίνη· ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο· ἐκ πόσιος δὲ κῶμος. ἐκ κώμου θυανεία· ἐκ δὲ θυανείας δίκη, ἐκ δὲ δίκης πέδαι τε καὶ σφάκελος καὶ ζημία. Ex ſacrificio conuiuium, ex cōuiuio comporatio facta eſt, ex compotatione comeſſatio, ex comeſſatione lis, ex lite iudicium, ex iudicio compedes & hulcera & mulcta. Panyaſis:

οἶνος γὰρ πυρὶ ἴσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ
ἐσθλὸν, ἀλεξίκακον, πάσῃ συνοπηδὸν (ὀνίη) ἀοιδῇ.
*Vinum in mortalibus uim habet ignis parem,*
*Bonam, & depulſricem malorū: omnis comitem (utilitatis) doloris. Erat & uinum hordeaceum in crateribus,*
*Intrat & ipſum hordeum uſque ad ſumma labra.*

Οἶνα πιεῖν.) Medici qui acceſſerant, iubebant uinum bibere. Nam ſalutem & interitum hominis in hoc illi conſiſtere dicebāt, arte ſua freti. Nūquid uino efficacius inuenias? ad imitationē dicti Homerici:

ἀνδρὶ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει,
*Viro defeſſo robur magnum uinum addit.*

Herodotus ait Perſas hoc inſtitutū ſeruare: Si quid ſobrÿ propoſuerint, de eo deliberare ebrios: ſin ebrÿ propoſuerint, id confirmare ſobrios. Porus Indorum rex ait: Vini tantum bibo, quantum Soli libo.

Οἰοβώτης.) Quaſi dicas, ſuam uoluntatē amplectens, ſuū animum paſcens, & nemini obtemperans, ſolitarius, errore mentis affectus. Nunc errore mētis magnum amicis luctum affert.

Οἰόθεν.) Solus ad ſolum.

Οἶον.) Nequaquam amplius uirū hunc uidebitis: uerbum magnificum eloquar. Ariſtophanes de Cleone: Vt deteſtabilis ille inclinato capite uocat, ex geſtu uoracitatem eius notat. Etenim & homines & iumenta ad cibum maximè inclinata & incumbentia, uidentur inſatiabiliter & magno ſtudio comedere.

Οἶον.) Nihil æque præclarum eſt, atq; ati direi pſam legem. Homo erat Demophilus patriarcha Conſtātinopolitanus, qui impetu quodam perturbato permiſceret omnia, inſtar uagi torrentis, multum ſordium ſecum trahentis.

Οἶον.) Oeum. Duo ſunt municipia Atticæ, à ſolitudine ſic dicta: alterum Cerami cum Leontię tribus, alterum Decelicum Hippothoontiæ.

Οἶος.) Ille omnia anxiè inquiſiuit. Is enim erat, qui neque humanum neque diuinum quicquam imperueſtigatum relinqueret.

Οἶος.) Ariſtophanes: Non poſſum ultra ſentina emergere, id eſt ſuſtinere & conficere negocium. Translatio ſumpta eſt à nauibus, quæ aqua redundantes periclitantur. Viri ſapientis iſtud eſt, qui paucis multa uerba complecti poteſt. O infelix Aiax, qualis es? ut es affectus? ut ſis & ab inimicis deplorandus?

Οἰωνισάμενος.) diuinitùs res futuras coniecturis aſſecutus.

Οἰωνίζοντο.) Eum adoleſcentes quidem & oderant, & auerſabantur: ſeniores uerò charū habebant, & laudabant. &: Meliorib. auſpicÿs & apparatu firmiore bellum denuò aggreſſurus.

Οἰωνιστικήν.) Augurium Phryges reperērunt. hoc partim ad auſpicia pertinet, ſi aue ante uel retrò uolante, & uel ad dextram uel ad ſiniſtram declinante, dicas, hoc ſignificari: partim uerò pertinet ad οἰκοσκοπικὸν (οἰκιακὸν ἢ οἰκοσκοπικόν.) cum ea quæ domi accidunt, obſeruantur: ueluti ſi in tecto apparuerit aut muſtela aut ſerpens, aut oleum effuſum fuerit, aut mel, aut uinum aut aqua, aut cinis, aut crepitus lignorum auditus fuerit, aut aliquid aliud, hoc ſignificat: cuiuſmodi opus cōſcripſit Xenocrates. ἐνόδιον aliud eſt: ut ſi exponas ea quæ obiter in uia occurrunt, ſi quis tibi obuiam factus fuerit hoc geſtans, & hoc tibi euenerit: cuiuſmodi opus conſcripſit Polis. Aliud eſt χειροσκοπικόν, ut cum manibus extentis, è rugis aut fiſſuris palmæ dicimus, Procreabit filios, aut aliquid ſimile; cuiuſmodi opus ſcripſit Helenus. Aliud eſt παλμικόν, quando ex uibratione corporis aliquid cognoſcitur: ueluti palpitauit dexter

Auſpicia.

Domeſtica.

Obuiam.

Manuum inſpectio.

Palpitatio.

ter aut ſiniſter oculus, aut humerus, aut ſemur, aut pes prurijt, aut auris tinnijt, ergò hoc eueniet: cuiuſmodi opus conſcripſit Poſidonius.

*οἶον.*) Sibi quidem diuitias illa non contemnēdas parauit: illum autem paulatim tabeſcentem amore, ſuſtulit è medio.

*οἶσθα.*) Noſti quoſdam, qui in referendis rationibus pecunia (*ἀποδόντες, ἢ ἀποδοῦντες.*) mulctati, aut omnino una calamitate impulſi ſunt, ut in meridie uitæ, id eſt ætate ad occaſum uergente, philoſopharētur: ex eo ſolo quod Deū obteſtati ſunt, & iurarunt more Platonico, quos uel umbra opportuni aliqd locuta anteuerterit.

*ἐξοισθα.*) Sophocles: Tu præſens noſti, à nemine amicorum admonitus, ſed ipſe nobis omnibus expoſuiſti.

*οἰστὰ.*) Thucydides: Ob magnitudinem impendentis adhuc periculi, tolerabilia illis uiſa ſunt. & (*ἐν μὲν δὴ τοῖς μικροῖς οὐκ ἂν διάφορον κακὸν, οἰστὸν δὲ ὅμως πέσω γίνεται*) i. p paruis erit magnum malum, tolerabile tamē aliqua ex parte fiet.

*οἰστροῖ.*) Appianus: Omnino omnes furor quidam atq; impetus & alacritas contra Barbaros inuaſit. Et, hæc fecit tanquā furibundus & temulentus. Herodotus: Furorem atq; inſaniā propter mulieres, nihili faciebat.

*οἶστρος.*) Piſides: Furor eſt, præſertim Barbarorum, ut procliues ſint ad mutationes.

*οἰσύμη.*) Oeſyme, urbs Thraciæ.

*οἴτη.*) Oeta, mons (Theſſaliç) Lacedæmoniæ, unde Oetæus.

*οἶτος.*) Non iniuria deformi conficior interitu.

*οἴχωκ'.*) Perij, interij. deuaſtata ſum, Tecmeſſa inquit, ob Aiacis mortem.

O cum K

*ὁ καύης τῆς τύχης ὑπερέχει.*) Storea calathus) Canes fortuna ſuperior eſt. Prouerbiū, in eos qui maiora & plura quàm neceſſe eſt, poſsident. hoc eſt, qui opibus ita muniti ſunt, ut fortuna eis nocere poſſe non uideatur.

*ὁ κάτωθεν νόμος.*) Lex quç infrà eſt. Demoſthenes in oratione cōtra Ariſtocratē, aut Heliæam dicit, inquit Didymus, eò quòd prætoria quædā ſuperiora, quædā inferiora nominantur: aut ob figurā ſcripturæ Axonū obliquæ: aut eam legē quç a ſiniſtra incipit, inferiorē nominat Demoſthenes. Nā (*βουστροφηδὸν*, taurina conuerſione) obliquè ſcriptos fuiſſe Axones & Cyrbes, indicat Euphorion in Apollodoro. Vel quia, inquit, Axones & Cyrbes de ſuperiore loco ex arce in curiā & forū trāſtulit Ephialtes, ut Anaximenes in Philippica oratione ait. Errare Demoſthenē aiūt in oratione aduerſus Neærā, cum ait Platæēſes pictos eſſe in uaria porticu. neminē enim id dixiſſē. Sexies mille talētûm eſſe Atticæ æſtimationē. Demoſthenes in oratione de Claſsibus ſic dicit: Nobis agri noſtri æſtimationē ſuppetere octies mille talenta audiet. Aut igitur librarij erratū eſt: aut orator callide hoc dicit, ut uideatur Reſpublica plus facultatum habere, ad bellum cum rege gerendum.

*ἄξονες. κύρβεις.*

*Num ſatis non eſt. ipſum uel diſſe?*

*Atticæ æſtimatio talenta 6000.*

*ὁ καρπάθιος τὸν λαγωόν.*) Carpathius leporem. Dicunt Carpathios inſulam incolentes, adduxiſſe lepores, cū in ſua regione nullos haberēt: qui cum plures eſſent facti, agros eorum læſerint.

*ὀκνεῖ.*) Xenophon: Metuentes ne Grçci, ponte ſuperato, manerent.

*ὀκνεῖν.*) Nullum exploratorem hoſtium eſſe timendum: ſed è re ſua potius eſſe putandum, ſcire illos, quantis & quomodo armatis copijs adſint.

*ὀκνῶ.*) Sophocles: Si mētis cōpos eſſet, nō cū formidarē. Malè facit, qui dū pericula abſunt, atq; adhuc impendēt, lingua ferox ſit, & ad feſtinationē incitatus: cum uerò res ipſa adeſt, ceſſet & formidet. Demoſthenes prima Philippica: Dico bifariam auxilium eſſe ferendum nobis, tum urbes Olynthiorum conſeruando, & milites qui id faciant mittendo: tum illius agrum uaſtando, & triremibus & exercitu alio. Si uerò horum alterutrum neglexeritis, uereor ne inanis nobis futura ſit expeditio. Homerus:

*οὔτ' ὄκνῳ εἴκων, οὔτ' ἀφραδίῃσι νόοιο.*) Id eſt, Non timori cedens, neq; ſtulticiæ. Id eſt, Neq; metu, neq; imprudentia impeditus.

*ὀκνῶν.*) Sophocles: *φιλεῖ ὀκνεῖν πᾶς ἀνὴρ πράσσων μέγα.* Solet tergiuerſari quiuis homo magna agens: id eſt, potentes non ſtatim ea concedunt, quæ petuntur.

*ὄκελλος.*) Horatius, oculo amiſſo, Cocles cognomento dictus eſt.

*ὁ κρὴς τὴν θάλασσαν.*) Cretēſis mare. Prouerbium, in eos qui ſimulant ſe illa fugere, in quibus excellunt. Rei enim nauticæ Cretenſes fuerunt peritiſsimi.

*ὀκριόεις.*) Recipe me, etſi tua magnopere urgetur horrida nauicula, mortuum canem Diogenem.

*ὀκτάμετρον.*) Tetrametri inuētor Ariſtophanes poeta fuit, itemq; Octametri.

*ὀκτώπουν ἀνεγείρεις.*) Octipedem excitas,

id eſt ſcorpium. Prouerbium.

ὀκχὴ.) Extitit pacis baculus, fulcrum ſenectutis.

O cum λ.

ὀλβίζειν.) Sophocles: Nemo beatus dicendus eſt, priuſquam terminum uitæ cõfecerit, nihil graue perpeſſus. Ouidius:

*—ſcilicet ultima ſemper*
*Expectanda dies homini eſt, diciq́; beatus*
*Ante obitum nemo, ſupremaq́; funera debet.*

ὄλβου παντὸς ὑπερπέτεται.) Omnes felicitates ſuperat.

ὀλαὶ & ὐλαὶ.) Sic dicuntur grana hordei, ſale miſta, quæ uictimis aſperguntur.

ὀλέθρου πεῖραρ' ἐφῆπται) Internecio nobis impendet: ſicut dicunt δεδέσθαι τῷ ὀλέθρῳ, uinctum eſſe interitu.

ὀλέκρανον.) Ariſtophanes: Quiſquis paci bellum anteponit nunquam, ô Bacche rex, deſinat è cubito cuſpides ſagittarum eximere. Is enim locus ſi uulneretur, maximos dolores ciet.

*Votum pacificum.*

ὀλιγαρχούμενοι.) Tres ſunt Rerumpublicarum formæ: Regnum, Oligarchia, Democratia.

ὄλην ἐξετείχοντο τὴν ψυχήν.) Ad incrementum uirtutis & uitiorum diminutionem toto animo incubuit.

ὀλίγον.) Homerus: Vt diſſimilem ſibi filiũ genuit Tydeus: ἦ ὀλίγον οἷ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς

ὀλιγαρκία.) Paucis rebus eſſe contentum.

ὀλιγωρήσεις.) Neglectis honoribus, qui defunctis haberi ſolent.

ὀλιζῶνες.) Olizones gens Thraciæ.

ὄλισβος.) pudendum coriaceum, quo utebantur Mileſiæ mulieres, ut Tribades & obſcœnæ. Vtebantur ijs etiam uiduæ. Ariſtophanes: Nihil uidi: neq; penem octo digitorũ, qui uobis eſſet coriaceum auxilium. Alludit ad prouerbium, συκίνη ἐπικουρία, ficulnũ auxiliũ: id eſt imbecillũ.

*[illegible]*

ὀλκάς.) Apud Thucydidem: Nauibus onerarijs longis Barbaricam multitudinem tranſuexerũt.

ὄλκοισιν) Troiani multis attrahẽtibus, multiſq; funibus annexis, equum rotis inſiſtentem traxerunt in urbem. Virg.

*—Pedibuſq́; rotarum*
*Subijciunt lapſus, & ſtuppea uincula collo Intendunt.*

ὅλῳ ποδί.) toto pede, id eſt totis uirib.

ὀλολύζειν) Mulieres omnes cum eiulatu manus ad Mineruam extenderunt.

ὀλολυζέτω πίτυς ὅτι πέπτωκε κέδρος.) Eiulet pinus, quòd cecidit cedrus: hoc eſt, fortibus cadentibus, infirmiora erudiantur & ſapiant. Dicit & Solomon: Impijs cadentibus, iuſti formidoloſi fiunt. &; Peſte afflictus inſipiens aſturior euadit.

ὀλολύζει.) Eiulat ſenex, effœminatum eius animum & laſciuiam intuens.

ὅλος καὶ πᾶς.) Toto animo in bellum incumbebat: totis uiribus, totoq; animo in impendentia pericula intentus erat.

ὀλόφυξις.) Thracia urbs, iuxta Athon montem, cuius ciuis Herodotus Olophyxius de Nymphis, ut aiunt, ſcripſit, & ſacrificijs.

ὀλοφέρνης.) Holofernes imperator Cambyſis, filij Cyri, qui cum bellum gereret cũ Arphacſad rege Medorum, & auxilia ab omnibus gentibus uſque ad Aegyptum poſtulaſſet, eaq; negata illis eſſent: uicto Arphacſad, bellum intulit eis, qui auxilia non miſerant, miſſo Holoferne cum magnis copijs, qui omnes ſubegit. Cum autem ad Bethuliam, Iudææ urbẽ, ueniſſet, Achiorem tribunum ſuum miſit, comminatus, ni urbem cœpiſſet, ſe interfecturũ eum. Achior autem potitus aquæductibus, eò redegit oppidanos, ut a deditione facienda non abhorrerent. Cæterum Iudith ſponſæ ornatu egreſſa, decollauit Holofernem: itaq; conſeruata eſt urbs.

*Cambyſes.*
*Arphaxad.*
*Bethulia.*
*Achior.*
*Iudith.*

ὀλοοίτροχος.) ſaxum è machina in inuentorem eius artificij exiluit, eiq; ambos excuſsit oculos.

ὀλυμπία.) Olympia. Sic uocatur apud Græcos certamẽ quarto quoq; anno celebrari ſolitũ, ob diẽ qui quarto quoq; anno cõficitur (pro τριῶν, lego ὡρῶν ἓξ.) è ſenis horis, quotannis curſui Solis additis. Inchoata eſt prima Olympias ſub Solomone, ut feſtum Iouis in toto terrarum orbe ageretur.

*Annus dierum 365. horarum 6.*

ὀλυμπιάς.) Certamẽ quarto quoq; anno celebrari ſolitũ. Sunt autẽ quatuor certamina: Olympia, Iſthmia, Nemea & Pythia.

ὀλυμπιόδωρος.) Olympiodorus, philoſophus Alexãdrinus, cuius fama celebris eſt. Ad hunc audiendũ Proclus Lycius, Ariſtotelicæ doctrinæ cognoſcẽdæ cauſa ſeſe cõtulit. Olympiodorum uerò cum audiret, uirũ eloquentẽ, quiq; ob linguæ uolubilitatẽ & celeritatẽ a paucis auditoribus intelligeretur, ſic approbatus ab illo eſt, ut filiolam, & ipſam philoſophicè inſtitutam, deſpondere ei uoluerit.

ὀλύμπιος.) Olympius frater Generoſæ, è Cilicia Alexandriã uenit ad curationẽ Sarpedonis. (θεραπείαν f. cultũ Serapidis) Fuit in omnibus reb natura admirabili, corpore magno & procero, facie bona & hone-

honeſta: & ea ætate, qua homines ſapientiſſimi ſunt: in cõgreſſibus comis & ſuauis, & obtemperantibus in primis utilis. Neq; uerò quiſquam erat adeò duro & barbaro ingenio, qui non obtemperaret ac deliniretur ſancti illius oris ſermonib. Talis Suadela ſeſſitabat in labijs illius uiri: res non humana, ſed potius diuina. Itaque Alexandrinorum factus eſt ſacrorũ magiſter, qui iam Reipub. tempeſtate proni ferebantur. Ille uerò ſubinde obuios quoſque cogens, uetera inſtituta edocebat, & comitantem ea felicitatem, quanti ſcilicet & qualis diuinitùs obtingeret, accuratè illa obſeruantibus. Sic autem Olympius erat plenus Deo, ut prædixerit amicis, Serapidem relinquere tẽplum: id quod factum eſt.

*Propagator idololatriæ.*

*Serapidis fuga.*

ὀλυμπος.) Olympus Myſus, tibicẽ & poeta Melicus, & Elegiacus, princeps fuit (κρυματικῆς, id eſt quę pulſatione cõſtat.) Chromaticæ Muſicæ in tibijs, diſcipulus & amaſius Marſyæ, qui erat genere* Satyri, auditoris & filij Hiagnidis. Fuit autem ante bellum Troianum Olympus, à quo & Myſiæ mons nomen habet.

ὄλυμπος.) Olympus modulos citharœdicos expoſuit, & docuit.

ὀλυμπος.) Olympus Phryx, iunior, tibicen, temporibus fuit Midæ Gordij filij.

ὄλυμπος.) Olympus, cœlum quaſi ὁλόλαμπος, id eſt totus lucidus: & θεῦ οἰκητήριον, id eſt Dei domicilium.

ὄλυνθος.) Olynthus, urbs Thraciæ.

O *cum* M.

*Sol.*

ὄμμα.) Oculus ætheris eſt ſol. Oculus ætheris indefeſſus lucet. nam & tragici ſolent appellare Solem oculum.

ὁμαλὶς.) Procopius: Hi uerò fugam arripuerunt, cum neq; Burgaonis cacumen conſcendere poſſent, neq; planiciem, ob urgentes hoſtes.

χρυσίον ὀμβρυζον.) (ὄβρυζον) Obryzũ aurum, id eſt ſæpè excoctũ, & purũ putum.

ὁμαιχμία.) Herodotus: Ad exiguũ tempus confœderatio durauit. Deinde orta contentione, Lacedæmonij & Athenienſes bellũ inter ſe geſſerũt. &: Auxilia Gotthorum ſibi aſciuit. &: Tempore Hannibalis, Carthaginenſiũ ducis, uniuerſa Italia ſocietatem cum Romanis inierat.

ὁμηρεύειν.) Samij, quamuis adoleſcẽtes eorum dati obſides eſſent: in fide tamen non permanſerunt: ſed aduerſus Macedones cuſtodes urbis inſurrexerunt.

ὁμηρίδαι.) Homeridę, qui recẽſent Homericos uerſus. Alij dicunt eſſe familiam in Chio, quæ nomen habeat à Poeta. Alij dicunt, errare eos qui ita ſentiant. ſic enim eos dici ab obſidibus. Nam cũ Chiorum uxores aliquãdo Bacchanalibus furore correptæ, pugnam conſeruiſſent cũ uiris, ſponſis obſidibus datis, eos redijſſe in gratiam: quorum poſteros Homeridas dicant, quaſi obſidum filios.

ὅμηροι.) Apud Thucydidẽ eſt pignus, quod inita pactione, firmandæ pacis cauſa datur. Aelianus: ille aufert tintinnabulum, idq; amicitiæ ſymbolum & pignus primũ offert amico ſuo. ὅμηροι, id eſt obſides, ſunt qui propter pacta & conuenta dantur. Theopõpus ait, ὁμηρεῖν apud antiquos eſſe ἀκολουθεῖν, id eſt ſequi. Eos igitur qui dati eſſent ad perficienda pacta & cõuẽta, ὁμήρους, id eſt obſides ex eo appellari, φ facta ſcilicet dictis eſſent conſentanea.

*Obſides.*

ὅμηρος.) Homerus poeta, Meletis fluuij Smyrnæi, & Critheidos: ut alij, Apollinis & Calliopes Muſę filius: ut Charax hiſtoricus, Maronis aut Mitiæ & Eumetidis matris: ut alij, filius Telemachi Vlyſſis, & Polycaſtes Neſtoris filiæ. Ordo generis illius, autore Charace hiſtorico, hic eſt. Aethuſæ, Thraciæ mulieris, filius fuit Linus: huius Pierus, huius Oeagrus, huius Orpheus, huius Dres, huius Euclees, huius Iamonides, huius Philoterpes, huius Euphemus, huius Epiphrades, huius Melanopus, huius Apelles, huius Mæõ: qui unà cũ Amazonibus Smyrnã uenit, & ducta uxore Eumetide, Euepis Mneſigenis filij filia, procreauit Homerũ. Itẽq; de patria eius ambigitur, eo quòd nõ creditũ eſt, eum eſſe mortalem, ob magnitudinẽ ingenij. Nã alij Smyrnæũ, alij Chiũ, alij Colophoniũ, alij Cumanũ, alij Troianum ex agro Cenchreorum, alij Lydum, alij Athenienſem, alij Ithacenſem, alij Cyprium, alij Salaminium, alij Gnoſſium, alij Mycenæum, alij Aegyptium, alij Theſſalum, alij Italum, alij Lucanũ, alij Gryinum, alij Romanum, alij Rhodium eum eſſe tradiderunt. Ac ſuo quidem nomine Meleſigenes appellabatur, φ iuxta Meletem amnem, ſecundum eos qui Smyrnæum fuiſſe tradunt, natus eſſet. Vocatus autem Homerus eſt, ſiue quòd, cum bellũ Smyrnæis aduerſus Colophonios eſſet, obſes datus fuerit: ſiue quòd conſultantibus Smyrnæis, diuino quodam afflatu exclâmarit, & conſilium dederit in concione de bello. Anteceſsit autem primam Olympiadem annis 57. Porphyrius autem in Philoſophica hiſtoria, c &

*Genealogia Homeri Charace autore.*

*Mæon. Eumetis. Homerus.*

*Patria ambigua.*

*Meleſigenes cur Homerus dictus.*

*Chronologia Olympiadum incept.*

xxx. annis eam anteceſſiſſe ſcribit. Inſtituta autem prima Olympias fuit poſt Troianum excidium annis 400. & 60. Quidam uerò, 100. & 60. poſt excidium Ilij natum eſſe Homerum tradunt. Porphyrius autẽ, quẽ modò citauimus, poſt 275.

*Coniugium & liberi Homeri.*

Ducta in Chio Areſiphone, Gnotoris Cumani filia, duos ſuſcepit, filios & filiam quę Staſino Cyprio nupſit. Filij eius dicti ſunt Eriphon & Theolaus.

*Poemata.*

Poemata eius ſunt, de quibus non ambigitur, Ilias & Odyſſea.

*Ilias ſparſim ſcripta.*

Scripſit Iliadẽ nõ ſimul, neque cõtinua ſerie, uti nunc cohęret, ſed cum ipſe libros ſingulos ſcripſiſſet & oſtentaſſet, eo quòd quærendi uictus cauſa urbes obibat, in ijs illos reliquit. Pòſt autem compoſiti ſunt, & ordine diſtincti à multis: maximè uerò à Piſiſtrato, Athenienſium tyranno.

*Piſiſtratus.*

*Poematia Homero aſcripta.*

Aſcribuntur ei & alia quædam poemata, Amazonia, Ilias parua, Reditus, ἐπικιχλίδες nomine à turdis facto, Ethiepactos ſiue Iambi, Ranarum & murium pugna, Araneorum pugna, Gruũ pugna: Ceramis id eſt teſtula: Amphiarai exitus: παίγνια, id eſt Ludicra ſeu ioci, Siciliæ captiuitas, Epithalamia, Circulus: ὕμνοι, id eſt laudes diuinæ: Cypria, id eſt Venerea, uel de Cypro inſula.

*Sepultura.*

*Cæcitas.*

Senex defunctus in Io inſula ſepultus eſt, cęcus à puero natus: uel (quod uerius eſt) eo nomine dictus cæcus, quòd cupiditate, quæ ab oculis incipit, uictus nõ eſt.

*Epitaphium.*

Inſcriptum eſt ſepulchro eius hoc elogium, quòd tandem ab letis factum eſt:

ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει,
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον ὅμηρον.

MELANCTHON.

*Hac ſacrum terra caput occultatur Homeri,*
*Qui canere Heroum præſtãtia facta ſolebat.*

*Modeſtia prima uirtus.*

Dioſcorides in Homericis legibus ait, Poetã, cũ uideret modeſtiã maximè eſſe ꝓpriã adoleſcentiæ uirtutẽ, maximeq́ illi decorã, & omnis honeſtatis cauſam: atq; eorũ animis eã inſerere uellet: ut oẽ deinceps otiũ & ſtudiũ ſuũ in honeſtis factis cõſumerent, beneficiq́ eſſent, & inter ſeſe ſociabiles: uitã ꝓpoſuiſſe omnib. frugi & paucis contentam: ratum cupiditates & uoluptates uehementiſſimas exiſtere, atque etiam primum inſitas eſſe, cibi & potionis.

*Voluptates cibi & potionis moderandæ.*

Eos autem qui frugalis uitæ rationem conſeruaſſent, in reliqua etiam uita fore continẽtes. Itaque ſimplicem uictus rationem omnibus aſſignaſſe, regibus æquè ac plebeijs, cum ait: Raſam extendit menſam. & poſtea: Cibũ uerecunda proma, coquus lances carnium appoſuit, ea-

*Panis & aſſum bubulũ, Homeri deliciæ.*

rúmque aſſatarum, & ferè bubularũ. Pręter hæc uerò neque in diebus feſtis, neque in nuptijs, neque in alijs cõuentibus apponit quicquam aliud, quamuis ſæpè fecerit Agamemnonem inuitantem optimates. Menelaus item Hermiones nuptias celebrans, & filij & filiæ, & cum Telemachus ad eũ ueniſſet, aſſum bouis tergum ſuſtulit, quod ei ipſi appoſitum erat. Neque enim Homerus cupedias & delicias, mellitáſue placẽtas regibus ſeorſim apponit: ſed ea, a quibus & corpus & animus eorum benè eſſet habiturus. Et Aiacem poſt ſingulare certamen tergo bubulo donat Agamemnon: & Neſtori, quãuis ſeni, aſſum bubulum dat: atq; etiã Alcinoo, delicatam uitam agenti, quò nos à perturbatis remoueret cupiditatibus. Neſtorem etiam facit iuxta mare Neptuno gratum quoddam ſacrificium offerẽtem, multis conuiuis inuitatis, ſic hortantem: Age uerò alius in campum exeat, ad bouẽ afferendũ: & reliqua. Et Alcinous conuiuiũ præbens delicatiſsimis Phęacibus, & Vlyſſem hoſpitio excipiens, horti apparatũ illi oſtendit, & ædium & uitæ ſuæ rationẽ, talesq́ apponit menſas. Procos quoq;, homines luxurioſos, & uoluptatibus deditos, neq; piſces edentes facit, neque aues, neq; mellitas placentas: coquorum præſtigijs quantum potuit ſublatis.

Homerum orbatum oculis oberraſſe tradunt, & ueniſſe ad Glaucum paſtorẽ, qui eũ ad ſuum dominum adduxerit. Qui cũ eum ingenioſum & multarũ rerũ eſſe peritũ uidiſſet: petit ut apud ſe maneat, & liberos curet. qđ ille facit. Et Cercopes, & Mutiũ ranarumq́ pugnã, & Pſarorum (ſturnorũ) pugnã, & Heptapactiũ & Epicichlidas, & alia quæ Homeri ſunt ludicra, apud Chiũ illum, in Boliſſo cõponit. Deinde uenit ad nuptias, & inuenit mulierẽ Curotropho, id eſt altori puerorũ ſacrificantẽ, & hos uerſus ꝓnũciat: Audi me precantẽ Curotrophe: Da ut mulier hæc iuuenũ aſpernet̃ amorẽ, & coniugiũ, & oblectet̃ ſenibus, quorũ penes hebetati ſint, animus uerò eſt ſalax.

*Ad Curotrophum.*

Poſtea cum in contuberniũ, ubi conuiuabantur, ueniſſet: igne accẽſo Homerus dixit: Viri, filij ſunt coronæ: turres urbis: equi, campi ornamẽta ſunt, naues maris: pecunia auget ædes: ſed uenerandi reges, ſedentes in foro, ornamento ſunt alijs conſpecti: ardente igne honoratior domus eſt. Idem Homerus nauigaturus, & à nautis receptus, hos uerſus pronunciauit:

*Ornamenta hominũ & locorũ.*

*Audi*

Quia uerſus breuiter deprauati ſunt, ut rhetorem & uatē potius quā interpretē requirere uideātur, maluimus doctiſ. uiri Philip. Melan. conuerſionē apponere, quā incertis coniecturis temerè nugari.

*Audi qui pelagus ualido Neptune tridenti,*
*Imperioq́ regis, ſpacioſaq́ culta Heliconis:*
*Da precor his nautis reditū, uentosq́ ſecūdos,*
*Qui mihi ſunt comites placidi; nauisq́ magistri.*
*At mihi da miſero ſacram contingere terrā,*
*Aerius qua parte Mimas ad ſidera ſurgit.*
*Inde hominis iuſti me fac ſuccedere tectis,*
*Vlciſciq́ uirum qui me improbitate fefellit,*
*Læſit & hoſpitij ſacra iura, Iouemq́ benignū.*

Idem Homerus cum in quoſdam Chium nauigaturos incidiſſet, rogauit eos ut ſe ſuſciperent: à quibus non receptus, uerſus hos pronunciat:

Precatio nautica. Inſectatio nautarum.

*Infidi nautæ, gens Diris triſtior ipſis,*
*Sæua quib. ueluti mergis dant æquora uictum*
*Si nobis nulla eſt hominum reuerentia cordi:*
*At ſperate Iouē, ſummo qui regnat Olympo.*
*Triſtis enim ultus Iouis eſt, pœnaq́ parata*
*His, quibus hoſpitij non eſt pia teſſera cura.*

De nuce pinea.

In eundem noctu ſub pinu quieſcentem, fructus eius arboris, quem alij ſtrobilum, alij conum uocant, id eſt nucem pineam, cum cecidiſſet, hos pronunciat uerſus:

*Funduntur fructus alia magis arbore dulces,*
*Quam fouet umbroſis felix in collibus Ida.*
*Hinc ueniet ferrum Martis, ualidæq́ ſecures,*
*His ubi conſiſtet campis Cebrenia pubes.*

Idem cœnans cum Glauco, cum canes aſtarent latrantes, ſic dicit:

Canum curatio.

*Glauce precor paucis me audi, parēq́ monēti:*
*Præforib. ſtabuli canib. ſua fercula primùm*
*Fac tradas. nam ſic melius: cuſtodibus illis,*
*Nec fera nec fures uenient ad ſepta doloſi.*

Caminus.

Quæ cum audiſſet Glaucus, admiratus eſt. Eundē conſpicati figuli, caminū incēdentes, tenuia fictilia facturi, ad ſe uocarunt, cū audiſſent eum ſapientē eſſe: iuſſerūtq́ ſibi canere, fictilia ſe illi daturos pollicitī. Homer' igitˉ hæc eis cātat carmina:

*Si mihi mercedē dabitis figuli, iſta canemus:*
*Huc ades ò Pallas, dextraq́ foueto caminum,*
*Pulchrè ut dureſcāt calices, & mollia cuncta;*
*Siccenturq́ probè, & figulis lucra magna reportent,*
*Vendita perq́ forū multa, & ꝑ cōpita multa.*
*Sic illis quæſtus creſcat, prudentia nobis.*
*At ſi depoſito iuuat irridere pudore,*
*Huc precor ut peſtes ueniāt, quæcunq́ per orbē*
*Graſſantur, fundant & in hunc mala cuncta caminum.* (Eles:
*Irruat huc Smarag⁹ grauis, Asbet⁹, atq́ Saba:*
*Contere tu Pallas flammamq́, et uaſa camini,*
*Ille licet rapido multum nunc ferueat æſtu.*
*Inſuper Omodamus perdatq́, et dāna det arti*
*Omnia miſceto, fornacem, uaſa, domumq́,*
*Vt fragor immenſus fiat, figuliq́ tremiſcant:*
*Nō ſecus ac malæ crepitu clauduntur equinæ;*
*Sic ſubita fornax crepitetq́, cadatq́ ruina,*
*Inq́ lutum redeant calices & uaſa minuta.*
*Huc quoq́ Solis ades nata, incantare perita,*
*Inq́ ipſos & opus tua noxia ſparge uenena.*
*Huc ducat longo Centauros agmine Chiron:*
*Quiq́ manu Herculea cecidere, ſupq́ fuerūt.*
*Illi contundant opus omne, ipſumq́ caminum*
*In nihilū penitus redigant: figuli iſta uidentes*
*Plorēt, & lachrymis ſpectent ingētia damna:*
*Improbitatis ego ſpectabo hæc præmia lætus.*
*Denique qui prauus fornacem reſpiciet, illi*
*Flāma uorax faciē rapiat, penitusq́ perurat,*
*Sic ſcelus agnoſcent oēs, atq́ inde cauebunt.*

Idem hybernans Sami, & adiens ad ædes excellentiſſimorum uirorum, accipiebat aliquid, cum canebat uerſus, qui uocātur Ireſione. Deduxerunt eum, & comitati ſubinde ſunt ex indigenis aliquot pueri: Ireſione.

*Venimus ad magnas ædes, ciuemq́ potentem,*
*Cuius diuitijs reſonat domus, atq́ redundat.*
*Vos aditum præbete fores, feliciter intrent*
*Diuitiæ, et reges hilaris, Charitesq́ ſequātur;*
*Vaſa opib. tumeant, nihil hic uideatur inane:*
*Sintq́ laborata Cereris repleta caniſtra.*
*Excelſo curru nurus hic portetur, & ipſam*
*Veloci curſu reuehant ad limina muli.*
*Hæc premat electrum pedibus, telaq́ laboret.*
*At ego uos repetam, repetam mihi crede quotannis,*
*Nō ſecus atq́ redit ſub tectū garrula Progne.*
*Aſſumus in porta, ſeu munera ferre placebit,*
*Seu nihil, eſt tamē hinc abeūdi certa uolūtas.*
*Nō etenī hic habitare diu, nec adeſſe param⁹.*

Canebantur hæc longo tempore pòſt à pueris Sami. Abijt inde Ium, & in ea uia cœpit ægrotare: & egreſſus naui, quieuit in littore complures dies. Appulerūt aūt ibi pueri piſcatores, & egreſſi nauicula, acceſſerūt ad eum, ac dixerūt: Agite ô hoſpites audite nos, an poſſitis intelligere ea quæ uobis dicturi ſumus? Tum quidā ex ijs qui aderāt, eos dicere cum iuſſiſſet: Nos, inquiūt, quæ cæpimus, reliquimus: quæ uerò non cępimus, afferimus. Alij dicunt uerſu eos pronunciaſſe: (ὅσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθ': ὅσα δ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.)
*Qđ captū eſt, perijt: ſed q̄ nō capimus, adſunt.*

Cum autem ij qui aderant, nō poſſent intelligere quæ dixiſſent, enarrarunt pueri, ſe piſcātes nihil potuiſſe capere: ſed in terra ſedentes, pediculos quæſijſſe: & quotquot cepiſſent, abieciſſe: quos autem non cepiſſent, domum referre. Quo Homerus audito, hæc carmina pronunciauit: Jr ſeit loſe fiſcher/vnd wie jr ſeit/alſo redet jr.

*Hi nos ô pueri tales genuêre parentes,*
*Nec latis fundis, gregibus neq́ mille potētes.*

Mors. Accidit autẽ, ut Homerus ex eo morbo moreretur in Io, non quod minus poſſet intelligere q̃ à pueris eſſent dicta, ut quidã putant: ſed morbo. & ſepultus eſt in Io, in littore, cui Ietæ hãc inſcriptionẽ addiderũt:

*Hâc ſacrum terra caput occultatur Homeri,*
*Qui canere Heroum præſtantia facta ſolebat.*

Poeſis autem eius diuulgata, omnib. fuit admirationi.

ὅμηρος.) Homerus ignotus eſt hominibus. Herodotus hiſtoricus ſcripſit uitã Homeri, magis cõſentaneam uero quàm hæc eſt.

ὅμηρος.) Homerus Andromachi & Myronis Byzãtiæ filius, grammaticus & tragœdus. Quapropter ſeptẽ illis annumeratus eſt, qui ſecundas partes inter Tragicos obtinent, & Pleiadis cognomentum habuerunt. Floruit Olympiade 24. ſcripſit tragœdias 45.

ὅμηρος.) Homerus, Sellius cognomẽto, grammaticus, conſcripſit hæc: Hymnos, Ludicra, (uarij generis uerſus) uerſibus: Formas plurimas, & ſoluta oratione de Comicis perſonis, Argumẽta Menandri fabularum.

ὁμίχλη.) Ariſtophanes: Pręe bello & nebula, quæ patras, non perſpiciuntur. hoc eſt, Ob mala quibus urgetur, non inquirit in tua ſcelera populus.

ὄμνυμι.) Ariſtophanes in Auibus: Non iurat, ſed orat. Iuro in his permanſurũ me, ut omnium iudicum ſuffragio uincã. Facetè autem optat uictoriam. nam Comici ſuos habebant iudices. Qui uerò ſeptem ſuffragia tulerant, cũ ijs præclarè agebãt.

ἀπὸ ὁμολογίας. ὁμολογία.) Confeſſio, ſiue conueniẽtia. Ariſtoteles, quod in Analyticis ex hypotheſi, id eſt ſub conditione ſeu fictione generalius dixerat, id in Topicis ſpecialius ἐξ ὁμολογίας, id eſt ex confeſſo appellauit. Nam cum nõ ſatis ſit, rem in uno aliquo demonſtrare eorum, quę uni alicui communi ſubijciuntur, ut cõmune & uniuerſale cõprobetur (nam particulari non demonſtratur uniuerſale) oportere ait in primis confiteri atq; paciſci, ut quemadmodum in uno ſe res habeat, ita etiam in cæteris: ut in uno ſenſu, ita etiam in omnib. Cum igitur oſtenderimus in uno, exẽpli gratia, tactu, eum percipere paſſione quadam: probare poſſumus, cæterorum etiã eandem eſſe rationẽ. Et in oppoſitis, ubi demonſtratũ fuerit, aut in relatiuis, cõtrariorum eandem eſſe ſcientiam, aut cõtrarium è contrario naſci: cõcludi poteſt, in alijs etiam oppoſitis ita ſe rem habere.

ὁμολογία.) Ælianus: Pactis accuratis cum Arcadib. initis, captiuos receperunt.

ὁμολογῶ.) Ariſtophanes: Iupiter à ſolis bonis uiris colitur. Aſſentior tibi, inquit Plutus.

ὁμολώϊος ζεύς.) Iupiter Homoloius. Thebis & in alijs Bœoticis urbibus, & in Theſſalia cultus fuit Iupiter hoc cognomento, ſiue ab Homoloia ſacrificula, Enyis filia, quæ uates Delphos miſſa ſit, ut tradit Ariſtophanes 2. lib. Thebanarum rerum: ſiue, ut Iſter duodecimo collectaneorum tradit, quòd Aeoles concordiã & pacem Homolon dicunt. Eſt & Ceres Homoloia Thebis. Ceres Homoloea.

ὁμόσε.) Ælianus: Acarnanes hiſtorici propè faciunt cum Poetis. & alio loco: Non collegit oſſa, nõ obſecutus eſt deo, qui id (προσέξαντι lego, pro πράξαντι) mandarat. &: Occurrendum eſt hoſtibus.

ὁμόστολος.) Animam comitatur immaculatum corpus.

ὁμοῦ τι τῇ πληγῇ ἡ παῖς ἦν.) Puella ictui erat proxima: & occiſa fuiſſet, niſi fulmen inter utrunq; delatum fuiſſet.

ὁμοῦ.) Ariſtophanes: Priuſquã propius accedamus, tacete: ut audiamus ipſam. Sophocles: Dijs adiutorib. uel nihili homo uictor euadat. Ego uerò uel ſine ijs, confido me hanc gloriam aſſecuturũ. Demoſthenes in oratione contra Ariſtogitonem: Athenieẽſes ferè ſunt (δισμύριαι χιλιάδες, uicies millies mille) uicies mille. Iſæus: Tanta fuit eius improbitas & audacia. Apud Homerũ Patroclus ait: Ne mea oſſa remota à tuis collocẽtur: ſed eodem in loco, ſicut educatus ſum domi ueſtræ. Ælianus: Syphax, (Morti propinquus, ὁμοῦ τι τῷ ἀθανάτῳ. f. θανάτῳ) penè immortalis cũ eſſet, ſubitò elocutus eſt iambicos tragœdię uerſus, quo perterrefaceret Macedonem. Vide dum legẽ iſtam fers mortalibus, Ne cladem tibi ipſi & pœnitentiã feras. Non tñ attraxit eius ille funiculus: hoc eſt, nihil profecit. &: Cum párere nõ poſſet, parum abfuit quin rumperetur. Arrogans impietas.

ὁμώνυμα.) Homonyma dicuntur, quæ uariã habent interpretationem. Ac uerba quædã ſunt, quæ duplicem habeãt ſignificationem, eaq; dicuntur Homonyma: id eſt, ut uulgò loquuntur, Æquiuoca. Quę uerò in oratione uariè accipiuntur, philoſophi dicunt ἀμφίβολα, id eſt ambigua. Ac Homonyma quidem perſpicua ſunt, * ambigua nõ item. uelut Scientia, quia pluriũ eſt, plura etiã ſignificat, & eſt ambiguũ. Alioqui enim pluriũ eſſet eadem & Æquiuoca. Ambigua.

una

una ſcientia: cuiuſmodi eſt ſcientia finis, & eorū quæ ad finē ſpectant. Sicut archi-tectura, ſtruēdæ domus ſcientia eſt, tanq̄ finis & eorū per quæ conſtruit̃ domus, q̄ ad finem ſpectant, & eorū quæ ad finem pertinent. Ad plura igitur Sciētia eadem pertinet. Eodemq́ modo Medicina ſanitatis effectrix, ueluti rationis uictus, & ſectionis & uſtionis, & aliorum plurium.

ὁμωχαίτας.) Thucydides: Deos qui eodem templo, eodemq́ tecto continētur, Bœotij Homochætas uocant.

ὄμπνιος χείρ.) Sophocles: Diues man⁹ eſt ſacrificium.

ὄμπνιος δημήτηρ.) Alma Ceres dicitur ὄμπνιος, quaſi cauſa reſpiratiōis, id eſt uitę.

Anaxagoras Luna. Homœomeria. ὁμοιομέρεια.) Anaxagoras philoſoph⁹ affirmabat Lunam domos habere, & colles & ualles: principia rerum autem, eſſe partes ſimilares. Quemadmodum enim è ramentis dicimus aurum cōſtare: ſic ex paruis corpuſculis ſimilaribus uniuerſitatem rerum conflatam eſſe.

ὅμοιον.) Phileas Andocidem ſacrilegij reum egit: quaſi uerò non ipſe is eſſet, qui Gorgonium Mineruæ ex arce ſuſtuliſſet.

ὁμοιόστομος.) Homœoſtomos diphalangia in itinere eſt, quæ duces utriuſq́ phalangis ab iiſdem partibus collocatos habet, ſiue a dextra, ſiue à ſiniſtra.

ὁμοίωσις.) Similitudo duplex eſt, nam alia idem ſignificat, alia aliud. Cum autē Plotinus ſimilitudinem Dei dicit, aliter accipiendum eſt.

ὀμφακίαν.) Ariſtophanes: Adeón' acerbos eſſe animos hominū, ut & iaciant & uociferentur, neq́ æqui quicquam audire uelint?

Vmbilicus. ὀμφαλητομία.) Obſtetrices umbilicum infantis recidunt. nam umbilicus ueluti radix eſt infantis. per eum enim augeſcit & alitur.

ὀμφαλός σου οὐ περιετμήθη.) Vmbilicus tibi nō præciſus eſt: id eſt, ut opinor, homo imperfect⁹ es: uel, matérculæ adhæreſcis.

ὄμφαξ.) Parœmia, σικελὸς ὀμφακίζεται: Siculus immaturas uuas decerpit.

O *cum* N.

ὄν.) Ens, id eſt res, uel id quod eſt, quod facere poteſt aut pati.

ὄναγροι.) Machinæ quędam, quę & harpagones dicuntur: eo quòd iniectæ, accedentes comprehendere poſſunt.

ὀνάσιμος.) Onaſimus Cyprius, aut Spartanus hiſtoricus & ſophiſta, fuit ſub Conſtantino imperatore. Scripſit Statuum diuiſiones, Artem iudicialem ad Apſinem, de Altercandi arte (περὶ ἀντιῤῥητικῆς τέχνης) Progymnaſmata, Declamationes, Laudationes, & alia plurima.

ὀνείδη.) Deinde fauſta omnia regi precabantur optabantq́ ut earum rerum fructum caperet.

ὀναίατο.) Sophocles: Nunquam uoluptate glorię fruantur, tali facinore perpetrato qui patrem meum interfecerint.

ὄνεια.) Et ſarcinam iumenti, & coriū aſino detractū illi impoſuit: Babrius inq̄t.

ὄνειαρ.) O' magnum Battiadæ ſapiētis celebre ſomnium: omnino è cornea porta prodiiſti, non ex eburnea. Imitatione Homerica ſcriptum hoc eſt: apud quem geminæ ſomniorū inanium portæ ſunt.

ὀνειδίζω.) Tu ſanè miſer es, hæc exprobrans, quę fortaſſe nemo horum tibi non obiiciat. hoc eſt, Paulo pòſt Oedipe (inquit Tireſias) idem cæcitatis crimen à te mihi obiectū, tibi quoq́ obiicietur. Oedipus enim, cognito & parricidio & inceſto ſuo, ipſe ſibi præ animi dolore eruit oculos. Putate Solomonem acriter uobis exprobrare: Nemini calamitatē ſuam exprobres. Quis eſt ille, qui aciē Dei ꝓbrò affecit? Abſit, ut mihi etiā hoc obiiciatur.

ὄνειδος.) Viuere ſine omni probro uoluit (in ſingulis rebus) Hecaſta hoſpes, manu ſua uictum quæritans.

ὀνειρόπληκτοι.) Qui à ſomniis percellit̃. Pythagoras ait etiam iumenta ſomniare, ægrotare, & ſigna habere.

ὄνειρον.) ἐνύπνιον, id eſt inſomnium, ἀσήμαντον nihil ſignificat aut prædicit: ſed in ſolo ſomno uim ſuā habet, & aut ex bruta cupiditate, aut nimio timore, aut ſatietate, aut penuria oritur. ὄνειρον uerò, id eſt Somnium, id dicitur, quod poſt ſomnū efficax eſt, atque eueniet, ſiue bonum ſit, ſiue malum. Sæpe autem hæc uocabula confunduntur, ut apud Homerū θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. Id eſt, Diuinum mihi in ſomnis uenit ſomnium. Inſomnium. Somnium.

ὄνειρος.) id eſt, ſomniorum Deus mihi inſomnium miſit.

ὀνειρωπολεῖ.) ὀνειρωπολεῖν quidem eſt, in ſomnis agitare, eorum qui inſomniū uidēt: ut ὀνειρώττειν, eorū qui ſponte ſemen emittunt: id quod amore captis accidit, ſiue è cibo, ſiue dæmonū præſtigiis id accidat. Somnia ex dæmonum præſtigijs.

ὄνειρος.) Ancones, anguli, & omnia ea quę in ſomnis occurrunt, mundanum uitæ ſignificant inſomnium. Inſomnia dementes concitant: id eſt, uel terrent, uel in ſpem erigunt.

ὀνησίκριτος.) Oneſicritus ita differt à Xe-

nophon-

nophōte, ut exemplum ab exemplari. Id eſt, imitatus ille quidem eſt Xenophontem, ſed eius præſtantiam non aſſecutus.

ὀνήτωρ.) Onetor. Contra hunc Demoſthenes ſcripſit orationes Vndeui. Vnus fuit ex ædilibus, cuius & Iſocrates in oratione de Permutatione mentionem facit.

ὄνθος.) Dicunt ſcarabeum animalculū ſemen emittere in fimum bubulum, & ita pedibus agitare, donec fœtum procreet. Scarabeus autem fœmina non naſcitur, ſed omnes mares.

ὀνόγυρος.) Stirps ſalutaris, quæ trita olet, quam nonnulli Anagyrum dicūt. unde prouerbium ductum ſit, κινεῖς τὸν ἀνάγυρον, Anagyrum commoues: In eos qui ſibiipſi mala accerſunt.

*Leo, gallus.* ὀνομαστὸς.) huius leo ueſtigia perſecutus eſt, uirorum fortium terror: ſed quem gallus ne mimini quidem facit.

ὀνόματα.) Dauid: Qui numerat multitudinem aſtrorum, & illa omnia nominatim compellat. hoc eſt, eorum diſcrimina & ſitum & diſpoſitionem & affectiones interſeſe nouit. Neque enim nominibus Deus aſtra compellat. inanima enim ea ſunt, & rationis expertia: homines nomina his indiderunt. *Aſtra inanima.*

ὀνόσανδρος.) Onoſander, philoſophus Platonicus, ſcripſit de inſtruenda acie, & Commentarios in libros Platonis de Republica.

*Aſinina prouerbia.* ὄνον ἀπότρεψαι κνώμενον.) Aſinum abige, ſe ſcabentem.

ὄνος ὄρνις.) Aſinus augurium. Narratur huiuſmodi quiddam: Cum quidam per ambages de infirmo rogaretur, eum uidiſſe aſinum prolapſum reſurgentem: atque alterum etiam dicentē audiuiſſe, quomodo cū aſinus ſit, ſurrexit? tum ille: Aegrotus, inquit, reſurget, itaq; factum eſt.

ὄνος ἄγων μυστήρια.) Aſinus portans myſteria. In eos qui ſecus quàm decet, (ὡς πρατλόντων, qui rebus ſecundis utūtur, quibus indigni ſunt) agūt. Aſini enim in Cereris Initijs neceſſaria ex urbe Eleuſinem uehebāt. Prouerbium inde ortum, quòd malè in primis afficiātur aſini onera portantes:* quaſi idem eis eueniat, quod impoſito oneri.

ὄνος ἀκροᾶται σάλπιγγος.) Aſinus audit tubam. Eupolis in Taxiarchis.

ὄνος πρὸς αὐλόν.) Aſinus ad tibiam. Prouerbium, in eos qui nō aſſentiuntur, neq; laudant, ob extremum ſtuporem.

ὄνος ἐν μελίτταις.) Aſinus inter apes.

ὄνος ἐν μύρῳ.) Aſinus in unguento.

ὄνος εἰς ἄχυρα.) Aſinus in paleas. Prouerbium, in eos quib. præter ſpem bona contigerunt, quiq; ijs affatim fruuntur.

ὄνος εἰς κυμαίους.) Aſinus ad Cumanos. In inopinata & rara: propterea q; Cumanis aſinus formidabilis eſſe uidebatur. Iis temporibus omnes fuerunt Cumani terræ motu & grandine formidabiliorē aſinū exiſtimātes. Maxima apud Parthos ignominia habita eſt, nudū aſino imponi. *Parthica ignominia.*

ὄνος λύρας.) Aſinus lyram. Menander in Pſophodee, id eſt, comœdia de eo qui ad quemuis ſtrepitum expaueſcit: ὄνος λύρας ἤκουε, καὶ σάλπιγγος ὗς: Aſinus lyrā audijt, & tubam ſus. In eos qui nō aſſentiuntur, neq; laudant. Ammoniano grammatico contigit, ut aſinū haberet auditorem ſapientiæ. *Nihil miri, cum etiā doceant aſini.*

ὄνος τὰ ὦτα κινῶν.) Aſinus aures mouens. In ſtupidos utraq; ratione. nam & animal eſt ignauum & motio aurium eſt quaſi ſimulatio eius, qui antequam alius locutus fuerit, omnino ſe id audiuiſſe ſimulat. Id quod ſtupiditatis eſt. Quomodo enim poſſit omnia noſſe, antequam ei dicta fuerint, etiāſi aures magnas habeat inſtar aſini? *Audi, priuſquam reſpōdeas.*

ὄνος ὕεται.) Aſinus compluitur. De ijs qui re aliqua non mouentur. Cephiſodotus in Amazonibus: Cauillaris me: ego uerò tuis ſermonibus àſinus compluor.

ὄνου θανάτους.) Aſini mortes: In abſurda narrantes.

ὄνου παρακύψεως.) Ob aſini proſpectum. De ijs, quibus ridiculè crimen impingiſ, prouerbium dicitur. Dicunt figulū quendam, aut pupparū fictorem, formaſſe multas aues in officina. aſinum autem prætereuntem, negligenter agaſone ſequente, (per feneſtram inſerto capite) per ianuam ingreſſum, ſubuertiſſe aues, & officinę uaſa contriuiſſe: quam ob cauſam dominus officinæ, in iudicium adduxerit agaſonē. Qui interrogatus ab obuijs quibuſq;, cuiúſnam rei accuſaretur, rn̄derit: ὄνου παρακύψεως, ob aſini proſpectum uel ingreſſum.

ὄνου παρακύψαντος.) Cum aſinus introſpexiſſet, gallinæ territæ telā diruperunt. dominus autem ſtaminis, aſini dominum accuſauit: unde prouerbium ortum eſt.

ὄνου πόκαι.) Aſini lanę. Attici prouerbio hoc utuntur, de ſtolidis, & rebus nihili. ſicut & his: πλίνθον πλύνειν, id eſt Laterē lauare: ἀσκὸν τίλλειν, id eſt Vtrem uellere: χύτραν ποικίλλειν, id eſt Ollam depingere: εἰς κόπρον θυμιᾶν, id eſt Suffire fimum. Ariſtarchus ait inde ductum eſſe prouerbium,

quòd

quòd Cratinus finxerit quendã apud Inferos funiculum plicantem, quem aſinus deuoret, perinde ac ſi tonderet. Ex eo dicto figmento, quòd res apud Inferos inanes ſint.

ὄνου σκιά, καὶ περὶ ὄνου σκιᾶς.) Aſini umbra, &, De aſini umbra. Sophocles in Cedalione: Quicquid actum fuerit, omnia erunt aſini umbra. Ariſtophanes in Dędalo: Quánam de re nunc bellum gerimus? De aſini umbra. Ariſtoteles etiam in Diſciplinis fabulam quandam refert, cuius inſcriptio fuerit Aſini umbra. Alij putãt, primùm loquutum hoc eſſe Demoſthenem, cum quendam defenderet grauiſſimè accuſatum. Nam cum tumultuantes auditores uideret, rogauit eos, ut paululum auſcultarẽt, ac cœpit narrare: Se Megara euntem, conduxiſſe aſinum. cum autem in itinere æſtuaret, ſe ſub umbra aſini uoluiſſe requieſcere: neq; enim arborẽ, neq; quicquam aliud ſimile affuiſſe. Agaſonem uerò prohibuiſſe, & dixiſſe: aſinũ ſe tantùm, non etiam umbrã locaſſe. Itaq; longam moram & cõtentionem a de re interceſſiſſe. His dictis, cũ uidiſſet Athenienſes admodum attentos & alacres, & cætera audiendi cupidos: caſtigauit eos, dicens: Cupere eos aſini umbram audire, & rogare: de homine autem in periculo capitis conſtituto, nolle audire. Conſtat aũt hoc dicto uſum eſſe Demoſthenem, ex eo quòd in Philippicis detorto nonnihil prouerbio, contendere Athenienſes ait de umbra Delphica.

*Demoſthenica fabula.*

ὄνου σκιᾶς.) De aſini umbra: id eſt, de re nihili. Aiunt enim, adoleſcẽtem Athenis Delphos aſinum conduxiſſe, in meridie autem aſini umbram ſubijſſe.

ὀνωρία.) Honoria, ſoror Valentiniani, quæ & ipſa imperiũ tenuit. Sed cum deprehenſum eſſet, eam clanculum uti conſuetudine Eugenij, cuiuſdam procuratoris ſui: ob id delictum ille quidem interfectus, ipſa uerò regia expulſa eſt.

ὄντα.) Eorum quæ ſunt, alia bona, alia mala, alia neutra ſunt. Bona, uirtutes: mala, his contraria, imprudẽtia, iniuſtitia, & reliqua. Neutra uerò, quæ neq; lædunt (f. neq; iuuant) ut ſunt, uita, ualetudo, uoluptas, pulchritudo, robur, diuitiæ, gloria, nobilitas: & contraria, mors, morbus, labor, turpitudo, infirmitas, ignominia, paupertas, ignobilitas, & conſimilia. Negant enim Stoici ea eſſe bona, ſed indifferentia: aut ſpeciali nomine, prælata. Nam ſicuti proprium ſit caloris, calefacere: ita etiam boni, prodeſſe. Non magis autem prodeſſe quàm nocere, diuitias & ſanitatem. ac ne uoluptatem quidem eſſe bonum: eſſe enim uoluptates turpes: nihil autem turpe eſſe bonum.

*Diuiſio rerum.*

O cum Ξ.

ὄξος.) Acetum, Græcè etiam ἀλίβας dicitur, quòd non libetur dijs: quia mortuũ uinum ſit, dijs uitæ autoribus minimè conueniens.

*Acetum.*

ὀξεῖα.) Prouerbium, δι᾽ ὀξείας δραμεῖν: Per enſem currere. De ijs qui res periculoſas ſuſcipiũt.

ὀξίνην.) Ariſtophanes: Pugnabamus inter nos hauſto animo acido. Sic Plautus dixit, Acetum habere in pectore.

ὀξίς.) Ariſtophanes in Pluto: Acetabula omnia, & ſcutellæ, & ollæ, factæ ſunt æneæ.

ὀξὺ καὶ βαρὺ.) Acutũ & graue per tranſlationem de auditu dicitur (ἐν ὄγκοις γάρ εἰσι.) In magnitudine enim ſunt & acutũ & graue. nam acutũ in tactu, id quod celeriter agit, dicitur: ueluti cultellus acut⁹, quòd cito pungit & ſecat. Hebes autem, qui tardè agit, neq; tam ſecat aut pungit, quàm premit atque impellit: ut piſtillum. Nam quæ ad pungendum idonea facere uolumus, acuimus: quę uerò ad impellendum, obtuſa facimus. Sic igitur etiam in ſtrepitu, acutum dicimus, qui cito ad ſenſum penetrat, & celeriter deſinit: grauem uerò, proportione reſpondentem hebeti & obtuſo, qui tardè ad ſenſum penetrat, & non citò deſinit. ut fides magis intẽtæ, qualis nete, quæ ijs quæ minus intentæ ſunt, cuiuſmodi eſt hypate, ſonos acutiores edũt. Nete enim magis cæteris, in pulſando, celeriter feriens aerem, propter intentionem, acutiſſimum edit ſonum. Ac breui quidẽ tpe id facit (f. οὐκ ἐπὶ πολὺ, nec diu) diuq; retinet. Acutũ uerò & hebes diuerſis generibus, & non ſubalternis ſubijciuntur, in uoce, in ſapore, in gladio.

ὀξύβαφον.) Aiunt, Dioclem Athenienſem inueniſſe harmoniam in oxybaphis, id eſt fictilibus, quæ pulſauerit bacillo.

ὀξυθύμια.) Oxythymia dicebantur purgamenta ædium, quæ Atheniẽſes noctu in triuia ſolebant abijcere. Hyperides in oratione contra Demadem: Eius, inquit, ſtatua recti⁹ in quiſquilijs & ſterquilinijs, q̃ in templis ueſtris poneretur. Nonnulli, quorum eſt & Ariſtarchus, oxythymia dicunt appellari ligna, de quib. aliqui ſe repentino animi motu ſuſpenderint, quæ exciſa & exterminata comburi ſoleant.

ὀξυρε-

ὀξυρεγμία.) Illa frequenter deambulabat, cibum ſibi in ſtomacho aceſcere ſimulans.

ὀξύτης.) Tres partes ſunt docilitatis, Solertia, Memoria, Acumen. (ἀγχίνοια, μνήμη, ὀξύτης.) Ac Memoria quidem eſt, conſeruatio eorum quæ addidiceris: Acumẽ uerò celeritas ingenij: Solertia, eorum quæ non didiceris, ex iis quæ didiceris inueſtigatio.

ὁ ὤν.) Is qui eſt; hoc eſt, æternus Deus noſter.

O *cum* Π.

ὀπισθ[illegible].) Tempus, (ἄπρατος lego) qđ ſe redimi non ſinit, nec largitionibus corrumpitur: eiusq; cuſtos & comes & (ἔφορος lego) inſpectrix, ueritas. TEMPORIS FILIA VERITAS.

ὀπίσω.) Nulli hoſtium gloria tuæ cædis obtigit.

ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον.) Puer glaciem. In eos qui neq; retinere quippiam poſſunt, neq; tamen amittere uolunt.

ὀππιανός.) Oppianus Cilix, ex urbe Coryco, grammaticus & poeta fuit ſub Marco Antonino imperatore. Scripſit Piſcatoria libris quinq;, Venatoria libris quatuor, de Aucupio libros duos. Cuius poemata cum apud Imperatorem recitata eſſent, donatus eſt in ſingulos uerſus aureo ſtatere: ut 20000. millia aureorum pro omnibus acceperit.

ὄπιμα.) Coſſus rege Gallorum occiſo, ſpolia Ioui opima dedicauit.

ὀπισθόδομος.) Pars quædã arcis Athenienſium, ubi erat ærarium poſt ædẽ Mineruę: locus in quo reponebant pecuniã.

ὀπισθόπους δίκη.) Vltio à tergo inſequẽs facinoroſos.

ὅπλα φωτός.) Apoſtolus, arma lucis uirtutum opera uocat.

ὁπλῖται.) Armati, parmati, ferentarij ſeu nudi, ſunt pedeſtrium & bellicoſarum copiarum. Habent autẽ ſua diſcrimina. Hoplitæ enim dicuntur, qui grauiſsima utuntur armatura, more Macedonico, ſcutis rotundis, & haſtis longioribus. Ferentarij (ψιλοὶ) uerò, qui leuiſſima, arcu & iaculo, & lapidibus ſiue è funda ſiue è manu: Peltaſtæ uerò media ferè utuntur armatura. pelta enim paruum quoddam & leue ſcutum eſt: haſtæ etiam longè breuiores ſunt, quàm hoplitarum. Sunt etiam curulium certaminum tria diſcrimina.

ὁπλότερος.) Duas natiuitates Gratiarum ponit Homerus, ſeniorẽ & iuniorẽ.

ὅπου γε δή, ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι.) Quouis gentium: ubi cerui cornua abijciunt. Dicunt ceruos atterendo ad frutices cornua abijcere. * Vnde in eos, qui in opere nimiam moram trahũt, dictum ſit prouerbium.

ὀπούντιος.) Opuntius, perſtringebatur pro improbo & monoculo. Ariſtophanes: Non uellem eſſe Opuntius, ſi daretur talentum aureum. hoc eſt, cæcus.

ὀπωρίμων.) Paradiſos regios excîdit, qui pleni fructiferarũ arborum fuerunt.

ὀπωστιῦν.) Luculli copijs ſemper ſeditioſis ſuſceptis, Pompeius ſine ulla ſeditione uſus eſt.

O *cum* Ρ.

ὅρασις.) Euangeliſta: Deum nemo uidit unquam. id eſt, perfectè cognouit.

ὀράπος.) Horatius, pedib. captus, conſulatum neq; in bello neq; in pace, ob pedum uitium, conſecutus eſt.

ὁρατὸν καὶ ἀόρατον.) Viſibile & inuiſibile, tum color: tum id quod oratione quidem explicari nequit, ſed nomine caret. talia ſunt, cicindelæ, capita piſcium, ſquamæ, oculi echinorum, teſtæ marinorum, quę in luce uideri nõ poſſunt, in tenebris cernuntur. Non enim uidetur eſſe color, id quod in his igneũ apparet in tenebris. Coloris enim proprium eſt, in luce cerni: illud autem quod in his igneum apparet, in luce non cernitur. Ex eo ẽm uiſio contingit, quòd aer pellucidus eſt, & colores tranſmittendi uim habet, cum ille colore careat. Viſibilium autem rerum quatuor ſunt differentiæ. quædam enim ſolum interdiu uidẽtur, quædam noctu ſolũ, quædam interdiu & noctu, quædam prorſus non exiſtũt in tenebris. Viſibilium enim rerum quædam ſunt colores, quędam nominari nequeũt. Ac colores quidem tantum interdiu cernũtur, noctu uerò nequaquam. Ea uerò quæ ſplendida dicuntur, quædam noctu tantùm uidentur, quædã interdiu ſolùm, quædam interdiu & noctu. Ex his enim quædam ſunt illuſtria, quædam obſcura, quædam mediocria. Quæ igitur ſplendorem habent obſcurũ & obtuſum, ſolũ noctu cernuntur: qualia ſunt, cicindelæ, ſquamę, & ſimilia. horum enim interdiu ſplendor non apparet, uictus à maiore: atq; etiam pleræque ſtellæ. Media uerò interdiu & noctu, ut Luna, & quædam ſtellæ etiam: ſicut Lucifer, cũ ad ortiuum cardinem Sol uenit, & Lucifer ipſe terrę propior eſt. atq; etiam ignis. Is enim quantum poteſt aerem perficit, & perſpicuũ eius reddit efficax, ut & qui

*Color.*

*Eorum quæ ſub aſpectũ cadunt diſcrimina.*

*Colores.*

*Splendida.*

in eo

in eo colores ſunt cernātur. De cęteris autem ſemetipſum quidem oſtendit ignis: ſed aeris pellucidū non ad actum adducit. unde illius quidem pellucidum cernimus in tenebris, procul cū abſumus: nullum uerò colorem iuxta nos. Interdiu autem ignis uiciſſim relucet, ſplendidus ille quidem, ſed nihil agēs in aerem, eo ꝙ iam à maiori lumine afficitur: & Lunæ iubar, quia non ualde obſcurum eſt, uidetur interdiu. Illuſtria autem ſolùm interdiu uidētur, ut Sol: qa is lucis diurnæ cauſa eſt.

ὀργαίνειας.) Tu quidem uel ſaxeum ingenium ad iram commoueris.

ὀργὰς.) Pericles accuſauit Megarēſes, quòd terram ſacram, quæ ὀργὰς dicitur, coluiſſent: eamq; ob cauſam bellum Megarenſibus Athenienſes intulerunt.

ὀργεῶνες.) Plato quarto de Legibus: Ne habento in priuatis ædibus ſacella. quem uerò conſtiterit alia habere, & pręter publica ſacrificia, &c. Aeſchylus in Myſis: Fluminis Cayci ſalue prime ſacerdos, uotisq; conſerues dominos Pæoniæ. Philochorus: Phratores neceſſe habent etiam ſacrificulos recipere, & collactaneos, ꝗs Gennetas uocamus.

ὀργὴ.) Quod aliquam rem cōſequitur, non eſt eius genus. Nam iram quidē conſequitur moleſtia, non tamē ut genus. neque enim ira eſt moleſtia: neq; propterea eſt moleſtia, quæ cum ira coniuncta eſt, eo quòd ira eſt, ſed quòd ob moleſtiā ira exiſtit. prior enim moleſtia eſt ira. Nam qui tanquam affectus iniuria dolet, iraſcitur: non autem tale id genus eſt, quale antecedens ſpeciem. Ira uerò eſt moleſtia, cum opinione ſui neglectus. Quare moleſtia ob hanc opinionem orta, ira eſt.

Moleſtia. Ira.

ὄργια.) Statim omnibus promptum eſt dicere, hominem hunc Chiorum deæ & Ithyphallis ſacrificaſſe: id eſt, luxu & libidine eſſe perditum.

ὀρέστης.) Oreſtes quidam ſimulans inſaniam, prætereuntes exuebat. erat enim latro. Prouerbiū: ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν, Oreſti lænam texere. Nam ſi quis mortalium noctu conueniret heroem Oreſtem: nudus erat, ab eo ꝑcuſſus in toto latere dextro. Heroes iracundi & ſæui erant aduerſus accedentes: quapropter & ij qui eorū ſacella præteribant, tacebant. Per Oreſtē autem hic intelligendus eſt, non filius Agamemnonis, ſed latro quidam. Tradunt etiam, ijs qui noctu Heroes adirent, peruerti ſolitos oculos.

Oreſtes latro.

Heroes iracūdi.

ὀρειβάσιος.) Oribaſius Sardianus, familiaris Iuliano Parabatæ, à quo Conſtantinopolis quæſtor eſt conſtitutus. Scripſit ad (ἀπορῦντας, dubitantes) conſilij inopes medicos, libr. 4. ad Iulianum imperatorē, lib. 72. Epitomen eorū, libris 9 ad Euſtathium filium, & de regno, & de affectib.

ὄρη ἔρημα.) Montes deſerti. hoc eſt, qui non incoluntur: Septentrionales ſcilicet, & Auſtrales partes. hæ enim ob frigus & æſtū prorſus inhabitabiles permanſerūt.

ὁρισμὸς.) Definitionum aliæ ſumuntur ex materia, aliæ ex forma, aliæ ex utraq;. Ac ea quæ à forma ſumitur, principiū eſt demonſtrationis: quæ à materia, cōcluſio eſt. Quæ uerò ex utraq; cōſtat: efficit demonſtrationem poſitu differentem. Cuiuſmodi ſit, ſi quis definire uolens iracundiam, huiuſmodi utatur Syllogiſmo: *Iratus cupit uiciſſim lædere eum, à quo læſus eſt prior. Eius qui uiciſſim lædere eum cupit, à quo læſus eſt prior, feruet ſanguis circa cor.* Sequitur concluſio: *Irati igitur ſanguis feruet circa cor.* Huius ſyllogiſmi & demonſtrationis definitio ex materia, eſt iracundiæ concluſio: ea quæ à forma ſumitur, eiuſdem principium. Prima enim propoſitio dicit: *Iratus uiciſſim lædere eum cupit, à quo læſus eſt prior.* Altera: *Eius qui uiciſſim lædere eum cupit, à quo læſus eſt prior, feruet ſanguis circa cor.* In definitione autem ex utraq; uice uerſa incipimus. Dicimus enim: Feruor ſanguinis circa cor. Deinde, ob appetitum ultionis. Perfecta autē definitio non ſolùm fieri aliquid: ſed & cauſam cur fiat, oſtendit, & docet.

Definitionum ratio.

Iracundia.

ὀρθῆς φρενός.) Oculis rectis & recto animo: id eſt, uero & ſyncero.

ὀρθία.) Ardua dicitur phalanx, cū (ἐπὶ κέρας) in cornu incedit, & ꝑfunditas longe maior eſt longitudine. In uniuerſum enim omnis acies oblonga dicitur, cuius longitudo maior eſt ꝑfunditate: ardua uerò, cuius ꝑfunditas maior eſt lōgitudine.

ὀρθιασμάτων.) Timotheus tibicen, modulum aliquando tibia canens Mineruę, qui arduus dicitur, ita concitauit Alexandrum ijs carminibus, ut inter audiendum arma corriperet, ac tales debere eſſe regias cantilenas diceret. Timotheus autem ſe ad eum contulit, magno ſtudio ab illo accerſitus.

ὄρθιον νόμον καὶ τροχαῖον.) Arduum modum & trochaicū, hos duos modos à numeris appellauit Terpander. Erant autē intenti & acres.

ὀρθός.) Marcus: Erectus ſis, & non erigendus. ὀρθὸν εἶναι, καὶ μὴ ὀρθούμενον.

ὀρθοφοιτοσυκοφαντοδικοταλαιπώρων τρόπων.) Ariſtophanes: Volo his relictis, rectingredientibuſycophãtijuridicimiſeris moribus, agere uitam ingenuã, ſicut Morychus, quem hoc facere perhibent.

*Matutinæ mulierum conciones.*

ὄρθειος νόμος.) Sæpe me intempeſta nocte excitatum, in concionem compulit matutino modo. Mutauit ὄρθιον in ὄρθειον: ſignificans ſomnum ſibi excuſſum, priuſquã uellet, importunitate mulieris.

ὀρκαπάτην.) Sic dicitur, qui tanq̃ nucibus pueros, ſic iureiurando uiros fallit.

ὁρμαθός.) Tot flagitijs coopertus, Tiberij delicta obſcurauit. Quæ enim Auguſtus multo tempore comparauerat, ille uno die prodegit.

*Animantia ſe uitam corpusq; tuẽtur.*

ὁρμή.) Appetitus primus animalib. ineſt ad ſui conſeruationem, conciliatus ijs ſtatim à primo ortu. Primùm enim cuilibet animali propriũ eſt, ut ſe & eſſe & tueri uelit, ſeq; amet. Quapropter & noxia repellũt, & ſibi apta aſciſcunt: neq; ad uoluptatem fertur primus animantiũ appetitus.

*Volupt. u ſalute poſterior.*

Ipſum enim eſſe, ſi (locus corruptus, è quo certam ſententiã colligere nequeo) uoluptas eſſet, acceſſio eſſet: ſicq; eam per ſe natura deſideraret, ea quæ ipſi conueniunt, in conſtitutione recepiſſet. Quánã ratione ſentirent animalia, & florerẽt ſtirpes? Neq; enim natura differret in plantis & animalibus, ſi abſq; appetitu & ſenſu etiam ibi gubernaret. Etiam in nobis quædam ſtirpium more fiunt. Cum uerò ex abundanti appetitus animalib. acceſſerit: eo utentia ambulant. Ac ijs quidem ſecundum naturam eſt, ab appetitu regi. ratio autem hominibus ad perfectiorem gubernationem data eſt: & uiuere ſecundum rationem, eſt ſecundum hominis naturam uiuere. Sic enim ars accedit ad appetitum. Quare etiam Zeno dixit, finem eſſe, naturæ conuenienter uiuere: quod eſt, è uirtute uiuere. nam & natura nos ad eam ducit.

ὅρμον.) Aelianus: Cum quieſcerent, poſtremumq; in portu ſederent, Deus non neglexit uiros bonos.

ὄρνις.) Ariſtophanes in Pluto: En tibi uirum & augurium Dei, id eſt Apollinis.

*Signa.*

Omne ſignum ſiue adhortans ſiue dehortans, Græci ὄρνιν uocant: cuiuſmodi eſt auis, omen ſeu uox, ſternutatio, & ſimilia.

*Nemo niſi auis.*

&: Nemo nouit theſaurum meũ, niſi fortè auis aliqua. Prouerbiale hoc eſt: Quid cũ eo collocutus ſim, nemo nouit, niſi fortè auicula quępiã. De rebus occultis. Nemo me uidet pręter auem pręteruolantẽ. &: Augurium exiſtima, omnia quæ uaticinatione dijudicãtur. Fama enim uobis augurium eſt, & ſternutatio: ſignum, uox ſeu omen, miniſter, & quæcunq; ad diuinationem pertinẽt. Eſt & aſinus auguriũ.

ὅρος.) Terminos ſeu limites uocarunt Attici, libellos oppignoratis ædibus & prædijs additos, qui ſignificarent, oppignorata eſſe illa creditori.

ὄρος.) In diuina Scriptura, Mons ſanctus olim fuit Sion: nunc diuinæ cognitionis altitudo.

*Explicatio ſomnij.*

ὄρει προσέρπειν πραγμάτων δηλοῖ βίαν.) Arrepere in montem, negociorum ſignificat difficultatem.

ὅρος.) Definitio, eſt oratio, quę per reſolutionẽ integrè effertur, aut apodoſis, id quod interroganti reſpõdetur. ὑπογραφή, id eſt Deſcriptio eſt, oratio quę breuiter forma quadam ad res introducit.

ὀρτιάγων.) Ortiagon Galata, rex Aſianorum, omnem omnium Galatarũ principatum ad ſe trãsferre inſtituit: ad eamq; rem multa & naturæ & exercitationis habuit adiumenta. Nam & liberalis erat, & bellicoſus, & in rebus bellicis potens.

ὀρτόβριγα.) Vrbs Ortobriga, & magnitudine & multitudine hominũ inter pręcipuas habetur.

*Coturnicũ percuſsio.*

ὀρτυγοκόπος.) Ludus quidã eſt, in quo coturnices in orbem collocant, quorum capita feriunt: & qui in gyro coturnicem proſtrauerit, ordine reliquas capit. Qui uerò aberrat, tradit alteri coturnices uerberandas, idq; per uices faciunt. Dicit igitur in Alcibiade: Non arridere te decet, reſpicientem eum qui coturnices ferit, & alios eiuſdem generis. In Phædone. Quia non cum quibuſuis certamẽ eſt, ſed cum optimis: non eſt ceſſandum, neq; uerberandæ ſunt coturnices, aut huiuſmodi rerum admiratione obſtupeſcendum.

ὅροι.) Fines conſtituebat & indicia Iſidorus, ſeparata à diuina indagine, ad humanarum rerum dijudicationẽ: tum induſtriæ aſſiduum laborem, ſuprà quàm dici poſſit: tum perſpicacis ingenij receſſum, à conſpicuo & cõſueto uulgò ordine: tũ amoris ſui incitationem, ad fruendũ pulchritudine, quæ mente comprehenditur, & quidem ad nihil aliud aberrantem.

ὄρυγμα.) Orygma, id eſt foſſa. Sic propriè uocabatur is locus, in quo Athenis ſupplicium de maleficis ſumebatur.

ὀρφανία.) Orphaniſtæ, qui pupillos alunt: aut magiſtratus Athenis, qui de cauſis pupillaribus iudicabat.

ἀπ

*ἀπ' ὀρφανιστῶν μὴ φίλων ὅσον κακόν;*
*A tutoribus inimicis quantum eſt mali?*

ὀρφεύς.) Orpheus ex Libethris, Thraciæ urbe ſub Pieria, filius Oeagri & Calliopes. Oeager autem quintus ab Atlante fuit: ex Alcyone, una ex filiabus illius. *Aetas Orphei.* Fuit undecim ætatibus ante bellum Troianum. Aiunt etiam diſcipulum eum fuiſſe Lini, & uixiſſe ætates nouem: alij dicũt undecim. *Scripta.* Scripſit Triaſmos, id eſt ternarios numeros, qui dicuntur eſſe Ionis tragici. In his etiam ea quæ Hieroſolica dicũtur, Coſmtcænas, Neoteuctica, Sacros ſermones libris 24. qui dicũtur eſſe Theogneti Theſſali: alij tribuunt Cercopi Pythagoreo. Oracula quę aſcribuntur Onomacrito. Feſta, ſeu Initia, quæ indẽ dicuntur eſſe Onomacriti. In his eſt liber de Gemmarũ ſculptura, qui ab 80. gemmis Ogdoecontalithus inſcribitur. Soteria, id eſt gratiarũ actio de incolumitate: quæ Timoclis Syracuſani & Pergini Mileſij eſſe dicũtur. Crateras: hæc Zopyri eſſe aiunt. Throniſmos, ſeu ſeſſiones matris deûm, & Bacchica: hæc Nicię Eleatis eſſe uolunt. Deſcenſum ad inferos: hũc Herodico Perinthio aſcribunt. Peplũ & Rete: & hæc Zopyro Heracleotæ tribuunt. alij Brotini eſſe dicunt. Verſus qui Onomaſtici dicuntur, mille ducẽtos: Aſtronomiã: Amocopian: Thyepolicon, id eſt de ſacrificijs. Oothytica, aut Ooſcopica, de immolatione, aut inſpectione ouorũ, uerſibus. Catazoſticũ: Hymnos: Corybanticum: & Phyſica, quæ Brontini eſſe dicũt.

ὀρφεύς.) Orphe' Ciconæus, aut Arcas, ex Biſaltia regione Thracię, poeta heroicus. Fuit & hic ante Homerum duabus ætatibus, Troiano bello antiquior. Scripſit fabulas, Epigrammata, Hymnos.

ὀρφεύς.) Orpheus Odryſius, poeta heroicus. Dionyſius, ne natum quidẽ eum eſſe affirmat: ſed tamẽ poemata quædam ei aſcribuntur.

ὀρφεύς.) Orpheus Crotoniates, poeta heroicus: quem Piſiſtrato tyranno familiarem fuiſſe, Aſclepiades libro Grammaticorũ ſexto dicit. Scripſit Decaeterian, id eſt decenniũ: Argonautica, & alia quędã.

ὀρφεύς.) Orpheus Camarinæus, poeta heroicus, cuius eſſe dicunt Deſcenſum ad inferos.

ὀρφεύς.) Orpheus, rex Thracum, cuius tempore Amazones à Phrygibus tributa exegerunt.

ὀρφεύς.) Orpheus. Sub Iudæorum iudicibus regno Athenienſium abrogato, ferunt Orpheum claruiſſe, uirũ præſtanti ſapientia, multorumq; arcanorũ peritũ. *Orphei Theologia.* Feruntur enim eius orationes etiã de cognitione Dei, è quibus hæc ſunt. Dixit enim, ab initio ętherem à Deo fabrefactum extitiſſe, & ab utraq; parte ætheris fuiſſe chaos, & noctèm terribilem omnia tenuiſſe, & occultaſſe ea quę ſub æthere fuerint: ſignificans noctem fuiſſe priorem. Idem dixit, ſummum ętherem comprehendi non poſſe: & ſummum & antiquiſſimum eſſe, & omnium rerum opificẽ. Terram item dixit inuiſibilem. Dixit etiam, lumen rupto æthere illuſtraſſe terram, & omnes res conditas. Illa, inquit, lux, ſuprema omnium, inacceſſa, omnia continens: quam nominabat conſilium, lucem, uitam. *Conſilium. Lux. Vita.* hæc tria nomina unam uim declararunt, & unam potentiam omnium rerum opificis Dei, qui omnia ex nihilo effecerit, ut eſſent & uiſibilia & inuiſibilia. De genere humano autem dixit, ipſum etiam ab opifice rerum omnium Deo formatum eſſe, *Homo.* & animam accepiſſe rationis capacem, ſecutus ſcripta Moſaica. Dixit etiã genus humanum miſerum eſſe, & multis obnoxium calamitatibus & animi & corporis, capax bonorum & malorum operum, & ad uiuendum miſerè affectum.

ὀρχάδες.) Orcades, inſulæ Oceani.

ὄρχησις.) Duas ſaltationes nouit Homerus: unam cybiſtereres, à ſaltatione capitis: alteram ſphæricam. Sphæriſticam uerò luſit Ariſtonicus Caryſtius, regis Alexandi ſphæriſta.

ὄρχησις.) Saltatio (παντόμιμος) Pantimus. Hanc Cæſar Auguſtus inuẽnit, tractatam primùm à Pylade & Bacchylide. & Anagallis Corcyræa grãmatica, ſphæræ inuentionem Nauſicaæ Alcinoi filiæ aſcribit.

O *cum* Σ.

ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ.) Quæ mus in pice. *Mus pugil.* Dictum eſt prouerbium in eos, qui multo labore uicerũt. Nec de animalculo dicitur hoc: ſed Mus fuit Tarentinus pugil, qui Piſæ certans, cum multos haberet aduerſarios, multis acceptis plagis, uix uicit. Hic Mus, cum pugil eſſet (ἐπὶ πῆς ρ. ὀλυμπιάσι) centeſima Olympiade ſemel uicit.

ὁσίαν.) Sepelierunt mortuos, nõ dedecorantes eorum ſacra. &: Mortuos ſepelierunt: omniaq; confecta ſunt, uti fas eſt.

ὁσίη.) Non magnum eſt donum, ſed ſanctum: id eſt purũ, & ex animo dedicatũ.

ὁ σικελικὸς τὴν θάλασσαν.) Siculus mare. *Mare ficus expetit.* Dicunt Siculum mercatorẽ ficus uehen-

tem, nauem fregiſſe. Deinde in rupe ſedentem, cum mare tranquillum uideret, dixiſſe: Scio quid uelis: ficus uelles.

ὅσιον χωρίον.) Ariſtophanes in Lyſiſtrata: O' amabilis Lucina, cohibe partũ, donec in locũ, ubi párere fas eſt, peruenerit. Damaſcius: Nefas eſt erudiri in magnis, eum qui parua diſcere nequit. Eobanus.

Rudimenta.

*—Ab imis,*
*Qui bene ſumma petas, noueris eſſe uiam.*

Sanctus.

ὁσιότης.) Sanctitas. Ille ſanctus eſt, qui ſeſe fide & bonis operib. ſanctificauit, & Deo conſecrauit. unde Moſes, de eo qui relinqueret Deum, & pactum cum Deo initum negaret: Ne dixeris, inquit, in corde tuo, Fas mihi ſit deficere à Dño. Quẽadmodũ igitur qui à Deo deficit, atq; maleficus eſt, profanus: ſic qui Deo fide & beneficentia conciliatur, meritò ſanctus & iuſtus dicitur.

Te ſerua, ſi alios non potes.

ὁσίων.) Quidã ex ſanctis dixit: Non poſtulatur à nobis omnibus, ut alios conſeruemus: ſed ut noſmet ipſos, ab omnibus flagitatur. &: Tu qui ſeruas, ſerua tuum ipſe animum.

ὅσιοι.) Sancti, qui piè educati ſunt, quamuis non ſunt ſacerdotes.

ὄσιρις.) Hunc alij dicunt eſſe Bacchũ: alij alium, qui à dæmone Typhone ſit laceratus, & magnoperè ab Ægyptijs deploratus, qui lacerationis illius omni tẽpore mentionem faciant.

ὁ σκύθης τὸν ἵππον.) Scytha equũ. In eos qui clàm aliquid appetunt, quod apertè repudiant & reſpuunt.

Explicatio ſomnij.

ὀσφραδίαν νόμιζε τὴν ἀηδίαν.) Id eſt, Fœtorem exiſtima moleſtiam.

ὅσον ὕπω.) Is uerò etiã reputans, mox fore penuriã commeatus, ſoluit obſidionẽ.

Parum bene partum.

ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.) Quanto plus ſit dimidium toto. hoc eſt, autore Heſiodo: Parum cum iuſticia, magnis opibus iniuſtis præſtat.

ὀστᾶ.) Oſſa tropicè ſunt cogitationes, eo quòd ſolidiore ſunt natura, & animãs geſtant.

ὀστᾶναι.) Oſtanæ olim apud Perſas Magi dicti ſunt.

ὀστίνοις.) Tibiæ olim è ceruinis oſſibus conficiebãtur. Ariſtophanes: Fiſtulis inflate podicem canis.

ὀστρακισμός.) Omnium ſceleratiſſimi à populo relegabantur, & condemnabantur. Eius enim qui relegandus erat, nomẽ teſtulis inſcribebatur. Differt Oſtraciſmus, id eſt relegatio, ab exſilio: quòd exulum bona publicabantur: relegatis uerò bona populus non adimebat. ac ijs quidem tempus præſcribitur, & locus: exules uerò neutrum horum habẽt. Cimon, quòd cum ſorore Elpinice concubuiſſet: apud populum in crimen adductus, relegatus eſt.

Relegatio. Exilium. Cimon. Elpinice.

ὀστράκου περιστροφή.) Teſtæ cõuerſio. Prouerbiũ, in eos qui celeriter aliquid faciũt. Eunapius: Quaſi teſtula inuerſa eſſet, negocia Romanis melius ſucceſſerunt.

Apicius.

ὄστρεα.) Traiano apud Parthos agenti, multorumq; dierum itinere diſtanti à mari, Apicius guloſus ille, oſtrea recẽtia miſit, ſolerter aſſeruata.

Odoratus.

ὀσφραντικόν.) Odoratus inſtrumentum eſt in anteriore cerebri parte, appẽdix inſtar mammę (ἀπόφυσις μαστοειδής) poſt oſſa eiuſdẽ formæ interiora. Percipiuntur aũt odores, aeris facultate, eos tranſmittẽtis. Nam apud Theophraſtum dioſmus, eſt, facultas transferendi odores. Neq; uerò naſus eſt ſenſus inſtrumentũ: ſed apophyſis maſtoides cerebri, ſiue apotheſis. κατέκειτ' ὀσφραινόμενος, decumbebat olfaciens. Nam qui præ metu deficiunt, odoratu dolorẽ ſedant, q dolor è corde uenit.

ὀσχοφόροι.) Oſchophori, duo fuerũt, genere & opibus excellentes. Oſche autem eſt palmes, ex quo dependent uuæ.

## O cum T.

ὅτλα.) Ille quid futurum eſſet, prudenter auguratus, cogitauit, ſe præſidiũ Ptolemaicum reiecturum.

ὅτ' ἄν σε καιρὸς ἀσάγῃ.) Cum te occaſio introduxerit, id eſt, opportunitate data.

ὅταν σύ που ἀλλοσε σχάσῃς.) Animo tuo alijs rebus intento.

ὀτλευμένη.) Ex ipſo legatorum uultu coniectura capta, gemere & lamentari multifariam cœperunt.

Ædilitas.

ὅτι νόμος.) Lex eſt, ut quadragenario maior, pueris ſumptus ad ludos præbeat.

Satyri redemptio.

ὅτι ξένους.) Suos quoſdam hoſpites fodientes in Philippi uinea, (δεδεμένους, ligatos) precantes, Satyrum in conuiuio impetraſſe à Philippo, ait Aeſchines in oratione de falſa legatione. Demoſthenes uerò in oratione contra Aeſchinem ait, eum Apollophanis filias liberaſſe: ac ueriora dicere uidetur. Nam & Ariſtoteles in quadam ad Philippum epiſtola dicit, eum Satyro hiſtrioni filias Apollophanis condonaſſe. Puero & uxori (οὐκ ἐξῆν ἐμβάλλειν) non licere ultra modium hordei immittere.

ὅ, τι περ ἐστὶν ὄφελος ἐν τῇ πόλει.) Quicquid utile eſt in urbe: id eſt, nobiles.

ὅτι

ὅτι πρὸς τὴν φυλήν.) Serui accuſabantur in tribu domini ſui.

ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενα.) Pecunia promiſſa interfectori alicuius proſcripti, in ara collocabatur.

*Adoptio.* ὅτι οἱ ποιητοί.) Filijs adoptiuis reuerti in paternam familiam nõ licuit, niſi liberos germanos, in familia eius à quo adoptati fuerant, reliquiſſent.

*Fortuita cædes.* ὅτι οἱ ἁλόντες.) Fortuitæ cædis cõuictos habuiſſe poteſtatẽ adminiſtrãdi res ſuas, (εἶχον ἐξουσίαν εἰς διοίκησιν τῶν ἰδίων de bonis ſuis ſtatuendi quod uellent) & Demoſthenes in oratione contra Ariſtocratem, & Theophraſtus decimotertio Legum ſubindicant.

ὅτι χιλίας.) Mulieres quæ in uijs immodeſtę fuiſſent, mille drachmis mulctabantur.

ὅτλος.) τάλας ἐφώνει, μόχθον οἷον ὀτλεύεις;) Miſer, clamabat, qualem ærumnam toleras?

ὅτῳ γὰρ φίλον.) Cui placet. Quem uerò hæc non delectant, is alterius ſententiam ſequatur: ego hanc.

ὀτρέσας.) Ariſtodemus tremulus ſeu timidus uocatus eſt, quòd cũ Euryta Perſicam (τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐκ ἐκοινώνησε τῆς) pugnam ſpectare recuſauit.

ὁ τρύγητος ταῦτα πάντ' ἰάσεται.) Vindemia iſtis omnibus medebitur. In eos qui bona in aliqua re pollicentur.

οὗ ἕνεκα.) id eſt, Qua gratia, uel cui⁹ cauſa, bifariam dicitur: Cuius, & Cui. Nam anima quidem, inquit, finis eſt, ut cuius: animal uerò, ut cui. Facit enim inſtrumentale corpus Natura animæ cauſa, ut anima utatur eo tanquam finis, ut cuius: finis autem, ut cui, animatũ. Vt enim animantis actiones non impediantur, omnia Natura facit. Aut igitur ſic, cuius & cui: aut aliter. Cuius quidẽ cauſa, creationis mundi & æternitatis: hoc enim omnia appetunt. Cui autem, animæ: huic enim inſtrumentũ ad uſum parat: id quod uerius eſt.

*Cuius. Cui.*

*Æternitatis appetitus.*

οὐαλεντινιανός.) Valentinianus, Romanorum imperator Chriſtianus, cum eiuſdem cum patre naturę Chriſtum eſſe ſentiret, nulla in re aduerſarios lædebat. Fuit & ad leges ferendas promptiſſimus, in id quoq; intentus, ut theſauri iuſtè acciperentur: id eſt, ne per iniuriã fiſcus augeretur, aut per incuriam exhauriretur. In deligendis magiſtratib. accuratus, & inexorabilis contumacium ultor: in bellis fortiſſimus. Valens aũt Arij opinioni addictus, multos in exilium miſit: quo tẽpore Romanæ eccleſiæ Liberius pręfuit, Alexandrinæ uerò Athanaſius, & Cõſtantinopolitanę Eudoxius, Arianæ ſectæ magiſter.

*τὸ ὁμοούσιον. Leges. Fiſcus. Magiſtratus. Fortitudo. Seueritas. Valens. Liberius. Athanaſius. Eudoxius.*

οὐαλεντινιανός.) Valentinianus, imperator Romanorum, per matrem Iuſtinam à recta fide auerſus eſt, & imperio eiectus. Cum autem ueniſſet ad Theodoſium: in recta fide eſt inſtitutus. Dicebat enim ei Theodoſius: Imperatoriam aciem ſtare non armis, ſed iuſtis cauſis. &, Noui, inqt, Valentiniane, religioſiſſimos imperatores, quieſcente exercitu, uictoriã obtinuiſſe: & hoſtes ſubactos, tributarios factos eſſe periculo (ἀπονητὶ γεγενῆσθαι τοῦ περιλαβόντος κινδύνου) antegreſſo. Sic & Conſtantinus Magnus, erectus, Licinium tyrannũ (ἐν ναυμαχίᾳ) naufragio trucidauit. Sic etiam Valentinianus pater tuus, felicius imperium, & ab hoſtibus illæſum gubernauit: Deo eum defendente, innumerabilibus prælijs uictor, multis & diuerſis Barbaris ſublatis. Valẽs uerò patruus tuus, Deum diuellens, inquinauit Eccleſiam, homo profanus, cæde ſanctorum & ſacerdotum relegatione: diuinâq; prouidentia à Gotthis oppugnatus, conflagrauit. Rectè Chriſtum colit is, qui non immeritò te eiecit. Incredulitas tua, Maximo facultatem dedit. Si Chriſtum non uidemus: quem inuocabimus pugnaturi? Hæc, & plura etiã his, admonitus à Theodoſio Valentinianus, ad fidem rectam adductus eſt.

*Valentinianus. Iuſtina. Theodoſius. Conſtãtinus. Licinius. Valẽtinianus. Valens. Maximus.*

οὐάλης.) Valens, imperator Romanorum, peruerſis imbutus opinionibus, hæreticorum defenſor, uia ſuorum patrũ eſt ingreſſus. Nam & epiſcopos relegabat, & presbyteros & diaconos & monachos, Tatiano tum Alexandriæ pręſidente. Multos Chriſtianos excruciauit, & quoſdam cremauit. Verùm hęc omnia fecit defuncto Athanaſio. Homines igitur orthodoxi, in urbe Cõſtantinopolitana, ſpe concepta clemẽtiæ Valentis, legatos ad eum Nicomediæ degentem miſerunt, ſacri ordinis uiros 80: quorum duces erãt Theodorus, & Curbagus, & Menedem⁹: quos uniuerſos unà cũ naui ſuccendi iuſſit. Omnes itaq; cum naui conflagrarunt: quæ quidem uſq; ad Dacibiza durauit, ibiq; diſſoluta eſt. Huius execrandi Valentis tempore, Lucius, epiſcopus quidã ſectæ Arianæ, ſtatim inſtar lupi in Eccleſiã impetum fecit. Et Petrus Romã aufugit. Lucius aũt ita graſſatus eſt, ut nec in gentilium perſecutionibus ſimile quicquam ſit factum. Nam tria millia hominũ emi-

*Graſſationes in Eccleſia. 80. Sacerdotes in naui cremati. Lucius. Petrus.*

ſit,qui è medio tollerent & perderent uiros pios in deſerto.

ὔαρ@.) Varus,Laodicenſis ſophiſta, eodē tempore fuit quo Polemon & alij.

οὐ γὰρ ἄκανθαι.) Non enim ſpinæ. Dicitur de rebus utilibus, ob uictū mitiorem factum.

οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ᾽ ἂν πείσῃς.) Non perſuadebis, ne ſi perſuaſeris quidem. Hyperbolicè loquitur. id eſt, etiāſi perſuaſeris, non obtemperabimus tibi.

οὐδ᾽ ἀπὸ γῆς ὤνησεν.) Ne terra quidem iuuit. De re minima.

οὐδὲ χρὺ λόγων ἀψάμενος.) Ne minimū quidem in literis eruditus, quantum quidem è literis tuis conijcere licet.

οὐδὲ ἡρακλῆς πρὸς δύο.) Ne Hercules q. dem aduerſus duos. Molionidas fugit. Dion autem lib. 2. ſecundi operis Herculem Dactylum Idęum, qui Olympiorum fuerit autor, tradit, cum duobus pugilib. congreſſum, ſuccubuiſſe.

οὐδὲ ἡρακλῆς πρὸς δύο.) Ne Hercules quidem aduerſus duos. Aiunt Herculem, propoſito certamine Olympico, uiribus ſuis fretum, priore quinquennio cū duobus pugnaſſe, Teato & Euryto, Neptuni & Moliones filijs, eosq́ occidiſſe. Altero uerò, eodem modo denuò cum duobus decertantem, ſuccubuiſſe.

οὐδὲν αἰνεῖ.) Nihil ille prætermiſit, exēplum ſeſe ſtatuens cùm reliquæ exercitationis, tum omnis operis militaris.

οὐδ᾽ ἐν δέρματι.) Ne pelle quidem indutus: id eſt, nudus.

οὐδὲν ἔλαττον.) Demulcebat auditores non minus, ac potius magis, quam Vlyſſes apud Homerum Phæaces. nam Alcinous quidem facilimam habet defenſionē: quæ, ſi propius intuearis: uera eſt. Sin eminus aſpicias: crimen habet mendacij. ἐν ἀπορίαις, ἐν τῷ φανερῷ.

*Vlyſſes. Alcinous.*

οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις.) Nihil ex agro dicis: id eſt, nihil uile, aut uulgáre.

οὐδέν ἐστ᾽ ἄμεινον, οὐδ᾽ ἥδιον, ἢ * φῆσαι πατέρα.) Nihil melius nec iucūdius eſt, quàm dici patrem.

*Fœmina.*

οὐδέν ἐστι θηρίον.) Nulla belua eſt fœmina ferocior, neq; ignis, neque adeò impudens ulla eſt pardalis.

*Philoſophia. Diuinatio. Sacerdotiū.*

οὐδὲν ἧττον.) Philoſophi non eſt profiteri diuinationem, & proferre, neque ullam ſacram diſciplinam. Diſtincti enim ſunt philoſophorum & ſacerdotū fines, non minus quàm Myſorū & Phrygum, ut dicitur.

οὐδὲν ἐπαύετο.) Non deſiſtebat perpetuò uerſari in libris.

*Adonidis ſtatua.*

οὐδὲν ἱερόν.) Nihil ſacri, Hercules dixiſſe fertur, Adonidis conſpecto ſimulacro: ſignificans eos tantum eſſe honorandos, qui hominibus benè feciſſent. Aut, quòd ſerui eò confugientes, tuti non erant.

οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτοτομεῖν.) Nulla alborum uirorū utilitas eſt, quàm ut coria incidant. In eos qui nihil proſunt: propterea quòd nigri albis ſint efficaciores.

*Sceptici. ἀπροσθεσία. ἐποχή.*

οὐδὲν μᾶλλον.) Nihilo magis. Sceptici, hoc eſt, Pyrrhonij, cum diſciplinarum omnia decreta euertant: nihil ipſi pronunciant dogmaticè: id eſt, nihil affirmant: ſed afferunt ſententias, ad declarandam aſſenſionis retentionem: ut uel nutu, ſi liceret, ſuam ſententiam ſignificarent. Voce nihil definiente, affectus animi neutrā in partem inclinans ſignificatur: eodémque modo uoce οὐδὲν μᾶλλον, id eſt nihilo magis. & illa: Omni orationi oratio eſt oppoſita. & ſimilibus. Dicitur autem *Nihilo magis* poſitiuè, quaſi ſimiles inter ſe ſint. ueluti, Nihilo magis pirata malus eſt, quàm mendax. Scepticis autem non poſitiuè, ſed negatiuè id dicitur, tanquam à refutante, & dicente: Nihilo magis Scylla fuit, quam chimæra. Ipſa uerò uox μᾶλλον, aliàs comparatiuè effertur: ut cum dicimus, Dulcius eſſe mel quàm uuas paſſas. aliàs etiam affirmatiuè & negatiuè: ut cum dicimus, Magis uirtus prodeſt quàm nocet. ſignificamus enim uirtutē prodeſſe, non nocere. Sceptici autem etiam hāc ipſam uocē *Nihilo magis* tollunt: ut, Non magis prouidentia eſt, quàm non eſt. ſic etiam: Nihilo magis eſt, aut non eſt. Significat igitur uox nihil definitū, ſed appoſitum (ἀλλὰ προσθετόν). Dictum autem illud, παντὶ λόγῳ, id eſt omni ratione, & ipſum adducit retētionem aſſenſus. Nam res diſſentientes, & uerba ęquipollentia, ueritatis ignoratio conſequitur. Sunt aūt modi decem, quibus ea quæ ſuprà poſita ſunt, differre pronunciabant. Sexti Empirici opera Latinè ſunt edita ab Henr. Stephano, & Chriſtoph. Plantino.

*Nihilo magis. μᾶλλον ἑνικῶς. ἀποφατικῶς. συγκριτικῶς. Magis.*

*οἱ δέκα τρόποι.*

οὐδὲν μέλον αὐτῷ.) Romanorum multitudo pugnæ expers erat: neq; rem curabat alienam, ijs rebus quæ fiebant intenta.

οὐδὲν πρὸς ἔπος.) Nihil ad uerſum, id eſt fortuitò & temerè, nulla de cauſa. Nihil adeò temerè proferam, priuſquā cognouero rem omnem, ut ſe habeat.

*Epigenes. Bacchus.*

οὐδὲν πρὸς τὸν διόνυσον.) Nihil ad Bacchum. Cum Epigenes Sicyonius tragœdiam

diam in Bacchum feciſſet, hoc quidã acclamarunt: unde prouerbium ortum eſt. Melius uerò ſic. Olim carminib. de Baccho ſcriptis certabant, quæ & Satyrica dicebantur. Poſt uerò aggreſſi ad Tragœdias ſcribẽdas, paulatim ad fabulas & hiſtorias ſe conuerterũt, nulla amplius Bacchi mẽtione facta. unde & hoc acclamatũ eſt: & Chamæleõ in libro de Theſpide conſimilia narrat. Theætetus in libro de Prouerbio: Parrhaſiũ ait pictorẽ, certantẽ apud Corinthios, pinxiſſe Bacchũ pulcherrimũ. Eos uero, cũ uiderẽt, & æmulorum eius opera, quæ multò eſſent inferiora, & Parrhaſij Bacchũ, acclamaſſe: Quid ad Bacchum? In eos qui garriunt ab inſtituto aliena. Corœbum dixit callidum eſſe Vlyſſem. Atqui cum ad hoc exemplũ non afferas, ad præſepe adducis canem, neq; ducis quicquam quod faciat ad Bacchum (τῇ φάτνῃ προσάγειν τὸν κύνα.)

*Satyrica. Tragica. Hiſtorica. Fabuloſa. Parrhaſij. Bacchus.*

οὐδὲν προτιμῶ σε) Nihil te curo. fero enim annulũ hunc ab Eudamo drachma emptũ. Fuit hic Eudamus philoſophus.

*Eudami annulus.*

οὐδ' ἐν σελίνοις.) Ne in ſelinis quidem. In eos, qui ne principium quidem attigerũt. Sumptum eſt ab ijs qui hortos ingrediuntur. nam extremitates, quæ Græcè πρόχηποι dicuntur, quaſi ueſtibula hortorum dicas, ſelino & ruta conſerebant.

*Hortorum ſelinum.*

οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀστικὸς ἀνήρ.) Nihil cogitat iuſti uir urbanus.

οὐ δῖον.) Non decere ijs locis excedere, quæ Theudibertus, contrà quam deceat, ſtudeat occupare.

οὐδέποτ' ἐγὼ τοῦτον ὑποδέξομαι.) Nunquã ego eum recipiam: neque apud me unquam Harmodium cantabit. Ebrioſus, inquit, homo eſt. Nam in compotationũ cõgreſſibus, cantilenam quandam, quæ uocabatur Harmodius, canebant, cuius initium erat: Chariſſime Harmodi, nondum ſcilicet es mortuus. Cantabant autem de Harmodio & Ariſtogitone, ut qui Piſiſtratidarum tyrannidem euertiſſent. Fuerunt & aliæ cantilenæ: una, quæ dicebatur Admeti; altera, Lamponis. Sententia eſt: Nunquam iſte à me conuiuio excipietur. eſt enim ebrioſus & petulans.

*τὸν Ἁρμόδιον ᾄδειν. Harmodius. Admetus. Lampon.*

οὐδὲ πυρφόρος.) Ne ignifer quidẽ. Cum multos interijſſe ſignificare uolumus, dicimus, ne igniferum quidem eſſe ſuperſtitẽ: hoc eſt, ne eum quidem qui ignem in urbem ſit laturus. Perinde ac ſi diceremus: Ne tabernaculi quidem cuſtos, aut ſimile aliquid.

οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη.) Ne ignifer quidem ſuperfuit. De magnis prælijs dictũ eſt hoc prouerbium: quia in omni belli apparatu oportebat uatẽ præcedere, lauri habentem ramos, & coronas & facem. Ac moris erat, ut ſoli huic parcerent hoſtes. Prouerbium, in eos qui internecione deleti ſunt, oportunè dictum.

οὐδὲ τὰ τρία Στησιχόρου γινώσκεις.) Ne tria quidem Steſichori noſti. De indoctis & imperitis dici ſolitum prouerbium. nam celebris ille poeta fuit.

οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας.) Nullus difficilis emptor bonam emit carnẽ.

οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ περαίνεται, ἢ ψωλίζεται.) Nullus capillatus, qui non ſubigatur.

οὐδ' ἴκταρ βάλλει.) Longè à ſcopo iaculatur.

οὐδ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνώσσουσιν.) Neq; quantum luſciniæ dormiunt. De uigilantibus: eo quòd luſcinia uigilat propter Itim, ac potius propter timiditatem.

Οὐηστῖνος.) Iulius Veſtinus ſophiſta, ſcripſit compendium Pamphili gloſſarum, libris quatuor: Selectorum uerborum ex Demoſthene, librum. Selecta ex Thucydide, Iſæo, Iſocrate & Thraſymacho, & alijs oratoribus.

οὐ θᾶττον.) Non accelerabis? non quam primum efficies?

οὔθ' ὕεται, οὔτε ἡλιοῦται.) Neque compluitur, neque Sole aduritur. De ijs qui omni uacant cura.

οὐκ ἀδύνατοι) Nõ infirmi. Dictio hæc mediocritatẽ ſignificat: neq; prorſus potentes, neq; prorſus infirmos eſſe.

οὐκ ἀθεεί) Non ſine diuina prouidẽtia:

οὐκ ἂν δύναιο γαστρὶ πενθῆσαι νέκυν.) Nõ poſſis uentre lugere mortuum. & Homerus:

γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι ἀχαιούς

Id eſt,

*Vetre nullo modo licet mortuũ lugere Græcis.*

οὐκ ἄνευ γε Θησέως) Non abſq; Theſeo. Theſeus etiam Meleagro adiumẽto fuit in uenatu apri, & Pirithoo aduerſus Centauros, & Herculi cõtra Amazones. Cũ ergo aliquid admiratione dignum geſtũ eſt, dicimus, Non abſq; Theſeo.

*Theſeus. Meleager. Pirithous. Hercules.*

οὐκ ἄνευ τινός.) Nõ ſine aliquo. hoc trifariã dicitur. Aut enim ſignificatur aliquid quod nec obeſt nec ꝓdeſt: ſicuti dicimus; Non ſine umbra corpus quod in luce eſt. Aut neceſſariũ aliquid: ut inſtrumentum. Aut aliquid ſimile: ut cũ dicimus, Præclarè ſe geſſit Achilles, ſed nõ ſine haſta. nõ eñ nudus potuit pugnare. Aut calamitas impediens: ſicut dicimus, Cũ in tẽpeſtate nauigârit, euaſit, ſed non ſine periculo.

*Aliquid. Superuacuũ. Neceſſarium. Noxium.*

οὐκ ἀπεικός.) Non immeritò: è duabus negationibus una affirmatio.

οὐκ εὖ ὀρθῶς.) Nõ rectè attuleris, nec rectè diuiſeris. Peccaſti, quieſce.

*Lætitia.* οὐ κατασχών.) Cum læticiam non cohibuiſſem: omnes uires corporis mei ſubitò ſunt reſolutæ.

οὐκ ἔθ᾽ ὁμοίως.) Non poſthac æquè honoratus eris.

οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστιν, εἰ γνώμην ἔχεις.) Non intus, intus eſt, ſi ſapis. Quomodo intus, ſi non intus eſt? Rectè ô ſenex. Sententia eſt: Mens quidem eius, foris colligens argutias, non eſt intus: ipſe uerò eſt intus, atq; alto in loco facit tragœdiam. Cauillatur Euripidem, ut ſyllogiſticum, & cõtrarium eius quod dicit confirmantem. *Euripidis argutiæ.* Veluti, Iuraui lingua, mentem iniuratam gero. Homerus enim diſtinxit animas à corporibus, cum dixit: Multas egregias animas demiſit ad Orcum. Deinde, ipſos lacerandos obiecit auibus.

*Laudationes ſilicerniorũ.* οὐκ ἐπαινεθείης, οὐδ᾽ ἐν περιδείπνῳ.) Nõ laudaberis, ne in ſilicernio quidẽ. In eos qui nullius precij ſunt, dictum prouerbium. Soliti enim ſunt in ſilicernijs defunctum laudare, quamuis improbum.

οὐκ ἔπεσεν εἰς γῆν εὐχή.) Non cecidit in terram uotum: pro, Exauditum eſt. Deus enim miſertus eius, ſomnum ei reſtituit.

σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.) Fodere neſcio.

οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς.) Non eâdem anchora nititur, qua cæteri. Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte.

*Nulla ſolida felicitas.* οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.) Nullûs homo in omnibus felix. Aut enim cum bonus ſit, non habet unde uiuat: aut cum ſit degener, diuitem arat campum.

οὐκ ἔστιν ἄλλως.) Ariſtophanes: Aliter fieri non poteſt, niſi in cœlum aſcenderimus.

οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.) Nõ ineſt remedium contra ſycophantæ morſum. Prouerbium, de rebus irritis.

οὐκ ἐτῶς ἀφ᾽ ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι.) Nõ temerè à nobis proficiſcuntur tragœdiæ. Nullæ enim ſunt præter Neptunũ & Scapham. Prouerbiũ, de ijs qui in eadẽ re uolutantur, & nihil aliud cogitare poſſunt. Senſus eſt: Ad nullam rem utiles ſumus, niſi ad concumbendum & procreãdum. Neptunus enim cum Tyro rẽ habuit, & procreauit Neleum & Pelian.

οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσεται τοῖς παροῦσι κακοῖς.) Neſcit quò ſe in hiſce malis uertat.

οὐκ ἔχω φράσαι, ὅμως γε μὲν τοῖσι δὴ αἰνιγμῶν ἐρῶ.) Non habeo dicere, per ambages tamen innuam.

οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων.) Non ſum ex iſtis heroibus. Hoc prouerbium uſurpatur de ijs, qui benè mereri uolunt. Heroes enim paratiores ſunt ad lædẽdum, quam ad benefaciendum. *Mali dæmones ergo ſunt iſti heroes.*

οὐ κομῶ.) Ariſtophanes in Nubibus: Et ego quidem, talis cum ſim poeta, non ſuperbio.

οὐκ οἶδ᾽ ὅ κρώζεις.) Neſcio quid crocites. In eos qui fruſtrà garriũt, ut cornices. Ariſtophanes: Scio qd crocites: quaſi ego furatus aliquid ſim, particeps fieri cupis.

οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις.) Non linum lino nectis. In eos qui eadem, nõ ijſdem rationibus agunt.

οὐ λόγων ἀγορᾶς δεῖται Ἑλλὰς, ἀλλ᾽ ἔργων.) Non uerbis forum eget Græciæ, ſed rebus. In iactabundos. (οὐ λόγων ἀγορεῦσι δεῖται ἑλλὰς, ἢ Ἑλλάδι. Græciæ non opus eſt uerboſis concionibus, ſed ſtrenuis factis.)

οὐλοχυτεῖν.) Hordeum affundere ſacrificijs. οὐλὰς enim uocabãt hordeum, oppoſitione placentarum, quæ erat farina mola comminutã. οὐλὰς enim eſuri concidebant, eorum confectione nondum inuenta. Ac hordeum quidem, etiam hodie integrum affundunt ſacrificantes libationibus argumentum ueteris uictus: placentas autem rotundas addunt, ad ſignificandam huius temporis elegantiam.

*Vlyſſes.* οὖλος.) Homerus de Vlyſſe: Rigidis erat humeris, nigro colore, criſpus.

οὐλπιανός.) Vlpianus Emeſenus ſophiſta. Scripſit de patria Emeſa, de Heliopoli, de Boſporitis & alijs plurimis, Progymnaſmata, Artem rhetoricam.

οὐλπιανός.) Vlpianus Antiochenus, Syrus, ſophiſta. Docuit prius Emeſæ, temporibus imperatoris Conſtantini. Orationes ſcripſit diuerſas. Declamationes, diſputationes, & alia quædam.

οὐλπιανός.) Frater Iſidori philoſophi, ingenio prõptiſſimo ad diſciplinas Mathematicas, ut multas etiam introduxerit nouas dubitationes & ſolutiones dubitationũ ad mathematũ expoſitiones, & nomine celebri fuit ob mathemata Athenis. Syrianus autẽ admirans eius ingenium, narrauit multis, nullã ei ſerã poſſe obijci adeò intricatã & artificioſè confectam, quam nõ facilè ſponte aperiret. Sed tamen in reliqua philoſophia nihil præſtitit memorabile. Fuit etiam modeſtus, & ornatis moribus Vlpianus: eaq; re uidebatur fratrẽ ſuperare: ea fortaſſe de cauſa, quod à gerenda *Syrianus.* *Modeſtia in octo.*

Repu-

*Virtutē in actuoſa potius quàm ocioſa uita cerni.*

Republica ab initio ad finem uſq; abſtinuit. Solent enim homines ocioſæ uitæ uirtutem tribuere: cùm res non ita ſe habeat, mea quidem ſentētia. Quæ enim in media Republica uerſatur uirtus: ciuilib. muneribus & ſermonib. exercet animum ad fortitudinem: & cõfirmatur magis per experientiã, quod in ea ſanum & integrũ eſt. quicquid aũt adulterinum & fucatum latitat in uita hominum: id omne coarguitur, & paratius efficitur ad emendationẽ. Iam quanta eſt beneficentia atque utilitas in gubernatione? fiducia & conſtantia quanta? Quapropter in angulo ſedentes eruditi, & multa grauiter admodum de iuſticia & modeſtia differentes: res aggredi coacti turpiter ſe dant. Nam omnis oratio, ſi res abſuerint, uanum quiddam uidetur, & inane. Talis Vlpianus cum eſſet: adoleſcēs etiamnum & cœlebs deceſſit, magna ſuæ bonitatis laude relicta.

*Ocioſi in negocijs ridiculi.*

*ὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς.)* *Non cuiuis homini contingit adire Corinthũ.* quòd meretrices uotum Veneri feciſſe ferũt, in magno illo bello pro Græcis. Aut quòd periculoſa eſſet illa nauigatio: aut quia multæ ibi erant meretrices, & ſolis diuitibus patebat nauigatio.

*Corinthiæ meretrices.*

*ὕπτρ.)* Agathias: Cum animaduertiſſent, in qua calamitate uerſarētur, degenerẽ & turpiſſimã amplectuntur ſalutẽ.

*ὔπω πεπλήρωνται αἱ τῶν ἀμοῤῥαίων ἁμαρτίαι.)* Nondum completa ſunt Amorræorum peccata. De ijs quæ non celeriter ad exitum perdueuntur.

*ὐ πρέπει γαλῇ κροκωτὸς.)* Non decet felem crocotum. Prouerbium eſt, ſimile illi, Feli tunica.

*Oſtentator eruditionis.*

*ὐρανι@.)* Vranius, Syrus genere, in urbe imperatoria uagabatur, artem medicã profitens. Nullum Ariſtotelis dogma accuratè nôrat: ſed tamen plurima ſe ſcire iactitabat, quòd contentioſus eſſet in cõuentibus. Sæpè enim ante regiam porticum ambulans, & in bibliopolijs ſedẽs, contẽdebat, & magna iactabat apud eos qui conueniebant. Et hæc ſanè conſueta uerbula de Deo inculcans, qualis eius natura eſſet, & ſubſtantia, & patibile, & incommiſcibile. Quæ plurimi, *ne Scholã quidem ingreſſi, ut opinor tantum abeſt ut in uita optima uerſati, neſciant. Idẽ Vranius aliquando ad Perſas uenit, ab Areobindo legato adductus.

*πόλον* (*πῶλον*, id eſt pullum ſeu equum: niſi fortè cœli rotationem intelligit.) *βλέπειν θέοντα μυστικὸν πόλε.* *Polum uidere currentem arcanum eſt.*

*ὐρανός.)* Cœlum eſt extrema circumferentia, in qua omne diuinum conſtitutum eſt.

*ὐρανοὶ δύο.)* Cœli ſunt duo. unus, cum terra procreatus: alter, qui in medio aquarum exiſtere iuſſus eſt, quod & firmamentum uocarunt.

*Firmamentum.*

*οὓς ἐγὼ βόσκω καὶ δίκαια καὶ ἄδικα.)* Quos ego paſco & iuſtis & iniuſtis rebus. Cleõ ait ad iudices: nam paſcere ad bruta pertinet.

*ὐσία.)* Eſſentiæ ſeu ſubſtantiæ nomen & appellationem, nullo modo prolatam inuenimus in Sacris literis. Vulgi autem conſuetudo utitur hac appellatione, ad ſignificanda quæ quiſque poſſidet: cuiuſmodi ſunt, domicilia, iumenta, & reliquæ materiæ. hæc enim *ὐσίαν* poſſeſſoris appellant. Quo ſenſu etiam eum qui hæc poſſidet, *πλούσιον* uocamus, quaſi dicas *πολυούσιον*, id eſt multam eſſentiam habentem: & *περιούσιον λαὸν*, populum acquiſitum: & Iſraelem *περιουσιασμὸν*, id eſt poſſeſſionem ſuam. Logicus autem uſus, nomen Eſſentiæ nouit a uerbo *εἶναι*, id eſt eſſe, deductum: ipſam rem quæ eſt, Eſſentiam uocans. nam Ens (*τὸ ὂν*) commune nomẽ eſt omnium eorũ quæ ſunt. Hoc igitur Ens diuiditur in Eſſentiam & Accidens. Definiunt autem Eſſentiam ita: Eſſentia eſt nomen commune & indefinitum, de omnibus ſubſtantijs illi ſubiectis, pari honore præditum, & uniuocè prædicatum. Aut, Eſſentia eſt, quæ de ſubiectis ſubſtãtijs dicitur, & in ijs omnibus pari honore cernitur. Aut, Eſſentia eſt res per ſe ſubſiſtens, nullo alio egens ut exiſtat. Id ſcilicet quod in ſeſe eſt, & nõ in altero habet ſuã ſubſtantiã, ſicut Accidens. Eſſentia igitur eſt eorũ, quæ ſunt ſimplex ſubſtãtia.

*ὐσία res familiaris.*

*ὐσίας ὅρ@.*

*ὐσίας δίκη.)* Eſſentiæ actionem intendunt ijs, qui priore iudicio æris alieni aut uſusfructus ſunt cõdemnati: ut è tota eorum re familiari accipiant ea quæ iudicio adepti ſunt.

*Actio in rem.*

*ὐσίας δίκη.)* Qui ambigerẽt de agris aut ædibus, aduerſus eos qui rẽ habebant, alterã intendebãt actionẽ. In ædibus, de locario: in prædijs, de uſufructu: tertiò poſt has, unde ui. Ac in actiõe uſusfructus aut locarij, etiãſi altera actione de eſſentia uicti eſſent, (lego *τοῖς ἁλοῦσι*, & *κατὰ τὴν δίκην*.) condẽnatis tenere licebat poſſeſſiones. Si uerò etiã unde ui cõdẽnati eſſent, iam non licebat tenere: ſed cedendum erat poſſeſſione ijs qui uicerant.

*ὐσία*

οὐσία φανερὰ καὶ ἀφανής.) Opes apertæ & obſcuræ. Lyſias in oratione pro Pherenico ait: Si quidē agros reliquiſſet Androclides, aut alias apertas opes: liceret dicere cuiuis, nihil quidē eum mentiri, ſed ipſi datum id eſſe, de argēto & auro & obſcuris opibus: * Nimirum quem ea habere conſtat, illi dedit.

ὁσιῶσαι.) Piſides: Omnes nos condere uis, & Dei filios facere indies.

οὔτε σὺν πανωλέθροισιν, οὔτ᾽ αὖ δίχα πανωλέθρων.) Neque cum pernicioſiſsimis, neque ſine pernicioſiſſimis. Prouerbium: Malum uxores. Sed tamen, ô populares, non inuenitur domus abſque malo.

οὔτιδες καὶ σωρῖται.) Vtides & Soritæ, ſunt cauillationes quædam. οὔτις apud Homerum, Vlyſſes dicitur.

Dauidis optio. οὔτι.) Dauid á Domino tentatus dixit: Tres iſtæ pœnæ in ſummas me anguſtias redigunt: uerùm cadam in manus Domini. Et elegit mortem: mortuiq́; ſunt à matutino tempore uſq; ad horā prādij millia ſeptuaginta. Tum dixit: Ego ſum paſtor qui peccauit, non oues.

οὐ τρέφει μία λόχμη δύο ἐριθάκους.) Nō alit unum fruticetum duas rubeculas. In eos qui in paruis lucrum captant.

οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.) Nō eſt curæ Hippoclidi. Prouerbium, cuius meminit Hermippus in Popularibus. Hipploclides Tiſandri filius, uxorem ducturus Agariſten, Agathoclis, Sicyonij tyranni filiam, ipſa nuptiarum die ſuprà modū ſaltauit. Cū aūt (Agathocles) Cliſthenes mutato conſilio Megacli, Alcmæonis F. filiā dediſſet, & Hippoclidi aperté dixiſſet, eum nuptijs Agariſtæ excidiſſe: protinus ille dixit, Non eſt curæ Hippoclidi. (Agariſte. Agathocles.)

οὐχὶ Γλαύκου τέχνη.) Non eſt Glauci ars: De rebus elaboratis, & quæ nō facilè intelliguntur.

οὐχ ὅσον.) Qua de cauſa (f. Παρθυαῖος, Parthus.) Parthenus adeò nō abiecit animū, ut & cùm in cæteris ſuperbè illi reſcripſerit: tum ſeſe regem regum, illum uerò Cæſarem tantum nominârit?

Leonum catuli. οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.) Leonis catulus in urbe non eſt alendus. Maximè quidem leo non eſt in urbe alendus. Sin aliquis educatus in ea fuerit: moribus eius ſeruiendum eſt.

οὐχ οἷά τε.) Hæc quidem infecta fieri nequeūt, poſteaq; dij ea inulta eſſe paſsi ſūt.

οὐχ οἷον τ᾽ ἀνέχοντο.) Eam orationē adeò non tulerūt, ut ipſum oratorē lapidarint. &: Adeò eis non auſcultârunt, ut ne audire quidem eos dignarentur.

οὐχ οἷός τ᾽ εἰμί.) Non poſſum continere riſum, cum uideam leoninam pellem ſupra crocotū ſitā. Bacchi ueſtis erat crocotus. Ferebat autem leoninam pellem, tanquā Hercules. Dicitur autē prouerbium hoc in res diſſimiles.

Noſtris conficimur pennis. οὐχ ὑπ᾽ ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα.) Non ab alijs, ſed noſtris pennis capimur. Hoc eſt, horum ipſi nobis nos autores ſumus. Sic aquilam dixiſſe ferūt, ſagitta ictam.

*O cum Φ.*

ὄφελον.) Vtinā directę eſſent uię meę, ad cuſtodienda iudicia tua.

ὄφεις παρείας.) Serpentes Parias, qui habent elatas maxillas, manſueti eſſe uidentur, & non lædere homines, ſed deuorare uiperas, & eſſe Initiorum ſacri.

Explicatio ſomnij. ὄφεις πατεῖν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν λύει.) Serpentes calcare, ſtimulos hoſtium ſoluit.

ὀφιομάχης.) Ophiomachus, genus cicadæ ſine alis.

ὀφθαλμιῶσι.) Vulgus cupiditate pecuniæ uaria de eo conſilia inibat.

ὀφθαλμός.) Dubitat Ariſtoteles, nū ſenſus ea quæ ſentiūtur apprehendat? Cum aūt etiam ſenſoria, per quæ ſentimus, ſenſibilia ſint: cur nō unūquodlibet horū ſenſus apprehēdat, etiāſi nihil extrinſecus adſit? ueluti, cur oculus ſeipſum nō uidet, cū ex ijs quæ uideri poſſunt, cōſtet, elemētis inquā? Quæ igitur eſt ſolutio? Quòd ſenſus facultate illud eſt, quod eſt. Quicquid aūt facultate eſt, producitur in actū ab aliquo, quod actu eſt. Proinde & ſenſus qui facultate eſt, ꝓducitur in actū à ſenſibili: & eo quidē ſenſibili, quod extrinſecus actu eſt. Atq; ſi à ſenſibili producitur in actū, ſenſibile autē etiā ſenſoriū eſt, in quo eſt ſenſus: cur non & ab eo producitur in actū? Ac ſi nequit ſenſus ſuū ſenſoriū percipere, cum ſenſibile ſit: cur tandē ea quæ illud excedunt, apprehendit? Naturalē enim calorē, qui in toto corpore eſt, tactus nō percipit. Vbi uerò calor in nobis immoderatus factus fuerit, ut in febricitātibus: tū eū ſentit. eodē modo & uiſus non apprehēdit oculū, quatenus ſecundū naturā ſe habet: ueluti, cuiuſmodi ſit color humorū, qualis color tunicarū? Poſtquā aūt præter naturā aliquid patitur, ut fit in ictericis: tum ſentit oculi pallorē: eoq́; putāt illi omnia eſſe pallida. Similiter etiā, ſi quis alius humor cryſtallinum inuaſerit: & colorem & figuram eius apprehendit. Vnde & in principijs ſuffuſionum, priuſquam

(Facultas. Actus. Immoderata. Nebulæ caecitatis indices.)

quā prorſus prohibita fuerit actio pupillæ, putār ſe uidere culices, & talia quædā.

ὀφθαλμὸς βασιλέως.) Oculus regis. Ita uocārunt ſatrapas, per quos omnia rex ſpectaret: ſicut Regis aures, delatores, per quos audiret omnia quæ ab unoquoque agerentur.

ὀφλήσειν.) Ariſtophanes in Nubibus: Condemnandus abſentibus teſtibus: Si qui aliquem accuſaſſent, & crimen non probaſſent, ijs mulcta irrogabatur. Quā ſi quis ſtato tempore non ſoluiſſet, & diē prætcrijſſet, ſoluebat quadruplum. Qui ucrò non eſſent ſoluendo, conijciebātur in carcerem: idq; & alijs multis accidit, & Ariſtogitonis Oratoris patri.

ὄφλων.) Ne ab eo in crimen adduceretur apud Achæos, & improbitatis argueretur. (ἐμ' ἐχρῆν περὶ τριάδω: τῦτ' ὄφλων ἀπέρχομαι.) Diſcedo, id debens, quo mihi ſandapila emenda eſſet: hoc eſt, tanti ſum condemnatus, ut in extrema inopia mihi ſit moriendum. De ſenibus, in iudicijs uerſantibus.

ὀφρύνιον.) Ophryniū, urbs eſt Troadis.

ὀφρῦς ἀνασπῶντες, καὶ γνάθους φυσῶντες.) Supercilia attollentes, & buccas inflantes. In arrogantes, & elatos.

O cum X.

Sardanapali epitaphium.

ὀχεύω.) In monumento Sardanapali ſcriptum fuit: Ede, bibe, coi. nam cætera quidem nullius precij ſunt. uel: Nam cætera quidem ne huius quidem ſunt. ſtatua enim marmorea, more Lydio ſuccincta, monumento inſiſtens, manu ſupra caput elata, digitis crepat.

Bacchus ua ſis F.

ὄχημα.) Ariſtophanes: Iure utiq;: ut qui uehiculo ſcarabei conſcenſo cōſeruarim Græcos. Idem: An'non contumelia hæc eſt, & magna ignominia, me Bacchum, filium Dolij, ire & fatigari: iſtum uerò uehere, ne affligetur, aut onus ferat?

ὄχλου.) In cæteris parebat patri, & erat ualde continens aduerſus percontatores, & turbarum concitatores, & linguæ imperabat.

ὀχοζίας.) Ochoſias rex Iudæorum, Samariæ degens, improbus fuit per omnia, ſimilis parentibus ambobus: & Ieroboamo, primo legum uiolatori, qui populū ſeducere cœperat.

O cum Ψ.

ὀψαρτυτική.) Artemidorus pſeudoariſtophanius, uocabula rei culinariæ collegit.

ὀψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς κολωνὸν ἴσθι.) Serò ueniſti, ſed tumulum pete. In eos qui poſt tempus aduenirent, & in mercenarios.

ὄψις.) Ea quæ ante urbem erant, argento & auro fulgebant: quo aſpectu nihil amicis iucundius, nihil hoſtibus formidabilius accidit.

Colorum iudicium. Sonorum. Odorum. Saporum. Tactus.

Viſus duodecim colores iudicat: albū & nigrum, & intermedios: flauum & fuſcū: pallidū, rubrum, purpureum, aqueū, ſplendidum, & obſcurum. Auditus iudicat ſonum, acutum & grauem. Olfactus iudicat fragrantes & fœtidos odores, & interiectos, eorum quæ putreſcunt & madeſiunt, aut tabeſcunt, aut adolentur. Guſtus aūt iudicat dulces & amaros ſapores, & interiectos quinq;. * Septē enī ſunt ſapores: Dulcis, amarus, acutus, acer, (ςυφὸς, σομφὸς) acerbus, mollis, ſalſus, auſterus. Tactus plura iudicat: grauia, leuia: & interiecta inter aſpera & læuia, & interiecta ſicca & humida. & hi quatuor ſenſus in capite ſunt, ijq; & proprium quiddā habent, & inſtrumētis ſuis includuntur. Tactus autem per caput & per corpus tranſit, & communis eſt omnium ſenſuum.

ὀψιοδόντα.) Occidit eum caupo, qui ſerò uenientem exceperat.

Philoxenus ad ferēda calida ſe aſſuefecit.

ὀψοφαγία.) Philoxenus Leucadius, fuit homo guloſus, unde ſunt Philoxeniæ placentæ: adeò quidem, ut palàm in balneis manum conſuefaceret in aquam calidā immittendo, & os aqua calida eluendo, ne calidis facilè moueretur: & coquos aſſuefaciebat, ut cibos calidiſsimos apponerent. Conſimilia etiam narrant de Archyta. & Crobylus ait: Ego ad calida hæc Dactylos Idæos habeo, id eſt digiti mei minimè læduntur à calidis. Pharynga iucundiſsimè incendam fruſtis piſcium.

Archyt. et Crobylus.

ὀψώνια.) Apoſtolus, Merces carnis mors eſt.

ὀψώνιον.) In ſacra Scriptura, eſt cibus ſeparatus.

## INITIVM LITERAE Ω.

Explicatio ſomnij.

Ὠὰ κρατεῖν, ἐσθίειν τι, σημαίνει λύπας.) Oua & tenere & edere, ſignificat moleſtias.

OBARENE, pars Armeniæ, ad Gyrū flumen ſita.

ὠβελισμὸς.) Veru libris additum, nota improbationis eſt.

Og. Seon. Allegoria.

OG rex Baſanis, & Seon rex Amorrhæorū, potentia ſua elati fuerunt. Og uerò etiā ferreo lecto ob corporis magnitudinē utebatur, nouem cubitos longo, & quinq; lato. Og rex Baſanis, id eſt maceria turpitudinis, quæ nobis aditū ſalutis intercludit. Eū occidet dominus, ad eos liberandos qui oppreſsi tenentur.

ὠγκώθη.) Ex eo magis intumuit quàm res ſinebat.

ὤγενος.) Ogenus, antiquus deus. unde Ogenidæ & Ogenij dicuntur antiqui. Der alt gott von Schaffhauſen.

ὠγύγια κακὰ.) Ogygia mala: id eſt uetera, uel permoleſta. Cadmus enim Ogygis filius, ob filias ſuas in calamitates incidit: & Ogygus, primus regnauit Thebis.

ᾠδῆ.) Cratinus in Fugitiuis: Hic tantũ tumultuantur, & aliqui eſſe uolunt.

ᾠδεῖον.) Odeum theatrũ Athenis, à Pericle ad oſtentationem Muſicorum extructum eſſe fertur. Eſt ibi etiam prætoris curia. Ibi etiam farinam metiebãtur. nomen habet à cantilenis.

Moderatio diuitiarum. Fiducia pauperum. ᾠδικὸς.) Et diuitijs tumefactum animũ reprimit, felicitatem alibi ſitam eſſe oſtendendo: & abiectũ ob paupertatem erigit, & ab humilitate omni reuocat, eloquio melle dulciori aures omnium demulcendo: quo uel Xerxẽ in ſuam ſententiã pertraxiſſet: Xerxẽ illum inquã, qui ingentẽ illum contra Græcos duxit exercitum.

ὠδῖς.) Ille dolorem quo cruciabatur, efferre non audebat: ea fortaſſe ſpe, ſe taciturnitate, uoti aliquãdo fore compotem.

ὠδῖνες θανάτου, καὶ παγίδες.) Dolores & laquei mortis ſunt lethalia pericula, & calamitates, quæ propè ad mortem adigunt.

ὤδινον.) In uirum opibus & genere conſpicuum, atrox ciuium inuidia eruptura erat.

ὠδοποίησε.) Iuſtæ caſtigationi reliquit locum, neque ultionem humanitate ſua excluſit.

ὦ ζεῦ.) O' *Iupiter, quid iſta? beatáne dicã, An atrocia quidem, ſed lucroſa? Sed moleſtũ eſt, ſi meis malis uitam conſeruaro.*

ὦ ἡράκλεις τί μαίνῃ.) O' Hercules, quid inſanis? Hoc aiunt ab Argonautis eſſe dictum, Herculem reuocantibus, qui uolũtate Iunonis emanſiſſet.

OCALEA, urbs Bœotiæ.

OCEANVS, mare totã terrã ambiens, ê quo ſunt & fluuij omnes, & omnia maria & fontes: quodq́; ob breuia (βραχώδη καὶ σκοτοειδῆ τυγχάνοντα) & tenebras nauigari nequit.

Humana breuia. ὠκύμορα.) Res humanæ ſunt breues, & unius dieculæ. Et tamen ſeriò in ijs laboratur. &, ueniam meretur immodicum ſtudium.

ὠκυτόκιον τηλέφου.) Ocytocium (id eſt, accelerans partum) Telephi, liber eſt dignus qui paretur ad copiam ſermonis, atque amabilis.

ὦ λακιάδαι.) Laciadę, municipium Atticæ, in quo multi raphani naſcebantur, quibus ad exagitandos adulteros uti ſolebant. Sin hi deeſſent: capulos ſecurium adhibebant. Dicitur de adulteris. Adulterorũ raphani.

ὠλὴν.) Olen, ſiue Dymæus, ſiue hyperboreus, poeta heroicus: ſed uerius eſt Lycium eſſe Xanthium, ut Callimachus indicat, & Polyhiſtor in hiſtoria Lyciæ.

ὤλισθον.) Non temerè exciderunt uota, & inimicæ contra Deum imprecationes.

ὢ μηδαμῶς.) Abſit abſit. Reticẽtia eſt, ſicut apud Demoſthenẽ: Sed quo te quis nomine rectè appellet?

ὦ μὴ ἔστι πόρρω δρῶντι, τοῦτον οὐδ' ἔπος φοβεῖ.) Qui à facinore nõ abhorret, num reformidabit orationem?

ὠμήτις.) Nicolaus Damaſcenus: uereor ne crudelis & immanis uidearis, atrox adeò ſupplicium ſumens.

ὤμιλλα.) Omilla ludi genus, quo qui nucem ita in circulum cõijcit, ut in eo maneat, uincit.

ὠμοῖς.) Crudis (id eſt duris & aſperis) eum patris legibus domari, & ingenio illi reddi ſimilem oportet.

ὁ ὢν.) Is qui eſt: de Deo æterno dicitur.

ὠνητὴν.) Abgarum regnum ſuum permittere Traiano, quamuis magna pecunia emptum à Pacoro. Idq́; gratum accidit Imperatori.

ὤνιος.) Salus precio dato redimenda, & retinenda. Iudices uenales abſoluunt hominem.

ὠνοῦμαι.) Hoc illud eſt, quod Philippus pecunia, quanta uſpiam inueniri poſſit, emat.

ᾠνοχόει.) Nemo uinum infundebat: neque moris eſt apud Barbaros Oriẽtales, bibere inter cœnandum. (Virgil. *Poſtquã exẽpta fames epulis, mẽſaq́; remota, Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronãt.)*

ὦ νῦν θερμοὶ βωμοί.) O' nunc calentes aræ. De ijs, quorum ſerò tandem cura ſuſcipitur. Ariſtophanes in Lemnijs ſignificat, ſubinde apud Athenienſes peregrinos aliquos deos fuiſſe cultos. Dij peregrini.

ὦ νῦν μὲν οὐδεὶς, αὔριον δ' ὑπέρμεγας. (O' qui nunc nihil es, cras ingens futurus. De ijs qui præter ſpem honorantur.

OXVS fluuius in regione Bactrianorũ, qui Alexãdro tranſiri nõ poſſe uidebatur. Nã latitudine erat ſex omnino ſtadiorũ: profundiorq́; multò quàm pro ratiõe latitudinis, & arenoſus, impetuoſo flumine, ut facilè euerteret ea quę in illo defigerentur, ut arenæ parũ firmiter inhærentia.

ὤιον.

ὧν.) E quadrupedibus ſola teſtudo parit oua.

ὦ παῖ.) Sophocles: O' fili, utinam patre ſis felicior: ſed cætera illi ſimilis. neq; enim malus fueris.

ὦ ἐπὶ πάσῃ προδοσίᾳ ἐξεταζόμενε καὶ κακίᾳ.) O' in omni proditione & improbitate uerſate. Ariſtophanes de Cleone: Sicut apes omnia facilimè cõſecutus es, cum nullam ſpem haberes tantæ gloriæ adipiſcendæ: Vtinam uerò eandẽ amittas. Tum ego canam illud Simonidis, Pota pota ob felicem euẽtum: πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖς * ὦ πλέον. * ἤλως αἰμύλης ἀλώπηξ.) Aſtutam uapido geſtas ſub pectore uulpem.

ὦ πόσ' αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισι γίγνεται ἔργα.) O' quot turpiſſima facinora committũt homines?

ὥρα.) Aelianus: Matrona decoro uultu, caſto ingenio. Idem: Homo periurus, nullam Numinis rationem habens, conflatus ex impoſturis & mendacijs: qui nihil unquam ueri, nihil æqui dicit: his artibus (lego, ἐπίρρυτον. Sed ἐπίρρυτον ſuprà expoſuit ἀκράτον, execrabilis) affluentes opes conſecutus eſt.

ὥρα.) Hora, duodecima diei pars: inde dicta ὥρα, quod interualla diei diſtinguat.

ὥρα.) Si pacem expetunt, tempus eſt ut arma tradãt. Theologus: Iſta quidem ratione tu uel regnum Dei contempſeris, quod grano ſinapis comparatur. Procopius: Cura mei tandẽ ſuſcipienda tibi fuerit: qui præter familiæ interitum, tanta pecunia ſim ſpoliatus.

ὡρακιάσας.) Eorũ qui animo linquuntur, color in primis mutatur, quãdo cor premitur.

HORAPOLLON, ex Phœnebythide pago Panopolitanæ præfecturæ, grammaticus, Alexandriæ docuit, & in Aegypto, tandem Conſtãtinopoli ſub Theodoſio. Scripſit τεμενικά, id eſt de lucis & templis: & Commẽtarios in Sophoclẽ, Alcæum, Homerum: homo ob artẽ celebris, gloria nulli ueterũ doctiſſimorum grammaticorum ſecũdus, * Aegyptius, ſub Zenone imperatore. Nicomedes quæritabat Harpocratẽ, nec inueniebat. Iſidorus uerò philoſophus eo cognito *, per literas id ſignificauit. Captus autem tabellarius, à quo miſſus eſſet, confeſſus eſt. Capiunt itaq; & Horapollinẽ, & Heraiſcũ: & neruis utroq; manibus ſuſpenſo, Harpocratem & Iſidorum repetunt. Horapollo autem nõ erat moribus philoſophicis: ſed & aliquid eius opinionis de dijs, quos norat, in profundo occultabat: & Heraiſcus prædixerat, fore ut Horapollo deficeret ad alios, patrijs legib. repudiatis. Id quod & euenit. Nulla enĩ neceſſitate urgente, uiſa fuit facta eſſe illa mutatio, ac potius ſpe quadam inexplebilis cupiditatis explẽdæ. Neq; enim facilẽ quicquã aliud ad defectionis defenſionem afferri poteſt. (Videtur Chriſtianus eſſe factus, aut contrà fortaſſis.)

*Neſcio quæ inepta & prorſus ſine capite Aegyptiaca fabula.*

ὠργων.) Alter alterius gloriæ in ſeſe trãsfundendæ cupiditate æſtuabat.

ὠρείθυια.) Orithyia, nymphæ nomẽ. Homerus: *Mæra, & Orithyia, & capillata Amathea.* Eſt & Orithyia Boreæ amica.

ORIGENES, qui & Adamantius, uir clariſſimus, & in omnib. diſciplinis exercitatiſſimus: auditor fuit Ammonij philoſophi, cognomento Saccæ, qui maximos in philoſophia progreſſus habuit: qua de cauſa etiam in arte dicendi plurimùm à magiſtro eſt adiutus. Is enim uir perpetua conſuetudine Platonis utebatur, & in Numenij & Chronij & Apollophanis & Longini & Moderati & Nicomachi, & clarorũ Pythagoricorum ſcriptis uerſabatur. Chæremonis item Stoici & Cornuti libris utebatur, à quibus (μεταληπτικὸν, tranſſumptiuum. ſ. explicationem arcanorum) metalepticum Græcorum myſteriorum cognouit modum: magna omnino præditus philoſophicorum decretorum ſcientia, non tantùm Græcorum, ſed & diuinorum & noſtrorum, hoc eſt Chriſtianorum. Et quid dicas de eius pœne immortali & beato ingenio? Nam Dialecticam, Geometriam, Arithmeticam, Muſicã, Grammaticam & Rhetoricam, & omniũ dogmata philoſophorum ſic edidicerat, ut ſtudioſos mundanarum rerũ haberet auditores, & in dies ijs aliqd enarraret, magnusq; ad eum concurſus fieret. Origenes, qua ingenij magnitudine fuerit, Porphyrius etiam, qui rabiem ſuam contra Chriſtianos exercuit, meminit his uerbis: Abſurditatis ille modus à uiro erat, in quem & ipſe admodũ adoleſcentulus incidi, qui ualde celebris fuit, & adhuc eſt, ex ijs quæ reliquit ſcriptis. Adhibeatur Origenes autor, qui eſt apud iſtius doctrinæ aſſertores illuſtri gloria. Hoc teſtimoniũ Origeni à prophanis hominibus perhibetur, ijſdemq; inimicis. Hæc Porphyrius libro tertio cõtra Chriſtianos ſcribit: uerè ille quidem de huius uiri exercitatione, ſed

*Ammonius Saccas.*

*Multiplex Origenis eruditio.*

*Porphyrius de Origene.*

aperto de cęteris mendacio. Quid enim non auderet is, qui contra Chriſtianos inſanijt? cum dicat, eum à Græcis defeciſſe, Ammonium autem à Dei cultu ad uitam ethnicam deſciuiſſe? Et hęc ad cõmendationem Origenis, & multiplicis eius Græcarum literarum cognitionis. ob quam à quibuſdam reprehenſus, id ſtudium epiſtola quadam his uerbis defendit: Cum me religionis doctrinæ deditum, fama de habitu noſtro uulgata, aliàs hæretici, aliàs Græcis diſciplinis, ac in philoſophia præſertim, eruditi conuenirent: uiſum mihi fuit examinare iſta & hæreticorum decreta, & philoſophicas de ueritate pollicitationes Et hæc ab eo in defenſione ſuæ exercitationis dicta ſunt. Sub id autem tempus & Alexãdri, Romanorum imperatoris mater, Mammæa, Antiochiæ cum Origene collocuta eſt, & ab eo doctrina religionis imbuta. Ab eo tempore Commentarios in ſacras literas eſt auſpicatus, Ambroſij potiſſimùm nõ modò aſſiduis adhortationibus, ſed liberali etiam rerum neceſſariarum omnium ſuppeditatione impulſus: in primis autem incredibili uiri illius ſtudio, & in diuinis oraculis exercitatione. Tantum enim ſtudiũ habuit diuinarum Scripturarum, eamq; diligentiã adhibuit, ut & Hebræam linguam, cõtra & ætatem & ingenium ſuum ediſceret: & alias, præter illã LXX interpretum, editiones in unum colligeret, Aquilæ inquam Pontici, & Theodotionis & Symmachi Ebionæorũ, quę ſecta purum hominem eſſe Dominũ opinatur: & commentatio in Matthæi Euangeliũ edito, ſuum dogma per illud confirmare contendit: quintam item & ſextam & ſeptimam editionem. Hæc ex Euſebij Pamphili hiſtorijs, de Origene. Adeò exquiſitum diuinæ Scripturæ ſtudium fuit in Origene, ut, ſolas primas ipſis Hebræorum elementis ſcripturas poſſeſſionem ſuam faceret, & inueſtigaret aliquas (τινὰς τῶν ἐπιμέρων πεῖ τὺς) amicorum, præter LXX editiones, ſacras Scripturas interpretatos: & alias quaſdam, à receptis interpretationibus diſcrepantes, Aquilæ & Symmachi & Theodotionis inueniret, quas ex abſcõdito, neſcio ubi nact⁹, ſuperiore latentes tempore, in lucem indagatas protulit. Ac in Hexaplis (id eſt, ſextupla interpretatiõe) Pſalmorũ, poſt inſignes quatuor editiones, non modò quinta, ſed & ſexta & ſeptima addita in-

*Origenes de ſuo diſciplinarum ſtudio.*

*Mammæa.*

*Ambroſius autor Commentariorum ſcribẽdorum.*

*Hebræa. Interpretationes Bibliorum.*

*Ebionæi.*

*Hexapla. Sextupla.*

terpretatione: in una quadam notatum eſt, eam Hierichunte in doho inuentam eſſe. His uniuerſis in unum congregatis, & (κατὰ κῶλον διελθὼν, à puncto ad punctum) membratim pellectis, & inter ſeſe collatis, unà cum ipſa Hebręorum annotatione, Hexaplorũ, quę uocantur, exempla nobis reliquit. Seorſim uerò Aquilæ & Symmachi & Theodotionis editionem, unà cum interpretatione LXX in Tetraplis concinnatam, deniq; omnem Scripturam, eccleſiaſticam notatam, plurima & innumera reliquit: ut ab eo oẽs poſteriores Eccleſiæ doctores fuerint adiuti, ut ait Theologus Gregorius: ὠριγένης ἡ πάντων ἡμῶν ἀκόνη, Origenes omniũ noſtrûm cos. Neq; uerò noſtræ tantum Eccleſiæ, ſed etiam exteris & hęreticis & philoſophis plurimùm attulit adiumenti, qui præter diuina, (μονονυχὶ uidetur abundare) tantum non & in philoſophicis eruditentur. Quos enim ualere ingenijs uidebat, eos ad philoſophicas diſciplinas, Geometriam & Arithmeticã & cæteras perducebat, & ad ſectas philoſophicas promouebat, earũq; ſcripta enarrabat, Commentarijs additis, & ſingulis excuſſis: ut iam & apud Gręcos magnus philoſophus prędicaretur. Cuius in hoc genere ſolertiæ, teſtes ſunt Græci philoſophi, qui eius tẽpore floruerunt, in quorum ſcriptis multa uiri huius fit mentio, cum aliàs (libros ei dedicent) eum appellent, aliàs ad eius iudicium tanquam præceptoris labores ſuos referant. Origenem igitur more ſuo Cæſareæ degentem, multi conuenerunt, non modò ex popularibus, ſed & peregrini infiniti relicta patria ad eum audiẽdũ ueneruntː quorũ maximè inſignes nouim⁹, Theodorum, qui ipſe fuit inter noſtræ ætatis epiſcopos percelebris: Gregoriũ Thaumaturgum, & fratrem eius Athenodorũ: quos philoſophiæ cupiditate flagrantes, & Græcas Latinasq; literas admirantes, ut cum priore ſtudio diuinam exercitationem commutarent, impulit. Qui totis quinq; annis eius uſi conſuetudine, in rebus diuinis eos progreſſus fęcerunt, ut etiamnum adoleſcentes epiſcopatu Ponticarum Eccleſiarum digni haberentur. Eodem tempore Origenes in Eſaiam, ſimulq; in Ezechielem XXV libros compoſuit, è quibus in tertiã partem Eſaiæ uſq; ad uiſionem quadrupedum in deſerto, XXX ſunt tomi. In Ezechielem XXV, quos ſolos in totũ prophe-

*Origenes cos omniũ.*

*Et Theologiæ & philoſophiæ magiſter.*

*Auditores Origenis.*

*Commentarij.*

phetam cõfecit. Quo tempore hos ſcribebar, annũ agebat ſexageſimum: quo
*Pamphilus martyr.*
& ſanctus martyr Pãphilus martyrio uitam confecit. Enarrationis in Euangeliũ Ioannis apparet priores quinque libros eum, dum adhuc Alexãdriæ fuerit, compoſuiſſe. Operis in totum Euangelium ſunt tomi XXII. In Geneſin XII. In primos XXV Pſalmos, & in Threnos, & de Reſurrectione, & de Principijs. Scripſit & Stromatum lib. 10. quos Alexãdro imperante compoſuit. In expoſitione primi Pſalmi expoſuit ſacrarum Scripturarum ueteris Teſtamenti catalogum, ſic
*Iudæorum biblia.*
penè ad uerbum dicens: Non ignorandum eſt, libros eſſe Teſtamẽti, ut Hebręi tradiderunt, XXII. quãtus apud eos eſt numerus literarum. Poſtea ſubijcit: Sunt
*Obitus Origenis.*
autem hi libri ſecundum Hebræos, Geneſis, Barenſid, id eſt in principio: & reliqui ordine. Vixit uſq; ad Gallum & Voluſianũ, hoc eſt uſq; ad annũ ætatis 69. Obdormijt Tyri, ubi & ſepulrus eſt. Pa-
*Leonides Origenis pater.*
ter uerò eius Leonides, martyrio ꝓpter Chriſtum eſt conſummatus.

ORIGENES Leonidem habuit patrem, epiſcopũ & martyrem: floruit ſub Seuero imperatore. Dum Alexandriæ fuit, magnum ſtudiũ diuino ſermoni impendit. Eius ſtudioſi permulti fuerũt, ma-
*Ambroſius patronus Origenis.*
ximè Ambroſius: qui cum illi innoteſcere ſtuduiſſet, à ſecta Valentini & Marcionis diſceſſit. Plurimi etiam prophanorũ philoſophorũ cum adeũtes, maximum eius doctrinæ fructum ceperũt. Nam ab ijs quoq; magnifiebat, docens Geometriam & Arithmeticam, & reliquas primas diſciplinas. Quapropter non pauci Græci philoſophi eius meminerunt, ut ſui præceptoris. Abundauit enim inge-
*Curioſitas in pueritia.*
nio à puero, & ſtudioſiſſimus fuit. Qui cum puerili ætate ſenſum ſacrarum literarum profundius ſcrutaretur, pater eũ obiurgabat, ne quid ſupra ætatem quæreret. Sed noctu accedens, & pectus intuens, quaſi ſancti Spiritus templum deóſculabatur, ſeq; tali filio beatum iudica-
*Frugalitas & cõtinentia Origenis.*
bat. Caſtitatis & cõtinentiæ fuit ab adoleſcentulo ita ſtudioſus, ut quaternis obolis in diem uictitaret: idq; per annos cõplures fecit, & humi in ſtorea dormiuit: & breui tẽpore noctu quieſcens, maiorem eius partem in ſacram meditationem ſanctorum oraculorũ contulit: atq;
*Morbus.*
ita & inſomnia & inedia & nuditate ſeſe ſubigens, uſq; adeò uigorem corporis edomuit, ut emarcuiſſe uideretur. Nam eum uino & oleo & reliquis abſtineret, (ἀνατροπλὼ τῦ θώρακος ὑπέμεινε) euerſionẽ thoracis maximam ſuſtinuit. Hinc celebris factus, ut & agendo & dicendo excellens, multisq; Græcis ad idolomaniã deteſtandam impulſis, ad martyrij coronam adipiſcendã ſe parauit. Magna itaq; fama de eo increbreſcente, & multis è longinquo ad eum confluentibus: non tantum Gręcos & philoſophos & hæreticos primarios ad pietatem attraxit, ſed Chriſtianos etiã rectius inſtituendo cõ-
*Scripturæ ſacræ interpretatio. ταχυγράφοι. καλλιγράφοι.*
firmauit. Quamobrem is quem diximus Ambroſius, multis precibus impetrauit, ac penè ui adegit hominem Cæſareæ, ſeptem conductis notarijs, & pluribus qui eleganter ſcriberẽt, ut ſacras Scripturas interpretaretur. Hoc igitur rerum neceſſariarũ præbitore uſus, ociumq; nactus, notarijs dictauit ea quæ librarij cum mulieribus elegãter ſcribere edoctis deſcriberẽt. Sic omnem diuinam Scripturam
*Anni XVIII. Statie.*
annis XVIII eſt interpretatus. Ferũ autem ſtans libros compoſuiſſe. Tantum enim enarrationis diuinorum oraculorum Ambroſius ardorem declarauit, ut magnum eius ſtudium teſtificans Origenes, ad quendam ſic ſcribat: Sacer Deo,
*Ambroſius ἐργοδιώκτης.*
& uerè dicatus Ambroſius, ſæpè me appellauit: qui cum me amicum eſſe & cupidiſſimũ Dei putaret, ſua me induſtria coarguit, ſuoq; diſcẽdi amore. Tantum certè quidem me ſuperauit, ut periculũ mihi ſit, ne deficiam in eius poſtulationibus exequendis. Neq; enim cœnare licet, (ὅτι μὴ ἀντιβάλλοντα) niſi opponenti: neq; cœnato deambulare, ac refocillare corpuſculum: ſed & illis temporibus doctrinæ uacare, & exempla corrigere cogimur. neq; totam noctem ad curationẽ corporis dormire licet, ſed & eius magnam partem lucubrationibus impendimus. Mitto matutinos labores, ad nonam uſq; & decimam horam. Omnes enim homines ſtudioſi id tempus indagationi diuinorum oraculorum, & lectionibus conſecrant. Omnem igitur diuinã Scripturam interpretatus eſt. Iis enim temporibus uetus Teſtamentum in dolio quodã repertum, perquàm ingenioſe & eruditè adornauit. Nec tamẽ ad ex-
*Labes aſperſa Origenis gloriæ.*
tremum uſq; gloria eius inextincta manſit. Nã multiplicis eruditionis induſtria in lapſum eum ingẽtem impulit, & multos offendit, multos in exitium deiecit. Nam cum Sacrarum literarum nihil nõ interpretari uellet, in peccati calamita-

tem incidit, & mortifera enarrauit uerba. Nam ab eo & Arius argumenta ſumpſit: & ſecuti (ἀνόμοιοι καὶ ἀνόσιοι. f. αὐτοὶ, qui Chriſtum Deo diſſimilē & imparem dixerunt) inæquales, & profani, & reliqui omnes. Initio enim dicere non dubitabat, unigenitum Filiū uidere Patrem nō poſſe, neq; Spiritum ſanctū uidere poſſe Filium, neq; angelos Spiritum. Neq; ex patris eſſentia eſſe filium uult, ſed creaturam: & ex gratia dici filium, humanā autem animā (προϋπάρχειν eſſe ante ingreſſum corporis) eſſe priorē. & ſi quæ aliæ ſunt eius blaſphemiæ. Multa certè quidem in ſingulis Scripturis compoſuit: & colloquia & procemia eius de moribus & naturis animātium & brutorum, medio pleraq; ſcripta genere orationis, iucundam habent expoſitionem Dogmata uerò de fide omniū abſurdiſſima inueniuntur. Viſum illi quoq; fuit, uitam aſceticā (id eſt, exercitationi uirtutis deditam) inſtituere: & quidem talem, ut & thoracem eius dicant ex immodica inedia & dura uictus ratione euerſum eſſe. Contra ſuum uerò corpuſculum id eſſe machinatum, ut uel (ut alij dicūt) neruū incideret: uel, ut alij, pharmaco impoſito pudenda exiccaret. Alij alia de eo referunt Fertur multa pro Chriſto perpeſſus eſſe, cum admodum eſſet eloquens, & in Eccleſia educatus. Ex inuidia igitur in calumniā turpitudinis adductus (πρὸς τοὺς τῆς ἐξουσίας ἄρχοντας) apud poteſtatis principes, callidirate diabolieæ malieiæ (ἀνδρά φασιν ἐπινοηθῆναι) uirum aiunt excogitatum eſſe ab improbitatis operatoribus. Aethiopem igitur ſubornarūt, ad abuſum corporis eius. Is uerò tā nefarium facinus non ferens, uocem rupit, ambabus illi propoſitis rebus: & aſſenſus eſt, ſe immolaturū: & thus in manus eius iniectum, in altaris pyram demiſerunt, Sic & à iudicibus à martyrio reiectus eſt, & eiectus Eccleſia. Relicta igitur propter probrum Alexādria, in Iudæam ſe contulit: ac Hieroſolyma cum ueniſſet, enarrator & eloquens, rogatus eſt à ſacerdotibus, ut in Eccleſia ſermonem haberet (presbyter enim iam erat) atq; etiam ui coactus, ſurrexit, & hāc tantum ſententiam elocutus: Peccatori antē dixit Deus: Cur uerò tu enarras iura mea? & aſſumis teſtamētum meum in os tuū? complicauit librum, & aſſedit cum eiulatu lachrymans, omnibus unà cum eo eiulantibus. Alia item multa & dicuntur

*Occaſiones hæreticis datæ.*

*Procemia. Dogmata.*

*Vita aſcetica Origenis.*

*Origenes fœditati præfert idololatriā.*

*Origenis luctus Hieroſolymitanus.*

& canuntur, propter multitudinem cognitionis eius, & compoſitionis librorum. Vnde Syntacticus, id eſt Compoſitor dictus eſt, ꝙ multos feciſſet libros, non audiens ſcilicet Solomonem dicētem: Fili caue, ne facias libros multos: & ne feſtinato ore tuo, & cor tuum nō acceleret ad efferēdum ſermonem à facie Dei. Nam Deus ſuprà in cœlo eſt, & tu in terra infrà. Quapropter ſermones tui ſint pauci. Multi enim ſermones multiplicant uanitatem. Et ne ſis nimium iuſtus. eſt enim iuſtus qui peccat iuſtitia ſua: & ne argutare ſuperuacanea, neq; ſis impius. His omnibus ille repudiatis, decoro excidit.

*Syntactici à Solomone improbantur.*

ORION, Thebęus Aegyptius, ſcripſit collectanea ſententiarum, ſeu Florilegium ad Eudociam, Theodoſij iunioris uxorem, libris tribus.

Oriou Alexandrinus grāmaticus, ſcripſit Florilegium, Atticarum dictionum collectanea, de Etymologia, Encomiū Adriani Cæſaris.

ORVS Alexandrinus grammaticus, Cōſtantinopoli docuit: ſcripſit de ancipitibus: Gētilia quomodo efferēda ſint: Solutiones ꝓpoſitionū Herodiani. Tabulam ſuarū rerū: De encliticis particulis: Orthographiā ordine alphabetico: De ει diphthōgo. Orthographiam αι diphthongi: Contra Phryuichum ordine alphabetico: Florilegium ſententiarum.

ὠρωπία χώρα.) Demoſthenes cū Caliſtrarum oratorem Oropios defendentem uidiſſet, eloquentiam adamauit.

*Demoſthenes. Calliſtratus.*

OROPVS, locus dictus eſt, quòd Orus oculos ibi amiſit.

ὡς.) Parmenides incredibili eſt pertinacia.

ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντά σοι φέρω.) Vt omnia ſummatim bona tibi offerā. De ijs qui multa bona pollicentur.

HOSANNA, gloriā ſignificat. Etenim alius Euāgeliſta dicit, Pax filio Dauidis: alius, Gloria filio Dauidis. Alij perperā interpretantur, σῶσον δὴ, Age ſerua.

ὡς αὖ ὑπὲρ τηλικούτων.) Vt tantis de reb.

ὡς ἀπόλοιτο, κἂν ἴσαι γίνωνται αἱ ψῆφοι.) Pereat, etiamſi urnæ adæquarint. Hyperbolicè dictum eſt. Cum enim pares erāt calculi, reus abſoluebatur.

ὤσατο.) Equo illum quidē deiecit: ſed ereptū à ſatellitibus è diſcrimine, in qd ſe coniecerat, uulnerare non potuit.

ὡς ἐμοὶ κριτῇ.) Meo quidem iudicio lucidiſſimus eſt, inquit Sophocles.

ὡς

Diadema pro laqueo. *ὡς ἐκ τῶν παρόντων.*) Cum eò loci ſe redactam audiret, data à ſingulis optione mortis leniſſimæ & leuiſſimæ: diadema, quod in capite geſtabat, ſignum ſcilicet & teſtimoniū principatus, auulſum collo innexuit: eoq; uſa pro laqueo, ut illius temporis dura conditio poſtulabat, necem ſibi conſciuit.

*ὡς ἐνὶ μάλιςα.*) Diuerſoria ſunt quàm fieri poteſt tutiſſima.

*ὡς ἐπίπαν, ὡς πλῆθει, ὡς ἐπὶ πολὺ.*) Dion hiſtoricus Romanarum rerum lib. 17. *πέφυκεν ὡς πλήθει τὸ μὲν εὐτυχοῦν θρασύνεσθαι, τὸ δὲ κακοπραγοῦν μετριάζειν*: Alioqui etiam ferè ita fieri ſolet, ut & fortunati inſoleſcant: & quibus res aduerſæ ſunt, ſe præbeant moderatos: coq; hi quidē ex metu modeſtè uiuunt, illi propter fiduciam petulanter. Idq; magis etiā eſt in illo deprehenſum. Idem 13. Plerunq; ſecuritas tarditatem, ſubita inclinatio celeritatē conſilij ſequitur.

*πέφυκεν ὡς πλῆθει τὸ μὲν βέβαιον ἐκ βραδυτῆτος, τὸ δ' ὀξύῤῥοπον ἐκ τάχους διανοίας ὑπάρχειν.*

*ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὡς εἰπεῖν ἔπος, ὡς ἔπος φάναι, ὡς φάναι ἔπος, ὡς φάναι, ὡς εἰπεῖν.*) id eſt, *ὡς φαίνεται καὶ (ἐνὶ) ἐν λόγῳ εἰπεῖν*, ut uideatur, & ut uno uerbo dicam. Alibi dicit Ariſtoteles, *ὡς τύπῳ περιλαβεῖν*, ut pingui Minerua complectar. Hoc autem dixit, quòd non ſubtiliter diſtinctèq; dici poſſit, propoſitiones quæ ad expetēdum & fugiendum referantur, eſſe morales: quę ad cognitionem & ueritatē, naturales.

*ὡς τύπῳ εἰπεῖν.*) Vt communius & uniuerſè dicam.

*ὡς εἰς πᾶν ἀπορίας ἀφικέσθαι.*) Eò redactus, ut conſilij prorſus inops eſſet.

*ὡς ἔοικεν.*) Vt apparet, uti par eſt, ut fieri ſolet.

*ὡς ἡδέως ἂν φάγοις ἐξ ὄξους δίκην.*) Quàm libēter, ô ſycophāta, ex aceto ederes litē?

*ὡς καλὸν ὦ Πόσειδον.*) Quàm pulcher eſt, ô Neptune, cœtus eorum? Quàm denſus & expedit⁹, inſtar cibarij panis, & publici epuli. Nam cum publicè conuiuantur, unoquoq; ſuā cœnam afferēte, denſa uidentur omnia, partim ſacrificiorum apparatu apportato, partim ab ipſis epulantibus. Epulum.

*ὡς οὐκ ἐκφεύξεται.*) Teucer non effugiet, quo minus lapidibus obruatur.

*ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.*) Ex Chætemonis Therſita prouerbialis uerſus: Nō inferens, ſed depellens iniuriā.

*ὥσπερ κογχύλιον διελὼν.*) Vt concliā diuidant. Prouerbium in ualde ſordidos.

*ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι.*) Inſtar uictorum circumire, uel circumduci. Ferunt pugilibus uictoribus præmia non fuiſſe data: ſed ipſos circumeūtes, quod quiſq; uellet.* Pugilū præmia.

*ὡς πυθὼδ' ἰέναι βουλόμενοι, Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα.*) Tanquā Delphos ituri, tranſitum à Bœotijs petimus. Delphi ſiti ſunt intra Atticam & Bœotiam. Delphi.

*ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελὼν.*) Quaſi clypeum Argis ſuſtuliſſet. In arrogantes. Alij dicunt, ſacrum eſſe Argis clypeum, qui munitus dicatur, & ſuſtineri nō poſſit: alij, cohortē eſſe Argis robuſtiſſimorum iuuenum, quæ clypeus dicatur. Argiuum clypeum.

*ὠςία.*) Ancus Martius rex Romanorū, præter cætera, ad oſtia Tiberis fluuij locum munijt, & ad ipſum æſtuarium urbē cōdidit, Oſtiam à ſitu ita dictā, ad lapidē decimumſextum Roma diſtantem.

*ὠςικῶς.*) Non impetu & cum uiolentia ruendum in mortem.

*ὡς τὸ ἐκὸς.*) Tanquam filium ſuum, ſacra ratione, uti par erat, diligebat.

*ὡς φάσαν ὁ πληθύς.*) Homerus: Sic ait populus.

*ὡσφέρον.*) Vinum in libationibus adhibebatur.

*ὠσχοφόρια.*) Oſchophoria, Sciradis Mineruę feſtum, à racemis uuarum dictum. Oſchophori autem duo erāt, genere & opibus præſtantes, qui palmitē ferebant uuis dependentibus.

*ὦτα καταγότα.*) Iam nōnullis qui confractas aures & corruptos animos habent, in comœdiā conuerſa ſunt, & magnum riſum, arcana philoſophię (Damaſcius ait) eò quòd quidam arcana philoſophiæ eliminaſſent.

*ὠτακουστεῖν.*) Per emiſſarios & delatores aliquid exploratum ire.

*ὦ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔςι φυσῆσαι.*) Sacrū ignē ei ſufflare non licet. Timæus 38 hiſtoriarum tradit, Democlidem cōtra Democharem dixiſſe: Soli ipſi omnium Athenienſium non licere ſacrum ignem ſufflare, ut qui ſuperioribus partibus ſitim paris. Duris uerò lib. 10. Pytheam idem obieciſſe Demoſtheni ait.

*ὠτοκάταξις, καὶ ὠτοθλαδίας.*) Aurifractus dicit, cui aures in palæſtra ſunt cōfractæ.

*ὦτος.*) Aſio auis eſt, quæ cum laudatur, & contrà ſaltat, ſicut nycticorax, capitur. Itaq; Otos dicunt inflatos, & uanę gloriæ cupidos.

*ὤφελε.*) Vtinam prius ætherem ſubijſſet

ſet magnum, aut multis cõmunem Orcum, ille uit, qui inuiſum monſtrauit armorum Grçcis communem Martem: id eſt, utinam prius è medio ſublatus eſſet, quàm arma bellica in Græciã intuliſſet. (Quis fuit, horrendos primum qui protulit enſes? Quàm ferus, & uerè ferreus ille fuit?)

ὠφιλείας.) Publius urbem ingreſſus, quoſuis obuios occidi iuſſit, nec parci cuiquam, neq; ad prædam diſcurri, ante ſignum datum.

ὠφέλιμον πρᾶγμα.) Res utilis, quæ einſmodi eſt ut iure expetatur ad incrementum & additamentum. παρὰ τὸ ὀφέλλειν, τὸ αὐξάνειν.

OPHELIONIS comici, libro 2. Dipnoſophiſtarum dramata eſſe ait Athenæus, Deucalionem, Callæſchrum, Centaurum, Satyros, Muſas, Monotropos, id eſt Solitarios.

*Philoſophicum ſuperciluun.*

ὦ ἐφήμερε.) O' unius diei homuncio. Sic loquentem inducit Socratem Strepſiadi Ariſtophanes, quaſi ipſe diuinis rebus & ſublimibus intentus, præ ſe contemnat ſenem rebus caducis intentum.

*Socrates, Silenus.*

Vel, quia Socrates Sileno ſimilis eſſe dicebatur. Fuit enim & ſimus, & caluus. Nam Silenum Pindarus ſic affantem facit Olympum: O' miſer, unius dieculæ, fatue: Narras mihi res inſolenter.

*Mithridatis interitus.*

ὦ φῶς.) O' lumẽ malis meis ades: præbe te amicũ mihi, dextram tuam imploranti. Eſto in extremo miniſterio mihi alter Mithridates. Hæc ait Mithridates, cũ hauſto ueneno difficulter moreretur.

OCHVS philoſophus apud Phœnices, Zamolxis apud Thraces, Atlas apud Afros.

ὤχυ.) Mortuos coronare, & lecythos eis imponere ſolebant.

ὦχρος) Vt uidi Melitẽ, pallor me inuaſit.

ὠψοπόνος.) Coquus Spinther Mercurio hæc ſigna artis ſuæ dedicauit, ſeruitij iugo excuſſo.

INITIVM P LITERAE, P CũA.

Πάγας (f. παγασαί.) Pagæ, uel Pagaſæ. Demoſthenes in Philippicis: Nauale eſt Pheræorum, unde Pagaſiticus ſinus, & urbs.

πάγας.) Id quod Aeſchylus ait: In ſuas pennas incidit, & comprehẽſus laqueis, quos alijs poſuerat, legibus, ut æquum erat, pœnas dedit.

*Inſidias alij fabricans, ſibi fabricat ipſe.*

παγκρατιασταῖς.) Pancratiaſtæ, athletç, pugiles, qui manib. & pedibus pugnant.

PANCRATIVS ſophiſta, in Minnciani artem commentarium ſcripſit.

Pancratius. Huius feruntur libri de arte culinaria, ſecundum quamuis conuerſionem. Floruit tempore Leonis ſenis, uſq; ad Zenonem.

*Pan lituram nullis tantis nigra preces.*

πάγκοινος.) Pancœnus, quaſi cõmunis omnib. palus apud Inferos. Neq; enim illũ ex Orci Pancœni ſtagno, nec lachrymis nec precibus reuocabis, in quod omnibus perueniendum eſt. Sentẽtia eſt: Neq; lamẽtando, neq; obteſtãdo deos, eum reſuſcitabis. imitatione Homeri:

*Vtilitas quoniam luctus eſt nulla moleſti.*

Et Aeſchylus: *Sola dearum Mors munera non amat, Non admittit dulcis partẽ ſpei.* μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ· οὐ δέχεται γλυκερᾶς μέρος ἐλπίδος.

πάγοι.) *Aedes, Nympharũq; ſacer tumulus, & quæ ſub rupe sũt ſcaturigines, & aquis propinqua pinus.*

PADVS, nomẽ fluuij, qui apud Græcos Eridanus appellatur.

πάθας.) Cõmemorat ademptam pecuniam, & cõdemnationem, atq; etiam priores ſuas iniuſtas calamitates. Sophocles: Atq; (inteſtinas calamitates) ea quæ intus acciderũt, nõ poſſum eloqui.

*Quod male fers, aſſueſce: feres bene.*

Oedipus: Acqeſcere me, ærũnæ & tẽpus longinquũ docent: & tertio loco, animi cõſtantia. Id eſt, ut boni cõſulerẽ res aduerſas, longũ effecit tẽpus, & calamitatũ multitudo, & fortitudinis excellentia.

πάθη.) Cum uideam calamitatem pediſſequam, quæ (falli) effugi non poteſt. Et rurſus: Ac alias infinitas dixerim, neglectam iuſticiam, ſecutas ærumnas.

πάθη.) Quales affectiões animi in ſpectaculo, tales exitus eſſe neceſſe eſt. Affectus duo, Dolor & uoluptas. Et uoluptas quidẽ læuis eſt motio, dolor autem dura motio: ac uoluptas accepta omnibus animalibus, dolor autem odioſus.

πάθος.) Affectio, dictionis eſt homonymia, quam uulgo æquiuocationẽ dicunt, cuiuſmodi eſt canis: itẽ metaphora, ut nutrix tellus, id eſt alma. Hinc oritur abuſio & obſcuritas.

*Paſſio corruptionis, perfectionis.*

πάθος.) Nomen πάθος (paſſio, perpeſſio, affectus, affectio) dupliciter dicitur: uel de eo quod ad corruptionẽ, uel de eo quod ad perfectionem perducit. Lignum enim pati ab igni dicitur, ꝙ corrumpatur. Senſus etiam pati dicuntur à ſenſibilibus, hoc eſt perfici, & à facultate ad actionem perduci.

*Corporis et animi mutua affectiones.*

E' corporis affectionibus ad ànimum aliquid tranſit.

Eo

Eo enim dolente, unà dolet: beneq; affecto, unà lætatur: & corpus aliter atq; aliter affectum, impedimento eſſe animo, nemo ignorat. Quod non fieret, niſi ab affectione erga illud, conuenientia quędam & coniunctio, quæ συμπάθεια dicitur, ad animum perueniret: ueluti ſi poſterior uentriculus cerebri patiatur, memoriæ uis patitur.

DE AFFECTIBVS.

*Mendacij peruerſitas.* *Motus animi nimius, à ratione auerſus.* *Iudiciũ affectum ſequitur.*

Partes animi ſũt, quinq; ſenſuũ inſtrumenta (τὸ φωνητικὸν, uocalitas) uox, & intelligendi facultas, quæ eſt mens. E' reb. falſis aũt inuadit animum peruerſitas, à qua multæ affectiones procedunt, & turbarum cauſæ. Eſt autem ipſa perturbatio, ſine ratione & contra naturam animi motus, aut impulſio nimia. Affectuũ quatuor ſumma ſunt genera: Aegritudo, metus, cupiditas, uoluptas. Videntur autem affectus iudicia (κρίσεις) eſſe. Nam & pecuniæ ſtudium, eſt perſuaſio, pecuniam eſſe bonam: ac ebrietas & intemperantia, eodem modo, & reliqua. ac ægritudinem quidem eſſe dicunt contractionem ſine ratione: ſpecies uerò eius, miſericordiam, inuidiam, æmulationem, zelotypiam, angorem (ἐνόχλησις) obturbationem, amentiam, dolorem, & cõfuſionem: & miſericordiam quidem eſſe, miſerari aliquem, tanquam nullo ſuo merito rebus aduerſis afflictum: inuidiam uerò, bonis alienis dolere: æmulationem, dolere alij ineſſe, quæ & ipſe habeas: angorem, ægritudinem prementem: obturbationem, dolorem angentem, & difficultatis plenum: amentiam, dolorem è cogitationib. reſiduum, aut dolorem laborioſum, qui augeatur: confuſionem, dolorem ſine ratione, prohibẽtẽ & uetantẽ præſentia intelligere. Immortalitas, uitæ affectus eſt, aut accidẽs quoddã. Eſſe aũt affectionẽ aut accidẽs quoddã uitæ, immortalitatẽ, perſpicuũ erit ex hypotheſi illa: è mortali ſcilicet, immortalem naſci. Neq; enim participatione alterius uitæ, immortale erit mortale: ſed tanquã accidenti quodã, & affectu. Eadem enim ipſa uita certo modo affecta, immortalitas eſt. Quod ſi affectionis cauſa uita, fit immortalitas (οὔπω αὖ πάθος ἡ ζωὴ τῆς ἀθανασίας, ſ. τῆς ζωῆς ἡ ἀθανασία) erit certè uita affectus immortalitatis. Si igitur paſſionis propriæ, id quod paſſum eſt, non eſt genus. (eſt enim caſus aliquis & accidens affectus, eius quod paſſum eſt, & non forma) nec immortalitatis genus erit uita. Neq; enim dulcedinis genus eſt corpus, neq; uoluptatis aut doloris animus.

*ἔλεος.* *φθόνος.* *ζῆλος.* *ἄχθος.* *ἐνόχλησις.* *ἄνοια.* *σύγχυσις.* *ἀθανασία.*

PACATVS Minucius, gręcè Irenęus Alexandrinus grãmaticus, de Alexãdrinorũ dialecto, ſiue de Græciſmo libros 7 ſcripſit, ordine alphabetico: de Attica conſuetudine quæ eſt in dictione & Proſodia, libros 3, ordine alphabetico: de Proprietatibus Atticæ & Doricæ dialecti: de Atticiſmo, & alia multa.

πάκορος.) Pacorus. Ferunt Craſſi cum legionibus interitui, æqualem fuiſſe Pacori & copiarum eius interitum.

*Aſius.* *Epirus, Aſia.* *Theano proditrix Palladij.* *Aiacis & Vlyſsis contentio.*

παλλάδιον.) Palladiũ. Fuit hoc ſigillum paruũ ligneũ, qđ (τετελεσμένον, initiatum, cõſecratũ) perfectũ dicebãt eſſe, quodq; regnũ Troianũ tueretur. Datum aũt eſt Troi regi, cõdenti urbẽ, ab Aſio quodã philoſopho & initiatore. Quã ob rem in Aſij honorem, regionem quæ ſub imperio eius erat, cũ Epirus prius diceretur, Aſiã appellauit. Poetę uerò qui hac de re ſcripſerunt, ex aere dicunt Palladium hoc Troi Phrygum regi eſſe delatũ. Hoc Diomedes & Vlyſſes, cum ad Priamum legati eſſent, è templo ſurripuerunt, prodito illo à Theano, Antenoris uxore: quæ erat ſacerdos templi, idq; cuſtodiebat. Cognouerãt enim ex oraculo, quãdiu Palladium Troiæ maneret: tamdiu incolume fore Phrygum regnum. Magna igitur cõtinuò inter (Diomedẽ) Aiacem & Vlyſſem orta eſt cõtentio, uter id in patriã deportaret, alijs regib. & ducib. hac de re iudicantibus. Multis aũt rationib. adductis, & ueſpere facto: uiſum eſt iudicib. deponere ſimulacrũ apud Diomedẽ, dũ diluxiſſet. Qđ cũ eſſet factũ: inuẽtus eſt Aiax noctu clàm interfectꝰ: ſuſpicabãtur aũt, ab Vlyſſe dolo fuiſſe occiſum. Atq; ita altercãtes, orã ſoluerunt.

PALLADIVS, Palladij F. Methonæus, ſophiſta, natus eſt ſub Cõſtantino imperatore. Scripſit de Romanorũ feſtis, diſputationes, oratiões diuerſas, Olympiacam, Panegyricam, forenſem.

παλλάδιον χρυσωμένον.) In proris triremium Athenienſes ſimulacra quædã lignea Mineruæ collocabãt, quorum nauigaturi rationem habebant.

παλάμαι.) O' conatus mortalium: ô infelix mortaliũ genus: quibus ne mediocre quidem eſt æuum.

παλαμᾶσθαι) Adhæc quicquid oportet, conetur, & quiduis contra me moliatur. Nam æquum bonum mecũ eſt: & Iuſti-

Iuſticia adiumento mihi erit: neq; (me opprimet calamitas, ὃ μήθ' ἀλῶ κακὰ πράσσων) ullius ſceleris conuincat.

παλάμη.) Herodotus: Dicebat eis, uideri ſibi, ſe artem habere, qua ſperaret, ſe optimos regis ſocios ad defectionem impulſurum eſſe.

PALAMEDES, Eleates grãmaticus, edidit Comicam & Tragicam dictionẽ, nomenclaruram, commẽtatium in Pindarum poetam.

Palamedes Nauplij & Climenes filius, Argiuus, uerſificator. Fuit conſobrinus Agamemnonis regis. Bona indole præditus ad philoſophiam & poeſin: inuenit literam Z, Π, Φ & X. item arithmeticã, talos, teſſeras, calculos, menſuras & pondera. Poemata eius deleta ſunt (ab Homero) à poſteris Agamemnonis, ex inuidia. Exiſtimo autem etiam hunc feciſſe. * Inuadit autem maximos etiã uiros inuidia, quæ utinam non irrepſiſſet in uitam: aut poſteaquam irrepſit, ne me uincat. Valeat potius, atque abſit. Quoties enim cor mihi doluit? qualia uidi longo tempore? Cæterùm ſit mihi uita, cui nihil deſit. Vultum autem meum nunquã exigui tẽporis ſpe feriat inuidia: ait quidam ueterum.

*Summa petit LIVOR, perflant altiſſima VENTI.*

παλαμήδης.) Palamedes: Noui ego prius cõmentum Palamedis: quemadmodum ille, remos inſcriptos proijciã: quẽadmodum (οἴαξ f. nomẽ propriũ Oeax) gubernaculum Nauplio depingit parenti Palamedem, in diuerſis remis: eosque in mare proijcit: ut unus ſaltem ad Nauplium perueniat. Vnde autem mihi ſuppetunt remi? hæc ſimulacra, remorum uice depicta proijciam: idq; longè præſtat. Nam & hæc ſunt ligna, & illud lignum fuit.

*Palamedis remi proditoris.*

παλαμναῖος.) Babrius: Timui ne pellem meam morderet fugiens, ne iubam meam fœdaret. Loquitur de mure. Et rurſus: Non homines eſſe uiſi ſunt: ſed dæmones infeſti quidã, & nefarij. Aelianus: Ille uerò ante congreſſum cũ hoſtibus, tanquã populũ ſuũ perire uideret, maiori malo malum eſt reſtinguere auſus, nefarius ille. Imperat itaq; miſeram uirginem in duas ſecari partes.

παλλάντιον.) Romulus, cõſtituta Republica renouauit etiam regiam, quæ à Pallante palatium uocatur.

PALLAS, uirgo inſignis. Eſt aũt epitheton Mineruæ à uibranda haſta, aut à ſublato Pallante, uno ex gigantibus.

παλατῖνοι.) Palatini, genus panũ, quos populo Cõſtãtinus Magnus in ſuo cõſulatu largiebatur: ita dictos, quòd ex palatio præberentur. Adiecit his etiã carnes, uinum & oleum: quorum aliquandiu ciuitas fructum cepit, cum notas (ἀπήλαυσε: τῶν ὑπ' αὐτῶ ῥιφέντων φέρων τὰ γνωρίσματα) eorũ quos ille proieciſſet, ferret.

παλαιγενεῖς.) Homines ſimplices, ἀρχαίους καὶ παλαιοὺς, antiquos & uetulos dicebant.

πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι.) Fuerũt olim ſtrenui Mileſij. De ijs qui olim floruerunt, nunc uerò ſunt imbecilles.

παλαίσμασιν.) Ariſtophanes: Phrynichi certaminibus. Phrynicho enim duce uicti ſunt Athenienſes: qui & in multorum odiũ incurrit, quaſi mala fide bellũ adminiſtraſſet. Quidam uerò hunc Comicum poetã dicunt, qui choros mobiles & decertantes introduxerit. Fuit aũt prætor, ſub quo multi Tragici impegerunt, & capite diminuti ſunt.

παλαιστής.) * Eſt ille quidem callidus luctator. Verùm callida etiã ingenia ſubinde impingunt.

παλαιστίνη.) Palæſtina. Multorũ dierum itineribus diſtat Babylon à Palæſtina.

παλαίστρα.) palæſtra. Cum inueniſſet campum decliuem, & opportunum uſui equorum & phalangis: eum repurgauit atque effôdit, ut belli exercitationibus ſeruiret.

PALAEPHATVS, Athenis uerſificator, filius Actæi & Biũs: aut, ut alij dicũt, Ioclis & Metaniræ: alij, Mercurij. Fuit, quorundam ſentẽtia, poſt Phemonoen: aliorum uerò, etiam ante illam. Scripſit Coſmopœiam, id eſt mundi fabricam, uerſibus circiter quinquies mille: Apollinis & Dianæ partum, uerſibus ter mille: Veneris & Cupidinis uoces & ſermones, uerſibus quinquies mille: Mineruæ & Neptuni contentionem, uerſibus mille: Latonæ comam.

Palæphatus, Parius aut Prieneus, tempore Artaxerxis: ſcripſit libros quinque incredibilium.

Palæphatus Abydenus hiſtoricus, edidit Cypriaca, Deliaca, Attica, & Arabica. Fuit ſub Alexãdro Macedone, amaſius Ariſtotelis philoſophi: * ut Philon in litera α, de Admirabili hiſtoria lib. 1. & Theodorus Ilienſis in 2. Troicorũ, tradũt.

Palæphatus Aegyptius, aut Athenienſis grammaticus, edidit Aegyptiacam Theologiam, Fabuloſorum lib. 1. (λύσεις, f. λύσεις)

*λύσεις.*) Explicationes fabuloſè dictorũ: Argumenta in Simonidem: Res Troianas, quas quidam Athenienſi, quidam Pario aſcribunt. Scripſit etiam peculiarem hiſtoriam.

*πελεύει καλῶς τὴν ἀλώπεκα.*) Pulchrè fallit uulpeculam. Prouerbium.

PALLENE, municipium Antiochiæ tribus. In Thracia quoque Pallenen eſſe, notum eſt. Eſt & Pallene una ex Halcyonijs inſulis.

*παλληνικὸν βλέπειν.*) Pallenico eſſe uultu, id eſt generoſo, animo inſenſo atq; aſpero aduerſus hoſtẽ: quod in Pallenẽſi municipio Athenienſes cũ Piſiſtrato tyrãnidem affectante, prælium cõmiſerunt. Quòd ſi pro *παλλήνη* legatur *βαλλήνη*: ſignificat, eum lapidibus eſſe obruendum.

*παλίγκοτος.*) Ariſtophanes: Ne ſis iratus nobis ſupplicantibus, ne denuò ſuccenſeas, teq; rurſus pœniteat beneficiorum, quæ in nos fuiſti collaturus. Et in Epigrammate:

*Pluribus in rebus Venus aſpera, mitis in uno;*
*Odit quæ tumidus pectora faſtus agit.*

*παλίγκυρτος.*) Polybius: Cum hoſtes ultrò ſeſe ueluti in naſſam conieciſſent, atq; ipſe inimicos in poteſtatem redigere poſſet, eos prætermiſit.

*παλιμβολία.*) Agathias: Ducũ magnus fuit comitatus, magna cuſtodia, magna uigilia, multæ prehenſationes populi, opes & timor & inconſtantia.

*παλίμβολον.*) Scythicæ gẽtes ſunt mutabiles, & infidæ.

*παλιναίρετοι.*) Denuò electi: uel, qui calumniæ cõdemnati, ſoluta mulcta in integrũ reſtituuntur: uel, qui abrogato magiſtratu denuò deſignantur. Polyeuctus: Quos calumniabatur, eoſdem accepta pecunia defendebat.

*παλινῳδίαν ᾄδειν.*) Palinodiam canere. Prouerbiũ, contraria prioribus dicere.

*παλιντριβῆ.*) Sophocles: Nihil periit. nam bene curant illa dij, ac neſcio quomodo calliditatem & uerſutiã ex Orco (*ἐξ ᾅδου* F. ſtirpitus & radicitus) euertere gaudent: rectè facta autem ſemper bonum nuncium afferunt.

*παλίωξις.*) Agathias: Romani eũ ſe explicuiſſent, conuerſi, obuij perſequentibus proceſſerunt: & fortiter atq; continenter pugnando, illos repulerunt: atq; ita in locum fugæ, inſecutio ſucceſſit.

*παλμικὸν οἰώνισμα.*) Poſidonius de ſaltibus ſeu uibrationibus librum ſcripſit: ueluti ſi dexter oculus ſalierit uel palpitauerit, quid ea res ſignificet?

*πάλος.*) Darius iubet hos ſortiri. Poſtquam uerò ſortiti erant, ſors ex omnib. Bagæo obuẽnit.

*παλτὰ.*) Cyrus cum aſcendiſſet in equũ: haſtã in manus ſumpſit: Xenophõ. Et Arrianus: Emittebant in eos qui ad mœnia pugnabãt, alij haſtilia, alij iacula. In dextra aũt tenebat haſtã ſex ferè cubitorũ, cuius prima pars cuſpidẽ habebat, extremitate ligni rotunda.

*παλυνομένας.*) Regio Scytharũ ſubinde niuibus albeſcit.

*πέμφορον.*) Ioſephus: Omnia uorãs genuit cibum ſuauem ex ſeſe. Leonem ſignificans, & fauum.

*παμβωτάδες, καὶ (παμφοτάδαι) παμβῶται.*) Pambota, municipium Etechtheiæ tribus.

PAMPREPIVS Panopolita, heroici carminis poeta, floruit tẽpore Zenonis imperatoris: ſcripſit Etymologiarũ expoſitionẽ, Iſaurica, oratione ſoluta. Hic multũ potuit apud Zenonẽ, natiõe Thebæus Aegyptius ad omnia ingenio apto præditus, uenit Athenas: & ab urbe grammaticus delectus, multos ibi docuit annos: ſimulq; doctrina recondita eruditus eſt à magno Proclo. Cum autẽ apud Theagenem, hominẽ ibi potentẽ, delatus eſſet, & grauius quàm magiſtrũ deceret, exagitatus: Byzantium uenit. Ac cætera quidem bonum & probum ſe præbebat: ſed, ut in urbe, in qua Chriſtiani omnes eſſent, Græca ſua religione (quam non diſſimulabat, ſed confidenter aperteq; oſtentabat) effecit, ut opinionem afferret hominibus, ſe alia quoq; arcana doctrina eſſe præditum. Itaque Hillus eum ſibi cõmendatum, humaniter ſuſcepit, & poemate quodã recitato honorificè tractauit: & ſtipendium dedit, partim priuatim de ſuo, partim è publico, tanquam doctori. Et cũ abiiſſet in Iſauriam, inuidi eius conficta calumnia, tum ex ſuperſtitione eius, tum quòd ariolari & uaticinari eum Hillo aduerſus Imperatorem dicerent: perſuadent Zenoni & Berinæ, quę tũ plurimũ poterat, ut relegaretur. Itaq; ille Pergamon Myſiæ urbẽ uenit. Hillus aũt eũ audiſſet, ſua cauſa pulſum eſſe: eum in Iſauriam reuocatum, & conſiliariũ & contubernalem aſciſcit, & (erat enim uir rerum politicarũ in primis peritus) eas res principatus ſui, quas adminiſtrandi ocium ipſi deerat, illi mandat: ac Byzantium profectus, eum

Hillus Pamprepium ſouet.

PROVIDENTIA NOBISCVM FACIT.

eum ſecum adduxit. Cum autem Marciani conſpiratio extitiſſet: Hillum animi dubium ipſe confirmauit: tantumq́; effatus, Prouidentia nobiſcum facit: ſuſpicionem præbuit ijs qui tũ ſubauſcultarãt, qnaſi ex obſcura quadã prænotione illa diuinitùs diceret. Et cũ res ita eueniſſet, ſicut ſcilicet euenit: ſermonẽ eius cũ euẽtu cõparantes, eũ omniũ (ut uulgus ſolet) autorẽ ſolum exiſtimabant, qnæ miro modo euenire uidebantur. Sic quidẽ ſapientes de eo coniecerũt: ſi uerò quid aliud fuit, neq; conſtanter refutare, neq; affirmare poſſum. Hillus tamen & maxima & minima qnæq; cũ illo primùm cõmunicabat. Tum uerò illo aſſumpto, Nicæam uenit hybernatum, ſiue populi offenſionem declinans: ſiue fatum illud, ꝙ cædibus urbem infeſtabat, euitare pauliſper uolens. Cæterùm Hillus cum eſſet literarum amans, præſentibus uiris eruditis, prolixam de animo orationem audire uolebat. Cum autẽ multi ex iis qui aderant, ad quęſtionẽ eius uariè philoſopharentur: & è diſſenſione orationẽ ſibi non conſtare appareret: dixit Marius, Pamprepiũ quæſtionem illam ſine ullo errore poſſe explicare. Fuit hic nigro colore, deformi uultu, profeſſione literator, è Pane, Aegypti urbe oriundus, longo tempore ratiõe affinitatis in Gręcia uerſatus. Cum igitur à Marſo ad Hillum eſſet deductus, & orationem de animo, diu multumq́; meditatam, eleganter recitaſſet: quoniam ignarus inter ignaros, ut Plato dixit, quàm doctus perſuadere facilius poteſt: deceptus Hillus artificioſa eius loquacitate, eruditiorem eum omnibus Conſtantinopoleos doctorib' iudicauit. Quapropter cum ei multũ pecuniæ ex ærario dediſſet: eos qui ſcholas frequentare ſolebant (*κατ' ἐκλογὴν παιδεύειν*, f. ut ſtupidis neglectis, ingenioſorum rationem habent) cum delectu docere iuſſit. Hulus igitur ſecundæ res ab hoc ortæ principio, multarum calamitatum Reipub. cauſa fuerũt. Fuit aũt Pamprepius Aegyptius: & cum poeta eſſet, & natura ad poeſim aptus, Athenas etiã ſe contulit, poetico ſtudio ad uitam degendam neceſſaria conquiſiturus. Athenienſes uerò Grammaticum eum crearunt, & iuuentuti docendæ præfecerũt. Ille autem honoris cupidus, & nulli ſecũdus uideri uolens, aduerſus omnes decertabat, Proclo & aliis philoſophis exceptis. Hanc autem ſapientiam ne attingere quidẽ poterat: in reliquis ergo primis diſciplinis ita elaborauit, & tantopere ſe exercuit Pamprepius, ut paruo tempore præſtantiſſimus & doctiſſimus eorum, qui ibi literis uacabant, haberetur: Plutarchum etiam, & Hierium hominẽ Athenienſem, & Alexandrinum Hermiam rhetorem, doctrinæ gloria ſuperare ſtuderet. Et hactenus quidem honorabatur ab Athenienſibus, ut magiſter non ignobilis. Poſt hæc autem, alia eum rerũ cõmutatio eſt ſecuta; maximarum ſanè & peſſimarum: ut intelligamus fortunæ cõmutationes, quæ ſubinde animorum uarias uoluntates, non minus quàm nlla ebrietas, coarguit.

*Oſtentatio pro ſapientia.*

PAMPHILE, Epidauria ſapiens, filia Soteridis: cuius etiam libri illi eſſe dicũtur, ut Dionyſius lib. 30 Muſicæ hiſtoriæ tradit: uerùm (ut alij ſcripſerunt) Socratidis, mariti eius: ſcripſit Hiſtoricos cõmentarios libris 33: Epitomen Cteſiæ libris 3: Epitomas hiſtoriarum, aliorumq́; librorum plurimas. De controuerſijs, de rebus Veneriis, & aliis multis.

PAMPHILIDAS Rhodiorum nauarchus, ad omnia momẽta accommodatior eſſe quàm Piſiſtratus uidebatur: quòd & natura grauior, & conſtantior ꝗ ferocior eſſet. Solet enim uulgus hominum non ex ratione conſiliorum, ſed ex euentu iudicare.

PAMPHILVS, Amphipolita, aut Sicyonius, aut Nicopolita, philoſophus, cognomento Philopragmatos (negocioſus ſeu curioſus) ſcripſit Imagines ordine aphabetico, de arte Grammatica, de Pictura & pictoribus illuſtribus; de Re ruſtica libros 3.

PAMPHILVS Alexandrinus, Grammaticus Ariſtarcheus, ſcripſit Limonẽ, id eſt uariatum rerum collectanea. De gloſſis, id eſt obſcurioribus uerbis, libros 405 (*υϛ΄.*) Sunt autem ab E litera uſque ad Ω. Nam quæ incipiunt ab A uſque ad Δ, Zopyrion fecerat: in Nicandri nondum explicata, & quæ *ὀπτικὰ* (Opica, uel ſordida, uel uocalia) dicuntur: Artem cenſoriam; & alia complura Grammatica.

Pãphilns. Hic ſemper metricè loquebatur in cõuiuiis: Infunde quod bibam, & perdicis adde crus: Matulam det aliquis, aut placentam mî dato. Sic Athenæus in Dipnoſophiſtis.

Pamphilus, demagogus Athenis, ærarium compilabat. cui in ipſo furto depre-

prehenſo magiſtratus eſt abrogatus, ut inquit Ariſtophanes.

*πάμψυχος.*) Amphiaraus ſic dicitur, qđ oẽs regat animas apud Inferos: aut quòd integram ſuam animam conſerua rit: aut quòd perpetuò animam conſeruet, id eſt immortalis ſit.

PAN, nomen dei Græcorũ, hircinis cruribus, ſolitudine gaudens, ocioſus, in humeris (*νεβρίδιον*, hinnuli pellem) neruum habens, & bacillum, & fiſtulam.

Pan, Panos. Aeſopus Mithridatis anagnoſtes, de Helena ſcripſit, in quo libro pana piſcẽ cetacei generis dici ſcribit: in eo aſteritẽ lapidẽ inueniri, qui à Sole accendatur, atq; etiã ad philtra faciat.

Mundus. *πᾶν.*) Vniuerſum, eſt mundus & alio modo (lego, *σύστημα*) cõpages è mũdo & uacuo, qđ eſt extra mundũ. Ac mundus quidẽ eſt finitus, uacuũ aũt infinitum: & ſidera alia ſunt inerrãtia, & cũ cœlo mouentur: alia errantia, & ſuis cientur motibus. Sol obliquè per ſigniferũ incedit, itẽq; Luna habet anfractus: & Sol purus eſt ignis, & maior terra, & orbiculatus, ꝓ ratione mundi. Ac ignis quidẽ: quòd eadem quæ ignis, efficit: maior terra, quòd illa tota ab eo illuſtratur, & cœlum etiã: & quòd terra umbrã turbinatã proiicit: eò quòd maior eſt, & undiq; cernit̃ ob magnitudinem. Luna uerò magis terrea eſt, quia terræ propinquior. Aluntur aũt hæc ignea, & alia aſtra: Sol magno mari, cum ſit (*νοερὸν ὄντα ἄναμμα*) tarda quædã inflammatio: Luna, dulcibus aquis; cum ſit ex aere mixta, & terræ uicina: reliqua aſtra, terra. Placet iis etiam, rotunda eſſe aſtra, & terram immobilem: Lunamque non habere proprium lumen, ſed à Sole accipere, ab eoq; illuſtrari: & deficere Solem, à Luna obumbratum in parte nobis obuerſa. Apparet enim eã ſubire illum & in cõiunctionib. obtegere, ac rurſus ab eo digredi (cernitur hoc in pelui aquæ plena) Lunã uerò deficere, cum in umbrã terræ incidat. unde & plenilunio deficiat, quamuis ex oppoſito ſingulis menſib. in hemiſphærio conſtituatur, & ex obliquo uerſus Solem moueatur: & ab eo recedere, cum uel ad ſeptentrionem, uel ad meridiẽ magis uergat. Sed cũ latitudo eius Soli, mediæq; lineæ reſpondet: tũ Soli opponitur, & deficit (*γίνεται δὲ τὸ πλάτος αὐτῆς κατὰ τῶν ἡλιακῶν ἐπὶ τὸ διὰ μέσων.*) Latitudo aũt eius eſt, cũ Soli atq; eclipticæ lineæ reſpondet, in Libra, & Ariete, & Tauro, atq; Scorpio.

*πανάγης.*) Illa uerò currebat, & omnes cum ea arrephori, ſacroſanctę matronę: longoq; tempore ſtupor & tenebrę eos occuparunt.

*παναθήναια.*) Panathenæa, Quinquatria, feſtũ Athenienſiũ, ob urbis coniunctionẽ inſtitutũ, primũ ab Erichthonio, Vulcani & Mineruæ F. poſtea à Theſeo, qui municipes in urbẽ coegit. Celebrantur aũt hi ludi qnto quoq; anno: & (*ἀγωνίζεται*) *παῖς ἴσθμια*. Videtur hoc aliud caput eſſe, nec ptinere ad Panathenæa) decertat puer in Iſthmiis, non ſenior: & imberbis, & (f. non uir) uir. Victori autem datur præmiũ, oleũ in amphoris: & uictor redimitur oleagino ſerto.

PANATHENAEA. Duplicia panathenęa Athenis fuêre, alia ſingulis annis alia luſtris peractis: quæ & magna uocabãt. Primus autem Erichthonius Vulcani F. feſtum hoc celebrauit. Panathenęa, antè Athenæa dicebantur.

PANACTVS, urbs inter Atticam & Bœotiam.

*παναρκὴς ἥλιος.*) Sol magnus, & ad illuſtranda omnia ſufficiens.

*παναρμόνιον.*) Ab omni parte ordinatum, & diſtincta ſeries rerum.

*πανδαισία.*) Pandæſia, conuiuium, ubi ſuum quiſq; cibũ affert atq; deponit, & omnes omnia communicant: uel, conuiuium omni rerum copia inſtructum, in quo nihil deſideratur.

*πανδίκτῃ.*) Nõ miſi, ne pœnas darẽ Publicanis, qui ſcalpellis abradũt nomina.

*πανδελετίους γνώμας.*) Pandelitias ſentẽtias, hoc eſt moroſas. Quia Pandeletus ſycophanta fuit cõtentioſus, & ſcriptor decretorum, & ex eorum numero qui in iudiciis uerſabantur. Meminit eius Cratinus in Chironibus.

*πάνδια.*) Pandia, feſtũ quoddã Athenis, quod poſt Bacchanalia celebratur.

*πάνδημος ἀφροδίτη.*) Pandemos, ſiue communis uocabatur Venus, cuius ſtatua collocata erat prope uetus forum, quòd ibi more antiquo omnis populus congregaretur. Nicander Solonem dicit formoſos homines mercatum, proſtituiſſe propter adoleſcentes: quæſitaq; pecunia Veneris Plebeiæ ſiue popularis ædem conſecraſſe.

*πανδιονίς.*) Pandionia, una decem tribuum apud Athenienſes, à Pandione Athenienſi ſic uocata.

*πανδοκεύτρια.*) Caupones, *κάπηλοι* Gręcè ex eo dicũtur, quòd uinũ corrũpant.

PANDOSIA, urbs una in Caſſopia.

PANAETIVS Rhodius, ſenior, philoſoph⁹, à philoſophis multũ celebrat̃. Ferũtur eius libri philoſophici plurimi.

Panætius minor, Nicagoræ F. Rhodi⁹, philoſophus Stoicus, Diogenis diſcipulus, præceptor fuit Scipionis, cognomẽto Aphricani, poſt Polybium Megalopolitam. Mortuus eſt Athenis.

Panætius Cocus, paruæ ſtaturę, quem perſtringit Ariſtophanes, quòd uxorem ſuam in adulterio deprehenderit. Nam cum magna illa eſſet, ab ea regebatur.

PANEMVS, Iulius menſis apud Macedones.

*πάνθεον.)* Pantheon, locus. In Romanorum campo templum fuit commune omnium deorum.

*Zu nachts ſein die katzen all ſchwartz.*

*πάντ᾽ ἰσθ᾽ ὅμοια, καὶ ῥοδῶπις ἡ καλή.)* Omnia ſimilia, etiã Rhodopis formoſa illa. Rhodopis meretrix fuit. Eos igitur prouerbium denotat, qui magna conſumpta pecunia, diuerſitatem coitus in aliis mulieribus ſpectant.

*πάνθ᾽ ὅσ᾽ ἄν.)* Omnia quæ Deus uult, & fortuna dirigit, ex animi ſententia ſuccedunt: alterum alteri horum per tempus occurrit.

*Panici terrores.*

*πανικῷ δείματι.)* Panici terrores exiſtũt in caſtris, cum ſubitò & equi & homines cõſternantur, nulla apparente cauſa. Pani aũt ſacra facere ſolebant mulieres, cũ clamoribus. Et Menãder in Dyſcolo, negat hunc Deũ tacitè accedendum eſſe. Ea quorũ cauſa non apparebat, Pani tribuebant. Exiſtimatur enim hoſtiũ acceſſus eſſe: & præ tumultu armis arreptis, inter ſeſe pugnant. Theodorus Rhodiorũ dux in Cõmentariis ait, optimũ eſſe huiuſmodi tẽporibus manere in armis, & quieſcere: & ipſe circuncurſans clamabat, & per miniſtros denunciabat, ut oẽs armati in tabernaculis manerent.

*Remedium Panici terroris.*

PANION, nomen loci, ubi etiam caſtrum eſt iuxta littus quod dicitur, Panion, in finibus Heracleæ.

PANOLBIVS poeta, ſcripſit diuerſa. Et ad Aetheriũ poſt morbũ uerſibus, & ad Erythriũ, ac ad Dorotheũ principem & Comitẽ, ad Aphthoniũ Comitem, & epitaphium Hypatiæ, filiæ Erythrij.

*Bellum Lunam non expectat.*

*πανσελήνῳ.)* Gręci omnes Luna obſeruata res ſuas gerebãt. Cũ Datis igitur & Artaphernes, regis Perſarum duces, in Marathonem imperum feciſſent: expectabant pleniluniũm, ut tum demum ad bellum exirent. Sed priuſquam auxiliarentur Lacedæmonij: iam confecerant Athenienſes bellum.

*πάντα κάλων σείειν.)* Omnem rudentẽ mouere. Prouerbium, de iis qui omnia experiuntur. Trãslatum eſt ab ijs qui uela relaxant.

*πάντα κινήσαι πέτρον, ἀλλὰ ἴθι.)* Omnẽ mouebo lapidẽ: Prouerbium. Victo Mardonio ad Platæas, fama erat, cum in ambitu tentorij theſaurum obrutũ reliquiſſe. Polycrates igitur Thebanus mercatus eum locum, longo tempore quæſiuit. Cum autem nihil proficeret, miſit Delphos, ſciſcitatum, quo pacto illum reperiret? Tum Apollinem reſpondiſſe ferũt: Omnem lapidẽ moue. Alij ab iis ductũ putant, qui cancros uenantur.

*πάντα μὴ βούλου κρατεῖν.)* Ne tenere uelis omnia: uel, Ne uelis in rebus omnib. eſſe uictor. De iis qui in omnibus felices eſſe uolunt.

*πάντα ὀκτώ.)* Omnia octo. Quidã, Steſichorum dicunt Catanæ ſplendidè ſepultũ, prope columnas, quæ ab eo Steſichoriæ dicuntur, monumento octo columnis conſtructo, octo gradibus, octo angulis. Quidam Halerem, qui ex oraculo Corinthios in unam ciuitatem coegerit, ciues in octo tribus, & in octo partes urbem diſtribuiſſe ferunt.

*παντοδαπής.)* Quis opus tantũ peregit, quãtũ omniſcius oſtẽdit Democritus?

*παντομιγής.)* Si quando prædium multifarium & fertile erat, dominus ſtatim comprehẽdebatur: aliquorum inſidiis, ficto crimine probabili circumuentus: & is cui fiebat iniuria, cauſam dicebat, iniuriæ autore iudicante. *Calumnia.*

PANYASIS, Polyarchi F. Halicarnaſſeus, aruſpex & poeta heroicus, extinctam poeſim quaſi poſtliminiò reuocauit. Duris autem ſcripſit, Dioclis fuiſſe filium, & Samium: quemadmodum Herodotus, Thurium. Memoriæ traditũ eſt, Panyaſim Herodoti hiſtorici eſſe patruelem. Natus enim eſt Panyaſis ex Polyarcho: Herodotus uerò, è Lyxo Polyarchi fratre. Quidam uerò non Lyxen, ſed Rhœo, matrem Herodoti, Panyaſidis ſororem fuiſſe tradiderunt. Natus eſt Panyaſis Olympiade 78: quorundam ſententia multo antè, temporibus Perſicis. occiſus eſt à Lygdamide, tertio Halicarnaſſeorum tyrãno. Inter poetas poſt Homerum recenſetur, quorundam iudicio etiam poſt Heſiodum & Antimachum. Scripſit etiam Heracliada libris 14, uer-

*Herodotus.* *Lyxes.* *Polyarchus.* *Lyxe.* *Rheo.*

ſibus

ſibus circiter nouem (nouies millibus ϐ ϑ, ζ ζ,)Ionica pentametris. Sunt autem de Codro & Neleo & Ionicis coloniis uerſus ad * ſepties mille.

Panyaſis Halicarnaſſeus, iunior, philoſophus, ſcripſit de Somniis libros 2.

παίυ γάρ ἐστιν ἤδη σχολὴ (πολλὴ) πολὺ. τὸ δὴ πολὺ κἂν ᾖ γλυκὺ, μοχθηρὸν.) Admodum nunc multum eſt ocij. Multum autem quamuis ſit dulce, malũ eſt. Ariſtophanes in Ranis.

PAXAMVS (λόγιος) eloquẽs, ſcripſit de Arte culinaria, ordine alphabetico: Bœotica libris 2. Duodecim artes, id eſt de obſcœnis motib⁹, libros de Arte tingendi 2. de Re ruſtica 2.

· PAPPVS, Alexandrinus philoſoph⁹, fuit ſub imperatore Theodoſio ſeniore: quo tempore & Theon philoſophus floruit, qui in canonem Ptolemæi ſcripſit. Libri eius ſunt: Vniuerſalis orbis deſcriptio: in quatuor libros Ptolemæi magnæ Syntaxeos commentarius: in Fluuios qui ſunt in Libya: Explicationes ſomniorum.

πεπωῶον.) Fuit tẽporibus Medicis decretum, ut unuſquiſq; ad uſum Reipub. pecuniã pro uirib. ſuis conferret. Ariſtides aũt ſtatuit, quãtum eſſet dandum ſociis, ſi barbaris bellum inferretur.

παραβαλέσθαι) Iudas cum uir eſſet ſtrenuus, periculum pro fratre cõſeruando non recuſandum exiſtimauit.

παραβάλλεσθαι) Reliquum erat, audere, & periculum adire.

παραβαλῶν.) Ille uidet Meleſiam, & amat eam: & mittit ad eam, quò uoti cõpos fieret, decies & quinquies mille aureos: & ſi plus peteret, dicebat ſe daturum. illa autem non accipiebat munus, meretriciam mercedem eſſe inquiens ſe uiro ignoto committere, & formam tanquam proſtituere.

παραβαλλόμενον.) Cũ niue Thracũ decertãti, nõ licebat donare tapetes. Principiò cũ optimis regibus cõparabatur.

παραβαλῶν.) Ariſtophanes: Cum tanquã luctator dentes molares remiſiſſet.

παράβασις.) παράβασις dicitur, id ꝙ chorus cõuerſus ad ſpectatores loquitur. Ea uerò eius rei ratio eſt. Cũ relictis ijs quæ ad fabulam pertinẽt, poeta conſiliũ dat ſpectatoribus, aut aliud quid extra argumentum dicit. Παράβασις aũt dicitur, eo quòd ab argumẽto ſeiuncta eſt, aut quia chorus à ſuo loco digreditur. (ἱστᾶσι κατὰ στοιχεῖον.) Ordine enim ſtant, orcheſtram inſpicientes. Cum autem prætereunt ordine ſtantes, & theatrum reſpicientes, uerba faciunt. Deinde cõmemorata (q̃ uocatur) παραβᾶσι, in priſtinã ſtationẽ redeunt. Ac ipſi poetæ ſignificant, conuerti ſeſe, & præterite. Plato Comicus in Pucello: Niſi magnopere, uiri, cogerer me conuertere huc: non prodiiſſem ad taliũ uerſuum recitationem.

παραβέβληκας.) Vitam tuã in diſcrimen adduxiſti, propter tuam in me beneuolentiam nulla neceſſitate coactus.

παραβλῶπες.) Homerus de Litis, quæ Ates graſſatiões reſarcire cogũtur: Claudæ, inquit, ſunt, & rugoſæ, & diſtortis oculis. (Quod Noxa paulo momento uaſtat, id SALVS uix longo tempore inſtaurat.)

παραβλύσας.) Si quando uino uictus, reiecta crapula cubitum ſe confert.

παραβολή. Parabola, oratio obſcura & occulta, & conducibilis. Aperiam in parabolis os meum: id eſt, commemorabo ueteres hiſtorias.

παράβολος,) Ariſtophanes in Sphingibus: Improbus es, & iners, & ſubditus.

παραβόλως.) Polybius: Poſthæc quantam potentiam temerè appetiuit?

παράβυστον.) Parabyſtum dicebatur Athenis id prætoriũ, in quo XI uiri ius dicebant. Sic dicebatur & in ſponſalib. ędibus lectulus quidam, ab occultando ſcilicet, & inculcando.

παραγάγης.) Conſolari deſine, cum nõ amplius adſunt Spei cõmunis nobilitatis adiutores. ἴν᾽ οὐ πάρεισιν ἐλπίδων ἔτι κοινογόνων εὐπατριδᾶν ἀρωγοί.

παράγγελμα.) Plauſus frequens non ex edicto, ſed ſtudio ſpectatorum ultrò excitatus.

παραγγέλλοντα.) Fabius magiſtratũ adeptus, Publium conſulẽ deſignat, qui ne ipſe quidẽ magiſtratũ illum ambiebat.

παραγγέλλοντας.) Illi cum eſſent Ariani, per cauſam dogmatis ſui, Carthaginem profecti, ad eos qui ſacerdotium ambiebant: ut Genzerichus paratus eſſet, utq; ſentiret, cognoſcere ſtuduerunt. Et Xenophon: Ille ad exercitum ſuum confugit, & ſtatim arma ſumi iubet.

παραγωγαῖς.) Fallaciis & dolis cum nobis quotidie illuſiſſent: rerum noſtrarũ præter expectationem potiti ſunt.

παραγωγή.) Paragoge dicitur, cum exercitus procedit, aut à dextra aut à ſiniſtra duces habẽs: qui ſi à ſiniſtra fuerint, ſiniſtra paragoge dicitur: ſin à dextra, de-

xtra patagoge appellatur. Si antem profectio ſuſcipitur, ita ut uel adducas, uel præterducas: ordinc aut unius aut duorum, aut trium, aut quatuor laterum incedet. Vnius, cum ab uno duntaxat latere metus inſtat: duorum uerò, cũ à duobus locis: trium, eum à tribus: quatuor, cum hoſtilis aggreſſio ab omnibus partibus formidatur.

*Nõ licere bis eadem de re iudicium adipiſci.*

παραγραφὴ.) Præſcriptio, ſiue execeptio, aut, ut Iuriſconſulti dicunt, declinatio fori eſt, cum quis non de re controuerſa, & antè in iudicium adducta, & de qua ſententia lata eſt, dicit: ſed denuò de ea iudicãdum eſſe negat: legesq́ potius iudicibus recitat, quæ ſæpius eâdem de re iudicium fieri uetant. Nihilominns tamen & ipſa de re uerba facit: ut iudicib. oſtendat, eos qui antea de cauſa indicarint, & iuſtè & ex legibus pronunciaſſe. Hæc igitur eſt præſcriptio: atq; etiam ea de cauſa dicitur, de qua legibus nihil eſt conſtitutum, & in qua nemo eſt qui det actionẽ: ut in aliis cauſis fieri ſolet, quarum ſingulæ à ſuis magiſtratibus in iudicium adducuntur. Præſcriptione igitur uti licet iis etiam, quibus erimẽ aliquod intenditur, de quo lex nulla extat.

*Aequitatis cauſæ in ...eorias demonſtratio. Cauſa, de qua lex nulla extat.*

παράδειγμα.) Paradigma, imago ſiue character ſenſibilis rei. Sciendum, aliud eſſe exemplum, aliud parabolam. Exemplum eſt, cum ſimile ſimili confertur: ueluti rationis capax rationi capaci. Parabola, cum diſſimile diſſimili: ut bruto rationis particeps comparatur, aut cõtrà. Vel, Exemplum eſt, oratio à ſingulis ad uniuerſa, aut demonſtratio quæ indiuiduum per ſimile indiuiduum probat.

*Inductionis & exempli diſcrimen.*

παράδειγμα.) Exemplum & Inductio ſunt diuerſa. nam Inductio eſt, à ſingulis ad uniuerſa progreſſio: Exemplum autẽ eſt ſimile, & notius ſimili, & minus noto. Quapropter Inductio per unũ non fit: exemplum aũt per unũ fieri poteſt: Inductio Dialectico eſt familiarior, exemplũ Oratori. Sed tamen & Dialecticus exemplis utitur ob perſpicuitatem orationis, ſi nõ ſit dilucida: cuiuſmodi eſt interrogatio per ſimilitudinem. Huinſmodi enim quæſtio eſt paradigmatica: Eſt'ne contrariorũ eadẽ diſciplina, ſicut & ſenſus? Exempli aũt & parabolę hæc eſt differentia.

*Exempli & parabolæ diſcrimen.*

Exemplum uidetur eſſe factum aliquod, quod ad oſtendendum aliquid nondũ factũ adducitur, proptereaq; Incertũ. Parabola autem imago eſt, ſimilitudinem cum re facta oſtendens. Sciendum, exempla non ab omni parte ſumi, neque cum propoſitis rebus congruere. alioqui enim exempla non eſſent, ſed res eadem. Sed deligendum eſt nobis id quod expedit, & cuius cauſa adhibitum eſt, reliquis neglectis omnibus: cuiuſmodi eſt Patriarchæ illud, cũ de Seruatore loquitur: Cũ recubuiſſet ut leo. Nõ omnia accõmodamus Chriſto, ſed uim inexpugnabilem & formidabilem & regiã intelligimus: immanitatem autem, & ſi quid alind leoni ineſt, omittimus. Et cũ dicit, Occurram illis ut urſa cui catuli ſunt ſurrepti: ſolam ulciſcendi cupiditatem intelligemus, nec quicquam aliud eorum quæ urſæ inſunt.

*Exemplorum accõmodatio.*

παράδεισος.) Paradiſus. Cum Deus ex uiſibili & inuiſibili creatura formare hominem uellet, ſecundum ſuam imaginem & ſimilitudinem, tanquam regem aliquem, & principem totius terræ, & eorum quæ in ea ſunt: præparauit illi quaſi regiam quandam, in qua degens, beatã & ſelicem ageret uitam. Et hic eſt diuinus paradiſus, Dei manib. in Edem plantatus (Edem autem autem, uictum ſignificat) in Oriente ſitus, omni terra altior, & temperatus, aere ſubtiliſſimo & puriſſimo reſplendẽs, arboribus ſemper uirẽtibus ueſtitus, fragrantia & lumine plenus, omnis uenuſtatis ſenſibilis & pulchritudinis cogitationem ſuperans. Ac nonnulli quidem Paradiſum ſenſibilem eſſe putauerunt: quidã intelligibilẽ. Cæterùm mea ſententia, quemadmodum homo ſenſibilis & intelligibilis ſimul conditus fuerat: ſic & huius ſanctiſſimũ nemus, ſenſibile ſimul & intelligibile, & duplici ſpecie eſt præditũ. Corpore quidẽ, in diuiniſſimo loco & elegantiſſimo (ut dictum eſt) degens: animo aũt, in ſuperiori, incõparabili, & longè pulcherrimo uerſans loco, & Deũ habens domiciliũ atq; incolam, eundemq́; glorioſum indumentum, & gratia eius amictus, & ſolius dulciſſimi ipſius cõtemplationis fructu fruens, qui uelut angelus quiſpiã hac aleretur. Quod & lignũ uitæ eſt appellatũ: Dulcedo enim diuinæ participationis, iis qui eã conſecuti ſunt, uitã quæ morte non interrumpitur, impertit. Id quod & omne lignũ Deus uocauit, cũ, De omni ligno (inquit) quod eſt in paradiſo, edito (ipſe enim eſt O M N E, in quo & per quem Omne eſt conſtitutum) Boni aũt & mali ſcientiæ lignum, eſt multiſariæ contemplationis perſpicientia. hæc aũt eſt

*Vt hominẽ, ita & paradiſum eſſe duplicem.*

*Lignum ſcientiæ boni & mali.*

eſt propriæ naturæ notio, pulchra quidē in perfectis, quiq; in dinina cōtemplatione uixerunt (per ſeſe magnificentiam opificis promulgans iis, qui mutationem non timent, quòd progreſſu temporis, habitū ex iſta cōtemplatione ſibi cōparauerunt) adoleſcentibus autem, & qui curioſiori ſunt ingenio, nō bona. Quos propter inconſtantiā perſeuerationis in bono, & infirmum ſolius boni ſtudium, corporis ꝓprij cura & diligentia ad ſe ꝑtrahere & rapere ſolet. Sic duplicem arbitror eſſe paradiſum: & uerè diuini patres, ſiue hoc, ſiue illo modo docuerint, docuerūt. Paradiſus aūt dicitur à δεύω, id eſt irrigo. inde uerbale δεῦρος, murato υ in ι. Alij deducunt παρὰ τὸ τὴν δρέπειν πόαν, à collectione herbarum.

Aetymologia.

παρέδραξαν.) Occuparant anguſtias, ſperantes ſe impetum facturos, illis non opinantibus.

παραδοῦσι.) Cōcurrit deinde Iudæorū concilium, ut opificem & conditorem omnium rerum morti traderent.

παραδύομαι) Prouerbium: cum pauperes diuitum cœtui ſe immiſcent.

παραζήλου.) Ne æmuleris improbū, cui res ſecundæ ſunt.

παράθερμος.) Cum natura eſſet audax & mobilis, multa inſani inſtar admiſit: tantum ſtulticia ſuperans alios, ut neq; euentu doceretur, ſe in ipſo (quod aiūt) limine impegiſſe.

παράθεσις.) Cum animi ſui erga eos qui ſe ipſius fidei cōmiſiſſent, ex comparatiòne ſpecimen edere uellet: contumaces obſidebat. Non poſſe quicquam melius cum eo comparari.

παρακαταβολὴ.) Addirio decimæ partis ę̈ſtimatæ litis. Qui actionem inſtituebant aduerſus Rempublicam, de publicata pecunia quorundam, & qui de hæreditatibus aut pupillorū bonis aduerſus homines priuatos litigabāt: aliquid pecuniæ deponebant, & hac priuabantur, ſi cauſa cecidiſſent. Ac in cauſis publicis conſtat, quintam partem controuerſæ pecuniæ deponi ſolitam eſſe.

παρακατεῖχον.) Legatos dolo circumuētos detinebāt, ut populū cōuocaturi.

παρακεκινδυνευμένων.) Ariſtophanes: Fœcundū poëtam nō reperies amplius. id eſt, naturalem, non coactum, aut qui aliqnid ſnblime dicat. ut eſt: ut Aethera Iouis ædiculam, aut Temporis pedem, aut Animum qui per ſacra quidē iurare nolit, ſed linguam quæ priuatim peierarit. Euripides: Iuro ſplendidum æthera, domicilium Iouis. Et: Alexandri & tēporis ꝓcedebat pes. & ex Hippolyto: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος: Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

παρακινοῦντες.) Nō ita uæcordes ſumus atque attoniti: ſed magnitudine malorum huc redacti.

παρακόψας.) Mortuus eſt mero multo exhauſto, & delirus, natus annos 75.

παρὰ κωφὸν ἀποπαρδεῖν.) Apud ſurdum crepitum edere. Perſpicua eſt prouerbij cauſa. non enim audit ſurdus. Dicitur de iis qui non ſentiunt.

παρακρουσάμενος.) Liberos nobiliſſimarum familiarum deceptos urbe eduxit.

παράκρουσιν.) Cū perfidi eſſe uiderētur Samnites, & pto ratione calamitatū ad decipiendum uictorem ferire fœdus: adeò nullā pactionē impetrarunt, ut irreconciliabile ſibi bellum conflarint.

παράλλαξιν.) Mutatio, quæ paulatim fit, efficit ut tota natura mutationes ferat: ut in anni temporibus.

παραλλάττουσι.) Alter alterum præterit, itinerum diuerticulis deceptus, Procopius & Valens imperator.

παράλληλον.) Cū ex utraq; parte ad mœnia, q̄ iā collapſura uidebant, cuniculos egiſſēt ſub terra, aduerſariis occurrerūt.

παράλογον.) Reliqua multitudo rē inopinatam cum animis ſuis reputantes, inſtitutū illi⁹ furioſum eſſe iudicabat. Procopius: Romani magis obſtupuerūt, minusq; crediderunt ea quæ fiebant, quàm ij qui mirabilia ſomnia cernunt.

παράλογος.) Thucydides: Atheniēſes prorſus abiecerāt animos, neq; quicquā minus expectarāt. Multò etiā magis expeditionis eos ſuſceptæ pœnitebat.

παραλόγως.) Nemo fuit qui nollet, ſe ſpectatorem fuiſſe tanti tamq; incredibilis apparatus.

PARALVS, nauis Salaminia. Hę fuerunt triremes ſacræ & publicæ: quæ cum celeres eſſent, ad uſum Reipub. mittebantur, tanquam expeditæ miniſtræ. Harum altera ſpectaculis & ſacrificiis, altera Reipublicæ ſeruiebat, Athenienſes mittunt paralum, ut Alcibiadem ad iudicium arceſſant.

Nauis Parali & Salaminia.

πάραλος.) Nomē parali ab heroe quodam factum illi naui: eaq; de cauſa quaternos obolos accipiebant, qui in ea nauigabāt, ijq; maximam anni partem domi manebant: atq; etiam aliis commodis è publico fruebantur.

Athenienſium nomina. πάραλοι.)Paralli dicuntur, qui oram maritimam Atticæ accolunt: ſicut alij Pediaſij, quaſi campeſtres: & Diacrij, id eſt montani.

πάραλος.) Paralus tritemis ſacra nocabatur, quæ continenter urgentib. Reipublicæ negociis inſeruiret, & ducem peregrè accerſeret, ut Alcibiadem ex Sicilia. Dicitur eadem Salaminia: poſtea etiam aliæ duæ acceſſerunt, Antigonia & Demetriaca.

παράλων.) Attica olim in quatuor partes diſtributa fuit. Pandion enim (δεξάμενος, ſ. διαδεξάμενος, cū Cecropi ſucceſſiſſet) ſuſcepto Cecrope, & Megarico agro in poteſtatem ſuā redacto: regionē liberis ſuis in quatuor partes diſtribuit: Aegeo ſuburbana uſq; ad Pythiū, Pallanti maritimam oram, Lyco montanā, Niſo Megaricum agrum.

παραλοῦμαι.) Vnà lauor: prouerbialiter. Solebant enim olim pauperes unà cum diuitibus lauare, eorumq; ſpongiis uti.

παραλῦσαι.) Volebat reſocillare, & fatigatione milites ſuos leuare. Simocatus: Illi ademptis armis, non poterāt explere iracundiam ſuam.

παρανάλωμα.) Macrinus imperator, cum ſe luxurioſæ & delicatæ uitæ dedidiſſet, obiter cædes etiam miſcebat hominum inſontium.

παράνοια.) Reum'ne patrem delitij peragam?

Philippus Amyntæ F. παραπαίει.) Dixit ſe ad hoc negociū eo potiſſimū fuiſſe impulſum, quòd Europa nunquam talem uirū genuiſſet, qualem Philippum Amyntæ filium.

παραπέμπει.) Mundum hunc potius tranſmittunt in futurū: id eſt, ex hac uita morientes migrant in æternam.

παραπεπληγμένα.) Quæcūq; fecerint, tanquam ebriorum furores ſunt.

παραπίπελοι.) Triremes erāt ſplēdidæ, roſtris argēto, puppibus auro exornatis.

παραπηγμα.) Vis'ne plebeiā regulam, q̃ cor penetret, aduerſus mortē ut dicā?

παραπλῆγας.) Aelianus: Ille non ferēs eius deliria, rabidæ uerborum inſaniæ ſilentium impoſuit.

παραπλὴξ.) Ad hominem uæcordem ingreſſus, Scortis & aleæ objicior: inquit Plutus.

παραποδίζειν.) Polybius: Ea loca cum ſenticoſa ſint, ueſtes implicare, & armorum uſum impedire.

παραπολὺ.) Dexippus: Multū aberat, ut quietis & ocij ſuaſionib. obtemperarent.

παραπρεσβεία.) Falſa legatio, cum legatus aliquid agit extra ea quæ in mandatis accepit. Rex, ut par erat, ſuccenſuit: & falſæ legationis reus agebatur Ioannes, ut qui eam non è Repub. obiiſſet.

παρασάγγης.) Paraſanga, genus menſuræ Perſicæ, 30 ſtadia continens.

παράσημος.) Id dictum ſuſpectū erat, & exilium ſignificare uidebatur.

παράσημος ῥήτωρ.) Adulterin⁹ orator: Demoſthenes pro Cteſiphonte. id eſt, q utilitatem Reipub. non ſpectat.

PARRASIVM pictorem fuiſſe, ſatis conſtat. Filium & diſcipulum Euenoris eum eſſe aiunt, genere Epheſium.

παράστασις.) Alacritas animi ad recuperandā libertatē inuaſit populū. Quāobrem alij alios miſerabantur. Et: Romani ꝓpter robur corporis, & animi magnitudinē propè totum orbem ſubegerunt.

παράστασις.) Eſt drachma, quā litigatores in priuatis cauſis pendūt. Ariſtoteles in Athenienſiū Repub. de Theſmothetis loquēs ait: Actiones ad eos deferūt, ob quas drachma pēditur, ut ꝓpter peregrinitatē, & eius criminis per largitionē abſolutionē, ob falſam inſcriptionē, ob falſam citationē, ob inſidias, ob non inſcriptū nomē, ob adulteriū. Demetrius uerò Phalereus in libris de Legumlatiōe, arbitros accipere ſolitos drachmas illas ait, unā in citatiōe q̃ paraſtaſin dicerēt: alterā in quolibet iuramento calumniæ.

παραστάται.) Præſtites, manipuli eiuſdē iugi, qui præſunt cornibus: & epiſtatæ, q tertium in regendis his locum tenent, quia propè ſeſe ſtant.

παραστατεῖν.) Ariſtoph. in Pluto: Vt nobis dij præſtò ſint, quamuis mulieribus.

παραστάτης.) Eunapius: Cū longè à ſe inuicem diſtarent, ſecedere iuſſit, ne fortè tinnirent arma, neq; ab aſtire atterrerē tur, neq; in eo, qui illa geſtabat propter compreſſionem reſonarent.

παραστωροῦντες.) Recta ligna iuxta deſcenſum & mediū erigētes: alij trāſuerſis firmātes, & tegetes materiæ ſubijciētes, mollierūt præcipitiū & lubricitatem.

παραστήσομαι.) Aſtabo corā te, In cōſpectu tuo ſtabo, mane aſtabo. Hoc iis dicere cōuenit, qui Eliæ more uixerūt, & perturbationibus ſuperiores extiterunt.

παραστησάμενος εἰς κρίσιν.) Accuſator nomine & ſigno ſuo tabellæ inſcripto, per miniſtrum crimen tradit aduerſario.

παρατετολμηκότες.) Audacter inuaſerunt, ſalute prorſus deſperata.

παρα-

*παρατεῖναι.)* Eubœã noui à nobis & à Pericle attritam eſſe.

*παρὰ τὴν αὐτῶν φύσιν.)* Tyranni præter ingenium ſuum ueriti ſunt ſacrificulam ullo malo afficere.

*παρατίλλεται.)* Mœchis pauperibus ea pœna ſtatuta erat, ut raphanis pungerẽtur, & pili podicis eis euellerentur: idq; publicè patiebantur: diuites uerò pecunia numerata dimittebantur. Ariſtophanes in Pluto: Ille in adulterio deprehenſus, propter te non uellitur. E naribus aut ulnis pilos euellunt, qui dum aliquid expectaut, tempus dubitatione & deſperatione conſumunt, non aſſecuti propoſitum ſcopum.

*παρὰ τόπον.)* Ex imperitia, atq; etiã propter æſtus maris, in loca mala inciderũt.

*παρὰ τοσόνδε.)* Ad tantã redacti ſunt egeſtatẽ reb. aduerſis, ut uenatu alerentur.

*παράφορος.)* Vnà cum illis inſaniẽtes, & ueſana iſta ambitione, peſſima dæmonum, incenſi, perierunt.

*παραχορδιεῖς.)* Nihil addito, ſed quę dicenda ſunt cautè dicito: ne quid eorum quæ demonſtranda tibi ſunt, deprau es.

*παραχωρῆσαι.)* Solio cedere quibuſuis.

*παρεγχείρημα.)* Dexippus: Omnes ad rẽ gerendam erant incitati.

*πάρδαλις.)* Ariſtophanes: Nulla bellua muliere inuictior: nec ignis, nec æquè impudens ullus pardus.

Admonitio. *παραίνεσις,* Præceptio, uel admonitio. Paræneſis à conſilio differt. Paræneſis enim cõtradictionẽ nõ admittit: ut ſiquis dicat, numẽ eſſe colendũ. nemo enim repugnat huic paræneſi, niſi inſanus. Conſilium. Conſilium aũt contradictionẽ admittit: ut ſi quis dicat, eſſe belligerãdũ. multa enim eſſe ex bello emolumẽta. alius uerò neget gerendum bellum: quòd multa ſint belli incommoda: ut ſtrages, captiuitas, uulnera, urbium excidia.

*παραιρήσασθαι.)* Thucydides: Cõſciuerũt ſibi necem alij funibus lectorum, alij ueſtium laciniis ſeſe ſuſpendentes.

*παραιρεῖσθαι.)* Quorũ nos ijs ueniam dare nullo modo poſſumus, magnitudine ſcelerum miſericordiam negante.

*παραιτεῖσθαι)* Artaxerxes Cyrum occiſurus dimiſit, Paryſatide apud eum intercedente, & prætutam ei cuſtodiente. Ille Dercetęum à morte liberat, apud matrẽ pro eo intercedens. Amicis deprecatis, criminis eum abſoluit.

*παρῃτεῖτο.)* Is cũ ueniſſet, deprecabatur Perſam. Cũ aũt nihil eorũ quæ petierat, impetraſſet, ipſe ſoluit. Herodotus.

*παραιτησάμενος.)* Aurũ reſtituit, quaſi Dei iram illo placaturus: ignorans homo fatuus, quid ſibi perpetiẽdum eſſet. Nam mens deorũ non ſubitò mutatur.

*παραιτεῖν.)* Perinde iſtud eſt, ac ſi quis nomine dato in ludis gymnicis, cũ pugnaudum eſſet, ueniam peteret à ſpectatoribus, ſi non pugnaret.

*παρέβαλεν.)* Homines turbis obiecit, ut cum omni contumelia comprehenſi, in uincula ducerentur.

*παρέδωκε.)* Tradidit eos, inquit Apoſtolus, in reprobam mentem: hoc eſt, permiſit eos peruerſitati ſuæ.

*πάρεδρος.)* Ariſtoteles in Repub. ait: Aſciſcunt etiã aſſeſſores & pretor & polemarchus, binos uterq;, quos uult: & hi explorãtur in iudicio, priuſquã aſſideãt: & rationes reddunt, cum aſſederint.

*παρεθέντος.)* Ille in periculis uerſatus, corpore reſolutus eſt, & moleſta morte tandẽ periit. Ioſephus: Dextræ eorũ multitudine hoſtiũ ſunt defatigatæ. Ac illis quidem uniuerſus metus eſt ademptus, ſed ſingula crimina acerbè obiecta.

*παρέβαλε.)* Accepit urbẽ, nõ eam quæ tempore maiorũ fuerat: ſed anum landaliis indutam, & ptiſanam ſorbentem.

*παρεμβολή.)* Parembole & Parentaxis differunt. Parembole enim eſt, ſimilium interpoſitio: ut armatorum ad armatos; aut inermiũ ad inermes. Parentaxis aũt, diſſimiliũ: ut armatorũ ad inermes, aut inermiũ ad armatos. Eſt etiã parembole, cũ quibuſdã in prima acie collocatis, in interiecta interualla ex ſubſidiariis quidam rectà aduerſus illos conſtituuntur.

*παρεξηυλημένον νοῦν.)* Mens corrupta & imbecillis præ ſenio. Translatũ eſt à lingulis tibiarum. nam hæ attritæ dicuntur *ἐξηυλῆσθαι*, id eſt extibiatę (ſi ità liceret dicere) Ariſtophanes: Homines nihili, ſed mutos & perditos. Homerus: Mutum & ſurdum telum eſt uiri imbecillis.

*παρεπίδημος.)* Vita noſtra eſt pegrinatio.

*παρέργως.)* Ne illa quidem tumida ſũt, quæ obiter ab illo, tanquam egregio artifice dicta factaq; ſunt. Loquitur de Scipione Polybius. Decreuerunt Lacedæmonij, non negligere claſſem.

*πάρεσις.)* Appianus: Latini Romanos accuſabant, quòd ab lis quorũ fœderati & cognati eſſent, negligerentur.

*παρίει.)* Cum undecunq; cingerẽtur, præ hoſtiũ multitudine neſcierunt quò ſe uerterent.

παρεστηκότος.)Ille ad omnia impudens, colorem non mutat.

παρέχοντας.)Herodotus:Melius eſt aliquid facientes & ulciſcentes oppetere mortem,quàm ultrò præbentes iugulũ turpiſſimè interfici.

πάρει.) Quem ſermonem ad me habens amice acceſſiſti?Communem, rutum,iuſtum,ſuauem,utilem.

παρεῖαι.)Pareæ. Appellantur ſic ſerpentes quidam,quòd maxillas habeant maiores. Hyperides in oratione contra Demadē ait,Oratores ſimiles eſſe ſerpentibus.nam ſerpētes odioſos eſſe omnes: ex ipſis autem ſerpētibus,homines quidem à uiperis lædi, à pariis autem ipſas uiperas deuorari.

παρείκοι.)Miſſis equitibus qui excurrerent,ubi occaſio dabatur, cõmeatũ conquirebant. Maximè uos inſectabimur, quacũq; occaſione, quocũq; modò fieri poterit,ubi locus erit bello. Traianus decreuerat in primis,ſi liceret, gentē illã delere:aut ita ſaltem atterere, ut immodica eius ferocia reprimeretur.

παρείμην.) Sophocles : οὐκ ἂν παρείμην οἷσι μὴ δοκεῖ φρονεῖν, Non conceſſerim iis quibus deſipere uideor.

παρεὶς.)Neglectis rebus, abiectoq; animo,præ dolore decumbebat.

παρηγορίας.)In Epigrammate:Ludicra curant quæ animos exhilarent, & in uicis uagantur.

παρῆκον.)Nõ in omnia curioſius inquiremus:ſed uti res tulerit, uoluntates eorum,& uires explorabimus.

παρῄρητο τῆς ἐξουσίας ὅσον μέρος αὐτοῦ.) Magna illi pars adempta eſt poteſtatis.

παρῃρῆσθαι.)Gaudebat ille,pedeſtrē illis reditũ,ſoluta glacie, eſſe ademptum.

παῤῥησία.) Illi gladiis ſtrenuè graſſati ſunt. Oratores dicendi libertate utũtur, cũ inuehi in auditores uolũt:cũ inter dicendũ,eorum quæ quondam inhoneſtè acta ſunt,mentionē faciũt.ut Aeſchines cõtra Timarchũ:Nicodemus ab Ariſtagora uiolenta morte eſt peremptus: eruti ſunt miſero ambo oculi,& reſecta lingua,qua liberè loquebatur, fretus legibus.Et in oratione falſæ legationis: Decreui libertate uti,& ingenuè ſimul & uerè locutus,euadere incolumis.

*Candoris præmium.*

παρῃτεῖτο.)Se boues reſtituturũ pollicebatur,& malè excuſabat peccatum.

παρίας.)Aelianus:Oſtēditur etiã nunc ſub lapide Theopompi,more maiorũ proſitente eũ Epigrãmate,imago Parij ſaxi, & eſt ſimulacrum calamitatis ualde euidens.Lectus & ipſe ſaxeus.

παρία.) Aelianus : Quin & Parij ſaxi currum Baccho dedicatum, fabricã mirabilem ſuſtulit ſacrilegus.

παρῄτουν.) Obteſtabãtur Philippum, ne occaſionē amitteret,ne'ue ceſſaret.

παρίημι.)Si quis ueſtrûm caſtra ingredi audebit: ei concedã cõtra patriã loq.

πάριον.)Pariũ:nomē agri,à Paride,qui & Alexander,appellati. Illuc enim alendũ eum pater Priamus miſerat, cũ antea locus ille Amandrus diceretur,ubi Alexãder annos 30 uerſatus,& ingenio acuto præditus,omni Græca ſapientia eſt eruditus.Scripſit etiã orationē in laudem Veneris,maiorem eã eſſe dicens Minerua & Iunone. Venerem aũt cupiditatem dixit, è qua omnia mala hominib. oriuntur.Hinc fertur fabula,Paridem de Pallade,Iunone & Venere iudicaſſe,& Veneri pomum dediſſe,id eſt uictoriam. Cecinit & hymnum in eam, qui Ceſtus dicitur. Hanc belli cauſam fuiſſe ſcribunt. Completis enim trigintà annis,cum pater accerſitum ad ſacrificia miſit.Qui cũ Spartam ueniſſet,& Helenam reperiſſet, rapuit illam.

*Amander.* *Ingenium et eruditio Paridis.* *Iudicium Paridis.* *Venus, cupiditas.* *Ceſtus hymnus.* *Raptus Helenæ.*

παρ' ἵππον καὶ κόρην.) Ad equũ & puellã. Locus Athenis,ex eo dictus, quòd quidam ex genere Codridarum, Hippomanes nomine, qui & poſtremus imperauit,filiam in loco quodam cum equo furibundo incluſit, eò quòd clandeſtino concubitu uirginitatem ſuam læſiſſet, & equus puellæ uim intulit. A' quo παρ' ἵππον καὶ κόρην locum illum, in quo calamitas ea accidit,uocant.

παρίστασαι.)Sophocles:Aufers quæuis, & ui abripis:Et mihi urbem uacuam uiris,aut ſeruam putaſti eſſe.

παρίστασθαι.)Arrianus:Alexãder mandauit,loca in itinere obuia uel ui expugnare,uel deditione occupare. Et Damaſcius: Pecuniã nõ temerè largiebatur, neq; pecuniã iuſtè debitã contemnere ſolebat, ſed arguebat,& conquirebat, fraudatores etiam iudicio perſequens.

PARTHENIVS,Heraclidis & Eudoræ F.Hermippo autore, Tithæ F. Nicænus, aut Myrleanus,elegiaci & diuerſorũ carminũ poeta,captus eſt à Cinna, cum Romani Mithridatē debellaſſent:poſtea manumiſſus propter doctrinã, uixit uſq; ad Tiberiũ Cæſarem.Scripſit elegias in Venerem,Aretes uxoris epicedion, Aretæ encomium 3.libris,& alia multa.

Par.

Parthenius Chius uerſificator, Theſtoris F. cognomento Chaos, ab Homero oriũdus. Scripſit de Theſtore, patre ſuo.

Erechthei filiae. παρθένοι.) Erechtei filias Parthenos nominarunt, & (pro ἐπιμώρησαν, lego ἐτίμησαν) coluerunt, numero ſex. Fuit autem natu maxima Protogenia, altera Pandora, tertia Procris, quarta Creuſa, quinta Orithyia, ſexta Chthonia. Ex his Protogenia & Pandora mactandas ſe pro patria obtuliſſe dicũtur, exercitu ex Bœotia profecto. Immolatæ autẽ ſunt in pago qui dicitur Hyacinthus, ſupra Sphendonios. Qua de cauſa etiã uirgines Hyacinthides uocantur: ut Phanodemus in quinto Atticæ hiſtoriæ, honorẽ eorum memorans, teſtatur: & Phrynichus in Monotropo.

*Virgines bu mane.* *Hyacinthides.*

πάρθοι.) Parthi, Perſica lingua Scythæ: quos Seſoſtris, Aegyptiorum rex, in coloniam deduxit, Aſſyrijs ſubactis.

PARMENIDES Pyretis F. Eleates philoſophus, diſcipul⁹ Xenophanis Colophonij: aut, ut Theophraſtus, Anaximandri Mileſij. Succeſſerunt illi, Empedocles cùm medicus tum philoſophus, & Zeno Eleates. Scripſit Phyſiologiam uerſibus, & alia quædam ſoluta oratione, quorum Plato meminit.

Parnes ſiue Parnetium, mons Atticæ, copiam lignorum ſuppeditans.

παρνάσιοι.) Parnaſſus mons Phocidis, Apollini & Baccho ſacer.

πάρνοψ.) Locuſtæ genus. Alij apes ſylueſtres, alij culices appellãt. Ariſtophanes: Ille uociferatus comparauit ſeſe culici, cum pallium amiſiſſet, ficulna folia: Et rurſus: Quãta multitudo culicũ accedit? Militum multitudinem ſignificat.

πάροδ☉.) Biduò cò peruenit, non tamẽ ſtatim aditus illi patuit: ut & ipſa mora Romanis oſtẽderet barbarus, ſe legationem non deſideraſſe.

παρὼν.) Ille indignatus, magnũ malũ iudicauit, niſi poteſtas ſibi daretᷓ, cũ liceret labore nullo uictoria totius belli potiri.

παρεπελίσας.) Quater mille ademptis armis, agro aſſignato tus colere iuſſit. Et rurſus: Cum (for. ἰσαύρους) iſombris iterũ arma ademiſſet, catenis uinctos in Romaniam ablegauit.

παρεγγύησιν.) Meritò uidebãtur Carthaginenſes armorum traditionem ſuſpectam habere.

παρορκῆσαι.) Appianus: Cõtinuò iritarũt Britannos ad periuriũ: criminì dãtes, ꝙ fœdere icto, adhuc adeſſet exercitus.

παρ' ὅσοι.) Cũ ſigna formæ uidiſſet uaſtata, cum ſuſpitijs tantam mutationem deplorauit.

παρουσία.) Crates: Suauem agentes uitam, & opibus affluentes.

παρ' οὐδὲν θέμεν☉.) Decepto illo, & fœdere conculcato, & iureiurando pro nihilo habito, Alexander Pelopidã in carcerem coniectum cuſtodijt.

πάροχ☉.) Ariſtophanes in Auibus: Venuſtus CVPIDO, aureis fulgens alis, habenas tenebat uerſatiles, nuptiarum Iouis comes.

παρῳδία) Parodia dicitur, cũ à tragœdia ſermo ad comœdiã demittitur. cuiuſmodi eſt illud apud Euripidẽ: Dignũ eſt Græcia, &c. & apud Ariſtophanem.

παρὼν ἀπόδημεῖ.) Præſens abeſt. De ijs qui cogitatiõe alijs in rebus occupanᷓ. Ariſtophanes: Mens tua præſens abeſt.

παρώνησεν.) Cambyſes Cyri F. in Aegyptiorum deos contumelioſè eſt inuectus, atq; inſanijt: & femore uulnerato atq; inflãmato malè habuit, & acerbiſſimè uitã finijt, ut Herodotus ait. Et: Hæc quidẽ petulanter egerũt, barbarico furore & rabie. Dederũt itaq; pœnas nõ pœnitẽdas, capta enim eorũ urbs eſt. Et: Ille Iouis & filias, quãũ in ipſo fuit, uiolauit.

*Cambyſes iratus.*

παρωνυχία.) Paronychia, herbæ genus, cò dicta, ꝙ unguiũ incõmoda curet. uis eius tenuis eſt, & ſiccans, neq; mordax.

παρὰ πόδα.) Si te Iuſticia eueſtigiò uindex ulta non eſt, reuertetur illa, & duplices à te pœnas exiget.

*Vindicta.*

παροικία.) In uita hac Inquilini ſumus.

παροιμία.) Parœmia, prouerbiũ. Quid eſt Parœmia? oratio utilior. abuſiuè autem, omnis expolitio, alieni aliquid referens: Aut, parœmia eſt oratio obſcura, quæ per aliam perſpicuam ſignificatur.

παροινικώτατ☉.) Fuit eorũ q̃ adfuerũt lõgè petulãtiſſim⁹, q̃uis adeſſet Hippolyt⁹, Antiphõ, Lycõ, Lyſiſtrat⁹, Theophraſt⁹, Phrynich⁹. Ex his õnib. fuit nẽo co petulãtior. ut ẽm multis bõis repletus fuit: ſtatim inſiliuit, ſaltauit, pepedit, deriſit.

παροίνιος.) Ariſtophanes: Nunquã ego illũ recipiã, neq; unꝗ apud me Harmodiũ canet, q cõtumelioſ⁹ eſt. In cõuiuiotũ cõgreſſib. carmẽ quoddã canebãt, qđ Harmodius dicebaᷓ, cuius initiũ: Chariſſime Harmodi, nequaquam ſcilicet mortuus es. Cantabãt aũt id in Ariſtogitonẽ & Harmodium, ut qui Piſiſtrati tyrannidem ſuſtuliſſent. Fuerũt & alia carmina, ut quod dicitur Admeti & Lamponis.

Sententia eſt: nunquam apud me conuiua erit, quia contumelioſus eſt.

παρυσάτις.) Paryſatis, mater Cyri.

πᾶσα γῆ πατρίς.) Quæuis terra patria: Prouerbium. Ouidius: *Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor, Vt uolucri uacuo quicquid in orbe patet.*

πάσσαλος.)

*Explicatio ſomnij.*

ἥλους κρατῶν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν βλέπε. *Clauos tenens ſtimulos hoſtium caue.*

τὸ πάσητος ἡμιωβόλιον.) Paſetis ſemlobolus. Paſes autē hic mollis fuit naturâ, ſed omnes mortales magia ſuperauit: adeò ut ex incantationibus eius, & cœnæ ſumptuoſæ apparerent, & miniſtrantes quidam. Habuit autem ſemiobolum ex (ἐκ μνᾶς αὐτῷ πεποιημένον. f. ἐκ μαγείας magicè) mina à ſe factum, quem cum uendentibus, à quibus emere aliquid uolebat, daret, cum uolebat, ad eum redibat. Meminit eius etiā Apion grammaticus, in libro de Mago.

πάσῃ τέχνῃ ἢ μηχανῇ.) Omni arte aut machina, pro quouis modo. Ariſtophanes in Lyſiſtrate: Nec ſi ocioſus fueris, omni arte eum ad ueſperam ueneris, illi glandem inſeres.

πάσχειν.) Alteratio, & in uniuerſum pati, eſt duplex. alterū enim ad corruptionem, alterū ad perfectionē perducit. Patitur enim & diſcipulus à magiſtro, & alteratur: uerùm nō ad corruptionem, ſed ad perfectionē ducitur. Quod enim facultate in eo eſt, producitur in actionē. Sic & ſenſus alteratur & patitur à ſenſibilibus, & ad perfectionē ducitur, atq; ex facultate ad actionem promouetur.

*Magiſter obſtetrix, diſcipulus parturiens.*

PATTAECION, uir ſycophātia ſeſe ſuſtentans, & aduerſari florentibus adoloſcentibus ſtudēs. Perſtringebatur etiā ut fur, & parietum perfoſſor: & à Comicis hoc nomine exagitatur.

πάταικοι θεοί. Pattæci dij (Phœnicij) purpurei, in puppib. collocati. Aurea ornamēta pura ἄπεφθα pura, Pattæcis ſimilia.

πατάξει.) Cū Propheta dicit, Percutiet terrā ſermone oris ſui: nō de terra, ſed de peccatis loquit̃. ut, Facta eſt terra omnis labrū unum: de peccatis. Et Abraham ſe ipſe extenuans: Ego ſum terra (inquit) & cinis. Et: In uita eius ad nihilum redacta ſunt inteſtina eius. de uentre loquens.

πατασσούσῃ.) Dexippus: Dux ad omnē nuncium erat perturbatus. nā præ innata timiditate, & rei militaris imperitia, arrectis aurib. oculisq; perturbatis, corde palpitante, ſemper ſe aliquid auditurū ſperans, fugā parare populo uiſus eſt.

πατῆσαι.) Ariſtophanes: Indoctus es, & non curioſus, nec Aeſopum triuiſti. De idiotis.

PATRICIVS floruit ſub Iouiano imperatore. fuit ex Lydia, qui ex apparentium aut conſequentium ſignorū coniectura accuratus cenſor fuit.

πατρίκιος.) Patricius, pater Reipub. Mittit legatos, ſenatorij ordinis principes uiros: erāt enim patricij. Et: Imperator Theodoſius ex ira aduerſus Antiochū præpoſitū, læſæ maieſtatis reū, edicto uetuit, ne q̃s eunuch⁹ inter patricios locum haberet. Quapropter prępoſitus honore eſt priuatus: & publicatis bonis, in ſacerdotum collegium cooptatus.

*Priuilegium eunuchis regatum.*

ἐκ πατροκλέους.) E' Patroclis ædibus. De ſordidis & ſquallidis. Patrocles enī fuit Atheniēſis admodū locuples, ſed malæ uitæ, auarus & ſordidus, q̃ præ parſimonia neminem ad ſe admittebat, ob pecuniam ſeruandā, & tenacitatē. Plutus ergo interrogatus, unde iret? reſpōdet, A' Patrocle, qui non lauit ex quo natus eſt.

πατρονομούμενοι.) Qui leges à maioribus traditas obſeruant.

πατρῴων.) πατρῷα dicunt Oratores, cū uerba faciunt de pecunia aut locis: πάτρια uerò inſtituta, & ritus, & myſteria, & feſta: πατρικόν, cū de perſona loquuntur. ut: Hic honos illi habitus eſt, quòd paternus eius amicus eſſet.

παῦε.) Deſine deſine domine Mercuri. nam Cleoni defuncto conuiciabatur. Mos autem fuit ueteribus, defunctis nō maledicendi.

παῦσις κακοῦ κακὸν μεῖζον.) Quies ſeu amotio mali maius malum. Quia in malorum delectu minus eſt deligendum.

PAVLVS Aegineta medicus, ſcripſit libros medicos diuerſos.

Paulus Tyrius, orator fuit tēporibus Philonis Byblij, qui ſub Adriano imperatore cum legatum egiſſet, metropolim Tyrum effecit. Scripſit artem Rhetoricam, progymnaſmata, declamationes.

Paulus philoſophus, ſcripſit introductionē Aſtrologiæ, & de effectib. ſiderū.

Paulus Germinus, ſophiſta, ſcripſit li. 2. orationē de dono Iphicratis, eſſe Lyſiæ: cōmētarios in reliquas Lyſiæ oratiōes.

Paulus Aegyptius, ex urbe Lycorum, ſophiſta, filius Beſarionis, qui & Didymus dicitur. fuit ſub imperatore Cōſtantino: ſcripſit commentarium.

Paulus, fuit Manentis ęqualis, genere Samo-

*Samoſateni & Manichæorum contrariæ ſectæ.*

Samoſatenſis, Antiochiæ magnæ præſul, qui nudum hominem eſſe Dominū per blaſphemiā dixit: & ſicut in propheta unoquoq;, ita etiam in illo diuinū uerbum habitauiſſe. Vnde etiam duas naturas diuiſas & ſeparatas à ſeſe, omnino eſſe in Chriſto: tanquam Chriſtus aliud quid ſit, & aliud in eo habitans Dei uerbum. Hæ primę origines ſunt, cur una natura & duæ, malè & ominoſè in Chriſto dicantur, altera ad diuinitatem, altera ad humanitatem tollendam.

Paulus cum Chryſantho Nouatianæ eccleſię prçſul, fuit primùm Romani ſermonis magiſter. Relicto aut labore grāmarico, ad uitam monaſticam ſe contulit: & inſtitutis uirorum bonorum monaſterijs, non aliter ætatē exegit, quàm qui in ſolitudine degunt. Talis fuit, quales Euagrius ait monachos in ſolitudine uiuere. Nam in omnibus eos conſtanter imitabatur: frequens ieiunium, pauca loqui, abſtinentia ab animatis. Plerunque etiam uino & oleo abſtinuit. atq; etiā in pauperes, ſi quiſquā alius, liberalis fuit: captiuos ſedulò uiſitauit. Sub hoc Iudæus quidam, qui Chriſtianiſmum ſimulabat, eſt deprehenſus.

*Conſtantius Pauper.*

πάυπερ.) Conſtantius, magni Cōſtantini pater, dicebatur Pauper, quod frugaliter uiueret: adeò ut nec uaſa argentea multa admodum haberet, nec quicquā aliud delicatum, ſed in ſacris & publicis feſtiuitatibus hominum priuatorum argento & ſtratis ornaret regiam.

*Menelai Laconiſmus.*

παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ ὀ πολύμυθος.) Pauca quidem, ſed planè arguta: neq; enim multiloquus erat. Homerus. Et Ariſtophanes: Parum moleſtus, multum iucundus fuiſti.

PAVROLAS, filius fuit Phalaridis Agrigentinorū tyranni, ex Erythea uxore.

PAVSANIAS, Lacon hiſtoricus, ſcripſit de Helleſpōto, Laconica, Annales, de Amphictyonib. de feſtis Laconicis.

Pauſanias Cæſarienſis ſophiſta, æqualis Ariſtidis, cuius Philoſtratus in uitis Sophiſtarum, ut inepti oratoris, meminit. Scripſit de Syntaxi librū unum, Problematum librum unum, & alia.

*Inſcriptio tripodis.*

Pauſanias, Cleombroti & Anchitheæ F. Lacedæmoniorum rex, poſt Platæenſem pugnam tripode Apollini dedicato ſubſcripſit: GRAECORVM imperator, poſtquam exercitum Medorū perdidit Pauſanias, Phœbo monumentum hoc dedicauit. Cum autē Medis fauere cœpiſſet, ab Aegyptijs & Phœnicibus Byzantij eſt ſtipatus, & uictu & menſa uſus Medica: uxoremq; ambijt Xerxis filiam, ut regno Græciæ poriretur. Cū autem in ius eſſet uocatus, & condemnatus, confugit in delubrum Mineruæ.

*Studium Medorum.*

*Laterum.*

Mater autē eius prima laterem collocauit ad introitum, deinde reliqui, atq; ita intus obijt. corpus uerò eius in Ceadā barathrum abiecerunt, & Epigrāma de Tripode aboleuerūt, & urbes inſcripſerūt. Græci etiam, propter eum, ad Athenienſes defecerūt. Cum peſtis in urbe graſſaretur, erecta Pauſaniæ ſtatua, remiſit.

*Peſtis.*

PAVSON & Irus, nomina pauperū. Aeſculapius Pauſonem & Irum, & quēuis alium inopem ſanauerit. Ex oculis enim quidam laborabat. deinde illi aſtitit Aeſculapius, iuſſitq́, apti pinguedine aceto liquefacta inungere oculos. Is cum rem cū ſuo medico communicaſſet: Ille cauſas afferre conatus eſt. Nam acrimonia aceti ſiſti rumorem, pinguedine uerò paulatim inungi & ali oculos.

*Oculorum curatio.*

παύσωνος πτωχότερος.) Pauſone mendicior. Fuit hic pictor, cuius paupertas in prouerbium abijt.

PAPHLAGON Cleon Athenienſium dux, propter uocem abſonam, à balbutiendo. Peregrinus em̄ fuit, & barbarus.

*Deliberatio de coniugio initiatorum.*

PAPHNVTIVS, unius urbis earum quæ ſunt ſupra Thebas epiſcopus, uir Deo charus, & ſigna faciens, cui tempore perſecutionis oculus eſt effoſſus. Hūc imperator accerſebat, & oculū eius deoſculabatur. Cum autem uiſum epiſcopis eſſet, in concilio, legem nouam in Eccleſia conſtituere, ut initiati (epiſcopos dico, presbyteros, diaconos, ſubdiaconos) cum uxoribus rem non haberent, quas laici duxiſſent, eaq; res ad deliberandū propoſita eſſet: in medio cōuentu epiſcoporum ſtans Paphnutius, clara uoce clamabat, Nō eſſe graue iugū imponendum uiris initiatis: honeſtum eſſe coniugiū: cauendum, ne nimia ſeueritate magis Eccleſiam læderent. Non enim omnes ferre poſſe continentiæ exercitationem: neq; fortè uxoris cuiuſq; incolumē fore pudicitiā & (σωφροσύνην ἐκάλει τῆς νομίμου γυναικὸς τὴν συνέλευσιν) cōtinentiā appellauit, legitimæ uxoris congreſsū. Et ſatis eſſe, qui (τὸν φθάσαντα κλήρου τυχεῖν, μηκέτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι) clericus eſſet factus, nō amplius matrimoniū cōtrahere, ſecundū antiquā Eccleſiæ traditionē: non tñ diſiungendū ab ea quenquam

*Coniugium eſt continentia.*

quam eſſe, quam, cum laicus eſſet, duxiſſet. Et hæc dixit cœlebs, & omnino mulieris noticiam non habens. Nam à puero inter monachos uerſatus, laude pudicitię, ſi quiſquam alius, fuit illuſtris. Itaq; Paphnutij uerbis omne epiſcoporũ cõcilium obtemperauit, & huius rei quæſtionem ſilentio diſſimulauit: iudicio ijs relicto, qui conſuetudine uxorum abſtinere uellent.

Concilium tacit aſſenſum.

παχεῖς.) Athenienſes, diuites ſuo more pingues uocãt. Ariſtophanes: Quàm rudis es, & pinguis. id eſt, ſtupidus. Herodotus: In exilium acti ſunt à populo uiri diuites è Naxo.

παχὺς καὶ ἀρχαῖος.) Pinguis & antiquus, pro ſtulto ponitur apud ueteres.

πρήθων τὸ σῶμα, δυσκλεὴς ἔσῃ λίαν.

*Ardenti corpore, admodum infamis eris.*

Explicatio ſomnij.

πάχνη.) Cum ex terra aut è mari à Sole humor ſublatus, non conficitur, ſed refrigeratur, pruina dicitur.

παχυνόοι.) Tantam pinguedinem & inſcitiam cognouimus, ut non dubitauerimus tantæ eos inſcitiæ coarguere quanta illius unquam fuit.

παῖ.) Ariſtophanes: Quid eſt puer? Puerum enim uocare æquum eſt etiam ſenem, qui uerberibus afficitur.

Paean.

παιᾶνας.) Pæanes duo fuerunt: bellicus, cum incipiebant, qui ante pugnã canebatur: & alter, cũ uiciſſent. Duos pæanas cecinerũt ueteres: ante bellum Marti, poſt bellum Apollini.

Martis. Apollinis.

παιανιεῖς.) Pæaniẽſes, & Pæonidæ: municipia duo ſunt Pæaniorum Pandionię tribus, ut Diodorus appellari ait, Pæaniæam ſuperiorẽ, & Pæaniæam inferiorem: municipem autem utriuſq; municipij, æquè Pæanica uocari. Differunt autẽ hi à Pœonidis, quod municipium eſt Leontiæ tribus.

παιανίσαι.) Moris fuit etiam opus aliquod incipientibus, & poſt uictoriam, Pæanem canere.

παιανισμός.) Pæaniſmus, canticum ad auertenda mala.

PAEDARITVS, eſt ex ijs qui Lacedæmõe ad gubernãdas urbes ſunt ablegati, unus è numero præſtantiũ uirorũ.

(πέδας. f. cõpedes.) παῖδας κρατῶν κίνδυνον ἐλθεῖν προσδόκα. Pueros tenens, periculum imminens expecta.

Explicatio ſomnij.

παιδεία.) Eruditionem uerã eſſe exiſtimamus, nõ quæ in uerbis & linguæ uerſatur concinnitate: ſed affectionem ſanã ingenij cordati, & ueris opinionibus de bonis & malis, honeſtis & turpibus reb. præditi. Quiſquis igitur alia ſentit, alia docet diſcipulos, tantum ab eruditione abeſſe uidetur, quantũ à uiro bono abeſt.

Eruditio uera.

Alia ſentire, docere.

παιδιά.) Luſus quidam talis eſt apud Athenienſes. Interrogabat aliquis nucibus cõprehenſis extẽſaq; manu, Quantum habeo? Quòd ſi alter diuinarit: ſumit quotquot ille habet in manu. Si uerò errauerit in reſpondendo, tot ſoluit, quot interrogator in manu tenuit.

Nucum diuinatio.

παιδικά.) Ferunt Antinoum delicias Adriani fuiſſe: * ante quem cum obijſſet, ubiq; ſtatuis eũ honorari iuſſiſſe Imperatorem. Deniq; ſtellam quandam uiſam in cœlo, quã Antinoum eſſe, & cœlum aſpicere dicebant.

Antinous.

PAEDOPOLITES Ortiagontis F. adultiore ætate iudex eſt deſignatus.

παίε.) Ariſtophanes: Verbera uerbera hominem nefarium, & callidum artificem, equeſtres turmas perturbantem, publicanum, gurgitem & charybdim.

παιήων.) Pæeon, medicus deorum.

παιπαλώδης.) Callidas mulieres, Circas dicimus.

Circæ.

παῖς μοι τριτογενὴς εἴη, μὴ τριτογένεια. Puer mihi ſit tritogenes, id eſt tertiò genitus: non tritogenia, hoc eſt Minerua.

(πεδιακά) πεδίκα.) Pedica, tractus Atticæ, ſic dictus ab accidentibus: habuit enim ouium paſcua.

(παιζέτηροι) πεζαίτηροι.) Rex circiter 40 ſatellites ſequi ſe iuſſit: mortem comminatus, ſi plures ſequerentur.

(πεζέταιρος) πεζαίτηρος.) Anaximenes lib. 1. Philippicarũ, de Alexandro loquẽs, ait: Deinde clariſſimos quoſq; ad equitationẽ aſſuefactos, ſodales appellauit: pleroſq; etiam pedites in manipulos & centurias, & alios ordines diſtributos, πεζαιτήρους, id eſt pedites ſodales uocauit: ut utriq; regiæ ſocietatis participes, paratiſſimi perſeuerarent.

πεζῇ βαδίζω. νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.) Pedibus ingredior. nam natare non didici: id eſt, non poſſum. Prouerbium.

πελαργικοὶ νόμοι.) Ciconiariæ leges, quibus liberi parentes uiciſſim alunt. Ariſtophanes.

πέλλη.) Pella, urbs Macedoniæ.

πέλας.) Romanis magnæ ſemper curę fuit, ne quãdo priores alijs manus inferrent, neùe iniuriam facere uiderentur.

πελέκαντι.) Pelecanus genus auis, perforantis arbores, unde (δρυοκολάπτης) δενδροκολάπτης, id eſt arborũ perfoſſor dicitur.

πελεκά-

πελειάδες) Aquila ait: *Timidæ timidis inſident columbæ: Sed nos intrepidis uiris delectamur.* Et: Inſtar oculi uolucris columbæ ſum perterritus.

πελληναῖος χιτών.) Pellenæa ueſtis. De ijs qui uetuſtas ueſtes gerunt. nam Pellenæ, diuerſæ ueſtes fiebant.

πελώριος.) In Epigrammate: Vt leo occurrit ingens, qui ad prædam rictum fert aſperum. Eſt & nomen loci.

πενέσται.) Peneſtæ dicũtur apud Theſſalos, non natura ſerui, ſed à Bœotijs orti, qui Arnæ ab Hæmone uicti ſunt, cum ſeruire illis nõ recuſaſſent: & ad tertiam uſq; ætatem, eo loco delectati, remanſiſſent. Iradiderunt autem ſeipſi iureiurando interpoſito, ut neque opus facientes malè tractarentur, neq; è regione illa excederent. Et à manendo μενέσται, poſtea mutata litera πενέσται ſunt dicti: quosq; Lacedæmonij Helotas, hos Theſſali πενέσταις nominant. Vſurparunt autem hoc uocabulum & Lacedæmonij & Theſſali, de ijs qui bello uicti eſſent, & uictoribus ſeruirent. Demoſthenes in oratione contra Ariſtocratẽ. Peneſtæ apud Theſſalos dicũtur, qui apud Lacedæmonios Helotes: neq; hos ſolos appellari ita ait, ſed & Theſſalicos.

*Helotes. Peneſtæ.*

πένθος ἱερόν.) Sacer luctus, cuiuſmodi celebratur in Libano, propter Adonidẽ & Byblum.

πενία.) Per inluſtas calamitates paupertate eſt oppreſſus. Non'ne paupertatem mendicitatis ſororẽ eſſe dicimus? Ariſtophanes in Pluto: Vos qui & Thraſybulo Dionyſium similẽ eſſe dicitis. nã Dionyſius nefarius tyrannus: Thraſybulus autẽ urbis amans, & omni oratione melior. De ijs qui diſſimilia comparant.

*Paupertas mendicitatis ſoror.*

πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε.) Paupertas ſapientiam ſortita eſt: id eſt, Artes multas exercent pauperes.

πενία.) Pauper eſt, non qui nihil poſſidet, ſed q multa appetit: & diues, non q multis reb. affluit, ſed q nõ multis eget.

*Pauper. Diues.*

πένταθλος.) Quinquercio. Sic dictus eſt Democrit⁹ Abderites. callebat enim Phyſica, Ethica, Mathematica, liberales diſciplinas, artiumq; omnium peritus erat. Huius eſt etiam dictum illud, λόγος, ἑρμοῦ αἰκία. Oratio, Mercurij flagellum.

*Democritus.*

πεντακοσιομέδιμνον. Quatuor cẽſus fecit Athenienſium omnium Solon, quorum unus τῶν πεντακοσιομεδίμνων à cenſu quingentorũ modiorũ appellatus fuit.

πέντε τάλανθ' ἡ χίων πόλις διὰ τὸν πρωκτὸν ὀφλήσει.) Quinq; talenta Chiorum urbs propter podicem debebit. Hos ut incõtinentes & molles, Ariſtophanes cauillatur, qui ex mollicie ampliores podices habeant, & paratos ad excernendum.

πεντετάλαντος δίκη διαγέγραπται.

Quinq; talentorum crimẽ perſcriptum eſt (uel, deletum.)

PEPARAETHVS inſula, non longè ab Eubœa.

πένητ.) In Epigrãmate: Non poſſedit magnã particulã in ſterili iſto tumulo.

πεμπμένα.) Ex ferijs Athenis dies quidam tribuebantur dijs quibuſdã: ut Calendæ & ſeptimus dies Apollini, quartus Mercurio, octauus Theſeo.

πέπειρον.) Vetula, apud Ariſtophanẽ: Neq; enim adoleſcentibus ſapientia ineſt, ſed maturis. Ouidius:

*—Non omnia grandior ætas,*
*Quæ fugiãtur, habet: ſeris uẽit uſus ab annis.*

Vtinã ille nihil magis amare uellt, quàm ego amicum: id eſt, utinam in amore mihi reſpondeat.

πεπιασμένοις.) Aelianus: Comedit trigla, & homines mortuos, & piſces: delectatur autem in primis contaminatis & fœtentibus.

πεπιλημένη.) Ioſephus: Niger, corpore exiguo, carne dẽſa, ſed heroicus qdã animus in tenui corpore habitabat. Stati⁹: *Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.*

πεπλεγμένη) Eſt implicita phalãx, quę cogitur ſeſe accommodare locis in quæ incidit, inſtar teredinis & enſis, & multiformi ordine.

πέπλος.) Peplum eſt uelum Panathenaicæ nauis, quam Athenienſes Mineruæ quarto quoq; anno inſtruebãt cuius etiam pompam per Ceramicum Eleuſinem uſq; ducebant. Peplum autem hoc uocarunt, quòd laneum ſit. Depictus in eo eſt Enceladus, quem Minerua ſuſtulit (fuit is unus ex gigãtibus) *Athenienſes uictoria parta peplũ fecerunt Mineruę, & optimos quoſq; in eo depinxerũt.

*Enceladus.*

πεπεδισμένοι.) Perſarum equi plerunq; ligatos pedes habent, ne fugiant, ſi ſoluti fuerint.

*Equi Perſici.*

πεπεδισμένοι.) Xenophon: Malus eſt nocte exercitus Perſicus. nam equi illorum ligati ſunt.

πέπορδα.) Ariſtophanes: Lætor, & pedo, & rideo, magis quàm ſi exuiſſem ſenium. Metaphora ſumpta à ſerpentibus; qui ueterem pellem exuunt. Et, Gaudeo euitato clypeo: id eſt, bello.

πεπη-

περιπεπορπημένος.) Veſtis duplex inducta quæ fibula conſtringitur, ne de humeris decidat. Extat apud Lycurgum in oratione contra Timocratem. Ex uiris qui corporibus erant imbecillis, & ætate adultiores, & ex legib. militare deſierant, uidere erat per totam urbem in limine ſenectæ oberrantes, ueſtibus duplicibus indutos.

ἡ ψυχή μου πεπότηται.) Anima mea uolitat. id eſt, exulto, & alta ſpecto: Ariſtophanes.

πεπρωμένον) Fatum, quaſi à Parcis ad finem perductum.

πέρα.) Exigebant tributa maiora, quã tolerare diutius poſſent. Cum Iotomi facinus narraſſent, effecerunt ut ulterius dubitare deſierit. Ariſtophanes. Scin' ſi mihi Iupiter moleſtus eſſe perrexerit, me ædes eius & domum Amphionis in fauillas redacturum? Et rurſus: Ille Seleuciam ſæpius inuadere deſijt.

ἀῤῥήτων ἀῤῥητότερα καὶ κακῶν πέρα.) Eiuſmodi quæ dicendo nemo aſſequi queat, & pluſquam mala, uel &, nefandis magis nefanda: & omnibus malis maiora.

πέρασις.) Da uitæ exitũ, & finem, ſi ſubinde minoribus malis conflictari uideor, & acceſsione calamitatum indigere.

Περγασῆθεν.) Pergaſe, municipiũ Erechtheiæ tribus.

Magnitudo uirtutis inuiſa.

PERDICCAS Macedo, quem ex inſidijs Macedones occiderũt, uirũ bellicoliſſimum, & excellẽti ingenij magnitudine, & propter animi præſtantiã pericula omnia cõfidenter adeuntem, & immodica magniloquẽtia, qua Macedones oẽs deſpicere uidebatur, ſuamq; felicitatẽ inuidiæ reddebat obnoxiã. Inuidiam odium eſt ſecutũ, & indignatio: cum eũ ſuperiorem & eſſe & dici, ferre non poſſent. Vnde poſt acceptam cladẽ ex iracundia magis ſuperioris deſpicientiæ, quàm ueri iudicij ratione inſidias illi ſtruxerunt.

Πέρδικος ἱερόν.) Perdicis ſacellum, iuxta arcem. Nam Eupalamo liberi fuerunt Dædalus & Perdix: cuius filius Calos. cui cum Dædalus ob artẽ inuideret, eũ de arce præcipitauit. ob quod Perdix ſeipſa ſuſpẽdit, Athenienſes aũt eam coluerũt. Sophocles uerò in* Comicis, ei qui ſit à Dædalo ſublatus, Perdici nomen fuiſſe ait.

Eupalamus. Dædalus. Perdix. Calos.

Pugilum honores.

περιαγειρόμενοι.) Primò propoſuerunt præmia certantibus, quẽ modũ & Homerus & alij poetæ tradiderũt. Cum autem ſine præmijs pugnare cœpiſſent, uictores ab amicitia & cognatiõe iunctis, ſunt coronis ornati: aliorum autem cognati ſedentes, &* qui propinqui erãt, res maioris precij deponebant, remotiores uerò flores & folia in prætereuntes conijciebant: ut etiam nunc in eos qui egregiè pugnarunt, petaſos & zonas conijciũt, aut ueſtes. Hinc moris fuit, ut in orbem circumeuntes pugiles, acciperent ea quæ darentur. Vnde Simonides Aetilli F. ſic ait: Quis noſtra ætate tot frondibus myrtorum, aut coronis roſarum, uictorias in certamine finitimorum eſt adeptus? Quidam tradunt, hanc conſuetudinem à Theſeo eſſe ortam. Nã in illũ è Creta reuerſum flores & folia cõiecerunt, & fructibus q aderant honorarũt.

Theſei flores.

περιαγωγάς.) Aquilæ ſex in orbem circumcaſtra uolitantes, ad dextram ſeparatæ ſunt.

περιαλουργός.) Ariſtophanes in Lyſiſtrata: Immerſus malis, algens & eſuriẽs ſemper, exceptis triginta dieb. mẽſis cuiuſq;.

PERIANDER Cypſelli F. Corinthius, ex ſeptẽ Sapientibus, qui fuit Olympiade 38. Scripſit præcepta de uita humana, carminibus 2000. Hic eſt Periãder ille, qui præ mœſticia mortuus eſt, ut & Epigramma de eo teſtatur, quod ſic habet:

*Fruſtrari te re noli mærere cupita,*
*Gaude ſed, dederit quæ tibi cunq; Deus:*
*Triſticia ſapiens obijt Periander acerba,*
*Id neq; quod uotis ſollicitabat habens.*

Ocium condemnat ciuibus.

Periander Cypſelli, regis Corinthi F. imperium paternum ratione ætatis ſuſcipit: & crudelitate & ui in tyrannidem delapſus, ſatellitibus circiter trecẽtis ſtipatus, uetuit ne ciues ſeruos haberẽt, & ocium agerẽt: ſubinde iniungens, quod agerent. Si quis autem in foro ſedebat, mulctabat, timens ne quid contra ſe deliberarent. Dicitur & aliud flagitiũ commiſiſſe, qui præ amore cum mortua uxore rem habuerit. Continenter bella geſſit. & cum bellicoſus eſſet, triremibus fabricatis, utroq; mari eſt uſus. Quod autẽ quidam dicunt, eum ex numero ſeptem ſapientum fuiſſe, id falſum eſt.

Coitus cum mortua.

Bella.

περιβαλόμενος.) Multis ſpolijs partis, copias ad nuper conditum propugnaculum adduxit. Apollonius Leonidæ Spartani ſepulchrum non modò ornauit, admiratus uirum, &c. Diuitijs beat uirum, pauperem illũ quidem, ſed pium, & ædis ſuæ perpetuum cultorẽ. Exiguo tempore magna eruditione parta, &c.

περιβαλλομένους.) Familiarium alios aliter dimiſit, ut excurrerent: iuſſitq; ſuos, quemcunq; inueniſſent, comprehẽſum

ad

ad ſe ducere. Et Polybius: Attalus longiorem orſus orationem, reuocauit eis in memoriam maiorum uirtutem.

περιβόλαιον.) Abyſſum diuinæ literæ uocant, humidam naturam. Quia igitur terra undiq; aquis cingitur, magnis & paruis maribus, non immeritò terræ amiculum aquas dixit Dauid.

περιβολή.) Arrogantes ait eſſe Græcos, qui ſuas res geſtas inſcriptionibus, uerbórumque lenocinijs & amplificationibus extollāt. Turba & opifices ὑπὸ τῶν ἐν περιβολῇ, à locupletibus dicuntur Gergethes.

*Vagina linguæ.* περιγλωττίς.) Pityllum aiunt, cognomẽto Tenthem, uaginam linguæ membranaceam geſsiſſe, & muniſſe linguam ad perfruendas uoluptates. Fertur etiam digitalibus adhibitis eſitaſſe obſonia, ut illa calidiſsima linguæ ingereret.

περὶ χεῖρα πεζάχεα.) Gregorius Theologus ait in oratione quæ συντακτήριος, ab ordine & concordia inſcribitur: Si ego in gloriam Dei, hoc fit'ne propter me? forceps propter plauſtrum, aut ſerra propter ianuam? uinco cauſa.

περιδέεια.) Metu, quẽ ipſo aſpectu præ ſe ferebant, quibus uexati eſſent calamitatibus indicabant.

περιδέξιος.) Ambidextrū eſt omne dilemma utrinq; enim cōcludere uult. Ambidexter eſt etiam ſapiens.

*Sacculi contra niuem.* περιδέρι.) Xenophon: Ille ad pedes equorum & iumentorum ſacculos alligandos eſſe docet, cum per niuem ea ducāt, ne immergantur.

περιδινοῦντες.) Babylonij iniecta in fundas oua in orbẽ circumagentes, rudis & uenatorij uictus nō ignari: ſed ijs rationibus quas ſolitudo poſtulat exercitati, etiam crudum ouum impetu illo coxerūt.

περίδου.) Ariſtophanes: Age accingere, ut celeriter uir fias.

περιδύσας.) Templum ſpoliauit, Deiq; uaſa abſtulit.

περιεργεῖν.) Conceſſum eſt Celtiberis à Tiberio, ut legatos ad Senatum mitterēt: rogarentq;, ut iſtorum aliquid, ſi poſſent, moderarētur. Illi uerò à Senatu petierūt, ut & milites & tributa minuerent.

περιελῶσ' ἀλαζονείας, ὑποτιμήσομαι τὰς ὁδοὺς σου.) Eripiam tibi iſtam inſolentiam, & inſidias in uia tibi collocabo.

περιεμεκήσας.) Ille ægrè ferens periuriū, hoſpitio renunciato, iſta faciebat.

περιεπιλημένοι.) Ariſtophanes: Nos nūc ſanè excorticati ſumus. id eſt, perpurgati.

περιέπλυζον.) Romani à barbaris circundati, & quadrangulari forma interrupta, & in manipulos diſſoluta, circūuenerunt eos, à quibus circumuenti fuerant. Sic reſpiratione celerius, eos circumuentos & concluſos, omnes iaculis confecerunt: una die documento edito, quomodo effugiendum ſit, ſi circumuentus ſis ab hoſte: & quomodo excellenti fortitudine circūueniendus ſit hoſtis.

περιέρχομαι.) Ariſtophanes: Videte nūquid ſapienter eos circumueniam qui ſapere ſibi uidentur, meq; decipere.

περιέσεσθαι.) Nō alia ratione ſuperatum iri ducem ferocem, & prorſus inuictum.

περιέσπασαν.) Aelianus: Arā euerterūt, & omnem eius ornatum auellerunt.

περιέχεις.) Romani parum eum curāt.

περίζωμα.) Romani pudendis tantum tectis, nudi pugnabant.

περιέχουσι.) Tempeſtas peccatorū me circumuenit, Seruator.

περίζυγα.) Xenophon: Habere oportet & lora. His enim attritis & ruptis neceſſe eſt ocium agere, ſi quis non habeat funes.

περίειμι.) Et ipſe dixit, in Myſia bellum geſſi, & nunc ſuperſtes ſum, & haſta extenſa: In hac (inquit) nobis fides eſt. *Haſtæ fiducia.*

περιεῖναι.) Vidit urbem nō niſi fame expugnari poſſe. In primis fratrem ſuum Caium, non paſſurum eſſe, uiuere illum, qui ſeruus hoſtium factus eſſet. Hoſtes ſuperare non potuit, quòd negocia corrumperet ſordibus ſuis.

περιεσπασμένος.) Ioſephus de Moſe: Cauit, ne multi uerborum illius petulantiam imitarentur.

περιέθει) Mos fuit, ut dicentes in primis coronarent.

PERITHOEDAE, municipium trib. Oeneiæ, à Pirithoo Ixionis F. Lex autem fuit Athenis, ut quoſuis hoſpites Grecos admitterēt. Ae Theſſalos in primis ſuſceperunt, ob Pirithoi & Theſei hoſpitium. His etiam agrum aſſignarunt, quem uocarunt Pirithoi. Sic Ephorus lib. 3. refert.

περικεκλασμένοις.) Inſidias collocarat in locis interruptis, quæ perſpici facilè non poterant.

PERICLES Athenienſis. Sub hoc cœpit bellum Peloponneſiacū, & Cyloniū piaculū pellebatur ab Athenienſibus, cui obnoxius erat Pericles. Nam Cylonē Athenienſem, Olympiæ uictorē, generum Theagenis, Megarenſium tyrāni, affectata Athenis tyrānide, cum ſtatim fugiſſet, & ad Furias confugiſſet, * Pericles auulſum occiderat. Illi * uiciſſim imperabant:

*Somnium de Pericle.* Pericles uerò reſtagabatur. Fuit autem Xanthippi Athenienſium ducis F. Anaxagoræ familiaris. Ferunt matrem eius, cum Periclem eſſet enixura, in ſomno uidiſſe, ſe leonem párere. Hic cum aliquando fulminaſſet, & Athenięſes ad pugnā, ipſo duce, perturbati egrederentur: duos lapides concutiens, & igni excuſſo: Hoc, *Aſpaſia.* inquit, eſt fulmen. Vxorem duxit Aſpaſiam Mileſiam, ex qua ſuſcepit filios, Xāthippum & Paralum: quem contra patria *Herois nomen.* inſtituta ſic appellauit, herois indito nomine, cum non liceret.

Pericles, Xanthippi & Agariſtes F. Athenienſis orator & demagogus, primus ſcriptam orationem in iudicio habuit: cū ij qui illum anteceſſerant, ex tempore di- *Anaxagoras.* xiſſent. Fuit diſcipulus Anaxagoræ Clazomenij, eumq; è morte eripuit.

*Periclis arguta cōſilia.* Pericles autor fuit Athenienſibus, ut agrū hoſtilem, ſuū: ſuū uerò, hoſtilem: & naues, diuitias: diuitias uerò, egeſtatē ducerent. Eoſdemq; iuſſit, cum Lacedæmonij in Atticam impreſſionē facerent, non egredi, ſed intra mœnia ſe cōtinere: & ut claſſe Laconicam inuaderent, ac opes terreſtres inopiam iudicarēt, ſuaſit: quod uerò mari acquireretur, eas eſſe opes ducerent. Aliter. Pericles ſententiam dixit, Atticam, hoſtilem agrum eſſe ducendam, & permittēdum ut uaſtetur: Laconicam uerò claſſe circumeundam. Suaſit etiam, hoſtilem agrum nauibus obeūdum, nec pugnandum dum uaſtaretur Attica: unam pecuniæ parādæ rationem putandam, na- *Luxu repudiato neceſſitati conſulendum.* ues quàm plurimas habere, alias uerò extra illam rationes nullius momenti exiſtimandas: cuiuſmodi eſſet, pecunia quæ in ſpectacula, in iudicia, & in conciones inſumeretur. Suadebat igit̃, ut omnes ſumptus qui in hæc impenderentur, nauibus aſſignarentur. Cum hac ſentētia, id etiam ** Bacchus.* quod ſequitur conſentit. ait enim * Dionyſus: Iudex pecuniam deuorat ſolus, ꝙ ſcilicet in mercedem iudicū magni ſumptus conferrentur.

περικόμματ' ἐκ σοῦ κατακόψω.) In fruſta te concîdam.

περικόμψους.) Ariſtophanes: Linque (τὰς ὑπονοίας.) ſuſpiciones noſtras elegantes, quib. garrimus inuicem: & uenia quadā mitiori temperato mentem.

περιλαλοῦσι.) Noli celeriter aſſentiri hominibus loquacibus.

*Rhetorica.* περίλεξις.) Oſtēdit, quibus partib. Rhetorica conſtet. Primùm enim oportet inuenire, deinde eloqui inuentū, (δεῖ πρῶτον νοῆσαι, εἶτα ἑρμηνεῦσαι τὸ νοηθὲν) quod eſt poſtremū opus orationis oratoriæ. Rhetorica definitur ars bene dicendi de propoſitis quæſtionib. Cur uerò? Quia ars ordo eſt præceptorum, exercitatione partorū.

περιλέπτης.) Arborum cortices detractos comederunt.

περιλιχμώμενος.) Mulieri lōgo tempore blandiens, & pedes implicans, effecit ut uir putaretur.

περὶ λύχνων ἁφάς.) Crepuſculo, paulo pòſt accenſas lucernas, cum modò ad cœnam iuiſſent, impetu ex improuiſo facto, multos hoſtium occiderunt.

περινέως.) Thucydides. Multi pereuntibus naufragio ſcaphis, enatarunt: quos in claſſem uiris non ſatis inſtructam retulit. nautæ autem, & qui ſuperuacanei erant, præ ſe ferebant, ſe id non paſſuros eſſe.

Περινθίοις.) Perinthijs captum Byzantiū muneri datum eſt, & in ſeruitutem traditum, à Seuero Romanorum imperatore: ſicut & Antiochia Laodicenſibus. *Perinthus. Byzantiū. Antiochia. Laodicea. Seuerus.*

περίοδος.) Herodotus: Spartani cū ex transfugis circuitum Perſarum cognouiſſent, deliberabant, & inter ſeſe diſſidebāt.

περιοδικὰ νοσήματα.) Periodicos morbos uocant medici, qui certo tempore remittunt, & redeunt: ut tertiana, quartana, & ſimiles. His enim diebus ægrotantes, uidentur ſibi non ægrotare, ſed ualere.

περὶ ὄνου σκιᾶς.) De aſini umbra. Prouerbiū, de ijs q reb. nullius precij occupātur.

περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς.) De Delphica umbra. Demoſthenes in Philippicis. Didymus ait, prouerbiū de aſini umbra detortum eſſe ab Oratore, qui de Delphica umbra dicat. Dici autem id de ijs, qui de rebus nullius momenti certent.

περιόντες.) Agathias: Aiebant ſe omnibus in rebus morem illi geſturos, modò ſuperſtites uiderent obſides.

περιουσία.) Neceſſaria ſunt; ſine quibus eſſe non poſſumus: ἐκ περιουσίας autem, id eſt ſuperuacanea, quæ adeſſe neceſſe non eſt: &, ut Ariſtoteles ait, cum neceſſarijs ſuppetentibus, alia quædam pulchra illis adiunguntur: ut, uiuere neceſſarium, bene uiuere ſuperuacaneum. Nam uita, quę neceſſaria eſt, acceſſione bonæ uitæ, quæ neceſſaria non eſt, exornatur. *Neceſſaria. Superuacanea.*

περὶ παντὸς ἐποιεῖτο. Cyrus in eo ponebat omnia, ut bonos uiros locupletaret.

περιπαρῆξαι.) Romani contos aqua defixerunt, ut ſcaphę barbarorum in eos impingerent.

περιπίτνα.) Omnia fuerunt plena, graſſante

ſante ueneno, eorũ qui ſe in puteos & de locis arduis præcipitarẽt (ὥςε καὶ ἐχθρὸν ἐλεῆσαι θεασάμενον.) ut (quod aiunt) etiã inimicus ſpectans, hominum eo tẽpore caſum miſeraretur. Principatũ imperijs ſui temporis parem effecit, non tam fortuna propitia utens, aut caſu, quàm ſolertia atque induſtria, ac ſuis actionibus.

περιπέττουσι.) Ariſtophanes in Pluto: Nomine obtegunt improbitatem. Et Menãder: Veriti & ſuſpicati, machinari aliquid Romanos, & inuolucro fugæ fraudem aliquam obtegere.

περιπεφθεὶς.) His uerbis delinitus, ut ipſe tibi imperares.

Explicatio inſomniorum.

περιπλακῆναι, καλὸν ὡς ὄναρ τόδ᾽ ἦ.
*Complecti bonum in ſomnium hoc eſt.*
ὄχρησον ἀνδρὶ συμπλακῆναι φιλτάτῳ.
*Vtile eſt uirum complecti chariſſimum.*
πᾶσαι τε μίξεις προξενοῦσι μακρῶν πόθων:
*Omnesq́ miſtiones denunciant diuturna deſideria.*

περὶ πλείςου.) Plurimùm in eo ponebat operæ, ut & inungeret capillos, & in cincinnos digereret.

περὶ πλήθουσαν ἀγοράν.) Pleno foro. Hora quarta, (ſcilicet ab exortu Solis) aut quinta, & ſexta. Nam tũ maximè plenum eſt forum. Planicies erat ingens, ubi ſub tempus completi fori, prius etiam quidam hoſtium tumultus, impetum in prandentes facientium, exoriebantur.

περίπολος.) Ariſtoteles in Athenienſium republica, de ephebis ſic inquit: Alterum annum concione in theatro habita, accepto clypeo & haſta à populo, circumeunt regionem, & in ſpeculis degũt. Obſeruandum aũt, Ariſtotelem uno dicere anno adoleſcentes eſſe inter cuſtodes regionis, Aeſchinem duobus.

περιπόλων.) Cuſtodum quidam circumcurſans æneũ ſcutum ſuper foſſam abijcit (uel, amittit) qd' cum latũ quidẽ, ſed conuexum eſſet, non magnoperè ſonuit.

περιρρῶγος.) Sub colle quodam aſpero & prærupto extruxerunt illis propugnaculum, quod ſatis eſſet cuſtodiendo tanto exercitui.

περιττὰ.) Imparia dicũtur in Arithmetica, ἄζυγα: id eſt ſine iugo ſeu pari, ut unũ, tria, & ſimilia. Paria autem iuga: ut, duo, quatuor. Superuacanea uerba miſſa fac, neq; mater, quã mala ſit doce me, neq; ut Aegiſthus patrimoniũ noſtrũ exhauriat, atq; effundat & temerè diſſipet. Neq; eñ tẽpus patit̃ prolixam orationẽ. Aufert enim, inquit, occaſionẽ eorũ quæ gerenda ſunt, loquacitas. Oreſtes ad Electram.

περισκελής.) Aiax inquit: Omnia longũ & infinitum tempus, & occulta profert, & prolata occultat: nec eſt inſperatum quicquam. Quin capitur etiam graue iuſiurandum, & durus animus. Et ego qui tum grauia illa perpeſſus ſum ut tinctura ferrum, ſic effœminatus ſum, ut nec hiſcere poſſim, ab hac muliere. Tempus.

περισπᾶν.) Fuit Romanis in animo, in Libyã nauigare, & bellũ illuc traducere.

περισπασμὸς) Periſpaſmus eſt, ex duab. conuerſionibus aciei motio, ut poſteriorem locum occupet. Ecperiſpaſmus uerò eſt, ex tribus conuerſionibus continuis aciei motio, ut occupet, ſi quidem in haſtam facta fuerit, ſuperficiem ad læuam: ſi autẽ in clypeum, eam quæ ad dextrã eſt.

περισπερχὶς.) O grauẽ perturbationẽm.

περισπερχθεὶς.) Eunuchus ille (Eutropius) obtinebat regiam, aulaq; inuoluta coarctabat omnia, inſtar robuſti ſerpẽtis, ad ſuum uſum contorquens omnia.

περίςασις.) Ille exiſtimatione & opibus nulli Hiſpanorum ſecundus, beneuolentia uerò & fide in Carthaginem multum alijs præſtare putabatur. Polybius: Fortaſſis ob Xanthippi uerba in populo & apud duces uulgata, duces reuocare eum decreuerunt, eiusq; periculum facere.

περίςασι.) Iſocrates in oratione de Permutatione: Præſtigiæ nullius utilitatis, ſed uulgi ſtudijs celebratæ.

περιςερὰς βλέπειν τι προξενεῖ βλάβην.) Columbas uidere denunciat damnum. Explicatio ſomnij.

περιςίαρχος.) Luſtrans ſedes, & concionem & urbem. Iſter in Atticis, Periſtia dicit appellari luſtrationes, & eos qui templa purgent Periſtiarchos. Extrinſecus enim circumeunt, quolibet ſacerdotum gladium ferente.

περιςοιχίζεται, ἢ περισχοινίζεται.) Demoſthenes in Philippicis: Cunctãtes nos, inquit, & ſedentes quaſi caſſibus circundat. Trãſlatio ſumpta eſt à uenatoribus, qui qua parte feræ excurrunt, retia extendunt, in quæ incidant, ſi ipſos effugerint.

περιτετριμμένη.) Mente eius prorſus cognita, & moliri aliquid eum arbitrati, nõ curarunt quid ille diceret, ſed quid ipſi ſuſpicarentur.

Περίτιος.) Peritius, Februarius apud Macedones.

περιτομή.) Circumciſio Iudæis tribus de cauſis data eſt, ut & ſignum eſſet fidei, & Abraamici generis indiciũ, & ſymbolum & ænigma uitæ puræ & temperãtis. Itaq; Circumciſio.

non data eſt ut iuſtitiæ effectrix, ſed ſigillum & ſignum iuſtitiæ Abraami ex fide.

περιττός.) Saluſtius aulæ præſes fuit, uir in primis ad humanitatem propenſus.

περιτόμηρα.) Mala aurea (quæ dicuntur) Heſperidum, non aurea fuerunt, ſed alijs grandiora.

Vltio. περιηγεμονίων.) Nec Agamemnonides filius negligens, neq; qui apud Acherontem deus imperat.

περίφασις.) Polybius: Iuſſit exponere illi omnia quæ fiebant per flammas in Tiſæo. Eſt autem Theſſaliæ mõs, bellè ſitus ad locorum (quę diximus) illuſtrationes.

περιφρονεῖν.) Socrates: ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, In aere ambulo, & contemplor uel contemno Solem.

περιχαίνω.) Sic faciunt canes, qui lapides, quibus petuntur, mordicùs arripiũt.

περιχάρηθι τῷ ἀγαθῷ.) Reb. bonis lętare.

πέρναται.) πόρνη meretrix dicitur, quod uendat coitum, aut quod mentem excæcatam habeat.

PEROCES, rex Perſarum.

Hoſtia luſtralis. περίψημα.) Sic dicebant ei, qui quotannis luſtralis hoſtia deſtinabatur: Purgamẽtum noſtrum eſto, aut, ſalus & redemptio. & ſic eum in mare conijciebãt, quaſi Neptuno hoſtiam immolantes.

περπερεία.) Dilectio non temeraria eſt, ait Apoſtolus.

πέρσαι.) Perſæ. Magia & Aſtrologia à Maguſæis primùm incœpit. nam Perſæ Magog à popularibus ſuis appellantur, & ijdem Maguſæi.

PERSAEVS Citieus, philoſoph' Stoicus, Dorotheus dictus. Fuit temporibus Antigoni Gonatæ, filij Demetrij, diſcipulus & alumnus Zenonis philoſophi.

Perſei innouatio. Perſeus renouata cũ Romanis amicitia, ſtatim Græcos ſibi cõciliare inſtituit, in Macedoniã accerſendo tum ob æs alienũ exultãtes, tũ iudicio condemnatos, tũ eos qui ob regia crimina exceſſerant. Ac ſcripta quibus hæc exponebanť, & in Delo & Delphis proponebantur, non tantũ impunitate data reducib. ſed & bonis reſtitutis quib. unuſquiſq; excidiſſet. Quin & ipſos Macedones regijs debitis liberauit. dimiſit etiã captiuos læſæ maieſtatis reos. Quę cum faceret, ſæpenumero pulchrã de ſe ſpẽ Gręcis prębebat. In belli etiã principatu regni dignitatem præ ſe ferebat. nam & aſpectu erat non indecoro, ad omnia corporis miniſteria obeunda idoneus: & in uultu elucebat ſeuerũ quiddam, & contentio non inconueniẽs ætati. Vitabat etiam patriã petulantiam cùm erga mulieres, tum in compotationibus. Ac initia eius huiuſmodi fuerunt.

Perſeus Lonchodrepano, id eſt haſta falcata, Gorgona ſuſtulit, occultatus, ne ab ea uideretur, Orci galea.

Perſeus Macedo. Perſeus cũ iam paulatim poſt fugã reciperet animũ: Niciam & Andronicum, quos ad pecuniã & naues demergendas miſerat: cõſeruatis ſibi & nauibus & pecunijs: conſcios ducens fœdi timoris, & ne id alijs annunciarent metuens, nefariè occidit. Ex eoq; ſtatim mutatus, crudelis & præceps in oẽs fuit: nec in eo ſanũ, nec prudẽs quicq; poſtea fuit. Et cum antea conſilio & ratione multum ualuiſſet, & audaciſſimus in pugnis fuiſſet, quatenus ex imperitia nõ lapſus eſſet: ſubitò & præter expectationẽ ad timiditatem & ſtulticiam ſe cõuertit, & leuis & mutabilis repentè, & ineptus aduerſus omnes fuit, fortuna relinquere eum incipiẽte: ut multos uidere eſt, mutatiõe progrediente, ſolito imprudentiores factos. Niciæ. Andronici. Prudentia cum Fortuna amittitur.

PERSEI nauis, cùm cæteris rebus magnificè adornata erat, tum remigium habebat ſedecim ordinibus factum.

περσεφόνη.) Proſerpina, ſubterraneus dæmõ. Electra ait: O' domus Orci & Proſerpinæ, ô ſubterranee Mercuri, ô ueneradæ Diræ, graueſq; Furiæ, quæ per iniuriã occiſos cernitis, & furtiuis cubilib. deditos: uenite, uindicate patris noſtri cędem. Cedes. Adulterij.

PERSES, Aſcræus uerſificator, frater Heſiodi poetæ.

περσικὸς ὄρνις.) Perſica auis, gallus gallinaceus, propter criſtam: uel, quia precioſa omnia, quibus rex utebatur, Perſica dicebantur.

πέτασος.) Draco legumlator Athenięſis, petaſis pluribus & ueſtibus in eum cõiectis, in theatro eſt ſuffocatus. Draconis interitus.

PETEON, urbs Bœotiæ.

καλὸν πέτεσθαι, πράξεως καλῆς τόδε.) Volare bonũ eſt, actionis bonæ hoc ſignũ eſt. Explicatio ſomnij.

PETOSIRIS Aegyptius philoſophus, ſcripſit, quemadmodum & Græci & Aegyptij delectus deorũ inſtituerint: è ſacris libris Aſtrologica, & de Aegyptiorum myſterijs.

πέτρᾳ καθεσθεὶς ἐλπίδας χρηστὰς ἔχε.) Saxo inſidens, ſpem bonam habeto. Explicatio ſomnij.

PETRA, urbs Palæſtinæ.

πετρόβολον.) Machinæ robur, ſaxa eiaculãtis, qua Veſpaſianus in obſidiõe Iudeæ uſus eſt, eiuſmodi fuit, ut cuiuſdã caput ab ea icti, Ioſepho in mœnib. aſtante, eliſum ſit,

ſit,& calua ad tria ſtadia proiecta. Eadē poſtridie mulieris prægnantis uentre per cuſſo,cum ędibus modo exiret,elilit inſā tem ad dimidium ſtadium. Tanta uis lapi dis fuit,ac inſtrumētis terribilior erat ſtri dor, & eorum qui feriebantur ſtrepitus.

PETROSSA,inſula Ciliciæ.

PETRVS orator,& magiſter,& hiſto ricus, legat⁹ ad Choſroē miſſus, ualde cō ſtās & inuictus in arte dicēdi fuit,demul cēdo barbarica ingenia, dura & ſuperba. Scripſit hiſtorias,& de ſtatu Reipublicæ.

PETRVS Mongus, Alexandriæ epi ſcopus fuit,ſed hęreticus feruidus. Euphe mius autem patriarcha, fuit ſectator or thodoxæ fidei.

Petrus ſub Iuſtiniano fuit, & ad magi ſtri dignitatem eſt prouectus,qui ſemper & quotidie imperatores furtis innumera bilibus depeculabatur. Fuit ille quidem comis,& minimè ferox: ſed omnium ho minum furaciſsimus & ſordidiſsimus.

πίσσης τρόπον.)Inſtar piceę. Prouerbiū, de ijs qui funditus pereunt: quoniā picea ſucciſa,non amplius germinat.

πιφαυσκων.) Cum tandem conſtaret, quod nam eſſet illud ſtudium.

πιφρονηματισμένος.) Sępe ſecūdo Mar te cū pugnaſſet, animoſior factus eſt, tā quam uir fortis.

πιφυρμένος.) Is uerò cædem adhucſpi rās,& cruore maculatus, ad hoſtes uenit.

πειθανάγκη.)Suaſio, cum ui coniūcta. Exiſtimabat ſe per hæc uel inuitos addu cturum Leucadios, ut quæ à ſe imperabā tur,concederent. Multas mulieres uí po tius quàm ſponte perduxit, adeò laſciuus fuit. Et: Ceſsi Theſſalicæ uiolentæ perſua ſioni,meo domino occiſo. (flectunt.

πείθει δῶρα καὶ θεούς.) Munera deos etiā δῶρα θεοὺς πείθει, καὶ αἰδοίους βασιλῆας.

*Munera (crede mihi) placāt hominesq́ deosq́:*
*Placatur donis Iupiter ipſe datis.*

Nū quid uobis his uerbis perſuademus: an alia deſideratis? Neceſſe eſſe duxi,ue ſtris parére conſilijs. Obtemperate duci bus ueſtris.

οὐκ ἔστι πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος.) Nō eſt Suadæ templum aliud, quàm oratio.

πεισθεῖ.)Et perſuaſione adducti,& dolo uerborum artificioſè decepti, conceſſerūt illi tranſire flumen. Et Ambroſius ſuade la Græca & Muſa exercitatus.

πεῖνα.)Fames eſt aridi & calidi cupidi tas,ſed non ſine frigido. Nam cum corpo ra noſtra ex his conſtituta ſint, aluntur per eadem, cum perficere & concoquere & aſsimilare quæ ingeruntur poſſunt.

πεῖρα.) Semper Vlyſſes uideo te dare operam, ut hoſtium conſilia anteuertas.

πειράζειν.) Scipio Romanus ita conſu luit, aut nō auſpicandum, aut ſic agendū ut omni modo actioni finis imponatur. Nam bis aduerſus eundem experiri, cùm periculoſum eſſe, tum maximum parere contemptum ſolere.

πειραιεύς.)Piræeus, portus Atheniēſiū.

πειρήνη.) Pirene, nomē fontis amœni.

*Laidē habeo ciuem bene ſuccincta Corinthi, Pirenes albis hilariorem latecibus.*

PISANDER, Piſonis & Ariſtæchmæ F. Camitæus ex Rhodo. nā Camirus fuit urbs Rhodi. Quidam eum Eumolpi poe tæ æqualē & amaſium fuiſſe tradunt: qui dam etiā Heſiodo antiquiorē: quidā eum ad 33 Olympiadē referūt. Habuit & ſoro rem Dioclea. Poemata eius ſunt Hera clea, libris 2. continēt autem labores Her culis. Hic primus Herculi clauā attribuit. reliqua poemata falſò ei aſſcribūtur, cùm ab alijs, tum ab Ariſtæo poeta condita.

Piſander Neſtoris poetæ filius, Laran denſis aut Lycaon, fuit ſub Alexandro imperatore, Mammææ F. uerſificator & ipſe. Scripſit hiſtoriam uariam uerſibus, quam inſcribit Iunonias nuptias. Scripſit & alia oratione proſa.

πεισάνδρου δειλότερος. οὗ δὴ καὶ πείσανδρος ἦλθε δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν, ἣ ζῶντ' ἐκεῖνον προὔλιπε.) Piſandro timidior. Vnde & Pi ſander uenit, metuēs ne (uel, cū uellet ui dere) animam uideret, quæ uiuū illum re liquerat. Timidus enim ſupra modū fuit. Ariſtophanes: Si quid Piſandri deteſtaris criſtas, & ſupercilia. Hic eñ timidus fuit, ſed amans & concitator belli, priuati e molumenti cauſa, & ob magnitudinem uocatus eſt aſinus Cnidius. Viſus eſt tripli ei criſta, & armis inſignibus, ut fortis ui deretur, cum non eſſet.

ποικιλάκλος.) Porticus, à Polygnoto pictore Pœcile, id eſt uaria dicta.

πεισιθάνατος.) Mortis perſuaſor Hege ſias dicebatur.

PISON, fuit unus apud Athenienſes triginta tyrannorum.

πηγαί.) Pegæ, locus in Megaris.

πηγὴ διαυγὴς τὰς (f. νόσους) ...ης λύει λύπας.) Fons limpidus animi diſcutit triſtitiam. Explicatio ſomnij.

πηδαλιουχεῖν.) Ariſtophanes: Oportet prius remigem eſſe, quàm clauum aggre diaris: deinde in prora uerſari, & uentos obſeruare, & tum demum ipſum tibi gu bernatorem eſſe. Feſtus leno te.

alīj ab alījs impulſi & cõcultati perierũt, & ſanguis eorum miſtus eſt cum eorum uictimis.

πίλοις.) Geſtant in capitibus thoraces farctos, quorum fundus eſt firmus, ob farcturæ bonitatem.

*Exemplum ducis.* πιμμελῆ.) Appianus: Primus laborare cœpit, quamuis ſexagenarius, & graui atq; obeſo corpore.

πινακίοις.) Moris fuit, ut centuriones militibus ſuis decreta per præconem annunciarent: ueluti quò eundum, & quot dierum eſſet commeatus præparandus? Ariſtophanes in Auibus: Cogitate, quæ præſcribemus in tabellis.

πινακοπώλης.) Pingues gallinas, aut aues in tabulis expoſitas uendebant.

*Parēes & magiſtri.* PINDARVS Thebanus, Scopelini F. quorundam ſententia Daiphanti: quod probabilius eſt. Nam Scopelini F. eſt obſcurior, & Pindari cognatus. Quidam etiam Pagonidæ eum fuiſſe tradunt, diſcipulus Myrtidis mulieris. Fuit Olympiade 65, ſub expeditionem Xerxis natus annos 40. *Ætas.* Fuit illi frater nomine Erotion, & filius Diophantus: filiæ, Eumetis & Protomache. *Liberi. Obitus.* Contigit illi ut uita fungeretur, quemadmodũ precatus fuerat. Nam cũ petījſſet ut pulcherrimum in uita ſibi daretur, mortuus eſt ſubitò in theatro, inclinatus in amaſīj ſui Theoxeni genua, annos nat' 55. *Scripta.* Scripſit libros 17, Dorica dialecto: Olympionicas, Pythionicas, Proſodia, Parthenia, Enthroniſmos, Bacchica, Laureata, Pæanas, Saltationes, Hymnos, Dithyrãbos, Scolia, Encomia, Threnos, Fabulas tragicas 17. Epigrãmata uerſu hexametro, & oratione proſa Parænes ad Græcos, & alia plurima.

Pindarus Scopelini F. Thebanus, & ipſe Lyricus, cõſobrinus prioris. *Alexander Pindari familiæ pepercit.* Thebas urbem Alexandrum aiunt ſolo æquaſſe: & reliquos, exceptis ſacris & ſacerdotibus, omnes in ſeruitutē abduxiſſe: Pindari tamen poetæ domum & cognatos (inquit Arrianus hiſtoricus in primo tranſitu Alexandri) incolumes ſeruauit, ob reuerentiam Pindari.

πινυτός.) Quin & dicendi peritus fuit, non ſophiſtas recēriores imitatus, ſed ad ueterum grauitatem ſeſe accommodauit. Damaſcius.

*Aiax ab Vlyſſe uictus.* πινυτά.) Afflicto animo Virtus ploto, ſedens paſſis capillis ſordidata: quód apud Græcos non uirtus, ſed dolus uictoriam obtinuit.

πινυτός.) Ob eruditionem cordatam; quam mellifluus ille inter Muſas & Gratias excoluit.

*Hecatomnus. Mauſolus. Pixodarus.* PIXODARVS. Dexippus Cous medicus, Hippocratis diſcipulus, accerſitus ab Hecatomno Carũ rege, filios eius deſperatos Mauſolum & Pixodarum ſanauit, cum ille promiſiſſet ſe bellũ, quod Cares tum cum Cois gerebãt, compoſiturũ.

*Ambulandō edere.* PIOR monachus ambulans edebat. Quærente autem quodam, cur ita ederet? Nolo, inquit, cibo tanquam re neceſſaria uti, ſed tanquam ſuperuacanea. Reſpondit item alīj interroganti: Ne edendo, inquit, uoluptatē corporis ſentiat animus.

*Opinio; fides.* πίστις.) Fides, incertæ rei ſpes. Errãt qui dicunt, fidei genus eſſe opinionem. ſequitur enim fidem opinio. Fides enim eſt opinio. quamuis enim fieri non poſſit, ut ſine opinione fiat fides: nõ tamen genus fidei opinio eſſe poteſt. cum fieri poſſit, ut eadē opinione præditus, alias credas, aliàs non: quod in genere fieri nequit. Nã fieri non poteſt, ut idem animal nunc ſit homo, nunc non. homo em̃ mutatus, nec animal eſt. itaq; ne opinio quidem eadē manebit, ſi non ſit cõiuncta cum fide. Nã opinio dum adhuc creditur, manet. Non enim impeditur quiſquam, eandem de re aliqua opinionem habens, interdum credere ei, interdum nõ. ut ſi quis opinetur, animã eſſe immortalem: nihil obſtat quominus poſtea rationibus quibuſdam adductus, id non credat.

*Chriſtianā fides.* πίστις.) Fidem ſolam definimus eſſe ueram & puram hanc, in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unam Deitatem, & dominationem, omniũ uiſibilium & inuiſibilium opificem, & reginam omnis apparentis & intelligibilis creaturæ: per quā (καθ' ἣν ἐν τῇ τρία νοούμενα σέβομεν) tria unum intellecta colimus, & unum in trib. ſpectatum adoramus. quorum hoc eſſentia cognoſcitur, illud perſonis denunciatur: nihil horum minuentes, aut præterea quid (ὑπερηθείσης. f. προστιθέντες) addētes, ſed uniētes eſſentia, ut & dignitate & eodem honore & gloria: diuidentes autem ſubſiſtentījs, id eſt perſonis & proprietatibus, unaquaq; earum eſſentialiter ſubſiſtente, in ſubſtantia propria impartibiliter intellecta: id quod admirabile eſt. *Pater.* Et nouimus cauſam & genitorem & productorem, patrem principio carentem, & cauſæ expertem abſque tempore, & ſempiternum. *Filius.* Alteram perſonam (γέννημα) quæ nata ſit, filium, una cum patre abſque principio; & unà cum illo cau-

ſam: immutabilem & impatibilem: & abſque (ἄῤῥευ) fluxu, à patre ortum, quicq; ad cauſam & initium patrem refertur. Tertiã perſonam (ἐκπόρευμα) progreſſum aut ꝓceſſiuum aliquid, & ſanctificandi uim habens, Spiritum ſanctum: abſq; tempore ſemper è patre procedentem, non generabiliter, ſed proceſſiuè habentẽ progreſſum: qui eſt cum patre & filio æternùm: qui unà cum illis, ut aſſeſſor, & honoris & gloriæ eiuſdem particeps, & æquè Deus adoratur: per quem & angelis & hominibus & omni rationis capaci naturæ, diuina effunduntur beneficia. & ſic trifariam lucentis diuini principatus inacceſſus nobis & perpetuò fulgens illuceſcit fulgor: ex quibus & identitas & unitas eſſentiæ creditur: & trinitas perſonarum glorificatur. Eorum uerò qui confundunt & diuidunt ea, quæ confuſionem & diuiſionem non admittunt, profanitas & abſurditas, proſtrata & obſoleta eſt.

*Spiritus S.*

*Proceſſio ſpiritus è ſolo patre.*

πίστις.) Peccatum eſt, fidem definire uehementiam opinionis. Sic enim definiẽs, genus ſumit uehementiam: differentiam autem opinionem, cum res contrà ſe habeat. Nã cum opinio genus ſit: uehementia eſt differentia. Nam opinionum aliæ ſunt uehementes, aliæ moderatę. hæ ſunt enim opinionum differẽtiæ, * & eſt fides opinio uehemens.

πίττα.) Qui picem è balneis ſuſtulerũt, & mulieres quę pilos euellebant, in priſtinum ſtatum omnia redegerũt. Itaq; & palæſtræ refloruerunt, & philiria redierunt, & ſui ſimilis facta eſt Lacedæmon.

πιττάκειον.) Simonides ait, uirũ bonum uerè fieri difficile eſt, ſecundũ Pittacium illud: Difficile bonum eſſe (χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, καὶ τετράγωνον ἄνδρα ψόγου.)

PITTACVS Mitylenęus, filius Caici, aut Hyrradij Thracis, matris Lesbiæ: fuit Olympiade 32, unus & ipſe ex ſeptem ſapientib. Scripſit leges, & Olympiade 42 Melanchrum, tyrannũ Mitylenes, ſuſtulit: & Phrynonem ducem Athenienſium, obſidentẽ urbem propter Sigæum, duello occidit, reti in eum coniecto. Cum autem ſenex dux belli eſſe cogeretur, inqt: ὡς χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι; Quàm difficile eſt bonũ eſſe? Huius apophthegma eſt, NOSCE TEMPVS. Fecit etiam elegiaca carmina 600. & de Legibus oratione proſa ſcripſit.

*Melanchrus tyrannus. Phrynon.*

πιτθεύς.) Pitthenſes, municipium Cecropiæ tribus.

πιτυανὴ εἶμι.) Pityanes mentio fit apud Alcęum: deq; ijs uſurpatur, qui crebris & calamitatibus & ſucceſſib. utuntur. Talia enim, ut & Hellanicus meminit, negocia Pityanę obiecta ſunt: quam & à Pelaſgis in ſeruitutem abductam, & rurſus ab Eretrienſibus in libertatem aſſertam eſſe ait.

πιτυοῦς.) Pityus oppidum in finibus maris Pontici ad dextrã ſitum, Romani imperij terminus, barbaris & crudelibus populis finitimum.

πλαγία φάλαγξ.) Obliqua phalanx, quæ multò longior eſt, quàm ꝓfundior.

πλαγγόνιον) Puerulos qui apud nutrices delicatè uiuunt, garrire, & dicere de filo & telis & pupis ſinamus.

PLACIADAE, municipium Atticæ, ubi raphani magni naſcuntur.

πλάζοντος.) Met' perſtringit oculos, & in errorem conijcit.

πλάθειν.) Non poteris contendere cũ potẽtibus: τοῖς δυνατοῖς οὐκ ἰσχύεις πλάθειν.

PLACILLA, uxor Theodoſij maioris, pia, & pauperum amans, per ſeſe ipſa ægrotantibus & mutilatis ſeruiebat. Ante maritum obijt. Cum primis oſtẽdit imperatoris erga eam amorẽ, ira eius aduerſus Antiochenos, cum ſtatuã eius per plateas tractam conſregiſſent: ꝙ moleſte ferrent publica tributa, quę imperator urbibus, per cauſam continentiũ bellorũ, impoſuerat. quo tẽpore Chryſoſtomus Andriãtas, id eſt orationes de ſtatuis ſcripſit.

*Ira Theodoſij in Antiochenos.*

*Andriantes Chryſoſtomi.*

πλάνη.) Error, aberratio à ſcopo.

πλανήτης.) Heraclius imperator erronibus Romanarũ legionũ, deſertorũ ordinum pœnas irrogabat: & quicũq; labore ualere iuſſo, temerè huc atq; illuc uagabanť, cruciatib. ad modeſtiã reuocabanť.

*Animaduerſio in errones.*

πλάξιν.) In tabulis à Deo ſcriptis hæc fuêre ſcripta: EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS, qui eduxi te è terra Aegypti, ex domo ſeruitutis. Non erunt tibi dij alij præter me Non facies tibi ſimulacrum, ullius rei effigiem, eorũ quę in cœlo ſuprà, & in terra infrà, & quæ in aquis ſub terra ſunt: non adorabis ea, neq; coles ea. Non ſumes nomen Domini ob rem uanam. Memento ut diem Sabbati ſanctifices. Honora patrem tuum, & matrẽ tuam, ut bene tibi ſit, & ſis lõgæuus in terra. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non occides. Non falſum teſtimonium contra proximũ tuum dices. Non concupiſces uxorem proximi tui. Non cõcupiſces domum proximi tui, neq; agrũ proximi tui, neq; ſeruum eius, neq; bouẽ eius, neq; ancillam eius, neq; iumentum eius,

*Decalogus.*

nec

nec omnia quæ proximi tui ſunt.

κηρῦ εὐπλαςότερ☉.) Cera tractabilior. Prouerbiū: de ijs q facilè aliquid docent.

πλάστιγξ. Aenea, Troum conſiliarie, ubi ſunt minæ tuæ, & ea quæ Troum regibus in conuiuio promiſiſti?

πλαταγώνιον.) Platage, inſtrumentum quoddam æneum fuit, ſonum & ſtrepitū edens, quo pollici & indici impoſito atq; impulſo, explorabāt amaſiorum ſuorum affectum. Nam ſi ſonuiſſet, amabantur: ſin minus, contrà.

πλάτη.) Nauem decem millium capacem, turribus & omnis generis munimentis ornatam, ſecundo flumine ferri ſinit.

*Natales.*

PLATO Ariſtonis, Ariſtoclis filij, & Perictiones, aut Potones F. genus à Solone trahentis. ſexta enim fuit ab illo, filia Dropidis poetæ, fratris Solonis. Solon autē à Neleo genus trahit: & Ariſto Platonis pater, à Codro, Melanthi filio. Memoriæ proditum eſt, ex uiſu quodam diuino, matrē Platonis (ἐγκύμονα. f. a. ἔγκυος.) concepiſſe, cum Apollo ei apparuiſſet: & cum Platonem in lucē edidiſſet, tum demum maritus, eius cōſuetudine uſus eſt. Natus autem eſt Aeginę, Olympiade 88. poſt initia belli Peloponneſiaci, & uixit annos 82. mortuus Olympiade 108. & nuptiarum & omnis cōmiſtionis corporeæ expers. Epulatus aūt in feſto, & dormiēs, uita exceſſit. Etiam alij poſt eum Ariſtoni filij nati ſunt, Adimantus & Glaucus, & Potone filia. Literarum rudimenta à Dionyſio quodam didicit: in palæſtra etiam ſe exercuit, apud Ariſtonē Argiuū: deinde poeſi percepta, ſcripſit Dithyrambos & tragœdias. His autē neglectis, apud Socratem circiter annos 20. eſt philoſophatus. Et fertur Socrates uidiſſe in ſomnis, q̄ die ei traditus fuit Plato, cygnum genibus ſuis inſidentē. Ariſtocles primò eſt dictus: ſed ob latitudinē pectoris, Plato eſt cognominatus. Alij ob amplitudinem orationis, Platonem dictum aiunt. Ter in Siciliam uenit Plato, ad tyrannos Dionyſios: & uenditum à tyranno emit Anniceris quidam Afer, & dimiſit. Verſabat̄ in Academia, ibiq; docebat. In ſchola ſingulatim ei hi ſucceſſerunt: Speuſippus, Xenocrates, Polemon, Crantor, Crates. Alij tradunt, * Socratis F. Arceſilaū, Lacydem, Euandrum Phocæenſem, Damonem, Leonteum, Moſchionem, Euandrum Athenienſem, Hegeſinum, Carneadem, Harmadam. Sunt germani eius dialogi omnes 56. ex quibus alij Phyſiologici, alij Ethici, alij Dialectici. Et Reſpublica eius diuiditur in libros 10. Leges in libros 12, quaterni Dialogi reſtant 9.

*Apollinis ſpectrum.* *Obitus.* *Adimantus.* *Glaucus.* *Potona.* *Inſtitutio.* *Socratis de Platone ſomnium.* *Ariſtocles cur Plato dictus.* *Dionyſij.* *Academia.* *Succeſſores.* *Dialogi.*

PLATO Athenienſis comicus, fuit tēporibus Ariſtophanis, Phrynichi, Eupolidis & Pherecratis. Fabulæ eius ſunt 28. Adonis, Aphieron, Gryphes, Dædalus, Feſta, Græcia aut inſulæ, Europa, Iupiter afflictus, Io, Cleophon, Laius, Lacones aut poetæ, Inquilini, Formicæ, Mammacuthus, Menelaus, Victorię, Nox longa, Xantæ aut Cercopes * Dolens, poeta Piſander, Senes, Puerulus, Sophiſtę, Societas, Syrphax, Hyperbolus, Phaon. Vtitur autē illuſtri dicendi genere, ut Athenęus in Dipnoſophiſtis ait. Sunt etiam fabulæ Platonis Homicida, & Vnà decipiens. & Panegyriſtæ, & aliæ plurimæ.

** περιαλγῶν.*

Plato philoſophus pauper fuit, & ſolum in Academia tenuit hortū, qui pars minima fuit (διαδοχικῶν, eorū qui illi ſucceſſerunt. Teſtamentis auctæ opes philoſophorum, ut ſacerdotū & monachorū) uicanorum. Hortus enim tres aureos numos pendebat: omnis autem prouentus póſt, mille aut paulò plurium fuit. Sed auctus eſt & ipſe poſterioribus ſeculis, hominibus ſanctis & ſapientiæ ſtudioſis aliàs alijs morientibus: & in teſtamentis, philoſophis opes, ad philoſophicæ uitæ ocium & tranquillitatem, relinquētibus.

*Animum uincere.*

PLATO in Legibus ait, liberum eſſe animum, & dominum affectionū: & ſeipſum uincere, omnium uictoriarum primam & optimam eſſe: uinci aūt à ſeſe, turpiſſimum ſimul, & peſſimum. Scimus enim affectiones in nobis eſſe, ut neruos aut funes quoſdam: noſq; attrahere ad diuerſas actiones, cum inter ſe cōtrarij ſint. (ἐνδείᾳ. f. ἔνδον uel ὧν.) In quo ſanè uirtus & uitiū diſtinguuntur. Ratio enim ait, unum habitum ſemper ſequendum eſſe, & nuſquā ab eo recedendum, ac reliquis (μέτροις) menſuris aduerſandum. eum autem habitum, eſſe ductum rationis. Oſtendit igit̄ ſapiens ille uir, conſilio animi rerum meliorum & deteriorum (f. αἵρεσιν, optionem ſeu delectum) diuiſionem eſſe attributā. Idem Plato Theologicè loquēs ait: Quid eſt, quod cum ſit ſemper, ortum non habet? &, quid quod fiat quidem, ſed nunquam ſit? quorum illud quidē intelligentiæ rationis conſpicuum eſt, ſemper eodem modo ſeſe habens: hoc uerò ſenſu bruto opinabile, quod & oritur, & rurſus interit, reuera autem nunquam eſt. Hæc uerò omnia pars ſunt temporis, (τὸ ἦν καὶ ἔσται)

*Æterna.* *Caduca.*

ἔςαι) fuiſſe & fore. Quæ per errorem tranſferimus ad æternam eſſentiam. Nec enim rectè dicimus, eam & fuiſſe, & eſſe, & fore. Nam τὸ Eſt, tantum uera ratione Deo conuenit. τὸ Fuit autem, & τὸ Erit, dici cõuenit de ortu qui eſt in tempore. Quod uerò eodem modo immobiliter ſe habet: neq; recẽtius neq; uetuſtius eſt dicendũ. Nam quod ſemper eſt, & antè eſt, (τὸ ἀεὶ ὂν καὶ πρεσβὸν) ortu omni eſt ſuperius. Id uerò quod naſcatur, & alterationes multas recipiat, meritò nunquam eſſe dixit.

*Deus bonus, & bonorũ autor.*

Idem Plato ait: Bonus quidẽ eſt reuera Deus: ac dicẽdum, cauſam eum eſſe bonorum, malorum autem omnium cauſam in eum nullam conferendam.

*Diuina rerũ omnium gubernatio.*

Idem in Legibus oſtendit nobis, rerum omnium rectorem eum, qui mundi uniuerſi gubernacula teneat. Nam Deus initium & finem & medium rerum omniũ habens, rectà ſemper progreditur, ſecundum naturam circumiens.

*Iuſtitia. Modeſtia. Inſolentia.*

Semper autem eum comitatur Iuſtitia, eorum qui diuinam legem deſeruerũt uindex. cui qui felix eſſe uult, adhærens, ſequitur humilis & modeſtus.

*Homo deſertus à Deo.*

Si quis uerò elatus iactantia, aut opib. tumidus, aut honoribus & corporis pulchritudine unà cum adoleſcentia & amentia inſolẽter loquitur, quaſi nec principe nec duce egeat, ſed & alios ducere poſſit: relinquit̃ deſtitutus Deo. relictus autẽ, & præterea alios tales nactus, laſciuit, perturbans omnia ſimul, & multis uidetur eſſe aliquis. Pòſt autem pœnas non reprehendendas dans Iuſtitiæ, & ſe & familiam & urbem funditùs ſimul euertit.

*Pœna propter emendationem & exemplum.*

Per hæc philoſophus etiam uniuerſitatis curatorẽ oſtendit, & in quibuſdam patientiã, & quæ inde ad amentes peruenit noxã, & quę poſtea eos inſequitur internecionem. Idem in Gorgia pœnæ cauſas explicat his uerbis: Cõuenit omni qui punitur, & ab alio rectè caſtigatur, aut meliorem fieri, & aliquid reuera iuuari: aut exemplo alijs eſſe, ut illi uidentes perpetientem ea quę perpetitur, metu meliores fiant.

*Sanabiles.*

Sunt aũt qui fructum capiant, cum & à Deo & ab hominibus puniuntur, hi, qui ſanabilia delicta cõmittunt: ſed tamen per dolores & cruciat⁹ utilitas ad eos peruenit & hîc, & apud Inferos. Fieri enim nõ poteſt, ut ab improbitate aliter diſcedãt.

*Inſanabiles.*

Qui uerò extrema cõmiſerint, ob talia facinora prorſus curari nequeunt: & hi exempla relinquunt, nihilq; amplius iuuant̃, ut qui inſanabiles facti fuerint: alij autem iuuantur, qui hos uidẽt, propter peccata, huiuſmodi acerbiſſimos & atrociſſimos dolores perpetientes, & in æternum tempus omnino exempli loco ſuſpẽſos. Hæc ẽ ſacris libris ſurripuiſſe uidet̃, per Moſem à Deo ad Pharaonem dicta:

*Plato Moſen compilaſſe uiſus. Pharaonis.*

In hoc ipſum excitaui te, ut oſtenderem in te potentiã meam, ut narraretur nomen meum in omni terra. Cum enim ille improbiſſimus eſſet: omnis generis ſupplicia ei Deus immiſit, non ut meliorem redderet (nouerat enim & eius præfractum animũ, & malum immedicabile) ſed ut narrationes de illo, omnibus utilitatis fierent exẽpla: ſicut urbes alunt carnifices, nõ quidem uoluntatem eorum probantes, ſed eorum miniſteriũ propter neceſſitatem tolerantes. Sunt & reliqua perſpicua.

*Sortitus animarum.*

Idem de ſortitu & collocatione animorũ, in Phædone ait: Profanus & impurus ubi ad Orcum peruenerit, in cœno iacebit: initiatus autem & purus, cum eò tranſierit, cum dijs deget. Et alio loco: Qui uitã iuſtè exegit, & ſanctè, poſteaq; obierit, in Beatorũ inſulis habitat in omni felicitate, malorũ expers: ſed qui iniquè & impiè, eos in iudicij & pœnæ ergaſtulum, quod Tartarum uocent, deſcendere ait. Hęc ab Ægyptijs didicit.

πλαίσιον.) Quadrangularis ordo exercitus, & ex lignis quadratis compago, q̃ quidam πλινθίον, id eſt laterẽ dicunt, cum acies ad omnia latera inſtruitur, figura altera parte longiore.

πλέθρον.) Menſura terræ continens cubitos 68. cum * ſemiſſe, ſtadij ſextam partem. Nam totum ſtadium eſt cubitorum 400: ſeu quod ab omni parte pedes habet 38, cum Plethrũ habeat 100. pedes.

** beſſe, διμοίρου.*

*Palmæ Babylonicæ.*

Xenophon ait, palmas iugeri magnitudine naſci Babylone, aut etiã maiores ſtadio, cubitorum 400.

*Athenienſium liberalitas in Ariſtidis liberos.*

Eloeauit urbs Athenienſium filias Ariſtidis: & Lyſimacho filio eius binas drachmas in ſingulos dies, & terræ arboribus conſitæ octo iugera, arui centum dedit.

πλεκῶν.) Solent autores multis uti uerbis non in propria ſua ſignificatione, ſed uicina, & propè accedente: pręſertim ubi apertè eloqui aliquid minus licet.

πλεονεκτεῖ ἡμᾶς ὁ διάβολος.) Diabolus iniurijs nos afficit.

*Sũma petit Liuor.*

πλεονεξία.) Sophocles: O' Plute & tyrannis, & ars arti præſtans in uita beata, Quanta apud uos inuidia ſeruatur?

πλέον.) Ariſtophanes: Et hoc amplius mille ſtateres ualet. πλέον ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι: Amplius anno ſenior diſcedo, inquit Ariſtophanes, cum aliquid iſtiuſ-

Moleſtia. iſtiuſmodi argutiarum audiui. Alludens ad Homericum illud,

*αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι:*
*In reb. aduerſis homines ſubito conſeneſcunt.*

Et ad Heſiodium illud, ὠμῷ γήραϊ δῶκε: id eſt, Ante tempus ſenem facit.

πλεύσω.) Non noſter dux erit, & inhiabit urbi: ſed nauiget ſolus ipſe ad coruos.

πληγαὶ) Quadraginta diebus plagæ Aegyptiacæ acciderunt.

πληθούσης ἀγορᾶς ἐν μέσῳ στὰς εἶπε.) Completo foro in medio ſtans dixit.

πληθύνουσι.) Aliquanto poſt, cum Minyæ augerentur: inſolenter ſe gerebant, & regnum appetebãt. Te longitudo temporis ſenem ſimul facit, & uæcordem.

αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον.) Tolle plectrum propugnans: Prouerbium. Galli gallinacei enim æneis ſtimulis ad pugnã armantur.

πλημμελεῖν.) Lyſis: Fateri rem inutilẽ ſibi eſſe charam, prauum eſt. Ille ob ſuum peccatum à me imperio priuabitur.

πλήρει.) Plenis uelis in eius philoſophiam ſe demiſit.

πληρωτὴς.) Demoſthenes in oratione contra Ariſtogitonem. πληρωτὰς uocarũt eos, qui ſtipem reddunt iis qui uel ſortitò acceperunt, uel emerunt.

πλίνθους πλύνεις, χαμαὶ ἀντλεῖς, φακὸν τέμνεις.) Prouerbia tria: Laterẽ lauas, humi hauris, lentem ſecas. De iis quæ fieri non poſſunt, & nihil conferunt, & non ſunt.

πλίνθος.) Agis Pauſaniæ F. aliquando impreſſione in agrum Mantinenſem facta, ciues in urbe concluſit: & præterfluenti amne auerſo, mœnia deſtruxit, facta ex crudo latere, qui ad machinas bel-

Lateres crudi, cocti. licas tutior eſt cocto & ſaxis. Nã illi franguntur & exiliunt è compagib. Incoctus aũt later non æquè læditur: diſſoluitur aũt ab aqua, non minus quàm à ſole cera.

πλόκιον γοργόνος.) Capillamentũ Gorgonis, datum Aſteropæ Cephei filiæ, quo tempore Cepheus cum Hercule militauit in *Lacedæmonia, ut eo abſente urbs incolumis maneret.

Diuitiæ. Valetudo. πλουθυγίειαν.) Quaſi Locupletiſanitatem dicas: duo uocabula commiſcuit Ariſtophanes, earum rerum quib. homines maximè gaudent, ſeq; res ſuas cõſtabilire putant, ex eo uim felicitatis oſtendens.

πλουθυγίειαν) Ariſtophanes: Dabimus uobis, & ipſis liberis, & liberorum liberis Locupletiſanitatem, felicitatẽ, uitam, pacem, adoleſcentiam, riſum, choream, conuiuium, lac gallinaceum, ut defatigemini bonis: adeò diteſcetis omnes.

PLVTARCHVS Chæronenſis, Bœotius, fuit Traiani Cæſaris temporibus, & antè. Traianus autem dignitate conſulari eum ornauit: edixitq;, ne quiſquã Illyriæ magiſtratuum, quicquam abſq; conſenſu eius ageret. Scripſit multa. Plutarchi apud Traianũ autoritas.

Plutarchus Neſtorii F. Atheniẽſis philoſophus, magiſter Syriani, q præceptor fuit Procli Lycii, & ſcholæ philoſophicæ Athenienſi præfuit: cuius ſucceſſor Marinus. Scripſit multa.

ὅτι πλουτεῖν ἢ πεινᾶν βέλτιον, ἀπὸ τῆς ἑκάτης ἔστιν μαθεῖν.) Melius eſſe, diuitẽ eſſe, quàm eſurire: ex Hecate cognoſcere licet.

πλοῦτος.) Parare opes eſt facile, cuſtodire difficile.

πλοῦτον.) Ariſtophanes: Pluto dat funiculum Aeſchylo redeũti ab Inferis: eũ afferto Cleophonti, & quæſtoribus Symbolum mortis, & necis laqueo cõſciſcendæ, fortaſſe funis ſignificat.

PLUTHIA, municipium Aegeiæ tribus: cuius popularis, Plothenſis.

PLOTINVS Lycopolita, ex familia philoſophica, diſcipulus Ammonii, qui baiulus antè fuit, & magiſter Amelii: quẽ Porphyrius audiuit, Porphyrium Sopater. Sub Galieno ſenex manſit uſq; ad annos ſeptem, & compoſuit libros 54: qui in nouenos diuiſi, dicunt Enneades. Fuit corpore imbecilli, ob morbum ſacrũ. Scripſit & alia.

πλῷ χρησάμενος.) Triduo Athenis Mitylenen nauigio peruenit.

πλοῖον, ἢ κυνῆ.) Nauis, aut galea. De rebus ambiguis. Ariſtophanes in Auibus.

πλυνεῖς.) Menander: Si adeò maledixeris meæ uxori, patrẽ & te & iſtos tuos ego ſic arguam.

πλύνεις.) Ariſtophanes: Me coram tot uiris traducis.

PLYNTERIA, feſtum Athenienſiũ.

πνεῦμα.) Spiritus, anima hominis. Spiritum dabo eis, ſpiritum nouum. Non de ſacroſancto loquitur, ſed de impetu rationis (τοῦ λογικοῦ τὴν ὁρμὴν, de rationali appetitu.)

πνευματικὸν σῶμα.) Spirituale corpus. Dicunt poſt glorioſum à corpore (ἀπαλλαγὴν) diſceſſum, animò circundari corpus ſubtile, magis aereum, & lucidius, q omnino ſenſurum ſit dolorem. Et hę ſunt nugæ Græcanicæ: & ab eo corpore ſeparari negant iram & cupiditatem. In Locis Ariſtoteles, omnem ſpiritum corruptibilem eſſe dicit.

πνεῦ-

*Vocales animantes.*

πολύμων, ἢ πλύμων.) Non omnia animalia uocem habent: ſed ea ſolũ quæ pulmones habẽt, & reſpirant. Materia enim uocis eſt, (ὁ ἀναπνεόμενος) qui exhalatur aer. Sed neq; inſecta reſpirant, neque ſanguine caſſa, neq; amphibia (id eſt, quæ & in aquis & in terra degunt) prædita uoce ſunt omnia: nec ea quæ teſta teguntur, ut cochleæ: nec ea quę cruſtis tenuibus operiuntur, ut cancri, ſcytalæ. Ex amphibíjs autem ſonũ edunt hippopotamus & crocodilus: hic enim exiguum ſonũ edit. Piſces autem Acheloi cum ſonare uideanť, non ſonant. neq; enim per inſtrumẽta uocis ſonum edunt, ſed motu quodam branchiarum. Nam cũ in ſumma aqua natant, multum aquę intra branchias recipiẽtes, eaſq; poſtea cõtrahentes, aquam reíjciũt, eaq; reiectione illam turbant. Ea uerò turbata, aliquid aeris recipit, qui in terram eliſus ſonat. Vnde fit, ut uocales eſſe uideantur. Cicadæ autem per membranam quandam pectore & ſuperficie inſito aere (ὁ θλιβόμενος. f. ἐκθλιβ.) elidentes alis incluſum aerem, ſonant. Neq; enim per inſtrumenta uocis ſonant. Muſcę uerò alis, quæ aſperæ ſunt, aerem ferientes ſonant. Vbi uerò conſtiterunt, ſonare deſinunt. Scari quoq; ore aquam impellẽtes, ſonũ edunt: in profundo autem non ſonant.

*Hippopotamus. Crocodilus. Acheloi piſces. Cicadæ. Muſcæ. Scari.*

πνέω.) Suſpiria & eiulatus ſpirans. Ille, ut adoleſcẽs & cõtentioſus, inflatus erat.

πνύξ.) Pnyx Athenienſium concio, ſiue à denſitate lapidum, ſiue à frequẽti hominum conuentu ſic dicta.

πυκνός.) Vt habenis equi, ſic à magiſtratibus populi reguntur.

ποδάγρα.) Foueas effodit, & ferramenta, quibus pedes configerenť, iniecit contra hoſtes tanquam feras.

*Explicatio ſomnij.*

πόδας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν.
πόδας πλατεῖς ἔχειν σημαίνει λύπας.
ποδῶν κοπέντων μηδ' ὅλως ἄρχε τρίβων.

Pedes purgare, curarũ ſignificat ſolutionem. Pedes latos habere, ſignificat moleſtias. Pedibus amputatis nullo modo iter auſpicare.

ποδεῶνες.) Perforatos perones agricola dedicauit Cereri Parmis, moleſtis relictis laboribus.

πόθεν.) Vnde, Ariſtotele autore, de quauis mutatione accipiendum.

ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς.) Deſideras abſentem, & fruſtrà uocas.

πολλά γ' ἡμᾶς λανθάνει.) Multa nos latẽt: id eſt, Non omnem rem nouimus.

πολλὰ καινὰ τοῦ πολέμου.) Multa ſunt noua belli. Polybius: Cum luna ſub Perſeo Macedonum rege defeciſſet, fama uulgò increbruit, defectum regis ea re ſignificari. Idq; ut Romanos animoſiores, ſic Macedones timidiores fecit. Ita uerum eſt quod uulgo fertur, Multa eſſe belli noua.

*Luna defectus.*

πολλά κεν εἰδείης, οἷς τὸν θεὸν ἐξαπατήσεις.)
*Multa quidem noris, quis numẽ fallere poſſis.*
Prouerbium, in eos qui ſe Deo putant fucum facturos.

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.)
*Multa cadũt inter calicem, ſupremaq́; labra.*

πολλά τοι σμικροὶ λόγοι
ἔσφηλαν ἤδη, καὶ κατώρθωσαν βροτούς.) Mortales ſæpè leuiculis rebus & læduntur, & iuuantur.

πολλὰς ἀπετρίβετο.) Multis uerberibus affectus eſt, ut qui Muſas aboleret.

πολλαχῶς.) multifariam, uariè, non uno modo. Hoc bifariam uſurpatur. uno modo, in uerbis quæ homonyma, id eſt ęquiuoca dicũtur: altero in oratione, quæ ἀμφίβολα ambigua dicere ſolent, cuiuſmodi eſt BONVM. Id enim aliter dicitur de iuſtitia, & fortitudine: alter de uiribus, & ſanitate. nam & hæc bona dicuntur.

πολλαὶ δ' ἀπειλαί, πολλὰ δὴ μάτην ἔπη
θυμῷ κατηπείλησεν: ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν
αὑτοῦ γένηται, φροῦδα τ' ἀπειλήματα.)
*Multa ſunt minæ, multaq́; inania uerba*
*Per iracundiam effutiuntur: ſed mente*
*In integrũ reſtituta, cõminationes euaneſcũt.*

πολλαῖς πληγαῖς δρῦς δαμάζεται.) Multis ictibus quercus domatur. Prouerbiũ, de íjs qui difficulter capiũtur & conficiunť.

πολέμαρχος.) Polemarchus, Athenis unus fuit e nouem principibus: cuius magiſtratus cùm alia munera ſunt, tũ actiones in inquilinos dare deſertæ clientelæ, deſertiq; patrocinij, hæreditatum item & pupillarium cauſarum: in cæteris quoq; rebus, quas, ἄρχων prętor, ciuibus pręſtat, has Polemarchus inquilinis.

POLEMARCHVS, frater Lyſiæ oratoris.

POLEMARCHI magiſtratus apud Aetolos, qui portas claudebat, intereaq; claues tenebat, quotidieq; in portis uerſabatur.

πολεμητέα ἐν τύχῃ.) Eſt bellum maturandum.

πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με.) Oppugna oppugnatores meos.

πολέμων.) Polemon Philoſtrati aut Philocratis F. Athenienſis philoſophus, diſcipulus Xenocratis qui Platoni ſucceſſit, ipſe quoq; Academię præfuit. Fuit aũt per-

*E luxu perdito continens fit philoſophus.*

perquàm libidinoſus, deinde philoſophatus eſt, multosq́; libros conſcripſit, quorũ nihil extat. Delectabatur Sophocle & Homero, & utrunq; pari prędítum ſapientia dicebat: ac Homerum quidem heroicum eſſe Sophoclem, Sophoclem uerò tragicum Homerum.

POLEMON Euegeti F. Ilienſis (nòmen id eſt pagi (κώμης γλυκύας) dulcis, Athenis in ciuitatem aſcriptus, eoq́; Inſcribebatur Helladicus, deſcriptor orbis dictus, hiſtoricus tempore Ptolemæi illuſtris. Sed ut Aſclepiades Myrlean⁹ tradit, æqualis fuit Ariſtophanis grammatici, ac Rhodium etiam Panætium audiuit. Edidit Ilij deſcriptionẽ libris tribus: Origines Phocenſiũ urbium, & de Ponticarum urbium cũ Athenienſibus cognatione: de Laconicis urbibus, & alia plurima: inter quæ & Orbis deſcriptio eſt, ſiue Geographia.

Polemõ Laodicenſis, ex ea urbe quæ eſt ad Lycũ fluuium, orator & ſophiſta: Smyrnæ docuit, Ariſtidis oratoris magiſter. Fuit ſub Traiano, & poſt eum, diſcipulus Timocratis philoſophi, Pontici Heracleotę, & Scopeliani ſophiſtę: obijt anno ætatis 56, ſeq́; ipſe in ſepulchrum coniecit, necemq́; ſibi conſciuit inedia, propter morbi articularis cruciatus. Cũ autẽ à propinquis & amicis lugeretur, dixiſſe fertur: Date mihi aliud corpus, & aſcendam. Et medicis à quibus (ἐπὶ συχνῷ, magna mercede) diutius ſecabatur, Quamprimùm, inquit, Polemonis lapidicidinas excidite.

*Viuus ſepultus.*

*Impatientia doloris.*

Polemon ſophiſta iunior, fuit ſub Commodo.

POLLES uates, auguria occurſuum in uijs ſcripſit: ut, Si quis hoc geſtans occurrerit, hoc ſignificat.

*Auguria Occurſus, Omina.*

Polles Aegienſis (Aegæ autem urbs Aſiæ, uicina Magneſiæ & Smyrnæ) philoſophus, ordine alphabetico ſymbolica ſcripſit, id eſt coniecturas libris 2. Auguria lib. 8. Arithmetica lib. 2. Medicamenta lib. 2. de Homericis auſpicijs: de Tyrrhenorum haruſpicina: Iatroſymbolica, id eſt coniecturas medicas: de pico martio: Sacram orationẽ, κατοικιδίων domeſticorum ſiue altilium lib. 1. De uenatione. De ſympathijs & antipathijs, id eſt de conuenientia & repugnantia rerum inter ſeſe, lib. 3. De fulminibus, eorũq́; obſeruatione, & alia.

πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενά.) Magnę eſt amentiæ, conſectari inania.

πολιήτης.) λαῒδ' ἔχω πολιῆτιν ἀλιζώνοιο κορίνθου.
*Lais amica mea eſt bimari pgnata Corintho.*

πόλιν.) γλῶσσα ποῖ πορεύεις; πόλιν ἀνορθώσουσα, καὶ πόλιν καταστρέψουσα.) Lingua quò uadis? Vrbem inſtauratura, & urbẽ euerſura. Prouerbium, de ijs qui oratione uel proſunt, uel nocent. *Lingua.*

Ain gůte zung vil gůtes ſtifft/
Ain bőſe zung vil leutt vergifft.

πολιὸν.) Neq; mõs umbroſus, neq; nubes ætheria, neq; glaucũ mare eſt, quod iſtum exulem ſuſcipiat.

πόλιον.) Polij herbæ duo ſunt genera: quorum minus calefacit & ſiccat tertio interuallo ſeu gradu (ut uocant.) Itaque omnium uiſcerum obſtructiões aperit, & urinas & menſtrua ciet: ac uiride quidem adhuc, magna uulnera cõglutinat, aridum uerò hulcera maligna curat impoſitum.

πόλεις παίζειν.) Vrbes ludere. Ludi etiam nomen eſt Vrbs.

πόλις δ' ὁμοῦ.) Sophocles: Vrbs ſimul & thymiamatum plena eſt, & pæanũ, & ſuſpiriorum. Qui peſtilentia cõflictantur, ad auertendum malũ rem diuinã faciũt, & hymnos canũt: quos uerò peſtis corripuit, ob ſua mala gemunt. *Peſtilentia.*

πολιτεία.) Formæ rerumpublicarum ſunt tres. Sed oratores peculiariter ſolẽt Democratiam, id eſt popularem rempublicam uocitare politiam.

πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν, συγκλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα.) Ciuilem uirtutem cum ſacerdotio coniungere, eſt ea conglomerare, quę ſe conglomerari nõ ſinunt. Sapienti capeſſenda eſt reſpublica. nam is eſt qui & improbitatẽ coherceat, & ad uirtutem impellat. *Sacerdotiũ regno male iungitur.*

πολιτισμὸς.) Plato, relicta urbe, in Academia uerſatus eſt.

πῶλον βλέπειν θέοντα, μυστικὸν τόδε.) Pullũ equinum (Polum) cernere currentem, arcanum quiddam eſt. *Explicatio ſomnij.*

πόλος.) uertex. Polum ueteres, non ut recentiores punctum quoddã & axis extremitatem, ſed uniuerſum cœlum appellarunt. πόλος ὀρνίθων, cœlum auium, apud Ariſtophanem.

πολλὸς.) Arrianus: Bacchi multa eſt mentio, Herculis non multa.

πολλοστῷ.) Nec ætate tibi par eſt, nec ulla re alia præſtat, ſed omnibus rebus unus eſt de multis.

πολλοῦ.) θρασὺς εἶ πολλοῦ, Admodum es audax. πολλοῦ γε καὶ δεῖ, Multum abeſt.

*πολλῷ γε μᾶλλον, κἂν παρῶσι χίλιοι.*) Multo quidem magis, tametſi mille adfuetint. De ijs qui ſe modis omnibus uictores fore pollicentur.

*πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.*) Multa nouit uulpes, ſed erinaceus unū magnū.

*πολλοὶ θεμόβολοι, παῦροι δέ τι μάντιες ἄνδρες.*) Multi ſortilegi, pauci fatidici.

*πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ, παῦροι δ' ὠφελήσιμοι.*) Multi ſunt inimici, pauci adiutores.

*πολλοί σε μισοῦσιν, ἐὰν σαυτὸν φιλῇς.*) Multi te odio proſequentur, ſi te ipſe amaris. Hoc aiunt Nymphas dixiſſe Narciſſo, ſe ob pulchritudinē in fontib. contēplanti.

*πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.*) Multi duces Cariā ꝑdiderūt. Propter Halycarnaſſi obſidionē. In eos q nō conſentiūt.

POLYBIVS Lyci F. Arcas, Megalopolitanus, Scipionis Africani unà cū Panætio philoſopho præceptor, temporibus Ptolemæi Euergetæ: ſcripſit prolixā illam hiſtoriam Romanam lib. 40. auſpicatus ab exilio Cleomenis Spartani, & Philippi Perſei filij: ac ſucceſſioni Macedonum, res geſtas Romanorum ordine

Poſidonius.
Strabo.

attexuit. Sciendum, hiſtoriæ Polybij ſuccedere Poſidonium Olbiopolitam ſophiſtam. Scripſit & Strabo Amaſienſis, ea quæ poſt Polybium geſta ſunt.

POLYGNOTVS pictor, Thaſius, filius & diſcipulus Aglaophontis, ciuitate Athenienſi donatus, ſeu quòd Pœcilē porticum gratis pinxit: ſiue, ut alij cenſent, picturas in theſauro & Anaceo, id eſt æde Caſtoris & Pollucis, ut tradit Iuba in opere de Pictura.

Robuſtus pugil.

POLYDAMAS Scotuſæus pācratiaſta, maximus omniū ætatis ſuæ hominū. Hic etiamnū adoleſcens, leonē in Olympo Macedoniæ, nullo telo armatꝰ occîdit: & ad armentū ingreſſus, maximū & ferociſſimum taurum poſterioribus pedibus prehēdit: ſummaq; ungula ita tenuit, ut eam taurus ſaliens, in manu eius relinqueret. Idem aurigam, currum celeriter agitantē, inhibuit, ne pergeret, curru altera manu prehenſo, & equos ſtitit. Huius facinorib. Dariꝰ nothus, Artaxerxis F. auditis, muneribus hominē ad ſe pellexit. Is tres ex ijs qui Immortales dicuntur ex ꝓuocatione duello interfecit. Hæc eius facta inſcriptiōe ſtatuæ Olympicæ celebrata ſunt. Cæterùm robur ei, ut & alijs robore elatis, exitium attulit. Sicut Homerus de Hectore ſcripſit:

Fiducia uirium exitij cauſa.

*Tua te fortiſſime uirtus Conficiet.*

Nam æſtiuo tempore cum compotoribus ſpeluncam ingreſſus, cùm ſpeluncæ cacumen fortuitò rumperetur, mortēq; minitaretur, cæteriq; curſim fugerent: ipſe manibus extētis manſit, quaſi ruinā ſpeluncæ fulturus: ibiq; oppreſſus eſt.

*πολυδεύκης.*) Pollux Naucratita (quidam Arduennæ, quæ Phœniciæ urbs eſt, natum, per iocum tradūt) docuit Athenis ſub Commodo Cæſare, obiit anno ætatis 58. Scripſit libros hos: Onomaſticon libris 10. Eſt autē collectio eorū quæ diuerſè dicūtur de eodē. Diſputationes ſiue Sermones, Declamationes, Epithalamiū Cōmodi Cæſaris, Romanā orationem: Buccinatorē, ſiue certamen muſicū: contra Socratē, cōtra Sinopēſes: Pāellenium, id eſt, orationē in totius Græciæ conuentu, Arcadicām, & alia.

POLYAENVS Sardianus ſophiſta, ſub primo Cæſare Caio ſcripſit oratiōes forēſes, & iudiciorū ſeu patrociniorū formas, triūphi Parthici tres libros, & alia.

Polyænus Macedo, rhetor, ſcripſit de Thebis, de Acie inſtruenda lib. 3. & alia.

POLYEVCTVS comicus, cuius fabula eſt Auriga, ut tradit Athenæus in Dipnoſophiſtis. Fuit & noſtra ætate Polyeuctus homo deteſtabilis, ſemiuir, inuiſus Deo, multæ iracundiæ, Cocyti & Stygis dirus, & peſtilens uitæ partus.

*πολύζηλος.*) *O' diuitiæ et regnū, et ars artis*
*Inſignis in uita multum optata,*
*Quanta penes uos inuidia delitescit?*

POLYZELVS comicus, cuius fabulæ ſunt Niptra, id eſt lauacra: Demotyndareus, Muſarum partus, Bacchi partus, Veneris partus.

Polyzelus ſpectro uiſo, maiore q̄ quod oculi eius ferrēt, barba clypeū occultāte (Pana adiutorē fuiſſe credunt) excæcatus, pugnabat tanquā uidēs, uoce diſcernens ſuos ab hoſtibus.

*πολυηχος.*) Non multos audierat libros, ſed ui ingenij penè diuina admirabilis erat in enarrationibus. Itaq; ex auditoribus eius quidam dixit, (*πραγμάτων οὐσίας*, rerum eſſentias) oracula uirum illum, non uerba loqui.

Bucolus. Polycarpus.

POLYCARPVS, Ioānis euāgeliſtæ & theologi auditor, ſucceſſor Bucoli, primi Smyrnæorū eccleſiæ epiſcopi, * q & poſt ipſū alter epiſcopatū tenuit, martyrio ꝓ Chriſto cōſūmatꝰ eſt ſub M. Antōino. Scripſit epiſtolā ad Philippēſes ꝑclariſſimā, & ad magnū Diōyſiū Areopagitā, & ad alias eccleſias. Hic ob q̄dā crimina paſchatis, Antōino Pio imperāte, Ro

Scripta.

Paſcha.

manæ

*Anicetus.* manæ eccleſiæ epiſcopo Aniceto, Romã uenit, ubi multos, qui dogmati Marcionis & Valentini aſſenſerãt, ab errore *Marcion.* reuocauit. Cum autẽ forte fortuna Marcion illi obuiã factus dixiſſet, Agnoſce nos Polycarpe: Agnoſco, inquit, te filiũ diaboli primogenitum.

POLYCRATES Athenienſis, orator uehemens, ſcripſit Anyto & Melito orationes, contra Socratem.

Polycrates Cypri princeps, ſub Ptolemæo puero, fide fuit præditus, & uirtutẽ coluit. Pòſt uerò progreſſu ætatis, prorſus in luxuriam impegit, uitamq; indecoram egit.

POLYMNESTVS, & Ariphrades, & Oeonichus, ſellatores fuerunt. Supplicanti ut ſui rationem haberet, & ad res meliores ſe eueheret, nõ annuit. (rat.

πολύποδος.) Inſtar polypi ſeipſe deuo-

πολύποδος ὁμοιότης.) Polypi ſimilitudo. Ad eos qui ſe aliquibus comparant.

πολυπραγμοσύνη.) Oſtenſuri uirũ bonum non eſſe curioſum, πολυπράγμονα multa agentem, in φιλοπράγμονα, amantẽ negocia, mutamus. Nã in agẽdo multa, nullũ euidens eſt delictũ: quòd forte fortuna obijci multa negocia poſſunt. Amãs uerò negocia, affectionẽ ad negocia, propẽſionẽ & ſtudiũ & inſtitutũ declarat: id quod eſt à bono uiro alienum.

πολύῤῥηνον.) Pollyrrhenum, Cretæ locus, ubi Dijs immolabant.

*ἑρμῶν περικοπάς.* POLYSTRATVS accuſatus, quòd ſtatuas Mercuriales mutilaſſet, occiſus eſt ab Athenienſibus: cuius meminit Lyſias. Alius eſt, pro quo idẽ orationẽ ſcripſit Lyſias. Alius itẽ eſt, cuius meminit Demoſthenes in Philippicis: quem aliquando peregrinũ aluiſſe Corinthi *ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ.* militem dicit. Sed quid ſi ibi ſcribendũ eſt Polytropum, pro Polyſtrato? Apud nemine enim, inquit Didymus ſe reperiſſe, quòd Corinthij exercitus dux fuerit Polyſtratus: Polytropũ uerò Athenienſem fuiſſe. Cæterùm neq; peregrinum aluiſſe Corinthi militem dixit Xenophon, neq; ipſum fuiſſe Athenienſem Polytropum.

πολυσχιδῆ ζῶα.) Fœcũda animalia ſunt, homo, canis, leo, & alia.

πολυφόρῳ.) Ariſtophanes, οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι: Mea fata codẽ mihi tẽpore multa importãt mala, & uaria.

πολυφόρος καὶ ὀλιγοφόρος οἶνος, uinũ quod uel multum uel parũ aquæ fert: hoc eſt, plenum & forte, uel tenue & leue.

*Miſtio uini.* πόμα κεκραμένον δύο καὶ τρία.) Optima temperatura eſt, duæ partes uini, tres aquæ. Ariſtophanes: Minerua tale uinũ produxit, quod tres aquæ partes ferre poſſet.

πομπαῖος.) Pompæus, qui à terreſtribus ad cœleſtia mittit. πομπαῖος ἑρμῆς, Mercurius Pompæus, qui animas ad Inferos mittit, & comitatur.

πομπεῖα.) Pompea dicuntur, uaſa ad pompas cõparata. Philochorus ait, olim uſos fuiſſe Athenienſes ijs, quæ de bonis 30 tyrannorum parata fuerint: tandẽ uerò Androtionem alia confeciſſe.

πομπεῖαι.) Conuicia dicuntur põpiæ: translatione ducta ab ijs qui in Bacchanalibus pompis uecti curribus, alij alijs maledicebant.

πομπήιος.) Põpeius, cognomento Magnus, cõſul & imperator Romanorum, bellũ aduerſus Mithridatem & Tigranẽ ſuſcepit. Ac Mithridatẽ in minore Ar- *Mithridates.* menia nocturno prælio deuicit, ut & caſtra diriperet, & 10000 armatorũ cæderet. Mithridates itaq; omnib. copijs exutus, bene ſecũ actũ putauit, quòd cũ coniuge & duob. pediſſequis effugiſſet. Deinde ſeditione Pharnacis filij apud milites ſuos oppreſſus, & ad mortẽ neceſſariam cõpulſus, ueneno hauſto apud Boſporum moritur: eiq; in regno ſuccedit Pharnaces filius. Pompeius uerò aduer- *Pharnaces.* ſus Tigranẽ ducit exercitum: qui nõ è re *Tigranes.* ſua fore ratus, cũ Romanis acie decernere, deditiõe facta, Põpeiũ adit: & genib. eius aduolutus, diadema capiti ſuo detractũ in illius manib. depoſuit. Quibus rebus motus Põpeius, eũ erigit, & diadema illi reſtituit, atq; ipſe in Armenij caput reponit, ac uirũ in cęteris quoq; reb. honorificè tractat: regni tñ parte & magna pecunia mulctat Armeniũ. Nã & Sy- *Mulcta Tigranis.* riam & Phœniciã illi ademit: & quòd iniuſta Romãis arma intuliſſet, 5000 talẽta ſoluere coegit. Poſthæc Albanos ſubegit, & Iberum regem Arſacen in fugam *Arſaces.* cõpulit: & Armeniã minorẽ Deiotaro *Deiotarus.* Galatiæ principi donauit, & Attalũ atq; *Attalus.* Pylæmenẽ in Paphlagoniæ regnũ reſti- *Pylæmenes.* tuit, à Mithridate pulſos: & Colchis ducem præfecit. Deinde Syros & Arabes ſubegit, & Iudæos tertio mẽſe ad deditionẽ cõpulit: ſacra tamẽ donaria nõ diripuit, ſed deſcripta oĩa Ariſtobulo tradidit. Hircanũ eñ uinctum Romã miſit.

πομπήιος.) Pompeium Romanorũ ducẽ, Põpeij filiũ, dicũt, pace facta, Cæſarẽ *Cæſar, Antonius, Sextus.* & Antonium cõuiuio in naue prætoria excepiſſe: hãc enim ſibi ſolũ paternã do-

mum relictã eſſe. In qua cũ iam eſſent, & cõuiuium ſeruerer: Menã piratã, Põpeij fideliſſimũ miniſtrũ, tum quoq; placidè ad illũ acceſſiſſe, & Vin' (inquit) reſectis ancoris, te nõ Sicilię & Sardiniæ, ſed Romani imperij dominũ efficiã? Cui Pompeius reſponderit: Hoc te Mena feciſſe oportuit, iſtnd uerò cõſiliũ nõ prius mihi aperuiſſe. Nũc (neq; enim noſtrum eſt peierare) in ijs qnæ adſunt, acqeſcimus.

*Fides Romano imperio potior. Sed adultera mens eſt.*

πομφολυγοπαφλάσμασι.) Vt bulla rupta euaneſcit, ſic memoria ſuperbi perit poſt mortem.

πονῆσαι.) Traiauns imperator nir bonus ſuit, & robuſto corpore. Quadrageſimum ætatis annum agens, imperio potitus, eoſdem quodammodo labores cum cæteris obire uoluit.

πονηρὰ κατὰ τρυγόνα ψάλλεις.) Improbè turturis inſtar cantillas. In eos qui miſerè & laborioſe uictitãt. Turtur enim cùm maximè eſurit, cantat maximè.

πονηρία.) Imꝑbitas ab Apoſtolo dicit̃, negociũ qđ alicui de induſtria faceſſit̃.

πονηροῖς.) Hominibus Improbls, & Improborũ filijs, utimur ad omnia, quibus antehac Reſpublica ne pro piaculis quidem uſa fuiſſet.

οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλ' ὅπερ ὁ καλλιφῶν.) Nihil mali, ſed idem quod Calliphon: hoc eſt, ut Calliphon ſiue Miletum ſiue Samum Prienenſibus prodidit, cũ ſe omnia bona diceret agere: ſic ego nihil facio mali, ſed ſacrilegium facio.

πόνῳ πονηρός.) Prouerbio, labore improbus, pro ualde improbo dicitur.

πόνον σπείρειν.) Serere laborem. Prouerbium, in eos qui fruſtrà laborant.

πόνος πόνῳ πόνον φέρει.) Labor labore cumulat̃. Sic ἔργον ἐπ' ἔργῳ, opus poſt opus. Homerus: παίτῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικται, Vbiq; malũ malo denſatum eſt. Sophocles in Trachinijs: νὺξ εἰσάγει καὶ νὺξ ἀπωθεῖται δεδεγμένον πόνον, Nox adducit & nox repellit ſuſceptum laborem.

PONTIFEX, magnus ſacerdos, quẽ Numa Romanorũ legiſlator conſtituit, cũ Tiberis magno impetu in pontẽ antiquiſſimũ irrueret: is uotis ſactis, ne pontem rũperet, flumẽ placauit: effecitq; ut placidè intra ſuũ decurrẽs aluenm, ponti parceret: & eos qui põtifices & flamines dicuntut, ſacerdotibus præſecit.

πόντος.) Pontus propriè is dicitur, qui intta Cherſoneſum & Euxinum eſt: abuſiuè autem, quoduis mare. πόντος ἢ θάλασσα ἀγαθῶν, Pontus aut mare bonorũ: de multis & magnis bonis.

πόπανα.) Poſt quatuor placẽtas immolabant bouẽ, qui bos quintus dicebat̃.

πόπλιος.) Publius gloriæ ſtudioſus in optimariũ republica, tantã apud populũ beneuolentiã, tantã apud Senatũ ſibi fidẽ cõciliauit, ut cũ quidã eũ more Romano pro cõcione accuſaret, atq; acerbè in eũ inueheretut: alius nemo quicquam loqueretur: ipſe uerò diceret, Nõ decere populũ Romanũ, quenquã audire P. Corneliũ Scipionẽ accuſantẽ, per quẽ dicẽdi facultatẽ haberẽt accuſatores. His popnlus auditis, e ueſtigiò è concione diſceſſit uniuerſus, ſolo accuſatore relicto. De hoc imperatore nonnulli quærũt, quo pacto clariſſimus euaſerit? quo ingenio præditus, qua ratiõe educatus? Ac cæteri quidẽ omnes hominẽ fortunatũ, & pleraq; præter opinionẽ & fortuitò rẽ benè geſſiſſe ſtatuũt: diuiniores quaſi & admirabiliores huiuſmodi uiros exiſtimãtes, quàm eos qui ratione & cõſilio adminiſtrẽt omnia: ignari nimlrũ, horũ alterũ eſſe laudabile, alterũ beatum: & hoc cũ quibuſuis cõmune, illud uerò (pro ἐπαινετὸν, lego ἐξαίρετον) eximiũ & proprium eſſe cordatorum & prudentium hominũ, quos & diuiniſſimos eſſe, & dijs gratiſſimos ſit iudicandũ. Mihi uerò uidetur Publius (inquit Polybius) Lycurgo Lacędæmoniorũ legiſlatori naturam conſimilẽ habuiſſe, & uoluntatem. Neq; enim Lycurgum exiſtimandum eſt per ſuperſtitionẽ, & ln omnibus ſacrificulæ Delphicæ obtemperantem, Laconicam rempublicã conſtituiſſe: neq; Publium ſomnia & omlna ſecutum, tantũ patrlæ principatum perperiſſe. Sed cum uterq; uideret, pleroſq; mortales nec inopinata cõſilia facilè admirtere, neq; periculis & diſcriminibus abſq; diuini auxilij ſpe, ſeſe committere audere: Lycurgus Pythia, ſemper conſiliorũ ſuorũ duce & auſpice, aſcita, facilins perſuaſit, & ad exitũ conatus ſuos perduxit. Publius nerò cõſimiliter, quaſi diuino afflatu incitatus res gerendas aggrederetur, animos ſuis addidit ad pericula promptè adeunda, quãuis omnia conſilio & ratione faceret, & exitus negociorũ omnium cõſilijs eius reſponderent. Nã beneficũ quidẽ eum fuiſſe, & magnanimum, conſtat: ſolertem nerò fuiſſe, & ſobriũ, & cœpta urſiſſe, nemo cõceſſerit præter ſamliares eius & ſpectatores, explorato eius ingenio: quorũ unus fuit C. Lælius, ab

*Magnanima defenſio.*

*Fortunáne Scipionis maior, an prudentia.*

*Scipionẽ Lycurgo Polybius comparat.*

*Diuinæ autoritatis ſimulatio.*

*C. Lælius.*

ab adoleſcentulo & factorum & dictorum eius omniũ uſq; ad obitum ſocius, qui hanc de eo opinionem cõmouit, eò quòd probabilia dicere, & conſentanea rebus ab illo geſtis uidebatur. Primo Publio ex claris uiris, dextra remuneratiõe à Romanis graminea corõa data eſt. Aliquando adoleſcẽtes Romani uirginem adultam & præſtanti forma ad Publium, quem mulieroſum eſſe cernerent, adduxerunt, atq; donarunt. Is uerò inſignem pulchritudinẽ admiratus, ſe, ſi priuatus eſſet, nullum munus iſti prælatutum eſſe dixit: nũc quia ſit imperator, quiduis potius accepturum. eo reſponſo innuens, huiuſmodi uoluptates in ocio & remiſſionibus iucundiſſimas eſſe adoleſcentibus: rei autẽ gerendæ temporibus, maximè & corporibus & animis eſſe impedimento. Ac adoleſcẽtibus gratias egit. Virginisq; patre uocato, eam illi è manu tradidit, & cui uellet ciuium collocare iuſſit. Qua re & continentia & moderatione ſua declarata, populorum magna ſibi ſtudia adiunxit.

*Graminea corona. Virgo ſibi reddita.*

P. SCIPIO, Lucij natura F. Publij maioris adoptione nepos, Carthagine potitus (quę urbs totius orbis terrarum locupletiſſima credebatur) nihil quicquã inde in ſuam rem cõuertit, neq; emptũ, neq; ulla alia ratione acquiſitum, quamuis in re parũ lauta, ſed modica pro Romano. Ac tãtum abfuit ut Carthaginenſe quicquam, ut nihil ex tota Africa ad uſus ſuos admitteret. Idq; apud Romanos extra controuerſiam eſt.

*Minoris Africani abſtinentia.*

P. Scipio Africanus, cum eius exercitum, qui Carthaginem ſolo ęquauit, corruptum repeririſſet, correxit. Belli autẽ exitum, gladij capulũ ſanguine multo manantem portendiſſe ferũt: qui cum ſæpe abſtergeretur, ſubinde magis cruẽtatus fuerit. Id enim portentum magnam hoſtiũ cædẽ ſignificare, aruſpices dixerũt.

*Gladij capulus ſanguine manans.*

P. VALERIVS; Bruti in cõſulatu collega, cûm multis alijs nominibus laude & admiratione dignus eſt, tũ ob uitæ frugalitatem: quę philoſophia quædã in eo ſpõte edocta fuit, multis reb. declarata.

πόππυζε.) Lude ſola, & inania oſcula tibi habe.

πορθμεύει.) Hercules inuenit Neſſũ mercede tranſuehentem, ab eoq; impetrat, ut Alcmenam & Deianiram traijciat.

πορθμεῖς.) Ariſtophanes: Per incommodæ eſſetis nautę, trahẽdo uectores exanimaretis. Solent nautæ prætereuntes cogere, ut ipſorum nauiculas cõſcendant.

*Importunæ mulieres.*

πορθμήιον.) Callimachus:

τοὔνεκα ἐν νεκύες πορθμήϊον οὔτι φέρονται. Nec mortui naulũ ſoluũt. In Aegialo eſt deſcẽſus ad inferos, quò Ceres cũ ueniſſet, ex accolis, ubi Proſerpina eſſet, cognouit: eaq; de cauſa nauli immunes eos fecit.

πορθμὸς,) Porthm⁹, autore Demoſthene pro Cteſiphonte, oppidũ eſt Eubœæ.

πόρθμος.) Iſthmus eſt terra anguſta, utrinq; cincta mari: Porthmus ſeu fretum, mare utrinq; terram habẽs. Porthmi autem duo ſunt, unus in Helleſpõto iuxta Seſtum & Abydum: alter in faucibus Euxini Ponti, cuius templũ celebratur. Ac in Helleſponto telonium nequaquam erat, ſed magiſtratus quidam à rege miſſus Abydi ſedebat, perquirens ſingula *. Qui uerò ad alterum porthmum mittebatur, ſemper mercede à rege accepta, nihil à nauigantibus eò exigebat.

πορνεία.) Scortatio, idolorũ cultus. Extirpas omnẽ ſcortatorem, deficientem à te: mihi uerò adhærere Deo, bonum eſt.

πόρος.) Porus, municipiũ eſt Acamantiæ tribus, apud Demoſthenem in appellatione aduerſus Eubulidem. unde Porius, municeps.

πόῤῥω διός τε καὶ κεραυνοῦ.) Procul à Ioue & fulmine. Quia principes * familiaribus ſuis inſidiari ſolẽt. Prouerbium hoc monet, ocij ſecuritatem illuſtris uitæ periculis eſſe potiorẽ. Ouidius: Viue tibi, & ſemper nimiũ prælustria uita: Sæuum præluſtri fulmen ab arce uenit.

πόῤῥω τῶν νυκτῶν.) Quidam ex eius familiaribus, quib. ſcilicet purus erat animus, ſub mediam noctem ſe uidiſſe dicebant ſpectrum diuinum.

PORPHYRIVS proprio nomine Baſilius, Tyrius philoſophus, contra Chriſtianos ſcripſit, Amelij diſcipulus, diſcipuli Plotini, Iamblichi magiſter, fuit Aureliani temporibus, & ad Diocletianum uſq; uixit. Scripſit libros q̃ plurimos, philoſophicos, rhetoricos & grammaticos: audiuit & Longinum criticum. De diuinis nominibus, 1. De principijs, 2. De materia, 6. De anima ad Boethum, 5. De abſtinendo ab eſu animalium, 4. De ſeipſo cognoſcendo, 4. De incorporeis. Vnam eſſe Platonis & Ariſtotelis ſectã, 7. In Iuliani Chaldæi philoſophi hiſtoriã, lib. 4. Contra Chriſtianos, lib. 15. De Homerica philoſophia: Ad Ariſtotelem, Animã eſſe entelechiã: Philologæ hiſtoriæ lib. 5. De genere, ſpecie, differentia, proprio &

*Scripta Porphyrij.*

accidẽte: De Nili fontibus, ſecundũ Pindarum: Qui fructus ex Homero capiendus ſit regib. lib. 10. Miſcellanearũ quæſtionum lib. 7. In Thucydidis procœmiũ Ad Ariſtidem, 7. In Minutiani artẽ: aliaq́; *Iſagoge aſtronomica.* plurima, præſertim Aſtronomica: & inter illa, Iſagogen aſtronomicarum rerũ, lib. 3. & Grammaticas dubitationes.

*πομπαλῶς.*) Cũ animi amore cõſentit etiã caro, eiusq́; uoluntati nõ repugnat.

*[illegible]* *ποσειδεών.*) Sextus menſis apud Athenienſes, December, in quo dimẽſa dies dicebatur. Ea uerò erat aquæ mẽſura, ad dimenſum diei interuallum fluens. Hoc enim mẽſe cauſæ maximæ, & à maximis uiris agebantur.

POSIDONIVS Apamẽſis Syrus aut Rhodius, philoſophus Stoicus, cognomento pugil, ſcholã habuit Rhodi, diſcipulus & ſucceſſor Panætij. Venit & Romam ſub M. Marcello. Scripſit multa.

Poſidonius Alexãdrinus, philoſophus Stoicus, Zenonis Cittiei diſcipulus: ſcripſit hiſtoriam poſt Polybium lib. 52. uſq; ad bellum Cyrenaicum & (Ptolemæi) Ptolemæum, & Declamationes rhetoricas, *Argumenta in Demoſthenem.* in Demoſthenem argumenta: quæ quidem pòtius eſſe credo Poſidonij ſophiſtæ, Olbiopolitæ.

Poſidonius Olbiopolites, ſophiſtes & hiſtoricus. Scripſit de Oceano, & reb. quæ iuxta eum ſunt: De regione quę Tyrica dicitur: Atticas hiſtorias libris 4. Libyca lib. 11. & alia quædam.

Poſidonius ſcripſit auguria palpitationum, ſeu uibrationum (*τὸ παλμικὸν οἰώνισμα*) ueluti ſi dexter oculus palpitarit, hoc ſignificat.

POSIDIPPVS Caſſandrenſis, Cyniſci F. comicus, tertio anno poſt Menandri obitũ comœdias edidit. Fabulæ eius ſunt ad 30.

*ποσόν.*) Quantum, in magnitudine ſpectatur: ut, magnũ aut paruum. *ποιόν*, quale autem, in materia ſpectatur.

*πόσου πρίωμαι.*) Quanti emã tibi porcellos, dic? Alterũ quidẽ horũ allij caſeolo, alterum uerò tantùm chœnice ſalis.

*Poſthumij arrogantia & auaritia.* *ποστούμιος.*) Poſthumius Conſul, nobilitate generis elatus, & gemini Cõſulatus ornamẽtis, effecit ut collega eius initio quaſi pari dignitate priuatus, indignaretur, ſæpeq́; in ſenatu cũ eo expoſtularet. Deinde uerò idem ſe & ſplendore natalium & amicorum aliarumq́; rerum copijs eſſe inferiorẽ reputãs (plebeius enim erat, & homo nouus) collegæ ceſſit, belliq́; imperium conceſſit. Idq́; crimini datum eſt Poſthumio percontumaciter ſe gerenti. Acceſſit grauius aliud, quàm ducem Romanorũ decere uideatur. uiros enim amplius 2000 è ſuo exercitu delectos, in ſuos agros duxit, quos abſq; ferro ſaltũ excindere iuſſit, uirosq́; in agris ſeruili opere detinuit. Alijs itẽ plurimis indigniſſimis facinorib. editis, iuſti odij populo cauſam præbuit.

POSTHVMVS Romanus, Capnanus, Græcis literis poſt trigeſimum ætatis annum eſt eruditus, cum initio aurifaber fuiſſet. Semel autem iſto doctrinæ *Qui diſcit, ſeipſum quærit.* amore commotus, Athenas abijt, ibiq́; Græcorum diſciplinas addidicit, & præclara eruditione ornatus conſenuit. Iure itaq; & hic Heracliti illud de ſeſe dicere potuit, *ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην*, Me ipſe quæſiui.

*ποταμός.*) Potamus, municipiũ Leontiæ tribus: cuius incolæ perſtringebantur, quòd facilè admitterent perperam relatos in album municipij.

*ποταμοδάρτης.*) Excoriator fluuij, qui ſubinde fluuium traijcit.

*ποταμὸς ὤν, θαλάσσῃ ἐρίζεις.*) Fluuius cũ ſis cum mari contendis. De ijs qui ſe potentioribus exæquare ſtudent.

*χύσις ποταμοῦ δυσμενῆ δηλοῖ κάραν:*
*Inundatio fluminis inimicũ ſignificat caput.* *Explicatio ſomnij.*

*ποταμῷ μεγάλῳ ὀχετὸν ἐπάγεις.*) Fluuio magno aquæductum inducis. In eos qui augent *τοῖς οὖσι* ea quæ redundant.

POTAMON Alexandrinus philoſophus, ante & poſt Auguſtum uixit. Extat eius in libros Platõis de Republica cõmentarius.

Potamon Mitylenæus, filius Lesbonactis orator, docuit Romæ ſub Cæſare Tiberio. Qui cũ aliquãdo in patriã reuerteret, talib. ab Impatore literis eſt inſtructus: Potamonẽ Lesbonactis F. ſi quis af- *Bellum denunciat iniurijs.* ficere iniuria fuerit auſus, an bellũ gerere mecũ poſſit, cõſideret. Scripſit de Alexandro Macedone, Limites Samiorum, Bruti laudationẽ, De perfecto oratore.

*πότε.*) Quando, refertur ad NVNC, utroq; modo & præteriti & futuri habita ratione: ueluti, Quando factum eſt? & Quando fiet?

*πότης λύχνος.*) Bibula lucerna, quæ multum abſumit olei. Ariſtophanes: Cur mihi lucernam accendis bibulam?

*πότμον.*) Miſerabiliter, & ærumnoſè peruẽnit ad ſenectutem, infelici morte terminatam.

*πότος.*) Feruente cõuiuio, per inſidias, *Ars bibendi.*

con-

conuinator ipſe quidem parum bibit: famulos autem cõuiuis multum iuſſit infundere.

POTONE, Platõls philoſophi ſoror.

*Ingenioſa & Deo dicata uirgo.*

PVLCHERIA (F. Pulcherrima) Arcadij filia, imperatrix, nondum annos 15 nata, imperiũ optimè adminiſtrauit: & fratrem etiam Theodoſium erudiit. Nam cum ſapientiſſima eſſet, diuinoq; prædita ingenio: uirginitatem ſuam Deo conſecrauit, & ſorores ut idem facerent, impulit: & fratrem in omnibus eſt moderata, in moribus & ſermone, in riſu atq; inceſſu, in ueſtitu, in ſolio & ſtatu imperatorio: ante omnia uerò pietate erga Deum inſtituit, nec idem munus præſtare ſororibus deſtitit. Multas eccleſias, multa pauperum & peregrinorum diuerſoria, monaſteria multa condidit, & reditibus inſtruxit: & præter alia innumera rectè facta, ſæpe etiam numen ei ſe oſtendit. Sorores eius fuerunt Arcadia & Marina. Frater uerò natura ſocors & inconſideratus erat in omnibus: in primis uerò, ſi qui munera & priuilegia petebant, literis non lectis ſubſcribebat. Quo ſapientiſſima Pulcheria ſemel animaduerſo, callidè illum circumuenit, donari ſibi pro ancilla uxorem eius petens. Cui petitioni cum ſubſcripſiſſet ille, nõdum lectæ: acriter ab ea eſt obiurgatus. Neſtorio autem adeò infenſa fuit Pulcheria, ut qui illum adamabant, rumorem ſpargerent, eò inuiſum eſſe Pulcheriæ Neſtorium, quòd illam inceſtus cum fratre Imperatore Theodoſio criminatus eſſet. Idem illi & Paulinum illius temporis magiſtrũ obiiciebat. Inclitæ illius Pulcheriæ ſtatua in Chalce ſita fuit, propè palatium, cum ad ambulacrum itur.

*Imperatoris imperatrix.* *Benignitas in pauperes.* *Arcadia. Marina.* *Venditio Eudociæ.* *Neſtorij odium & calumnia.* *Paulinus.*

πῶς.) Pes digitos habet 16.

ποῦ σχήσειν δοκεῖς;) Vbi appulſurũ putas?

πώγων.) Barba. Pogon, portus Trœzenius. unde prouerbium, εἰς τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν, Trœzenem eundum eſt: in malè barbatos.

πώλης) Quia gubernatores urbis rempublicam uendebant, οἱ πολιτευόμενοι πωλοῦντες τὰ τῆς πόλεως: Ariſtophanes nomina fingit in poles (id eſt uenditor) deſinentia, eisque imponit: ut Probatopoles, Styppiopoles, Allantopoles, uenditor ouium, ſtuppæ, farciminum, ſiue ſalſamentorum.

πωληταί) Venditores, magiſtratus Athenis, deni uiri, è ſingulis tribubus delecti ſinguli, ſi qui reipub. debẽtes, ad ſtatum diem non ſoluebant, rem eius familiarem uendebant. Obnoxij uenditoribus ij etiam erant, qui deſcriptam pecuniam in bello non pendebãt: atq; etiam peregrinitatis conuicti, & inquilini ſine patrono, & deſertæ clientelæ rei. horum enim bona uendebãt, & in ærarium reſerebant. Omnia denique reipub. nomine uendenda curabant, uectigalia, metalla, locationes, publicata bona. πωλητήριον, locus in quo conueniebãt uenditores, appellabatur.

πωλικῆς.) Puer inſtar ſtellæ nitet, inſtar equi ſtrigili purgari.

πωλίων.) Aſinius Pollio, Trallianus ſophiſta & philoſophus, Romę docuit ſub Põpeio Magno, ſchola Timagenis ſuſcepta. Scripſit epitomen Atthidis Philochori: Dicta & facta memorabilia Muſonij philoſophi: Epitomẽ Diophanis: Georgicorũ lib. 2. Ad Ariſtotelem de animalibus, lib. 10. De ciuili Romanorũ bello Cæſariano & Pompeiano.

POLLIO Valerius, Alexãdrinus philoſophus, ſub Adriano: cuius filius Diodorus philoſophus, enarrationẽ ſcripſit eorũ q̃ apud 10 Oratores q̃rũtur. Scripſit collectanea uerborũ Atticorum, ordine Alphabetico: & alia q̃dã philoſophica.

Pollio grãmaticus, de Erratis in literis ſcripſit. Polus Agrigẽtinus orator, ac potius ſophiſta uetus, Licymnij magiſter, ſcripſit Genealogiã eorũ qui ad Iliũ militarũt, tam Barbarorũ quàm Græcorũ, & ut eorũ quiſq; obierit (quidam id opus Autodamaſtę inſcribunt) Nauium catalogum, De uocabulis.

πωλῶ.) Demoſthenes: Et rempublicã & ſuam priuatã exiguo lucello uendunt proditores.

*Proditores.*

πωλῶσι.) Demoſthenes in oratione cõtra Neæram: Lex pro adultero cõprehẽdi apud eam non ſinit, quæ uel in proſtibulo ſedet, uel in foro (ἀποπεφασμένως) ex profeſſo aliquid uendit.

PORVS rex Indorum pulcherrimus, ea proceritate, qua uir nemo poſt Troianum bellum fuit. Cum Alexandro admodum adoleſcens bellum geſſit. (Hęc non ad Porum, ſed ad Damidẽ Brachmanem pertinent.) Hunc de ratione uictus percõtatus eſt Apollonius. Tum is: Tantum, inquit, uini bibo, quantũ Soli libo. In uenatu aũt quod capio, eo ueſcũtur alij: ego uerò ipſa exercitatione ſum cõtentus. Mei enim cibi, herbę, & palmarũ capita, & fructus palmarũ, & quæ flu-

*Continentia gymnoſophiſtarũ in uictu.*

men mihi irrigat. Multa etiam ex arboribus mihi naſcuntur, quorum cultrices ſunt hæ manus. Hæc audiens Apollonius, ſupra modum gauiſus eſt, Damidem ſubinde intuens.

*πράγματ(α.)* *ἀνδρὶ λυδῷ πράγματ' οὐκ ἦν· ὁ δὲ ἐξελθὼν ἐπρίατο.* Lydo nihil erat negocij: ſed ipſe egreſſus, mercatus eſt.

*πράγματ' ἐξ ἀπραξίας.)* Negocia ex ocio. De iis quæ præter opinionem & ſpẽ eueniunt.

*πραγματεία.)* Dinarchus in oratione contra Menœchmum: Inimicitiæ & negocia ob rempublicam, priuatorũ cauſæ ſunt diſſidiorum.

*πραγματεία.)* Vrbem frequentem & magno præſidio munitam, abſq; negocio cæpit rex.

*πραγματομαθεῖς.)* Romani experientia edocti, inconſtantiam fortunæ ſuſpectã habebant.

*πρᾶγμα ἀτίζειν οὐδὲν ἀνθρώπων, χρεὼν ἄνθρωπον ὄντα.)* Nulla res humana uituperãda aut cõtemnenda eſt homini. Homo nihil humani à ſe alienum eſſe, putare debet.

*τὰ πραγματεῖα ὀρθῶς διατάττειν.)* Actiones ritè ſunt diſtribuendæ.

*πρακτικαί.)* Neque actiuæ intellectiones infinitæ ſunt, neq; ſpeculatiuæ: quia ne rationes quidem harum ſunt infinitę. Nuncij autem cogitationum ſunt ſermones: qui etſi poſteriores ſunt actiuis intellectionibus & ſpeculationibus, nobis tamen ſunt euidentiores & notiores *, reliqua deſunt.

*πραξάμενος.)* Manlius proconſul 300 talentis ab Ariarathe acceptis, Romanorum ei amicitiam conciliauit.

PRAXIDICE dea, cuius caput tantũ dedicabant. Mnaſeas in opere de Europa, Soteris & ſororis Praxidices (Seruatoris, & exactricis Iuſticiæ) fuiſſe filiũ ait Cteſium (poſſeſſorem) & filias Homonœam & Areten (concordiam & uirtutem) quæ de nomine matris Praxidicæ dictæ fuerint. Dionyſius uerò in Originibus, Ogygis filias Alalcomeniam, Thelxiniam, & Aulidem fuiſſe tradit, quę pòſt Praxidicæ fuerint dictæ.

*πρᾶξις.)* Nomine generali omnem rationis compotẽ actionem ſignificat: in ſpecie uerò, & magis propriè, eam quæ fit cum delectu, hoc eſt cum uirtute aut uitio. Quarum igitur rerũ actiones magis ſunt expetendæ: eæ res magis ſunt expetendæ: ut, ſi iuſtè agere præſtet quàm fortiter: etiã iuſticia fortitudini pręſtat. Eſt autem praxis, actio tendens ad finẽ: opus uerò, ſiue munus, ipſe finis (*πρᾶξις, ἐνέργεια, ἔργον, τέλος.*)

*πραόνως.)* Ariſtophanes:

*Tu uerò ne quid iracundè feceris Aeſchyle,*
*ſed mitius age:*
*Argue, arguere: nam conuiciari non decet*
*Homines poetas, tanquã panũ uenditrices.*
*σὺ μὴ πρὸς ὀργὴν, αἰσχύλ', ἀλλὰ πραόνως*
*ἔλεγχ', ἐλέγχου. λοιδορεῖν δὲ μὴ πρέπει*
*ἄνδρας ποιητὰς, ὥσπερ ἀρτοπώλιδας.*

(Hoc ſibi dictum cùm omnes docti, tũ uerò ſacri oratores putent.)

*πραότης.)* Si quis clementiæ genus cõtinentiam faciat, eamq; iræ continentiã eſſe dicat: non rectè fecerit. Nec enim quod aliquam rem ex hypotheſi ſequitur, idem etiam eius genus eſt. Genus enim ſeparari nequit.

*πραότης θεοῦ.)* Clementia Dei, eſt mitigatio pœnę. Dauid: Clementia uenit ſuper nos, & caſtigabimur.

*πρασιανός.)* Praſianus & Venetianus, & palmularius & ſcutarius dicitur apud M. Antoninum.

*πρασινὸν χρῶμα.)* Viridis color, ſeditionis occaſio (*ἡμέρος Πρασίνου ὀργὴν ἐπενεγκών.*) Hemeros, obiecto praſij amore, Iuſtinianus tollebat.

*πράσον.)* Porrum mali ſucci eſt, acre, & (ut ait Dioſcorides) moleſta ſomnia gignit: uentriculo prodeſt, urinam ciet, attenuat, abſtergit.

*πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον.)* Porri folio uinctus eſt Cupidinum loculus. De iis qui ob amorem multum inſumunt, & luxurioſè uiuunt.

PRATINAS Pyrrhonidæ ſiue Encomij F. Phliaſius, poeta tragicus, certauit cum Aeſchylo & Chœrillo ſeptuageſima Olympiade, & primus ſcripſit Satyros. Cum autem ſe oſtentaret, accidit ut tabulata quibus ſpectatores inſiſtebant, conciderent. Qua de cauſa theatrum extruxerunt Athenienſes. Fabulas edidit 50, quarum 32 fuerunt ſatyricæ. Vicit ſemel. Satyri. Tabulata.

*πράττω.)* Malè cum eo agebatur, & tota eius familia ægrotabat.

*πραίτωρ.)* Poſt tribunos denuò ad Cõſules Romani redierunt, & primus deſignatus eſt Furius Camillus, eius Camilli F. qui ſæpius dictator fuit.

*πραίφεκτοι.)* Duodecim præfecti deſignati ſunt à Coſſ. qui opportuniſſimos quoſq; ad rem gerendam ex equitibus

&pe-

& peditibus ſociorũ deligerent, qui Extraordinarij dicuntur.

πρεσβεύω.)Hercules apud Sophoclẽ animã agẽs: O' fili, eſto mihi germanus filius, Neq; matris nomẽ tibi ſit antiquus.

πρεσβεῖα.)Præclara memoriæ præmia illi & nunc & ſemper tribuit.

πρεσβεῖος.)Periãder Cypſelli F. regis Corinthi regnũ ut natu maximus ſuſcipit.

*Philoſophi in Perſiam profecti.* πρέσβεις.)In Perſiã legati cũ Areobindo iuerunt hi philoſophi: Damaſcius Syrus, Simplicius Cilix, Eulalius, Phryx, Priſcianus, Lydus, Hermias & Diogenes Phœnices, Iſidorus Gazæus. Hi omnes domum redierunt, ſpreta Barbari liberalitate. Fructum tamen eius peregrinationis non exiguum, neque contemnendum tulerũt: ſed eum, unde uita eorum *Religionis libertas.* deinceps gratior & iucundior facta eſt. ut enim Romani & Perſæ pacem ac fœdus fecerunt, hoc etiam inter cætera in illo perſcriptum fuit: uiris illis, in patrias ſedes reuerſis, licere deinceps uiuere ſuo arbitratu: nec neceſſe habere ſentire quicquam ſecus quàm ipſis uideretur: neque cogendos eſſe ad patriam opinionem mutandam.

πρεσβύτερος κόδρου.)Antiquior Codro. Prouerbium, de ualde uetuſtis, à Codro, qui Athenis regnauit, ductum.

πρηστήρ.) Preſter, ignis cœleſtis, aut nubes inuoluta igni, cum uento uehementiſſimo.

*Malthe.* πρῆστις.)Piſtrix, genus ceti marini inexpugnabile, quæ Malthe dicitur.

*Priapus. Bacchus. Orus. Sol.* PRIAPVS, idem eſt qui Bacchus. Simulacrum Bacchi, qui Orus apud Aegyptios dicitur, humanę forma fingunt, dextra ſceptrum tenens, quòd ab eo & terra & mare ſit monſtratum: læua uerò penem intentum contrectans, quòd occultata in terra ſemina producat. Alę uerò, motus celeritatem ſignificant: diſci, orbis rotunditatem. Eundem enim cum Sole ſtatuunt.

*Iuno ueneficio lædit prægnantem Venerem.* Priapus, ex Ioue & Venere eſt conceptus. Iuno enim ex zelotypia uentrẽ Veneris contrectauit, & ut deformis & fœdus & præpinguis naſceretur infans effecit. Quẽ à matre in montem abiectum, paſtor educauit. Habebat autem pudenda supernè iuxta nates. Colitur à paſtoribus. Eius ſimulacrum eſt, puer ingenti pene, & intento.

*Romana militia.* PRINCIPES dicunt Romani robuſtos, & integræ ætatis: iuniores & tenuiores, groſphomachos ſeu uelites: ſeniores, triarios & haſtatos, qui priores ſunt principibus. Et hæ quidem appellationes ſunt. armatura uerò * Triarij ſunt 600, Principes * 9200, haſtati totidem, uelites amplius 4000. Ferunt autem gladium & pilum.

πρὶν ἢ πτίσαι τὰ ἄλευρα.) Priuſquam farinam pinſas.

πρὶν τοὺς ἰχθῦς ἑλεῖν, σὺ τὴν ἅλμην κυκᾷς.) Ante captos piſces, muriam cõmiſces.

πρὶν ἐσφάχθαι δέρεις.) Priuſquã iugulata eſt, pecudẽ excorias. In eos qui præproperè aliquid agunt.

πρῖνος.) Ariſtophanes: Tu uerò ſtatim tanquam ilex incenſa clamas.

πρὶν καὶ λύκος ὄιν ποιμάνοι.) Prius ouẽ paſcet lupus. De re quæ fieri nequit. (Egregium uerò cuſtodem ouium (qđ aiunt) lupum.)

πρὶν λαχεῖν, τὰ κοινὰ κατεσθίεις.) Ante ſortitionem rempublicam deuoras.

πρὸ διανομῆς ἁρπάζεις.) Ante diſtributionem cibi, rapis.

ὁ πρίων ἀπλῶς, οὐδ' ᾔδειν τὸ πρίω.) Ariſtophanes: Cum ager iſta ferret, non opus erat emere (πρίων ſerra eſt, πρίω eme) neque noram quid eſſet ſerra.

PRISCVS Panites, ſophiſta, temporibus Theodoſij iunioris: ſcripſit hiſtoriam Byzanticam & Attalicam lib. 8. Declamationes rhetoricas, & Epiſtolas.

Priſcus magni Conſtantini filius (alij Criſpum uocant.)

Priſcus Emeſenus, alienas literas mirabiliter imitari potuit, artifex in eo fraudis genere nimium ſolers. *Falſarius inſignis.* Acciderat aũt, ut Emeſenorũ eccleſia multis antè annis, à quodã homine locupletiſſimo hęres eſſet inſtituta. Erat & homo quidã dignitate patricius, nomine Mamianus: *Mamianus.* & genere & pecuniæ copiis illuſtris. Priſcus uerò hic dinumeratis ſub Iuſtiniano urbis huius facultatibus omnibus, ſi quos inuenerat opibus florẽtes qui magnã mulctã ſuſtinere poſſent, horũ maiorib. accuratè peruestigatis, antiquas eorũ literas nactus, libellos multos quaſi ab illis ſcriptos cõpoſuit, qui cõfiterẽtur, ſe Mamiano pecuniam magnã reddituros, ut quam ab eo depoſiti nomine accepiſſent. Ac pecunia ficticiis iſtis libellis cõprehenſa, nõ minus centũ cẽtenariis confecit. Atq; etiam uiri cuiuſdam (de quo magna eſſet & ueritatis & uirtutis opinio, qui tum temporis in foro ſedens, cum ſuperſtes eſſet Mamianus, omnes conficiebat ciuium tabulas,

ſuis

ſuis literis ſingulas illarum obſignando, quem tabellionem Romani uocāt.) Huius igitur literas ſolertiſſimè imitatus, ꝓcuratoribus Emeſenæ eccleſiæ tradidit, partē ita partæ pecuniæ ipſi pollicitus. Quia uerò lex obſtabat, cauſas omnes ad annorum 30 præſcriptionem redigēs paucas uerò quaſdam & hypothecarias omnes 40 annorum ſpacio excludens: Byzantium profecti, & Imperatori Iuſtiniano pecuniam largiti, ſine ulla cunctatione impetrarunt, ut legē ferret, ut (τὰς ἐκκλήτους) appellationum cauſę non conſtitutis temporibus, ſed 100 annorū ſpacio concluderētur (κεφάλαιον ἰουστινιανοῦ ῥέτῳ πλήθει κραταιούμενον.) Summa Iuſtiniani 105 multitudine confirmatum.

πρὸ, ἀντὶ τοῦ ἀντί.) Philemon in Pancratiaſte: δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου: Seruus pro ſeruo, herus pro hero. Fortaſſis, Seruus ſeruo, herus hero præſtat. Homerus: ἀθλεύων πρὸ ἄνακτος. Laborās pro rege, uel ante regem.

προβάλλειν κυσὶν ἄρνας.) Agnos obijcere canibus. In eos qui homines quietos ſycophantis obijciunt.

προβάτων οὐδὲν ὄφελος, ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ.) Ouium nulla utilitas, ſi abſit opilio. De rebus aut hominibus neceſſariis.

προβατικὸν βίον ζῆν.) Ouiculæ uitā degere. In ſtolidos & amentes, aut inertes. oues enim ita uiuunt, ut nihil agant.

*Cognomenta magiſtratuū.*

προβατοπώλης.) Ouium uenditor Callias dicitur, eiusq́; Reipublicæ adminiſtratio, *aut Lyſicles filius Aſpaſię: Styppiopola uerò Eucrates, qui & Styppax dicebatur: Byrſopola uerò Cleon dicebatur, non quòd corium uenderet, ſed quòd Rempublicam.

προβεβηκόσι.) Cōuenit Dei amor iis, q & ętate & philoſophia lōgè ſūt ꝓgreſſi.

εὖ προβιβάζεις.) Rectè mones.

πρόβλημα.) Problema, id quod diſceptandū proponitur: quæſtio, quæ ad cōtemplationem & cognitionē facit. Quęſtiones cuiuſq; rei ſunt quatuor: An ſit, Quid ſit, Cuiuſmodi ſit, Cur ſit. Ac eſſe quidem accidētia, ex actione ſumimus: item (τὸ τί ἐστι τοῦ ὁρισμοῦ) quid ſit, quod eſt definitionis, ex ipſis conijcimus. Verùm è definitione haud cognoſcim⁹ eſſe (τὰ συμβεβηκότα) accidentia. Per definitionis autem quæſtionem Quid ſit, reliqua ꝓblemata ex accidentibus.

*Quæſtionum genera 4.*

προβολή.) Probole, actio dicebatur in calumniatores.

πρόβολος ἐμὸς, σωτὴρ δόμοις.) Propugnaculum meum, familiæ ſalus.

προβούλευμα.) Senatuſconſultum, decretum ſenatus, priuſquam ad populum referretur.

πρόβουλοι.) Poſt cladē Sicilienſem, præter eos qui iam erant, 20 ſunt delecti, qui decernerent quid è Republica futurum eſſe uideretur.

πρὸ γῆς.) Ego ex alia regione fugio in aliam, ſęui domini metu, qui equos plus quàm homines curat.

προδικασία.) præiudiciū. Qui cædis rei fiebant, in Prytaneo tres menſes agebāt, ante iudicium, quibus utrinque argumenta proferebantur: idq́ue præiudicium dicebatur.

*Præiudicium.*

PRODICVS Ceius, ex inſula Ceo, urbe Iulide, philoſophus Phyſicus, & ſophiſtes, æqualis Democriti Abderitæ, & Gorgiæ & Socratis, diſcipulus Protagoræ Abderitæ, Athenis hauſta cicuta periit: quòd adoleſcentes corrumperet.

προδίκου σοφώτερος.) Prodico ſapientior: Prouerbium. Ariſtophanes in Nubibus: Non alteri nunc ex Metcoroſophiſtis parebimus, niſi Prodico, propter ſapientiam & Ingeniū. Hic primus quinquaginta drachmis declamitauit (πεντηκοντάδραχμος ἐπίδειξις.) Meminit & Plato eius in Protagora, & Xenophon in Apomnemoneumatis, atq; etiā Ariſtophanes in Tageniſtis: Sic uirum hūc aut Liber corrupit, aut Prodicus, aut nugatorum quiſpiam. In Auibus item eum perſtringit: Meo nomine Prodicum flere iubete in poſterum. Magiſter hic fuit etiam Theramenis, cognomento Cothurni, quod & tyrannidis 30 eſſet particeps, & populo ſtuderet. Extat & liber Prodici, Horæ inſcript⁹, in quo facit Herculem cū Virtute & Vitio colloquentē: à quarum utraq; cum alliciatur, Virtutis ſudores uoluptatibus Vitij non diu duraturis anteponat.

πρόδικον.) Ariſtophanes in Theſauro: Ego ſi qua re te læſi, cedò quemuis arbitrum ex amicis tuis.

προδότας.) Polybius: Difficile iudicatu & explicatu eſt, quem rectè proditorem exiſtimes. Conſtat enim, neque eos qui rebus integris autores ſunt ſocietatis cum regibus aut principibus coeundæ, ſtatim proditores eſſe nominandos: neque eos etiam, qui ob Reipublicæ tempora, patriam ſuam ad alias amicitias & ſocietates, relictis ueteribus, traducunt. nequaquam uerò. Nam hi ſæpè optimè

*Proditionis nemo temere inſimulandus.*

ſunt

*Proditores.* ſunt de patria meriti. Ii uerò qui difficilibus tẽporibus, ſiue ſuę ſecuritatis & utilitatis gratia, ſiue ad opprimẽdos aduerſarios, hoſtibus urbes tradiderunt: aut q præſidia recipiunt, & externis auxiliis ad conſilia & conatus ſuos exequẽdos plurium potentiorum imperio patriã ſubijciunt: tales nomine proditionis haud iniuria complecti queas: * quos condu cibile quidem uerè aut malum nullũ unquam eſt conſecutum: * neq; contraria omnibus confitentes.

προδοσίκομπ@.) Facilis ad pollicendũ, nec ea pręſtans quę pollicetur, iactantię proditor dicitur.

προ ἀγκλείας.) Præcipitem ſe dedit, ſeruituti mortem anteponens.

*Iulianus Libanium cue bit, Proæreſium premit.* PROAERESIVS Cappadox, Cæſarienſis, Pancratij F. ſophiſtes, Vlpiani diſcipulus, Antiochiæ fuit. Libaniũ ſophiſtã paulùm anteceſſit, docens Athenis, maximis honoribus affectus ab imperatore * Conſtantino. Scripſit declamationes * Floruit ſub Iuliano, ęqualis Libanij ſophiſtæ: & ut huic moleſtus eſſet Iulianus, Libanium maximi fecit.

προαίρεσις.) Delectus. Ariſtoteles In Locis ait: Oſtenſuri non eſſe in bruto delectũ, ſumemus definitionẽ delectus: quæ eſt, aliud præ alio deligere. Atqui aliud præ alio deligere, eorum eſt, quorum eſt deliberare. nam aliud alij præferre rationis eſt. Nullum autem brutũ deliberat: nullum ergo delectu utitur.

*προαίρεσις.* PROAERESIS appetitio eſt deliberatiua, aut deliberatió appetitiua, in iis rebus quæ in noſtra poteſtate ſitæ ſunt. Qui enim id appetit, quod eſt per delibe- *βουλὴ.* rationem prælatum: deligit. βουλὴ, Cõſilium uerò eſt appetitio inquiſitiua, ſuſcepta iis de rebus quæ agi poſſunt à nobis. *Deliberatio.* Deliberat enim quiſpiam, rem'ne aggredi debeat, an' non? *Iudicium.* Deinde iudicat, utrum præſtet: & fit iudicium. *Sententia.* Deinde afficitur, & amat id quod eſt conſilio iudica- *Delectus.* tum: ac dicitur id ſentẽtia. Demum poſt affectionem fit delectus. Proæreſis enim eſt: duobus ꝓpoſitis, eligere hoc, & amplecti præ altero. idq́ue conſtat, delectũ eſſe conſilium, interpoſito iudicio: idq́; ipſa docet etymologia. προαιρετὸν enim eſt, cum hoc præ illo eligitur. Neque uerò quiſquam præponit aliquid ſine deliberatione: neq; deligit, niſi præpoſuerit. (βουλὴ, κρίσις, γνώμη, προαίρεσις.)

προεδρία.) Alus ſtudio eſt princeps locus, ἄλλοις πεϛιαπούδασαι ἡ προεδρία. Cuius honoris ea ratio fuit, ut qui eum conſecutus eſſet, tam in curia quàm in concióne, & quouis alio conuentu, eos qui anteuerterant, traduceret, locoq́ue motos ibi ſedere iuberet, ubi eos decebat. πρόεδρος ex eo nomen habet, quòd primã ſedem teneat, princeps & dux Reip.

PROEDRI, quouis Senatus conuentu ſorte legebantur, ſinguli è ſingulis tribubus (ea excepta, quæ res adminiſtrabat) & conciones curabant: ſortitum autem illos fuiſſe eum, qui Epiſtates diceretur, Ariſtoteles in Athenienſium Rèpublica retulit.

*Amicitia mãter uirtutũ.* προίμενος.) Conſiliis amicorũ utebatur, omiſſis ſuis. Nulli enim uirtuti æquè ſtudebat, atq; matri earum (ut ſecundũ Pythagoram loquar) ipſi amicitiæ.

προεμπίπτειν.) Cũ imperatorẽ obſeruarent & colerent omnes: ipſe quieſcebat, nolens in eius noticiam ſe ingerere.

προ ἔργου τίθεσθαι ἦ εἶναι.) Operam dabat, ut à tergo ſibi & exercitui omnia eſſent amica.

προέσθαι.) Arrepto enſe M. Porcius, & ab hoſtibus occupatus cædebatur, ſtatuens uitã potius quàm enſem amittẽdũ: multisq́; acceptis uulneribus mirabiliter euaſit. Neq; (προ ἐμοῦ, lego πρὸς) meũ, neq; cuiuſquam boni uiri eſt, utilitatem Reipublicæ negligere.

προηρόσια.) Proetoſia dicebãtur ſacrificia, quæ fiebant ante arationẽ, pro futuris frugib⁹, ut ad maturitatẽ peruenirẽt. Facta hæc ſunt ab Athenienſibus, ꝓ Græcis omnibus, Olympiade V.

προϊέναι.) Fœnerator apud Ariſtophanem, pecuniam nõ temerè credendam eſſe aliis, ait.

προθήματα.) Valentinianus imperator tot edicta propoſuit, uti, ſi cui à Saluſtio prætorij præfecto iniuria facta eſſet, ſe adiret. Idem Imperator & Chryſaphium præpoſitum cremauit.

προθέσεις.) Neminẽ de induſtria lęſit, neq; ad ſe pertinere duxit, neq; prorſus inquiſiuit quicquam eorum quæ accidiſſent.

*Homo propõnit, Deus diſponit.* προθεσμία, ſtatus dies, cum nos aliquid certò tempore fieri oportere ſtatuimus: non eſt προθέσπισμα, id eſt oraculum. Sed cum Deus aliquid præfinit, tum uerò eſt oraculum: ut cum quo die alicui ex hac uita migrandum, & quando totus mundus ſit deſtruendus.

προθύματα dicebantur olyræ, hordeum aut thus, quòd ante alias uictimas offerrentur.

προ-

πρόθυμος.) παρόντι λεύσσειν ὧν πρόθυμος ἦσθ' ἀεί: Coràm ea cernere licet, quæ ſemper optaſti.

προσκαλεῖσθαι.) Archelaus hortabatur Syllam, ut Mithridati reconciliaretur: quo aſſenſo, fœdus eſt factum.

προσκαταβολή.) Cum uectigalia uendebantur, duo tempora præfiniebantur publicanis, quibus pecunia perſoluēda erat. Quam igitur ante exactionem in ærarium inferebant, προκαταβολὴ dicebatur: quam altera penſione, προσκαταβόλημα. (f. προσκατάβλημα.)

προκέφαλος.) Acuto capite erat Philocles comicus, upupæ inſtar.

πρόκλησις.) Solebant litigátores interdū poſtulare ancillas, aut ſeruos ad quæſtiones, aut ad rei teſtimonium: & tabella ea de re ſcripta, πρόκλησις, prouocatio ſeu poſtulatio dicebatur.

PROCLVS Mallotes, Cilix, philoſophus Stoicus, cōmētarium ſcripſit Diogenis ſophiſmatum, & aduerſus Epicurum. Proclus Alter Mallotes, philoſophus & ipſe Stoicus.

Proclus, Proculeius dictus, Themiſionis, Laodiceæ Syriæ ſacerdos, ſcripſit theologiā: in Heſiodiā Pandoræ fabulā: in Aurea carmina: in Nicomachi iſagogen arithmeticæ, & alia quædam.

Proclus Lycius, diſcipulus Syriani, auditor etiam Plutarchi philoſophi, Neſtorij filij, Platonicus & ipſe philoſophus, philoſophicæ ſcholæ Athenis præfuit. Diſcipulus & ſucceſſor eius dicitur Marinus Neapolitanus. Permulta ſcripſit Philoſophica & Grammatica: Cōmentariū in totū Homerum: Cōmentarium in Heſiodi opera & dies. De Chreſtomathia, id eſt bona diſciplina, ut opinór, libros 3. (περὶ ἀγωγῆς.) De educatione duos. In Rempublicam Platonis lib. 4. In Orphei theologiā. De conſenſu in oraculis Orphei, Pythagoræ & Platonis. De Homericis diis: Argumenta cōtra Chriſtianos 18. Hic eſt Proclus ille, qui alter à Porphyrio impurā & cōtumelioſam cōtra Chriſtianos linguā exacuit. Sed Ioannes Philoponus præclariſſimè 18 eius Propoſitiones refutauit: eumq; in Græcis etiam, quib. efferebatur, rudem atq; indoctū eſſe oſtēdit. Scripſit Proclus Metroacū librū: id eſt, de matre deorū: quē ſi in manus ſumpſeris, nō ſine diuino afflatu cū omnē theologiā de dea illa protuliſſe dicas: ut ne poſthac perturbentur aures fletibus, qui in ea comparent.

*Marinus.*

*Scripta.*

*Philoponus.*

*μητρῳακὸν βιβλίον.*

PROCLVS Imperatoris Iuſtini quæſtor, uir bonus, & abſtinentiſſimus. itaq; non temerè legem ullam ſcripſit, neque inſtituta uetera mutauit.

PROCOPIVS Illuſtrius Cæſariēſis, Palæſtinus, orator & ſophiſta, ſcripſit hiſtoriam Romanam, bella ſcilicet Belliſarij: Res Romæ & in Africa geſtas. Fuit temporibus Iuſtiniani Imperatoris (ὑπογραφεὺς) librarius Belliſarij dictus, & comes in omnib. bellis, & rebus à ſe deſcriptis interfuit. Scripſit & alium librum qui Anecdota dicitur, quaſi non editus, de ſuis actis: ut eius libri ambo ſint nouem. In eo opere uituperationes & inſectationes Iuſtiniani, & Theodoræ coniugis eius, atque etiam Belliſarij & uxoris eius, continentur.

Procopius: In æde S. Procopij, magni martyris, in teſtudine, cuiuſdā eunuchi ſtatua ſita eſt, cuius in pectore ſcriptum eſt (ὁ μετατεθεὶς θεμάτια.) Qui loco mouerit hîc ſita, ſtranguletur. Fuit aūt ſtatua illa Platonis cubicularij, qui temporibus Baſiliſci crematus eſt. Cum autem parētes eius poſtulaſſent, ut is eunuchus monimenti ergò, aduerſus eos qui Imperatori aduerſarentur, ſtatua donaretur: impetrarunt. Cum uerò ædes magni martyris renouaretur, tranſlatus eſt in circum equeſtrem (οἱ δὲ ἵπποι.) Aedes uerò eunuchi extant in teſtudinē.

*Platonis cubicularius.*

προκώνεια, Frumentum aut hordeum melle unctum, aut quæuis grana condita aromatibus, ad immolandum.

Πρόκριδος ἄκοντα.) Procridis iaculū. De iis qui omniū uotorū fiunt cōpotes. Procris enim eiuſmodi iaculū habebat, quo omnes feras aſſequebatur.

προλάλος.) Compeſcuerunt hominē ineptè garrulum & petulantem.

προσκυλινδεῖσθαι.) Regum peculiaris honos, ut ab hominibus in genua prolapſis adorentur.

πρόληψις.) Diſcrimē eſt ueritatis & cōſuetudinis. Nam ueritas quidē ritè quæſita, omnino inuenitur. Conſuetudo autem utcunq; ſuſcepta fuerit, ſeu uera ſeu falſa, à ſemetipſa confirmatur. Quiq; eā ſuſcipit, nec illa delectatur, ſi uera ſit: nec ſi falſa, dolet. Nec enim iudicio is, ſed præiudicio nititur, ſpe ſua, incerto euentu, in maiorum prudētia collocata. Neque facile eſt patriam exuere ueſtē, quāuis eam oſtendatur omnino abſurdam & ridiculam eſſe. Chryſippus 12. Naturalium quæſtionum libro, tria dicit eſſe cri-

*Veritas. Mos.*

*Patriam ueſtem exuere difficile.*

*[illegible]*

criteria, id eſt uelut inſtrumenta iudicandi: ſenſum, cognitionem, & anticipationem. Eſt autem anticipatio, notio natura inſita uniuerſalis. Epicurus philoſophus prolepſin eſſe dicit, ueluti cōprehēſionem, aut opinionē rectā, aut uniuerſalem intellectionem in animo repoſitā: hoc eſt, memoriā eius quòd ſæpe extrinſecus apparuit. ueluti, Talis eſt homo. ut, cū primùm dixeris homo, ſtatim ex notione etiā forma eius intelligitur, ſenſib. antecedentib. & quaſi ducentibus. Quouis igitur nomine id quod initio eſt oblatū, eſt euidens, neq; quæſiſſemus id quod quæritur, niſi prius id nouiſſemus. uelut, Id quod eminus ſtat, eſt'ne bos an equus? Neceſſe enim eſt, ex anticipatione aliquando cognitā eſſe formā equi aut bouis. Euidentes itaq; ſunt prænotiones, & opinabile à priore quopiam euidenti dicitur, ad quod animū referentes aliquid dicimus: ueluti, unde ſciam hoc eſſe hominem? Opinionem aūt etiā ὑπόληψιν, id eſt exiſtimationem dicunt.

*πρόληψις.* *ὑπόληψις.*

πρὸ λιμοῦ.) Iudæi bello quàm fame & ſiti perire maluerunt.

προμέρου κύνες.) Promeri canes. Hunc aiunt ſeruum regium tanto fuiſſe in Euripidem odio, ut efferatos in eum canes immiſerit, à quibus ſit diſcerptus.

προμηθεύς.) Prometheum temporibus Iudicum Hebræorum apud Græcos celebrem fuiſſe tradunt, qui primus inuenerit grāmaticam philoſophiam: id eſt, literatā ſapientiā. Is homines finxiſſe dicitur: quòd effecerit, ut rudes atq; indocti illi, ſapientiā cognoſcerent. Epimetheus inuenit Muſicam, Atlas aſtronomiā declarauit: unde Cœlū geſtare perhibetur: & multis oculis præditus Argus, quòd conſpicuus eſſet, ob artificioſam ſcientiam à ſe primùm excogitatam. Eo tēpore fuit & fatidica Sibylla, regnante apud Aegyptios Pharaone, qui & Taracho dicitur: Athenis, apud Græcos Cecrope, q bicorpor dictus eſt, ſiue ob magnitudinem corporis, ſiue quòd legem tulit, ut fœmellæ uirgines adhuc, uni marito nuberent, easque Nymphas appellauit. Nam ante illum, eius loci mulieres more pecudum coibant. Nullius enim ulla erat uxor, ſed pro ſcorto cuiuis ſui copiam faciebat. Nemo item ſciebat, cuius'nā eſſet filius aut filia editus infans. Matris erat id dicere, quæ partum ſuum dabat, cui uolebat. Hoc inſtituit Cecrops, ut ex Aegypto oriundus, Legum Vulcani illius loci non ignarus. Dicebat autem Atticam ob illius petulantiæ cōſuetudinem undis fuiſſe obrutā. Ac ab eo tempore terræ Græcorū incolæ modeſti fuerunt. Regnauit Cecrops annos 50. Dicebantur aūt διφυὴς bicopor, ſeu duplici natura: quòd ex Aegypto profectus, regnum in Græcia tenuiſſet.

*Epimetheus.* *Atlas.* *Argus.* *Sibylla fatidica.* *Cecrops connubij autor.* *Vulcanus.* *καταπλυνομένη pœna libidinis promiſcuæ.*

προμολῆσι.) Orpheū, Thracia iuxta cacumina Olympi, Tumulus habet.

*Orpheus.*

πρόμοιρος.) Immatura morte peribat adoleſcentia.

προμύλιος θεός.) Deus Promylius ante molas collocabatur (ὡς εὔπορον) ob felicē reditum (uel, ob ſuauem alimoniam.)

προνόμων.) Quid uerò naturam ego & leges curo?

*Cyclopica uox.*

προνούστερος.) Sophoclis Minerua de Aiace: Vides Vlyſſes quanta ſit potentia deorū? Quis fuit iſto uiro prudentior? Quis opportunius omnia geſſit?

*Amentia impietatis pœna.*

πρόγνωσις.) Sophocles: Pare. nullū melius eſt lucrum mortalibus prouidentia, & mente ſapienti.

*Prudentia.*

ἀθηνᾶ προνοία.) Minerua Pronœa Delphis dicitur, quòd ante templum collocata ſit: uel quòd curarit, ut Latona pareret. πρόνοια Prouidentia eſt. Forſitan ergo legendum πρόνεια aut πρόναια: ut explicationi huic reſpondeat.

πρόοπτος.) Iſti homines in euidens exitium nos conijcient.

προδώσουσι.) Finitimos orabat: quòd ſe neglecto, & ipſi periclitaturi eſſent.

προπαιδεύματα.) Origenes geometriā & arithmeticam, & alias diſciplinas quibus ingenia præparantur, tradere non deſiſtebat.

προπίνειν.) Antiqui reges epulum publicè præbētes uinum phialis aureis aut argenteis temperatum à pincernis accipiebant ipſi: eoq; libato, quod magni amoris ſignum eſſet, etiam calicem cui uolebant, dabant. Id propinare dicebatur: & dies qua id fiebat, Philoteſia, nomine ab amicitia ducto.

προπόλιος.) Suburbana oppidi ornamenta deuaſtata.

πρόπολος.) Ariſtophanes Nubibus. Fidenti animo te ſeruis committe noſtris.

PROPONTIS, mare ante Pontū, Byzantio uicinum.

προπύλαια.) Heliodorus arcē Atheniēſē ait qnq; annis omnino pfectā fuiſſe, talētis 2012 cōſtitiſſe, qnq; portas habuiſſe.

*Arx Athenarum.*

προσαίτως.) Nec intēpeſtiuè, nec odioſe rogandum.

προσεφλασίμεσ@.) Rogauit eũ, & urbanũ dictũ adiecit huiuſmodi: Sẽper adoleſcentum animi ambigui pendent.

πρὸς αὐτό.) Quæ apud aduerſarios gererentur, non contra ſe, ſed pro ſe fieri ratus: Marcũ adiit, quo audaciam eius refringeret, impetumq; anteuerteret.

προσέβαλε.) Ferit aures eorũ modulatus diuinorum canticorum ſonus.

πρὸς βίαν.) Non pepercit ei ſceleratus amator: ſed templo eductã, ui perquàm immiſericorditer (διέφθειρε, interfecit) cõſtuprauit.

προσβλέπω.) Ne intueri quidem poſthac eam potero.

πρὸς αἵματ@.) Sophocles: Cum optimus ex duobus optimis ſim natus, num dedecori ero gentilibus meis?

προσέληνοι.) Herodotus Arcades Proſelenos dici tradit, hoc eſt ãtiquos. Ouid. *Orta prior Luna (de ſe ſi creditur ipſi)*
*A magno tellus Arcade nomen habet.*

προσεπιμετρῶν.) Indigentibus ſubinde plus addebat, ut omnes ſine detrectatione gratiam de iis haberent.

προσεπιτραγῳδήσωσι.) Veritus ne ſucceſſum illum exaggerantes, & magnificis uerbis iactitantes, percellerent dominatu tyrannico oppreſſos.

προσεποιήθη.) Quamuis iratus, quòd reiectus eſſet, tamen in præſentia diſſimulauit. Damaſcius: Animaduertebat ille quidem eos ita ſentire: neq; tamen præ ſe tulit, ſe id curare. Quamuis ſæpe audiret, tamen diſſimulabat.

προς * ἐρρωγυῖαν, ἢ κενὴν ἄδεις.) Ad ruptã uel inanem canis, uel rupi canis. In eum qui fruſtra laborat.

προσεῖπεν.) Ariſtophanes: Quòd tacet, ac ne gry quidem dicit, id me nõ poteſt adducere.

προσέσχε.) Quis te, fili, huc appulit? Quę adduxit cauſa? quis impetus? quis amiciſſimus uentus?

προσετρίψατο.) Vitæ mortalium labem impreſſit.

προσευχή.) Precatio eſt familiaritas & unitio Dei & hominũ: Vel, petitio bonorũ ſupplex à Deo (ἢ τ̃ πρὸς τὰ ῥηθέντα καλὰ τ̃ τετηρηκότος μ̃ ταπεινώσεως αἴτησις. Qui ſenſus uerborum ſit horũ, ignorare me fateor.) Vel, præmiũ uirtutis, quo Deus maximè delectatur, quoq; remuneratur pios. Vel, Precatio eſt colloquiũ mentis cũ Deo. Vel, is ſtatus mentis, qui omnes terrenas cogitationes deſtruit. Vel, Precatio eſt, cũ pij bona petunt à Deo, uel petitio eorum quæ Deus hominibus ſolet ad ſalutem dare. Cum Dei maieſtate conſiderata, aliquid ab eo peto, tum adoro.

προσεῖχεν.) Libros (οὐ δ᾽ ἐπαίνῳ προσεῖχε, prorſus negligebat) non admodum curabat.

προσείλω.) Aelianus: Ita'ne homo petulantiſſime, non contentus tot hoſtibus, me quoq; in numerum tuorũ inimicorum recepiſti?

προσηγάγω.) Ariſtophanes in Auibus: Non oſculatus es, non allocutus, non amplexus.

προσηγγελμένοις.) Cum ea quæ modò nunciata ſunt, deſcenderitis: nihil uobis deinde potius erit, quàm ut pro uiribus opem illis feratis.

προσήγορ@.) Mortalium ibi nemo me alloquetur.

προσήκει.) Romanos decet abſq; periculo uincere: ut qui nõ neceſſariò bellũ gerant, ſed opes augeant.

προσήκων.) Cognati eius, pincernas, ueneficos rati, occiderunt.

PROSELYTI, qui à gentibus ad Iudęos ſe conferebant, & uitam ex diuinis legibus inſtituebant.

πρὸς σῆμα μητρυιᾶς κλαίεις.) Ad nouercę tumulũ ploras. De incogitante, aut ſimulante, & rebus quæ fieri nequeunt.

προσήνεγκ.) Cõſules fœdera ꝓtulerunt, & corã omnib. dixerunt, ſe ceſſuros eſſe potius, quàm Tarquiniũ ſuſcepturos.

προσίεμαι.) Ariſtophanes: Cætera quidem mihi probantur omnia, ſed unũ nõ admitto, ut ſolus ius exorbeas.

προσίσχε.) Cratinus: Noli appellere ad barbaros bubulcos. Eupolis: πρόσισχε τὸν νοῦν τῇδε, Huc aduerte animum.

προσκαθῆσθαι.) Quia nemini quicquam rerum futurarum in mentem uenerat, omnes perculſi fuerunt.

προσκαθίστη.) Qua parte hoſtes irrupturos putabat, ibi denſabat aciem.

πρὸς κᾶρα καρίζεις.) Aduerſus Carem Cariſſas. In ſimiles. Sicut, πρὸς κρῆτα κρητίζεις, Aduerſus Cretenſem Cretiſſas. In eos qui fruſtrà laborant. Polybius: Is uerò ignorabat ſe aduerſus Cretẽſem Cretiſſare, ut dicitur.

προσκαταθεῖναι.) Ariſtophanes: Iuſiurandum adeò nõn curo, ut tres obolos additurus ſim, ſi mihi iuſiurandum detuleris, inquit ſycophanta. Iurandi terminus.

πρὸς κέντρα λακτίζεις.) Aduerſus ſtimulos calcitras.

προσκήνιον.) Fortuna eo prætextu ueluti in

lur in proſcenium protracto, uera conſilia detexit.

πρόσκλησις.)Nihil ex odio aut beneuolentia agendum.

πρὸς κώρυκον γυμνάζεσθαι.)Aduerſus ſaccũ ſe exercere. De iis qui fruſtrà fatigantur.

προσκυνῶ.)Te adorabo Iuſticię Solẽ.

πρὸς λέοντα δορκάδες ἅπτουσι μάχην.)Damæ aduerſus leonem ineunt pugnã. In eos qui cum potentioribus litigant.

πρὸς λύραν ᾄδειν.) Moderatè res geſta eſt, non ut uel Dei uel hominũ indignationem incurramus.

πρὸς νῦν σε.)Nũc te per matrẽ, perq́; patrẽ, ô fili, perq́; quicquid tibi charũ eſt in ędibus, ſupplex adeo, ne me deſtituas ita ſolum, deſertũ, in hiſce malis quæ uides, quibusq́; me oppreſſum uidiſti.

προσῳδία ἀρχή.) Quid pulchrius incipientibus aut deſinentibus, quàm uelociũ equorum agitatores celebrare?

πρόσοδος.) Cæſar eos primo tãtùm acceſſu perterrefecit.

*Curatio corporis.* προσοχή.)Diligẽs cura ualetudinis. Corpus eſt moderatè curandũ, neq; ut ſis uitæ amans, neq; ad elegãtiam: neq; etiam negligendum: ſed ſic tractandum, ut ad perpauca medicorũ opera ſit opus, neq; pharmacis deglutiẽdis, neq; emplaſtris foris imponendis.

*Vindictæ cupiditas.* πρόσω.)Iotomæ, quanquã moribũdo, caput amputari iuſſit, ne maleficorum mortem effugeret.

*Vultus Dei.* πρόσωπον.)Dauid: Vultus Chriſti contra eos qui mala faciunt. Significat uultus Dei etiam depulſionem malorũ, & bonorum ſuppeditationem.

PROSPALTA, municipium Acamãtiæ tribus: unde Proſpaltius.

προσπατταλεύσω.)Solent agricolę & oleaſtro & alijs arboribus affigere donaria & armos, & caluas, ad auertendũ faſcinum, ne areſcant.

*Franci. Belliſarius Romani.* προσποιεῖται.)Frãci, cũ Belliſariũ rem bene gerere intellexiſſent, & Italiã ſibi uendicare cuperent: de ineũda ſocietate deliberant. Negligunt Romanos afflictos, quãq̃ ab antiquo ſummi eorum amici.

πρόσταξις.)Adordinatio, cum uel ex utraq; parte aciei, uel ex altera in ipſo cornu agmen quoddam uniuerſæ phalangi adijcitur, rectà uerſus frontem aciei.

*Magiſtratus improbi.* προστάται.)Proſtratę dicebãtur Athenis inquilinorũ patroni. Neceſſe enim habebãt oẽs inquilini, ciuẽ aliquẽ Athenienſem aſciſcere patronũ. Menander initio Perinthiæ: Ad me quidẽ iſta regio æquè pertinet, atq; ad uos. Doleo aũt & grauiter fero Res urbis. eam enim uideo ſemper improbis patronis uti: Quorum ſi quis uel unum diem fuit bonus, decem eſt improbus.

προσετῶ.) Inſequẽs tẽpus Me ſemper ſolicitam habebat, ut morituram. Hoc uerò die liberata ſum metu. Sophocles.

πρὸς τῇ πυλίδι ἑρμῆς.)Mercurius ad paruam portam. Nouem principes mœnium Piræei auſpicati ſtructuram, Mercurij ſtatuæ ſubſcripſerunt *. Mœnia primi auſpicati hunc dedicarunt, Senatus populiq́; decretis obtemperantes.

πρόστητ᾽ ἀναγκαίας τύχης.)Adiutores eſtote urgentis negocij.

*Pœna temerè litigantium.* προστιμήματα.)Sunt mulctæ quędã conſtitutæ legib. in iniurios, ut Epobelia, ſexta pars æſtimatæ litis. Sunt & aliæ quas irrogant iudices, ut Demoſthenes indicat in oratione contra Timocratem.

πρὸς τιμῆς.)Erat philoſophus honoratus apud regem.

πρόστιμα.)Talia præmia malè conſulentibus decernit uindicta.

πρὸς τὸν σωρὸν ἀμᾶσθαι.)Ad aceruum metere. In eos qui magnas res aggrediũtur: uel de ijs qui exhortantur.

*Supplicum geſtus.* προστρόπαιος.) Sophocles: Supplex ſedet, In manib. habẽs comas meas, & huius, & tui tertij Supplicum theſaurum.

πρὸς τρόπον αὐτῷ.)Antiochus promiſſione ſibi accõmodata & inopinata ſupra modum lætatus, omnia pollicebatur.

πρὸς οἰωνοῦ δεξιοῦ.) Auguriũ bonum ratus, in hoſtili uallo ſtatiua habere.

*Iudicium.* προσίετο.)Damaſcius: Facilè uidebat q̃ ratio futilis, quæ grauis eſſet, ut hanc admitteret, illam repudiaret.

προσφερής.)Obuiã, pfect⁹ Barbaris, flãmæ inſtar, ea facinora edebat, quę & manus hominis & audaciam ſuperarent:

προσχαιρητήρια.)Feſtum Athenis agitari ſolitum, cum Proſerpina abire uidetur à Vale dicendo opinor.

προσχήματι οἰκονομίας.) Per cauſã tuẽdæ rei familiaris, Barbaricę ſtudẽr tẽacitati.

πρόταξις.)Præordinatio, cum uelites in bello ante alios collocantur. ὑπόταξις. Subordinatio, cum aliis ſubiunguntur.

προσένταξις, ἢ παρένταξις.)Inſertio, cũ implicati phalangi ſinguli ſingulis alternatim iunguntur.

*Propoſitio πρότασις. Modus τρόπος.* πρότασις.) Propoſitio, eſt oratio duobus terminis cõſtans, ſignificatione ſua aliquid de aliquo indicãs: ſiue quòd ſit ſiue ꝙ nõ ſit. Modus uerò ſimpliciter eſt, dua-

*Termini 3. ſeu. Figura σχῆμα.* duarũ propoſitionũ ſimplex cõmunio, tres terminos habentiũ, è quib. neceſſe eſt & unũ bis ſumi, & utriq; ineſſe. Figura uerò eſt modus, in quo mediũ certa ratione collocatur. *Protaſis Problema.* Protaſis eſt propoſita quæſtio: & Problema propoſita interrogatio. *προτασις, ἡ προτεινομένη ἐρώτησις: πρόβλημα τὸ προβληθὲν ἐρώτημα.* Differũt autem modo tantum, & cõponũtur etiam ex contradictionibus. Problema & protaſis eorundem ſunt ſignificantia, & in ijſdẽ, modoq; efferendi in dictione tantùm diſcrimen habent. *Vtrum πότερον. An ἆρα. διαλεκτικά.* Eadem enim quæſtio, ſi addatur, Vtrũ, problema eſt: ſi An, protaſis: eaq; ſunt dialectica problemata, & dialecticę propoſitiones. Ac problema quidem eſt huiuſmodi: Vtrũ rotundus eſt mundus, an'non? Protaſis uerò, Eſt'ne mundus rotundus? particulis, An'non, prætermiſſis.

*προτέλεια.*) Protelia, quaſi præparatoria dicas, diem appellant, qua nuptã uirginem parentes in arcem ducunt ad deam, & uictimas ob coniugium, quod & τέλος dicitur, immolant. Protelia item dicuntur, ea quæ fiunt, aut dantur, priuſquam perficiatur eorum aliquid quę ad diuinam rem pertinent.

*προτέλειον.*) Qui Muſas non præparatione eſſe retur (*ἀλλὰ τὸ κράτος ἐπὶ*) ſed robur ipſum ſapientiæ in iis collocat: neq; ſi quid eximium aliquãdo per ambages innuũt, id intelligere uult (*καὶ ὑπὸ τούτου κατέχεται*, in eo errore uerſatur) & ab hoc detinetur, ei multa bona eueniant, id eſt (ut opinor) is ualeat.

*ἀλλὰ καὶ τῶν.*) Sacra fiant etiam antè Dionidis nuptias, & adulteri prima uictima eſto maritus.

*προτερήσαντες.*) Romani priores utroq; potiti flumine, contos ſub undis defixerunt. Penes nos eſt, ut uel funditùs pereamus: uel hoſte occupato, aliquam temeritatis opinionem incurrentes, noſtro tamen arbitratu uiuamus.

*πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα.*) Prius teſtudo anteuertet lepori.

*πρότερον αἷμα ὕσει*) Prius ſanguine pluet. De rebus quæ fieri nequeunt.

*προτείνων.*) Talenta 500 illi offerebat, ſi Cypro ceſſiſſet: aliaq; emolumẽta & honores, ſi hac in re morem geſſiſſet.

*πρὸ τῆς δίκης.*) Sacrilegi lucrum iure antiquius ducetes (*προλυμότερον τῆς δίκης*) dẽt graues pœnas.

*πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις.*) Ante uictoriam encomiũ canis. De iis qui negocia anteuertunt.

*προλημ.*) Si Dei & hominũ contentio fiat, res'ne humanas Deo antepones?

*προτόνιον.*) Prima Pandora cum ſororibus laneam ueſtem hominibus cõfecit. *Pandora lanea.*

*προτρέπω.*) *καλεῖν τὸν πομπαῖον ἑρμῆν*, Mercurium manium ducẽ uocare: pro, mortem optare.

*προτροπάδην.*) Tergo hoſtibus obuerſo effuſè fugiebant, fortitudinis omnis obliti.

*προυχάφη.*) Marcus uir nobilis, dignitate ædilis, proſcriptus, cum latêre uellet, radit caput & barbam, Aegyptia ueſte induta.

*προυκινδύνευε.*) In prima acie pro populo dimicabat, non imperatorio, ſed militari more.

*προύνικος.*) Aiũt Xenocratẽ in urbem abiturum, omnes turbas atq; tumultus tranſitu ſuo inhibuiſſe. *Xenocratis autoritas.*

*προυργιαίτερον.*) Sequitur hoc naturam hominũ, ut in extremis periculis ſuæ potiſſimùm ſaluti conſultũ uelint. *Sibi quiſq; proximus.* Polybius: Nihil in uita illi potius fuit, quàm ut uenaretur. Vltrò ire audebat: difficultates à fortuna obiectas, pluris eſſe ratus, quàm edicta imperatoris.

*προύργου.*) Operæprecium eſſe duxi, euitato eo in quo & hi & illi nimij fuiſſent: quæ antiquis hiſtoriis conuenirẽt, ea adiungere.

PRVSIAS rex odioſo aſpectu (*καίπερ ἐκ συλλογισμοῦ βελτίων ὑπάρχων*) quãuis ex ratiocinatione melior, dimidius uir externa ſpecie, & ad res bellicas inutilis, & muliebris. Nec enim timidus dũtaxat erat: ſed & à tolerandis ærumnis alienus: denique & animo & corpore per omnem ætatem effœminatus: quas res abeſſe à Regibus cùm alij uolunt, tum uerò Bithyni. *Rex degener.* Multa etiam libido eius erat, & petulantia in cupiditatibus corporis. Doctrinæ & philoſophiæ, & quæ in his ſunt præceptorum prorſus rudis: & quid honeſtas eſſet, ne cogitarat quidem unquam: ſed barbaram Sardanapali uitam agebat noctes dieſque: Itaque cum ij qui regno eius parebant, uel exiguã ſpẽ concepiſſent: toto impetu ferebantur non modò ad defectionem, ſed & ad pœnas de eo ſumendas. Pruſias rex, Attalo uicto, Pergamum ingreſſus, ſumptuoſum ſacrificium Aeſculapij tẽplo obtulit: cũq; litaſſet, in caſtra eſt reuerſus. Poſtridiè copiis ad Nicephorium (*τὸν Νικηφόριον*) adductis, & templa deorũ immortaliũ ſpoliauit, & ſtatuas *Sacrilegia.*

ſax-

ſaxeaque ſimulacra. Denique etiam Aeſculapij effigiem, inſigni artificio à Philomacho fabrefactam, ad ſe tranſtulit, cui pridie immolarat, & libarat: cuique, uti conſentaneum eſt, uota fecerat, ut propicius eſſet. Huiuſmodi affectiones ſunt inſanæ. nam ſimul immolare & placare numen, adorantem & altaribus affixũ, id quod Pruſias facere ſolebat, flexis genibus muliebrem in modum: eademq; ſimul perdere, & iis transferendis contumeliam facere numini: quis neget animi eſſe rabie perciti, & hominis errore mentis affecti?

*Inconſtantia.*

προὔχειν.) Quid dicendũ aut agendũ mihi ſit, age dic? Ars enim alia uincit aliam.

πρόφερε.) Homerus: Ne mihi munera iucunda obijce aureæ Veneris. Heſiodus: Aurora & in itinere, & in opere faciendo longè præſtat.

*Aurora.*

προφερεῖς.) Præcoces, qui cùm adoleſcentes ſint, ſeniores eſſe uidentur.

*προφητεία.*

PROPHETIA alia ſpiritualis eſt, alia diabolica. Dicuntur enim eodem apud illos quoq; nomine prophetię: media & inter has interiecta, naturalis eſt, ſeu artificioſa: alia communis eſt, & popularis. Ac ſpiritualis quidẽ præcipuè ſanctorũ eſt: certò autem conſilio profanis etiam contingit, ut Pharaoni, Balaamo, & Caiaphæ. Diabolica, ad ſolos diabolorum cultores pertinet. Eius generis ſunt, qui ex farina & hordeo diuinant, & querna Pythia, & Dodonæa ſacrificula, & haruſpices, & auſpices, & augures, & obſeruatores ſignorum, ſternutationũ & ominum & fulminum, & murium, & muſtelæ, & ſtridoris lignorum, & ſoni auriũ, & palpitationum corporis: itemq; diuinatio per nomina & mortuos, & aſtra & aquas, & alia infinita. Nã diuinatio ex ſomniis, apud nos quidem eſt ex afflatu diuino: eorum uerò prædictio, non uirtute, ut noſtra, ſed malis artibus cõſtat. Ac De⁹ prędicẽs aliqd, ſimul etiã explicationẽ adiũgit, & exitũ accuratè gubernat. Illi uerò quædam fortuitò aſſequũtur, in plurimis aberrantes. Naturalis aũt diuinatio brutarũ eſt animantiũ. Hirundines enim & grues & formicæ hyemẽ aduentantẽ ſentiunt, echini item & halcyones naturę munere. Artificioſa uerò prophetia eſt apud medicos, & cõſiliarios, & gubernatores. Nam illi quidẽ morbos eorũq; curationes prædicunt: hi, uentorũ mutatiões: medij, ſagacitate ingenij res futuras deprehendunt. Cõmunis autem & popularis cognitio futurorũ eſt: uelutí, poſt tres mẽſes hyemem fore. omnes enim, uices anni temporum norunt. Nihil igitur magni eſt præſcientia dæmonum, cum & formicæ & acuti homines res futuras coniecturis deprehendant. Non autem ut diabolus prædixit, hominem ſciturum eſſe bonum & malum, ita factum eſt. & Balaam prædixit: Meretrices proſtitue, & per eas irretietur Iſrael. itaq; factum eſt: quæ coniectura potius eſt, quàm prædictio. nihil enim admirabile huiuſmodi prophetiæ cõtinẽt. Prophetiæ uerò proprium eſt, linguam prębere adminiſtram gratiæ ſpiritus.

*πνευματικὴ. διαβολική. ἐνυπνιαστική. φυσική. τεχνική. κοινὴ καὶ δημώδης. Præſcientia dæmonum. Balaami prædictũ. Prophetiæ proprium.*

προφυλακή.) In quatuor uigilias diſtribuitur nox, quarum ſingulæ ternas horas continent.

προχαριστήρια.) Procharisteria, dies qua magiſtratus omnes ſub finẽ hyemis, frugibus herbeſcentibus, Mineruæ ſacrificabant. Lycurgus: Antiquiſſimum ſacrificium propter deæ (Proſerpinę) reditũ, procharisteria dictum, ob germinationem frugum naſcentium.

*Gratitudo.*

πρόχειρος.) Quia expedito erat ingenio propter peritiam: negabat eſſe cunctandum: ſed occurrendum & dimicandum cum hoſtibus. Polybius: In cauſa eſt cur non incautus opprimatur, præclarum illud Epicharmi dictũ: Sobrius eſto, & memento non credere. Nerui hi atq; artus ſunt ſapientiæ.

*Diffidere.*

προχειροτονία.) Viderĩ huiuſmodĩ mos fuiſſe Athenis, cũ ſententia quæpiã decreta à ſenatu, fertur ad populum: prius in concione ſuffragia rogãtur, uideaturne ea ſententia conſultanda populo, an uerò Senatuſconſultum ſufficiat?

πρόχουν.) Oſſa in urnã argenteã cõiecta filio miſit, ut monimẽtũ patris haberet.

πρῶ.) ἀρχομένων σικύων καὶ ληγουσῶν κολοκυνθῶν. Prouerbiũ, primi cucumeres optimi, poſtremæ cucurbitæ.

πρωΐ.) Manè, in ſacra Scriptura ſunt calamitatũ mutationes. Dauid: Mane repleti ſumus, Domine, miſericordiã tua. Mane, eſt omne interuallũ à gallicinio.

εἰς πρωκτὸν κυνὸς βλέπε.) Canis cũlũ intuére. hoc prouerbiũ dicebatur lippis.

πρωκτὸς λουτροῦ περιγίνεται.) Podex uincit lotionem. Prouerbium, de rebus inutilibus & irritis. Ariſtophanes: Ea ſum dexteritate ingenij, ut populum & amplũ & anguſtum poſſim facere. nam & podex meus hac ipſa eſt ſolertia.

πρωκτοτηρεῖν.) Iis qui pudicitiam ſuam

 proſti-

proſtituiſſent, concionari non licebat.

PROTAGORAS Abderites, Artemonis F. aut Mæandrij. Quidā eum Teiū fuiſſe tradunt. Hic cū baiulus eſſet collocutus cū Democrito, eruditionis amore captus eſt: & philoſophatus, ad eloquentiam ſe contulit, primuſq; ſophiſta eſt cognominatus, & primus cōtentioſas orationes inuēnit, & certamen uerborum inſtituit, & * centū minas à diſcipulis exegit. Itaq; Sermo mercenari*(λόγος ἔμμισθος) eſt cognominatus. Fuit & Iſocratis oratoris magiſter. Primus hic omnem orationem diuiſit in partes quatuor: Optationem, interrogationem, reſponſionem, iuſſionem. Poſt hunc alius hæc in ſeptem diſtribuit, narrationem, interrogationem, reſponſionem, mandatum, annunciationē, uotum, uocationem. Alcidamas quatuor ait eſſe formas orationum: Enumerationem, negationem, interrogationem, appellationem ſeu ſalutationem. Libri Protagoræ ab Athenienſibus cremati ſunt, quòd aliquando ſic exorſus eſſet orationem: De diis ſcire non poſſum, neq; an ſint, neque an non ſint? Antiquior eſt Platone philoſopho. Magiſter Prodici Ceij fuit, & aliorum multorum. Hunc, narrat Eudoxus, rationem inferiorem & ſuperiorem feciſſe (τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν) ac monſtraſſe diſcipulis, quo pacto idem & laudandus eſſet, & uituperandus.

*Orationis diuiſio 1. 2. 3. Alcidamātis. Dubitatio de dijs igni caſtigata.*

πρῶτα φύσει, αἱ ἀρχαί.) Prima naturâ ſūt principia: poſtrema naturâ longiſſimè à principiis remota. Sunt autem hæc problemata argumentantib. difficilia oſtenſu, reſpondentibus facilia. Prima enim difficultatē habēt, quòd per alia nō poſſunt oſtendi. Nā quæ oſtendūtur, per prima oſtenduntur. Primis aūt nihil prius eſt. Fit enim principiorum cognitio nō per demonſtrationem, ſed per definitionē. Definiri enim in primis oportet, quid ſit principium. Quod cum hoc eſſe poſuerit, eo utendum eſt ad demonſtrandum id quod ſequitur. Itaque tractatu difficilia ſunt principia, nec facilia oſtenſu. Extrema uerò, quòd per multa media oſtēduntur. Prima autem figura dicitur in ſyllogiſmis, non ut cauſa, neq; ut gignēs illos, ſed ordine & perfectione. nō quòd gignat illos, & producat: ſed quòd plus poſſit, & demonſtratiuis tractationibus aptiſſima ſit.

*Principia nō demonſtrantur, ſed demōſtrant. Principia definiuntur. Figura prima.*

PROTOGENES pictor Xāthius, Lycius, graphica ſcientia celebris, qui Rhodium Bacchum pinxit, prodigioſum illud & mirabile op*, quod & Demetrius Poliorcetes magnopere miratus eſt, cū Rhodum obſideret totum biennium, mille nauibus adductis, armatiſque militibus amplius 55000. Scripſit de graphica & figuris lib. 2.

*De rebus Rhodius.*

πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας.) Quæritur, quomodo primos ponat apoſtolos Paulus? Primos proportione certaminum, diuinæq; gloriæ. Poſtremi autē ſunt, quòd in fines ſeculorum inciderūt. Itaq; & primi & poſtremi ſūt, ut & in hoc magiſtrum imitentur, ſe & primū & poſtremum eſſe dicentem.

*Apoſtoli et primi & poſtremi.*

πρωτόπειρος.) Homo admodum adoleſcens, & opera bellica primùm periclitatus, nuper guſtato altiore dignitatis gradu, ambitioſus fuit, & cōtentioſus, & appetens principatus.

πρώτῳ ποδί.) Primo pede, dicere ſolent augurantes.

πρωΐκιος.) Gratuita hominibus uiatoribus cantatrix: cicada inquit in Epigrammate.

πρύμναν κρούεσθαι.) Puppim ferire remis: eſt paulatim ſe ſubducere, diſſimulata fuga.

πρυτανεύεται.) Dei nutu adminiſtrantur res hominum.

πρυτανεύοντες.) Loci natura pgredi eos ulterius non patiebatur, ſed foſſæ longitudinē eis dimetiebatur, & modum ſtatuebat. Aderant legati, Parthos & Romanos reconciliaturi.

πρυτανεία.) Prytania, numerus eſt uel 36, uel 35 dierū, quib. ſingulę decē tribuū Athenis ſummæ rerū præerant: anno Lunari, quo utebatur, ita diſtributo, ut quatuor tribus, quibus prima ſors obuenerat, 36. reliquæ 6, dies 35 gubernarent.

*Senatus per uices.*

πρυτανεῖα.) Sportulæ: pecunia erat, quā uterq; & re* & accuſator in iudicio mulctę nomine deponebat: ſi uictus eſſet, ad rempublicam redituram. Decima item debiti parte iudicibus numerata, debitores in iudicium adducebant.

πρυτανεῖον.) Prytaneū, curia apud Athenienſes, in qua publicè uictus præbebatur ijs, qui honorē illū rebus præclarè geſtis, qui quidē maximus habebatur, cōſecuti erant. Eodem in loco & granariū erat, & ignis æternus, ubi adorabant.

*Ignis æternus.*

πρυτάνεις.) Decima pars ſenatus Quingentorū Prytanes dicebātur, quinquageni de ſingulis tribubus, q muneta Senatus omnia per ſucceſſionē ſortitò obibant.

πίας-

πταρμός.) Ariſtophanes: κᾆτα πῶς οὐκ ἔπταρον; Et qui factum eſt, ut nõ ſternutarim? id eſt, nõ animaduerterim. Ira, inqt, ict⁹ ille me tetigit, ut feſtuca tãgit nares.

πταίειν.) Ne ſæpius ad eũdem lapidem impingito, cum occaſionem habeas exploratam.

*Captatio loci in bello.* πτερίνης.) Vt lateas inſidiatores, nulloq; incommodo afficiaris, aptiora ſunt loca edita & plana ſyluoſis, eo ꝙ longè proſpicere poſſis omnes inſidias. In pleriſq; autẽ locis multa ſunt quæ uiſum impediant. nã uel minimus amnis cũ exiguo colle, interdũ calami & filices & dumi, non pedites modò, ſed equites etiã celare poſſunt, mediocri adhibita prudentia, ut arma inſignia ſupina collocentur in terra, & galeæ armis ſupponantur.

πτέρις.) Filix herba, ſiccandi ui prædita: unde & fœtus corrumpit atq; eijcit, & latos lumbricos interficit.

*Dis federo bauſen.* πτερινῷ.) Polybius: Exornantur Romani criſta plumea, pennis rubris aut pullis erectis tribus cubiti magnitudine: quibus uertici impoſitis, unà cũ alijs armis, uir duplo maior apparet: aſpectus uerò pulcher eſt, & formidabilis hoſtibus.

πτερόεντι.) Abſurda atq; inepta genealogia eſt, dicere, Aues ex ala Cupidinis eſſe natas.

*Columbæ allegoria.* πτέρυγες περιστερᾶς.) Alæ columbæ, dona ſpiritus ſancti. Eius autẽ alæ ſunt argento inductæ, tergum uerò auro eſt ornatum. Nam ſimpliciora & cãdidiora ſimplicioribus, altiora perfectioribus cõueniũt. Myſteria mea, ſint mea & meorum.

πτερυγίζειν.) Iactare alas: id eſt, nihil proficere, ſeu nugas agere: trãslatione à pullis auicularum ſumpta.

πτῆμα.) In orbem uolabant alites.

πτίλον.) Qui difficulter uomũt, pluma utuntur, quò facilius euomant.

*Litigioſa anus.* Πτολεμαΐς δίκη.) Ptolemaidis iudiciũ. Anus quædam fuit Ptolemais, quæ ſubinde quæſitis dilationibus uſq; ad obitum in iudicio litigauit.

PTOLEMAEVS Cytherius uerſificator, ſcripſit de Pſalacantha, quam ſtirpẽ ait mira quadam ui eſſe præditam. *Pſalacantha.*

CL. Ptolemæus Alexandrinus philoſophus, fuit temporibus Marci imperatoris. Scripſit libros Mechanicos tres: De ortu & ſignificationibus ſtellarũ inerrantium, lib. 2. (ἀπλανῶν.) Extenſionem ſuperficiei ſphæræ: Canonem (πρόχειρον) expeditum: Magnum opus aſtronomicum, ſeu Syntaxin, & alia.

Ptolemæus Alexandrinus, grammaticus, Pindarion cognomento, filius Oroandri, Ariſtarchi diſcipul⁹, ſcripſit Homericorum exemplorũ lib. 6. De charactere Hõerico: Ad Neotalidẽ, de dictione, de Vtide Homerico, de Aſteropœo, cuius meminit Homerus, & alia.

Ptolemæus grammaticus, Epithetes dictus, quòd ſequeretur Ariſtarchũ: audijt ſiue Hellanicum grammaticum, ſiue Agathoclem, ſiue Zenodotum Epheſiũ. Scripſit de (πληγῶν) plagis Homericis, commentarium in Odyſſeam.

Ptolemæus, Ariſtonici grãmatici pater, & ipſe grammaticus. Ambo Romæ ſe oſtẽtarunt. Scripſit, quæ ſimiliter dicta ſint à Tragicis: Libros in Homerũ: Quæ à poetis peregrinè dicta ſint: de Muſis & Nereidibus.

Ptolemæus Alexandrinus grammaticus, Hephæſtionis F. fuit ſub Traiano & Adriano imperatoribus, Chennus appellatus. Scripſit de Admirabili hiſtoria: Sphingem, quæ fabula eſt hiſtorica: Anthomerum, quæ poeſis eſt librorum 24, & alia quædam.

Ptolemæus Aſcalonites, grãmaticus, Romæ docuit. Scripſit proſodiã Homericam, de Helleniſmo, ſeu recta locutione Græca lib. 15. De metris. De Ariſtarchea Odyſſeæ correctione. De differentia uocabulorum, & alia grammatica.

Ptolemæus rex Aegypti. Hyrcano cũ Ptolemæo rege cœnante, & omnib. qui accumbebant carnes edentibus, oſſa uerò ante Hyrcanum cumulantibus, Tryphon ſcurra regis: Vides, inquit, Domine, oſſa ante Hyrcanum ſita? Hinc collige, patrem eius Syriam omnẽ ita nudaſſe, ut hic oſſa nudauit carnibus. Ad quẽ Tryphonis ſermonem cum riſiſſet rex, & Hyrcanum rogaret, Quî fieret ut tot oſſa ante eũ iacerent? Non immeritò, inquit, domine. nam canes oſſa unà cũ carnibus deuorãt, ut iſti: cæteros conuiuas innuens, quòd nulla ante eos ſita eſſent oſſa homines uerò carnes edũt, oſſa abijciunt. Itaq; & ego feci ut homo. Eius hoc adeò ſolers reſponſum admiratus rex, approbata urbanitate eius, omnes iuſſit applaudere. *Canes oſſa deuorant, non homines.*

PTOLEMAEVS, Cypri dux, minimè fuit Aegyptiac⁹, ſed cordat⁹ & ſtrenuus. Nã cũ inſulã, rege adhuc infante, gubernãdã ſuſcepiſſet, ſtudioſè quidẽ pecuniã cõgeſſit, ſed nemini prſ⁹ qcꝙ dedit, quãuis à regijs quæſtorib. ſæpè flagitaretur,

eoq; nomine acerbis conuiciis peterc-
tur. Regi uerò iam adulto magnã pecu-
niã miſit, ut & à Ptolemæo, & ab ijs qui
antè inſectati eum fuerant, laudaretur.

Caſus. πτώσεις.) Caſus philoſophi nomine cõ-
muni dicũt qualeſcunq; inflexiones ab
alijs formatas: ut grammaticè, caſus eſt
à grammatica: ſic iuſtè, muſicè, pruden-
ter, ſortiter, caſus ſunt à Iuſtus, prudens,
Coniugata. muſicus, ſortis. Interdum coniugata &
Denominatiua. denominatiua, quæ cum inter ſeſe finiti-
Loci à caſibus ratio. ma eſſe uideantur, differunt. Loci à caſi-
bus hæc ratio eſt: ſi caſus alicuius utcũq;
pluribus dicitur modis, & ipſum plurib.
dicitur modis. Quòd ſi ipſum, etiam ca-
ſus. ueluti, cũ iuſti caſus ſit iuſtè, iuſtè au-
tem pluribus dicatur modis, plutibus di
citur etiã iuſtum: & uiciſſim. Dicitur aũt
Iuſtè. Iuſtè pluribus modis. nã & qni pro ſuo
iudicio pronũciauit, & quæ ipſi iuſta ui-
ſa eſt, ſententiam dixit, iuſtè dicitur iudi-
caſſe, etſi id non ita iuſtũ fuerit Dicitur
& is iuſtè iudicaſſe, qui, ut decet, iudica-
uit: atq; etiã qui legẽ ſecutus eſt, etſi ger-
mana iuſticia ſecus ſe habet. Iuſtũ igitur
etiam pluribus dicitur modis: & tot mo
dis, quot modis ipſum iuſtè. Nam & pro
cuiuſq; iudicio, & uerè iuſtum & legiti-
mum dicitur iuſtum. Ac (modum) locũ
hunc conuerti apparet. nam ſi ipſum iu-
ſtum pluribus dicitur modis, & caſus in-
de ſactus Iuſtè pluribus dicetur. Grãma-
ticè aũt caſus eſt nominis, aut nominalis
alicui⁹ in fine ſacta motio atq; mutatio.

Paupertas. πτωχεία πενίας διαφέρει.) Paupertas eſt
modica indigẽtia, labore neceſſaria quę
ritans. Dicitur enim πενία, παρὰ τὸ πένεσθαι,
Mendicitas. à laborando. Mendicitas eſt extrema in-
opia, & rerum omnium penuria. Dicun-
tur πτωχοὶ παρὰ τὸ πτώσσειν, à trepidatione,
quòd omnibus ſint ſupplices: uel παρὰ
τὸ ἐκπεπτωκέναι τοῦ ἔχειν, quòd omnib. bo-
nis exciderint. Ariſtophanes: Non'ne
mendicitatis paupertatem ſororem eſſe
dicimus? Vos quidẽ, qui Thraſybulo ſi-
milem eſſe dicitis Dionyſium. Horũ al-
ter tyrannus, alter tyrannicida fuit.

πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται.) Mendici pera
non repletur. πτωχῶν οὐλαὶ ἀεὶ κεναί, Men-
dicorum cicatrices ſemper ſunt inanes.
In inexplebiles.

πτοία.) Scythæ formidine & trepida-
tione omnia compleuerant, ut uel unus
inermis 10000 armatos, ne reſiſtere qui
dem audentes, fugaſſet. Terror quidam
inuaſit exercitũ ob rem improuiſam, &
quia paratus non erat.

πτυχαί.) Laxatis poli illuſtribus receſ-
ſibus, myſtes introſpicit.

ποῖ.) Sophocles: Quò uſq; tandẽ ma-
nebis ſocors? Quid adhuc bonæ ſpei ti-
bi propoſitum eſt?

ποῖ γῆς ἀποδήμεις;) Cliſthenes læuibus
malis, & eunucho ſimilis, à Comicis ob
molliciem & flagitia perſtringitur.

πύθιοι.) Pœrhij, quatuor uiri delecti a-
pud Lacones, bini ſingulis regib. in Syſ-
ſitijs attributi.

ποικίλη στοά.) Pœcile, porticus uaria A-
thenis, in qua Marathõia pugna depicta
eſt, cum hac inſcriptione: PRO Græcis
propugnantes Athenienſes in Maratho
ne. Ceciderunt Medorum 200000.

ποικιλῳδός.) Sphinx intricatis ambagi-
bus effecit, ut ijs quæ ante pedes erãt o-
miſſis, obſcura inquireremus.

ποικιλώτερος ὕδρας.) Magis uarius hy-
dra. In eos qui ob calliditatem in admi-
ratione ſunt.

ποιναί.) Pœnæ ultrices maleficos ſe-
quuntur, non propè ut umbra, ſed lon-
go tempore pòſt. Sera tamẽ tacitis pœ-
na uenit pedibus.

ποινή.) At hic apud ſuum populũ ma-
net, magna mnlcta ſoluta. Illius uerò cor
& magnus animus pœnis ſumptis ac-
quieſcit. Sophocles: Deus magnus O-
lympius ſaxit, ut clades ultrices eos inua
dant. δίκη μεταπτοίνιος, ultio pœnã ſecum
ferens. Ne quęſo domina, ne tales ſumi-
to pœnas. Aelianus: Apollo reſpondet 2. Virgines pro Caſſandra immolanda.
Locrenſibus, calamitatis illius nullũ ſo-
re finem, niſi quotannis binas uirgines
Ilium miſerint, Mineruę mulctã pro Caſ-
ſandra, donec deam placarint. ποίνιμοι
ἐριννῦς, Furiæ ultrices. Sophocles:

*Ite ô celeres & ultrices Furiæ,*
*Guſtate, ne parcite, uniuerſum exercitum.*

Omniũ impietatum & iniquitatũ quas
commiſerat, obiecerũt illi quaſdam ul-
trices Furias, & piacula eorum, quos ille
cladibus affecerat.

ποινήλατον.) Philoſophus illum, ut qui
diris ultricibus agitaretur, declinauit.

πυανεψιών.) Menſis inde dictus, quòd
legumina ſeptimo eius menſis die in ho
norem Apollinis elixẽtur. Lycurgus in
oratione contra Meneſæchmum: Nos
Pyanepſiam id feſtum uocamus, reliqui
Græci Panopſiam, qnòd oculis ſuis fru-
ges omnes uiderint.

PYGELLA, ſeu Phygella, locus nnde
fretũ traijcitur, quo in Cretam itur. Py-
gela urbs Ioniæ, inde dicta fertur, quòd
qui-

quidam ex Agamemnonis ſocijs è natibus laborantes, ibi manſerint.

ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν καὶ τριῶν ἀλωπέκων.) Canis & triũ uulpium nates intueri iuſſerunt lippientes.

πυγιδίων.) Ariſtophanes: Si quis uos cordis ornatos dicar, ſtatim ſummis natibus inſidetis. Qui libenter aliquid audiunt, uidentur ſupra nates ſedere.

*Pythagoræ natales.* PYTHAGORAS Samius, ſed natura Tyrrhenus, Mneſarchi ſculptoris anulorum filius. Nam adoleſcens cũ patre Samum migrauit. *Magiſtri.* Audiuit primùm Pherecydem Syrium, Sami: deinde ibidẽ Hermodamãtem, Creophili nepotem: pòſt, Abaridẽ Hyperboreum, & Zaretem magum. Apud Aegyptios etiã & Chaldæos eruditus, *Polycrates.* Samum redijt: quam cum à Polycrate tyrannide oppreſſam reperiſſet, *Schola Crotonienſis.* Crotonem in Italiã abijt: ſcholaq; aperta, diſcipulos habuit amplius 500. *Fratres.* Habuit & fratres duos, natu maiorẽ Eunomum, medium Tyrrhenum: & ſeruum *Zamolxis.* Zamolxidem, cui Getæ, ut Saturno, immolant. *Vxor.* Vxorem duxit Theanonẽ, Brontini Crotoniatæ filiam: è qua filios duos *Liberi.* ſuſcepit, Telaugem & Damonem: uel, ut alij, Mneſarchum: ſecundum quoſdam filiam Myam, id eſt Muſcam: uel, ut alij, Arignoten. *Scripta.* Conſcripſit Pythagoras tres tantùm libros, παιδευτικὸν Inſtitutiones, πολιτικὸν de adminiſtratione Reipublicę. Tertius autem qui nomine Pythagoræ circumfertur, *Lyſis.* Lyſidis eſt Tarentini, diſcipuli illius qui Thebas profugus *Epaminondas.* Epaminondam inſtituit. Quidam aurea quo[que] carmina illi tribuunt. Primus Pythagoras fuit autor abſtinendi eſu animalium & fabarum. *Interitus.* Obijt Pythagoras hoc modo. Cum in ædibus Milonis, fami[li]aribus ſuis aſſideret, accidit ut ædes ex inuidia ſuccenderentur, à quodã qui in eum cœtum receptus nõ fuerat. Alij dicunt, ab ipſis Crotoniatis id eſſe factum, metu tyrãnidis. Ac Pythagoram egreſſum, cum ad agrum fabis plenũ perueniſſet, reſtitiſſe, ac dixiſſe: Capi præſtat, quàm calcare: interfici, quàm loq (ἁλῶναι μᾶλλον ἢ πατῆσαι, ἀναιρεθῆναι δὲ κρεῖττον, ἢ λαλῆσαι) & ſic à perſequentibus eſſe iugulatum, eodemq; modo plurimos ſociorũ eius perijſſe, qui ad 40 eſſent. *Philoſtratus de Pythagora.* De Pythagora Philoſtratus: Qui Pythagoram, inquit, laudant, ſic de eo dicunt, eum Ionẽ non fuiſſe: ſed Troiæ olim Euphorbum fuiſſe, & mortuum reuixiſſe. Sic autem eſſe interfectum, ut cecinerit Homerus.

*Veſtitus.* Veſtitum de morticinis recuſaſſe, purũ fuiſſe ab eſu & immolatione animaliũ. *Sacrificia.* Neque enim eum altaria cruentaſſe, ſed mellitam placentam & thus cum hymnis obtuliſſe dijs: qui quidem ſciret ea *Familiaritas deorum.* dijs acceptiora eſſe, quàm hecatombas & cultrum in caniſtro. Vſum enim fuiſſe deorum conſuetudine, ex eisq; didiciſſe, quatenus hominibus delectentur, & quatenus eoſdem auerſentur: ex eoque de natura diſſeruiſſe. Nam alios quidem ex coniecturis loqui de dijs, & opinionibus inter ſeſe diſſidentibus uti: ad ipſum uerò ueniſſe Apollinem, profitẽtem nomen ſuum: ſe uerò quamuis non profitentes cognouiſſe Mineruam & Muſas, & deos alios, quorum formas & nomina nondũ norint homines: & quicquid dixerit Pythagoras, id eius familiares le- *Autoritas.* gem indicaſſe, & honoraſſe illum ut à Ioue profectum: *Silentium.* & ſilẽtio, religionis ergò, ſtuduiſſe, quòd multa diuina atq; arcana audiſsẽt: quę tacere difficile eſſet, niſi prius didiciſſent: etiã ſilentiũ ſermonem eſſe ὅτι καὶ τὸ σιωπᾶν λόγος. Agrigentinum quoq; *Empedocles.* Empedoclem hanc amplexũ fuiſſe tradunt ſapientiam. nam illa: Valete, ego uerò ſum deus immortalis, nõ iam mortalis: &, Iam aliquando fui & puella, & puer: &, bos Olympiæ è bellarijs immolatus: eius ſunt, qui Pythagoream diſciplinam probet.

PYTHAGORAS Samius, philoſophus, ueritatẽ non minus quàm Pythius Apollo dicebat. *Examinatio dictorũ factorumq; omnium.* Is diſcipulos ſubinde monebat, ut ædes ingreſſi dicerent: πῇ παρέβην; τί δ᾽ ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη *Quò prætergreſſus? quid geſtum in tempore? quid non?*

*Symbola Pythagoricæ.* Symbola Pythagoræ fuerunt hæc: πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, Ignem gladio ne fodica: ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, Stateram ne ſuperes: ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν, Modio ne inſideas: καρδίαν μὴ ἐσθίειν, Cor ne edito: φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, μηδὲ συνεπιτιθέναι, Oneris neq; deponẽdi, neq; imponẽdi adiutor eſto: τὰ στρώματ᾽ ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν, Stragula ſemp colligata habeto: ἐν δακτυλίῳ θεοῦ εἰκόνα μὴ περιφέρειν, In annulo Dei effigiem ne circũferto: χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρα, Ollæ ueſtigium in cinere cõfundito: ἐλαδίῳ εἰς θᾶκον μὴ ὀμόργνυσθαι, Oleo ſellam ne abſtergito: πρὸς ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν, Ad ſolem conuerſus ne meijto: ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, Extra uiam publicam ne ambulato: μὴ ῥαδίως δεξιὰν ἐμβάλλειν, Ne facilè dextram in-

inijcias: ὁμοροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν, Contubernales hirundines ne habeto: γαμψώνυχα μὴ τρέφειν, Vncis unguib. prędita ne alito: ἀπονυχίσμασι ἢ κουραῖς μὴ ἐπουρεῖν, μηδὲ ἐφίστασθαι, Segmentis unguium & pilorum nec immeijto, nec inſiſtito: ἀποδημοῦντα, ἐν τοῖς ὅροις ἀνεπιστρεπτεῖν, Peregrè abiens, in finibus ne reſpecta: ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν, Acutum enſem auertito. Quibus dictis monere uoluit, Potētum iram, & iratorum animos non eſſe commouendos: Ius & æquum non eſſe uiolandum: * Futura æquè curāda eſſe atq; præſentia. per chœnicem enim, ſeu modium, quotidianū uictum notauit. Animū curis & moleſtijs non eſſe conficiendum: Iis qui è uita migrent, uitā non eſſe appetendam, nec huius uitæ uoluptatibus ſuccumbendum. Cætera itē, ne longiores ſimus, cōſimili ratione ſunt intelligenda. In primis autem erithyni & loliginis, & cordis, & fabarum & matricis, & triglæ eſu interdixit. Plerunq; cōtentum

*Victus Pythagoræ.* eum fuiſſe tradunt ſolo melle, aut fauo, aut pane: uinū interdiu nō guſtaſſe, eius obſoniū fuiſſe ferè herbas elixas & cru-

*Veſtis.* das, rarò marinis eſſe uſum. Veſtis ei fuit candida & pura, & ſtratum candidum & laneum. linea enim nondū eò loci peruenerant. Nunquam (ἐγνώσθη διαχωρῶν: hoc eſt, nemo uidit eum hæc facientem. Verecundia eius, ut opinor, non diuinitas prædicatur. Liberos certè ſuſcepit) cognitū eſt, cum uel exoneraſſe aluum, uel rei Venereæ operā dediſſe, uel ebriū fuiſſe. Abſtinuit & deriſu, & omni obſequio: ut ſalibus, & narrationibus inſolētibus. Iratus neq; ſeruum ullum, neq; ingenuum caſtigauit. Admonitionem uocabat πελαργᾶν, uerbo à ciconijs facto: quòd, uti ſuſpicor, ea res ſummi amoris eſſet argumentū. Diuinatione utebatur ominū & auguriorum: ea quæ per ignē fit, minimè, thure excepto ſacrificijs utebatur inanimis. Alij gallinis tantum, & hœdis, & ſubrumis: itemq; animata omnia eum conceſſiſſe, modò eſu bouis aratoris & ariete abſtineretur. Dogma-

*Theoclia.* ta ſua accepit à Theoclia ſorore. Tradūt

*Homerus & Heſiodus apud inferos.* eum, cum ad Inferos deſcendiſſet, Heſiodi quidem animam æneæ columnæ alligatam, ſtridentē: Homeri uerò de arbore pendētem, ſerpentibus circundatam uidiſſe, propter ea quæ de dijs dixiſſent.

*Vxorius.* Puniri etiam illos, qui rem habere cum ſuis uxoribus nolint. Mactatas pecudes offerre dijs uetabat. Aram adorari iubebat incruentam. Nō iurandum eſſe per

*Officia erga deos & homines.* deos, ſed operam dandam ut quiſq; fide dignus haberetur. Natu maiores colendos eſſe: & quod tempore antecederet, honorabilius exiſtimandum: ut in mundo ortum occaſu, in actionibus principium fine, in uita ortū interitu. Ac Deū quidem præponendum dæmonibus, heroas autem hominibus: ex ipſis hominibus colendos eſſe maximè parentes. Ea ratione in uitæ conſuetudine utendum, ut non ex amicis inimicos, ſed ex inimicis amicos faciamus. Priuatū nihil eſſe iudicandum, legem defendendā, iniquitatem oppugnandam: ſtirpem manſuetam neq; excidendam, neq; lædendam, ac ne animal quidem quod homini non noceret. Verecundiæ & obſeruantiæ rationem habendam. Neq; deriſu teneri, neq; tetrico uultu eſſe oportere. Obeſitatem eſſe fugiendam. In itinere faciēdo & remiſſionem & contentionem adhibendam. Memoriam exercendam. In ira neq; dicendum, neq; faciendū eſſe quicquam. Omnem diuinationē eſſe honorandam. Cantu ad lyram utendum: hymnoq; & dijs & uiris bonis, eam quæ deceat, gratiam eſſe referendam. Fabis autem abſtinēdum, eo quòd flatuoſæ ſint, & facultatis animalis maximè participes: & alioqui etiam, non adhibitas, uentres efficere modeſtiores, eoq; uiſa etiā ſomniorū lenia & placida reddere. Prætere a in cōmētarijs Pythagoricis etiā

*Phyſiologia Pythagorica.* hæc inuenta ſunt: Principium rerum omnium eſſe monadem: ex monade infinitam dyadem, quò materia monadi, ut cauſæ, ſuppeteret. Ex monade porrò & infinita dyade numeros, ex numeris pūcta, ex his lineas, ex lineis planas figuras, è planis ſolidas, ex his ſenſilia corpora: quorum elementa ſint quatuor, ignis, aqua, terra, aer, quæ mutentur: ex hiſq; fieri mundum animatum, intelligentē, globoſum, qui terram in medio contineat, rotundā & ipſam atq; habitabilem. Eſſe & Antipodes: & quæ deorſū nobis ſunt, illis eſſe ſurſum. Aequalium in mundo

*Anni tempora.* eſſe partium lumē & tenebras, calidum & frigidum, ſiccum & humidū, pro quorū quaſi dominatu & redundantia, anni tempora exiſtant: calidū ſi uincat, æſtas: ſi frigidum, hyems: ſin æqualia ſint, amœniſſimum eſſe tempus, ac florens illud quidem, uer ſalubre: autumnum autem, morbidum, ac in ipſa etiā die auroram florere, ueſperam deficere, eoq; morbidiorem

diorem eſſe: & aerem qui ambiat terrã, & (ἄσειστον ſtabilem ϗ ἀκίνητον) incõcuſſum & morbidum: & quæ in eo degant, mortalia eſſe omnia. Summũ uerò perpetuò moueri, & purum & ſalubrem: & quæ in eo ſint, immortalia eſſe omnia, proptereaq; diuina. Nam calorem in ijs uincere, qui ſit uitæ cauſa. Lunam à Sole illuſtrari. Hominum eſſe cognationem cũ dijs, eò quòd homo particeps ſit caloris, & fatum tum uniuerſorũ, tum ſingularum partium cauſam eſſe gubernationis. A' Sole pertingere radiũ per (aerem) æther ẽ, cumq; frigidum & craſſum. Eum radium etiam profunda penetrare, eoq; uitam impertiri omnibus. Reliqua prætermiſimus, ne longiores eſſemus. Quæ de menſa deciderent, tolli uetuit Pythagoras: ſeu ne homines aſſueſcerẽt auidè uorare, ſeu quòd ad ἐπὶ τελετῇ τινὸς initiationẽ alicuius illa pertinerent. Ariſtophanes enim, ea quę decidant, heroũ eſſe dicit: ac ne illa quidem tollẽda, quæ in menſam decidant. Albo gallo ueſcendum non eſſe, quòd Soli ſit ſacer, & horas indicet. Fabis autem interdixiſſe creditur, quòd pudendis ſint ſimiles. Salem eſſe apponẽdum, ut commonefaciat iuſticiæ. Sal enim quicquid apprehẽderit, conſeruat, ortus ex puris aquis & mari. Panem non eſſe frangendum, quòd (ὅτι ἐπὶ ἕνα οἱ παλαιοὶ ἐφοίτων, quòd ad unum ueteres conuenirent) multa grana in unum coeant: neq; diuidendũ, qui ad ſeſe colligat: uel, quòd ad bellũ timidos efficiat. Ariſtophanes de Pythagoricis dicit: Se (pro αὐτῶν, lego τῶν κάτω) ad inferos deſcẽdiſſe, & ſingulorum uidiſſe uiuendi rationem. ac Pythagoriſtas multũ reliquis præſtare mortuis: ſolos eñ hos ait à Plutone ſuo conuiuio adhiberi, ob pietatem. Næ tu facilem Deum dicis, ſi ſordidiſſimorum hominum conſuetudine delectatur. Nam & holera deuorant, & aquam poſtea ingerũt. Pediculos autem, & lacernas, & illotũ corpus, nemo iuniorum tolerauerit. Prouerbium: σιωπηλότερος εἶμαι ἢ τῶν πυθαγόρα τελεσθέντων, Taciturnior ero ijs etiã qui Pythagoræ ſacris initiati ſunt. Nã hi quinq; annorũ ſilentiũ exercebant. Ex Pythagoreis, qui contemplationi rerũ uacabãt, σεβαστικοί, id eſt cultores numinis dicebantur: qui mathematis, Geometrici & arithmetici: & qui Pythagoræ conſuetudine uſi fuerant, Pythagorici: horum uerò diſcipuli, Pythagorei: cæteri extra familiaritatem, admiratores eorum, Pythagoriſtæ. Abſtinebant autem animalibus (σεβαστικοί, μαθηματικοί, πυθαγόρειοι, πυθαγορικοί, πυθαγορισταί.) Ab Aegyptijs Pythagoras opinionem ſuam in Græciam attulit.

*Aer inferior, ſuperior.*
*Calor.*
*O' ſtultum & deteſtãdum compendium. Quid enim prolixum, quod utile & eruditum?*
*Ariſtophanes in Pythagoreos.*
*Silentium Pythagoricum.*

PYTHAGORAS Epheſius, euerſo ꝑ inſidias eorum qui Baſilidæ uocabãtur, principatu, tyrãnus acerbiſſimus extitit. Ac populo quidẽ & multitudini & erat & uidebatur gratioſus, cùm bona ſpe illos lactando, tum exigua lucella diſtribuendo. Dignitate uerò & potẽtia præditos ſpoliando & proſcribendo, nullo modo erat tolerabilis: ac punire etiã acerbiſſimè non dubitabat, & crudeliſſimè interficere nihil cõmeritos. Ad eam rabiem & immẽſa pecuniæ cupiditas hominẽ impellebat, & quòd calumnijs aduerſus proximum quenq; facilimè incẽdebatur. Ac ſatis quidem hęc fuiſſent, ut peſſimè omniũ mortalium periret: ſed & deos cõtemnebat. nam ex ijs quos diximus, quos inuadebat, cõplures in ipſis templis interfecit. Cuiuſdam autẽ filias, quæ in templum cõfugerant, ut quidem abſtrahere non fuit auſus: ſed perpetua cuſtodia adhibita, eò uſque illas afflixit, dum præ fame laqueo ſibi necem cõſciſcerent. Itaq; peſtilentia publicè, & annonæ penuria conſecuta eſt. Anxius autem de ſeſe Pythagoras, Delphos miſit, malorumq; remedium petijt. Cui Pythia reſpondit: ædem eſſe condendã, & placandos manes. Fuit autem ante Cyrum Perſam, ut ait Baton.

*Popularis.*
*Optimatiũ carnifex.*
*Auaricia. Crudelitas.*
*Violatio templorum.*
*Puellæ ad laqueum adactæ.*
*Peſtis & fames.*

PYTHEAS, Athenienſis orator (molitoris) Mylothri F. homo audaciſſimus, cũ Athenis è carcere ob æs alienũ ꝓfugiſſet, in Macedoniã uenit, deinde in patriam redijt. Scripſit cõciones & orationes forẽſes, & alia quædã. Non aũt annumeratus eſt cęteris oratoribus, ut homo audax & (διεσπασμένος, diuulſ⁹, diſtract⁹) diſſolutus. Mylothrus aũt dicitur, & qui molam poſſidet, & qui in ea laborat.

PYTHIA & Delia. Aiũt Polycratem Sami tyrannum, cum Pythia & Delia ſimul feciſſet, Delum miſiſſe percõtatum, an ſacrificium præfinito tempore offerret: cui Pythia, id eſt Apollinis ſacrificula, reſponderit. Hæc tibi & Pythia ſunt, & Delia (ταῦτά σοι καὶ δήλια καὶ πύθια) ſignificare uolẽs, ea eſſe ultima: paulo pòſt eñ pijt.

PYTHIUM, ędes Apollinis Athenis, à Piſiſtrato condita, in qua tripodes dedicabant, qui cyclio choro Thargelia uicerant.

πύθια

πύθευ χελιδόνος.) Percontare Chelidonem. Prouerbium, à Chelidone, quodã theologo & ariolo, qui de feſtis locutus eſt, ut Mnaſeas Patarenſis in (περίπλῳ circũnauigatiõe, ſi liceat dicere) deſcriptione orbis tradit. Si interpreteris, Percontare hirundinẽ: de uere intelligendũ erit.

*Pythium oraculum.*

πυθώ.) Phocis regio eſt Græciæ, in qua urbs Delphi: in eaq; urbe templũ Apollinis, quod Pytho dicitur, in quo tripos æneus collocatus erat: ſupraq; illũ phiala, quę fatidicos calculos cõtinebat, qui conſultoribus interrogãtibus ſaliebant: & Pythia deo plena & furẽs ea dicebat, quæ ſuggerebat Apollo.

*Delphines draco.*

Delphi autem dictum eſt templum Apollinis, eo quòd Delphines draco ibi eſt inuentus, quem Apollo interfecit: & Pytho, ꝙ ibi computruit: uel à percontando, quod Græcè eſt πυθέσθαι.

PYTHON Byzantius orator, actus in exilium, in Macedonia degens, multos impulit ad proditionẽ, ut ad omnia Philippo adiumento eſſent. quibus rex ad perdendos hoſtes utebatur.

*Dæmoniaci uates.*

πύθων.) Python, dæmoniũ fatidicum. Petebat, ut ſpiritu Pythonico afflatæ, & ob agitationẽ dæmonis, initiationis ſpeciẽ præ ſe ferẽtes, q̃d futurũ eſſet, prædicerẽt. Qui uerò à dæmõijs poſſidebanẽ, dicebant penes Medos fore uictoriam.

PYCNE, & Pnyx, prætorium & cõcio Atheniensium. πυκνίτης δῆμος, Concionalis populus.

πυκνῶς.) Sic tu quidem rectè feceris, ſi tibi prudentia ineſt.

*Interualla militum.*

πυκνώσεις κατὰ μῆκος καὶ κατὰ βάθος.) Denſatio aciei in longitudinẽ & profunditatem. Denſatus autẽ uir, obtinet cubitos duos: ſimpliciter locatus, quatuor.

*πυλαγόραι. ἱερομνήμονες.*

PYLAGORAE mittebantur ad concilium Amphictyonum, ad Pylæam. Pylæa uerò dicitur & locus in quo legati ſedent, & ipſum concilium. Iidem & Hieromnemones erant. Athenienſes uerò (κατὰ πόλιν, in ſingulas urbes) oppidatim mittebant qui ſacrificarent & aſſiderẽt.

*Pylades.*

Dicunt autem Pyladem primùm, ob cædẽ Clytæmneſtræ cauſam ibi dixiſſe, atq; inde Pylæam dictã. Iidẽ & Delphos abibant, inſpectores ſumptuũ in ſacrificijs.

PYLADES Cilix, (ἀπὸ κόμης μισθαρνῶν, à coma mercenarius) paganus mercenarius, ſcripſit de ſaltatione Italica à ſe inuenta: de comica ſaltatiõe, quæ Cordax dicitur: & de tragica, quæ Sicinnis: & de ſatyrica, quæ Emmelia.

PYLAE, & Pylæa, dicuntur Thermopylæ, eo quòd anguſtus inde ſit à Theſſalia ingreſſus in Phocidem.

*Portæ iuſticiæ.*

πύλαι δικαιοσύνης.) Portæ iuſticiæ dicũtur, diuerſa uirtutũ genera. Per illas enĩ Deus, uniuerſitatis autor, ritè celebrari põt. Dauid: Apite mihi portas iuſticiæ.

*Scurræ.*

πυλαιςαί.) Pylarũ ſtatores. Qui nihil ſani neq; dicunt, neq; faciunt, eo ꝙ tales quidã homines locũ illũ frequentabãt.

*Nubes.*

πύλας οὐρανοῦ.) Cœli portas Homerus nubes dicit.

πυώδαξ.) Prouerbium, ἀπυνδάκωτος ὑπὸ τραπέζῃ κύλιξ, Calix ſine fundo in menſa non collocatur. Fortaſſis, hominem futilem arcanis conſilijs non adhiberi, ſignificat.

πυωθαίεδες.) Dinarchus in oratiõe cõtra Philoclẽ: O' uos felices, quòd nõ difficilioribus tẽporibus auariciã & ſordes eiꝰ cognouiſtis. Demoſthenes in oratione falſæ legationis: Hic falſa renũciauit, uos credidiſtis, Phocenſes audiuerunt.

*Ignis.*

πῦρ.) Ea quæ natura creſcũt, eoq; aluntur, terminũ habent incrementi, certoq; modo circumſcripta ſunt. Ignis autem nec alimentum, nec incremẽtum eſt definitum. Nõ igitur ignis eodem quo animalia modo alitur & augetur. Si nõ eodem modo, ne animatis quidem cauſa erit alimenti & incrementi. Ac talis motus ignis, generatio potius erit, quàm incrementum aut alimentũ. Creditum autem eſt, hoc ſolum elementum ali & augeri: quòd in cæteris redundãtia, euidenter eſt appoſitio. Nã ſi aquæ aqua, terra terræ apponatur, ſic fit redundãtia. Ignis uerò fit maior nõ igni adiecto, ſed alterius generis materia, ueluti lignis & ſimilibus: quæ cũ ui ignis in eandẽ naturam mutata ſunt, ſic copia ignis exiſtit.

PYRRHA, urbs quædam Lesbi.

PYRAMVS, Ciliciæ fluuius, ſtadij latitudine.

ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.) Noſter eſt pyramus. Placentæ quoddam genus ex melle elixo, & toſto frũmento, præmium eorum qui in conuiuijs uſq; ad diluculum peruigilaſſent.

πυράνδρου μηχανήματα.) Pyrandri machinamenta. Hic improbus fuit, & ſycophanta.

πυραύστου μόρον.) Aeſchylus: δέδοικα κάρτα πυραύστου μόρον. Admodum timeo Pyrauſtæ mortem. Pyrauſta muſca eſt, quæ lucernis aduolitans comburitur. Dicitur in breuis æui homines.

πυργῶ-

*Philoſophiæ propagatio.* *Syrianus.*

πυργῶσαι.) Damaſcius: Philoſophiam latiſſimè propagarunt & exaggerarunt, ex antiquis Pythagoras, Plato: ex recentioribus, Porphyrius, Iamblichus, Syrianus.

πυργοφόρος.) Turrigera, Rhea dicitur. Epigramma in Æſchylum:

ὦ τραγικὸν φρόνημα, καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν
πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν ἀντιλογίῃ.

*O qui tragicũ ſpiritũ & ſuperciliosum carmẽ*
*Exaggeraſti ualido primus eloquio.*

πῦρ ἐπὶ πυρὶ, κακὸν ἐπὶ κακῷ.) Ignis igni, malum malo additum.

πύρεθρον.) Pyrethrum, herbæ genus, cuius radix urẽdi uim habet, & dentium (ἐψυγμένων, frigefactorum) prurienriũ dolores lenit, & ad febrium circuitũ teritur cum oleo: prodeſt & (ναρκώδεσι, ſtupore affectis) attonitis, & reſolutis.

πυρεῖον.) Græci reliquerunt thuribula, & facem dederũt Sinoni, qui explorator eſſet. At Heraclius & urbes deſtruebat, & ignes Perſarum diſſipabat.

πυρήνη, καὶ πυρηναῖα ὄρη.) Pyrene, & Pyrenæi montes, pertinentes ad Heſperiam & Iberiam, eius loci tutela ſunt.

πυῤῥίας.) Byrria, ſeruile nomen, à rubro colore.

πυρίβια.) Pyribia, animalia in ignẽ incidentia. nam animalia quędam ſine coitu naſcuntur: ut Pyribia, & Phœnix auis, & lumbrici.

πυριλαμπὶς, καὶ λαμπυρὶς.) Pyrilampes & lampuris, inſectum paruum, quod in tenebris lucet.

*Celtibericũ bellum.*

πύρινος πόλεμος.) Romanorum bellũ cum Celtiberis mirabilem habuit rationem, & continentes pugnas. Nam Græcanica & Aſiana bella unum ferè præliũ dirimit, rarò alterum: ipſaq; prælia unum tempus, primo congreſſu & concurſu copiarum. Hoc uerò bello ſecus accidit. nã dimicationes plerunq; nox dirimebat, uiris neq; animis cedere, neq; corporũ contentionem remittere uolentibus, ex defatigatione: ſed redeuntibus, & quaſi actorum pœniteret, pugnam redintegrantib. Ac totum bellum & continentes dimicationes uix hyems dirimebat. Omnino enim ſi quis igneum bellum cogitet, non aliud niſi hoc inueniet.

πυρίνῳ σίτῳ) Victitabant perpetuò leporibus & caſeo, & pane triticeo. Sed dignum telluris fructũ, & Marathonij trophæi percipientes.

*πυρίφλεκτον.*

πυρίφλεκτος.) De miraculo Deiparæ uirginis, & rubo dicitur πυρίφλεκτον: quòd ignis quidem arſerit, ſed nõ combuſſerit.

πυρίφλεκτον uerò, de Chaldaico camino: Caminum pueri inflammatum olim, rori diſtillanti ſimilem effecerunt.

*πυρίφλεκτον.*

*Cineſias.*

πυῤῥίχη.) Pyrrhiche, ſaltatio armata. Babrius: Vtinam in uia procedam non ridiculus, neq; Pyrrhichen ludam. ἡ κάμηλος πυῤῥίχην ἔμαθε τὴν κινησίου, Camelus Pyrrhichen didicit Cineſiæ. Cineſias hic dithyrambopœus fuit, Thebanus genere, & fecit Pyrrhichen: uel, quòd in choris multo motu utebatur, & operam dabat ne Comicis ſumptus ſuppeditarentur. Putatur etiam Hecates ſimulacrum contaminaſſe. Agathias: Narſes copias contrahebat, & offirmabat animum quotidianis exercitationibus, tum currendi, tum ſcitè in equum inſiliendi, & armata ſaltatione in orbem ſeſe conuertendi, & ſubinde claſſicorum clangorem auribus ingerendi.

πυροῤῥαγής.) ὁ κέραμος πυροῤῥαγὴς γενόμενος σαθρὸν ἠχεῖ, Fictile igni ruptum malè ſonat.

*Sicilia.* *Soſiſtratus.* *Thonon.* *Fanum Proſerpinæ fruſtrà ſpoliatũ.*

PYRRHVS ſecundùm in Italiam traiecit, cum ei res Siculæ non ex animi ſententia ſuccederent: quòd principatus eius non regius, ſed herilis urbibus uidebatur. Nam Syracuſas à Soſiſtrato, qui tum urbe potiebatur, & Thonone præſidij præfecto introductus, accepta ab illis pecunia, & nauibus roſtratis 200, totaq; Sicilia ſubacta, Lilybæo urbe, quam ſolã adhuc Carthaginenſes tenebãt, ſubacta, ad contumaciam tyrannicam ſe conuertit. Cum autem pecuniæ & conſilij inopem, omnis generis quæſtus exquirentẽ, peſſimi & ſceleratiſſimi ex amicis eius Euegorus Theodori, & Balacrus Nicandri, & Dinarchus Niciæ F. F. F. impiorũ & nefariorum dogmatum Epicuri ſectatores, uiderent: inueniendæ pecuniæ rationem illi nefariam ſuggerunt, ut ſacros Proſerpinæ theſauros aperiat. Erat enim templum multo auro referrum, ab omni æuo inuiolatum, in quo auri maxima uis, paucis nota, in terra condita erat. Ab his adulatoribus ſeductus, & ob urgentem neceſſitatem id conſilium omnium optimum ratus: uiris illis ſacrilegij miniſtris eſt uſus, aurumq; nauibus impoſitum Tarentum miſit. Cæterùm iuſta prouidẽtia uim ſuam declarauit. Naufragio enim facto aurum templo reſtitutum eſt.

πυρὸς.) Elixum frumentum ad Venerem incitat.

PYRRHON, Pliſtarchi F. Eleus philoſophus, Philippi Macedonis tẽporibus, Olympiade CI & amplius, principiò pi-

ctor fuit: pòſt ſe ad philoſophiam contulit, aſſiduéq; Bryſonem audijt, Clinomachi diſcipulum. Deinde Alexandrũ, Metrodori Chij diſcipulum, cuius magiſter fuerat Metrodorus Abderites. Senſit, nihil honeſtum aut turpe eſſe natura, ſed opinione & conſuetudine.

*Dogma nefarium, boneſti & turpis diſcrimẽ tollens.*

Pyrrhon Phliaſius, Timarchi F. diſcipulus Timonis philoſophi.

PYRRHONII dicebãtur, qui Pyrrhonem ſequebantur hæretici, nomen à magiſtro adepti: ijdemq; dicti Aporetici, & Sceptici, & Ephectici, & Zetetici (πυῤῥώνειοι, ἀπορητικοὶ, σκεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ζητητικοὶ) Zetetici, quòd ueritatem perpetuò quærerent: Sceptici, à perpetua conſideratione, cum nihil unquam inuenirent: Ephectici, ab eo quod illis poſt inquiſitionem accidebat, ut ſuſtinerent aſſenſionem: Aporetici, quòd ipſi etiam * dogmatici dubitarent. Theodoſius uerò in Scepticis, negat Pyrrhonium uocari Scepticũ. nam ſi (τὸ καθ' ἕτερον κίνημα, motus ſecundum aliud) alius animi motus comprehendi non poſſit, non ſciturós eſſe nos Pyrrhonis affectionem: ſi neſciamus, nõ dictum iri nos Pyrrhonios. Ad hæc, nec primum Pyrrhonem Scepticam inueniſſe, nec decretum ullum habere. Dici autem poſſe Pyrrhonium, quòd conſimilis ſit illi ſectæ. Ac Scepticam primus auſpicatus eſt Homerus: nec enim definitè de reb. pronunciat. Sunt & ſeptem Sapientes Sceptici, cuiuſmodi eſt: Ne quid nimis, & reliqua. Atq; etiam Archilochus & Euripides. Archilochus, cum dicit: Mens ea eſt mortalibus hominibus, quam communi die Iupiter inſerit, τοῖς ἀνθρώποις νοῦς γίνεται θνητοῖς, ὁ κοινὴν ζεὺς ἡμέραν ἄγει. Euripides:

*Mirũ uerò, non tandem quæritando fruſtrà, eſſe defatigatos.*

*Theodoſius de Scepticis.*

*Quid ergo miſeros ſapere mortales,*
*Dicunt? nam à te pendemus, eáque facimus*
*quæ tu uis.*

τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς φρονεῖν
λέγουσι; σοῦ γὰρ πάντες ἐξηρτήμεθα,
δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἃ δὴ τυγχάνεις θέλων.

πῦρ παλάμη, καὶ παλαμώμενος ἴσα πυρί.) Palma ignis eſt: &, Tractans ignis inſtar. De eo qui celeriter aliquid cogitat.

πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, καὶ ἄνωθεν δεικνύω τὸ κάλλιστον.) Oſtendo tibi ſalutem, & ſuperiore loco monſtro quod ſit pulcherrimum.

*Pyra.*

πυρσουργίαις.) Perſeus Macedo, pyris per totam Macedoniam paratis, celeriter quid ubiq; fieret cognoſcebat. Ita nunc laternæ, Barbarorum aduentum indicant.

*Laternæ.*

πυρφόρους.) Igniferos, ſacerdotes dicebant, quòd ignẽ altaris incenderent: quibus uictores in bellis parcere ſolent. De ijs autem qui prorſus uicti & obtriti ſunt, per amplificationem dicunt, ὅτι οὕτως ἀπώλοντο, ὥστε οὐδὲ πυρφόρος ὑπελείφθη: Eos ita internecione deletos eſſe, ut ne ignifer quidem ſuperfuerit.

πυρφόρος.) Ignifero cado Piſiſtratus Rhodiorum nauarchus eſt uſus. Ex utraque proræ parte binæ ancoræ iuxta interiorem parietum ſuperficiem collocatæ erant, quibus inſerebantur conti (περιτείναντες τοῖς κύμασιν εἰς θάλασσαν) protenti in fluctus maris: de quorum faſtigio cadus ferrea cathena ſuſpẽſus erat, igni plenus, ut in impreſſione & aggreſſione ignis in hoſtilem nauẽ excuteretur, à ſua uerò ꝑpter inclinationẽ multũ diſtaret.

πύστει.) Notandum, eorum qui peregrè obibant oſſa, in patriam reportari ſolita.

πύσμα.) Recentiores, eas interrogationes quæ quid res ſit inquirant, pyſmata ſolent appellare: ut, quid eſt homo? Dialectica uerò propoſitio eſt, ad quam is qui interrogatur, reſpondere poteſt, Sic, uel Non.

πύστεις.) Ab omni interrogatiõe & percontatione oraculum eos deterrebat.

PRINCIPIVM LITERAE P.

Κλασθεῖσα ῥάβδος οὐ καλὸν φέρει πέρας. Confractus baculus nõ fert bonum finem.

*Explicatio ſomnij.*

ῥαβδοῦχοι.) Baculigeri, ſiue miniſtri in Thymele, qui curabant, ut modeſti eſſent ſpectatores: aut certaminum iudices, qui αἰσυμνῆται dicuntur. Ariſtophanes: Lictores uerberare debebant poetam comicũ, ſi quis progreſſus ad auditores, ipſe ſeſe laudaret. Polybius: Lictor aderat ab imperatore, qui regem accerſeret.

ῥαγδαῖος.) Antiphanes in Agreſtibus: Impetuoſus, inuictus, res maior opinione tua.

ῥαδαμάνθυος κρίσις.) Rhadamanthi iudicium. De ijs quorum teſtata eſt iuſtitia.

*Iuſiurandũ per anſerẽ.*

ῥαδαμάνθυος ὅρκος.) Rhadamanthi iuſiurandum: quod fit per anſerem, aut canem, aut platanum, aut arietẽ, aut aliquid huiuſmodi. Cratinus in Chironibus: Quibus maximum erat iuſiurandum in omni ſermone, Canis, deinde anſer: deorum uerò nulla mentio.

ῥαδινή.) Caput hominis robuſtum eſt in Sole uerſatum: imbecille, in umbra enutritum.

ῥαδιουργός.

*Imprudentia.* ῥᾳδιουργός.) Polybius, de uerna proditore: Quid cauſæ tandem eſt, quòd eodem modo & ab iiſdem cum decipiamur omnes, diſcedere ab amentia nõ poſſumus? Hoc enim genus improbitatis, iam ſæpe à multis eſt uſurpatum. Ac id apud alios uigere, fortaſſe non eſt mirandum. Apud eos autem, penes quos fons eſt iſtius ſceleris: id uerò mirandum eſt. *Iniuria.* Idem alibi: Priuata iniuria nihil differt à publicis, niſi numero & magnitudine euentuũ. Nam priuatim quoq; nebulonum & furum natio hac una maximè ratione impingit, quòd alij alijs non præſtant ea quæ æqua ſunt, & alios alij lædunt.

*Cautio.* ῥᾳθυμεῖν.) Cum omnes Publium fortunatum dicerent: & ut quieſceret, perfecto bello, & genio indulgeret hortarentur: ſe beatos iudicare illos dicebat, qui in iſta eſſent opinione.

*Peccatum.* ῥάμνος.) Omne peccatum ſentes uocat Scriptura.

RHAMNVS, de eruditis & claris dicitur. Rhamnus enim eſt Atticæ municipium, *Antiphon.* in quo Antiphon arte dicẽdi floruit: quem multi uolentes imitari, prouerbiũ uitę reliquerũt, ut pulchri & honeſti Rhamni dicerentur.

ῥαμνουσία νέμεσις.) Rhamnuſia Nemeſis. Hæc primùm dedicata fuit Veneris ſpecie, eoq; mali ramum geſtabat. *Erechtheus. Nemeſis. Phidias. Agoracritus.* Dedicauit autem eam Erechtheus, matris ſuæ nomine, quæ Nemeſis dicebatur, eoq; in loco regnarat. Statuam Phidias fecit, cuius inſcriptionem conceſſit Agoracrito (Argiuo) Pario, amaſio ſuo, homini formoſiſſimo. Qui & Olympię digito Iouis inſcripſit, αὐτάρκης: id eſt, ſua ſorte contentus, uel abſolutus.

*Rharus. Celeus. Triptolemus.* ῥαρίας.) Rharias Ceres dicitur. Rarus enim filium habuit Celeum, Celeus Triptolemum. Rarus autem Cererem errantem, & Proſerpinam quærẽtem, hoſpitio excepit. Pro quo beneficio Ceres nepotem Rari, Triptolemum, frumenti culturam edocuit.

ῥαστώνη.) Dion 38 Romanæ hiſtoriæ: In ocio degentes, uitæq; delicatæ dediti.

*Adulterorũ pœna.* ῥαφανιδωθῆναι, καὶ τέφρᾳ πλῆθῆναι.) In adulterio deprehenſos ita excruciabant: raphanos in podicem eorũ immittebant, & pilis euulſis calidos cineres ingerebãt, abundè illos excarnificantes. *Modeſtia adoleſcentum.* Ariſtophanes: Adoleſcentibus cœnantibus non licebat raphani caput, aut anethũ ſenioribus, aut ſelinũ rapere, aut ligurire, aut turdos edere, neq; pedem pedi imponere.

ῥαχίας λαλίστερος.) Littore loquacior. De garrulis: quòd fluctus ſubinde alliſi littoribus, reſonent.

*Laus & uituperatio.* ῥαψῳδεῖν.) Ariſtophanes: Decantare licebit pueris, eos qui ſe uiros in bello fortes præbuerunt: & ſi qui ignaui fuerunt, ut præ uerecundia cœna abſtineant.

*Homerica.* ῥαψῳδοί.) Rapſodi, qui Homeri uerſus in theatris recitabant: ſic dicti, quòd inter canendum baculos manibus tenerent.

REBECCA, mater Iacobi.

ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.) Homerus: Stultus poſt rem factam ſapit.

*πολυμνήμων.* RHEGINVS grammaticus, ſcripſit opus quod Polymnemon dicitur, à multa memoria.

*Xenarchus calumniator.* ῥηγίνων δειλότερος.) Rhegino timidior. De ualde timidis. Xenarcho, Sophronis mimographi filio, perſuaſit Dionyſius tyrannus, ut Rheginos tanquam timidos in Comœdijs perſtringeret.

*Regulus.* ῥῆγυλος.) Carthaginenſes multis fracti cladibus, Regulum ducem Romanorum, quem paulo antè in poteſtatem ſuã redactum, acerbè & Barbaricè uexarant, ſolutum uinculis, cæteriſq; rebus inſtructum, ad ſuos ablegarunt, ſe ęquam pacificationem & captiuorum commutationem uiri illius interceſſione impetraturos eſſe rati. *Captiuum ſe ciuem eſſe negat.* Is uerò unà cum legatis Carthaginenſium Romam profectus, & ſenatũ ingreſſus, deferri ſolitos Conſularibus honores repudiauit: ſe ciuem eſſe negans, ex quo ſibi Fortuna dominos Carthaginenſes impoſuiſſet. *Diſſuadet pacem.* Patres conſcriptos tamẽ monuit, ut pacem planè repudiarẽt: neq; ſpem præberent hoſtibus iam ad deſperationem redactis. Neq; enim eſſe par, uno ſolo uiro, eoq; iam ſene, paucisq; alijs qui apud Carthaginẽſes relicti eſſent, multis millibus permutatis, hoſtiũ augere uires. Qua de cauſa Romani eum mirati, legationem Carthaginenſiũ rebus infectis dimiſerunt: ipſum uerò per uim iis à quibus ducebatur, eripere uoluerũt. *Recuſat manere apud ſuos.* At ille negans ſibi manendũ in urbe, cuius ciuis patrijs inſtitutis non eſſet, lege belli ſeruire alijs coactus: ultrò Carthaginenſes ſequebatur, & lachrymis & lamentationibus ſuorum inuicto animo neglectis. *A Carthaginenſibus per cruciatum occiditur.* Itaq; Carthaginem reuerſus, omni genere ſuppliciorum conficitur. Nã præter cæteros cruciatus, domũculæ anguſtæ incluſus, quæ magnitudini corporis eius reſpõderet, intus crebris clauis ferreis transfixæ, perijt: cũ nec immotus ſtare poſſet, & quieturus ſtatu corporis utcunq; inclinato, in ferreas cu-

ſpides incideret. Ac ita cum illo actũ eſt.

ῥήματα αὐτ' ἀλφίτων.) Verba pro farinis. In eos qui non ea quæ petuntur dant, ſed uerba tantum dant.

Romulus. ῥῆμος καὶ ῥωμύλος.) Remus & Romulus, fratres Romani, è ſcortatione nati, & abiecti, à muliere quadam ſunt educati.

RHENEA, & Rhenia, inſula quædam prope Delum.

ῥηξήνορος.) Sepulchrum Achillis rumpiuiri, quod olim Achæi condiderunt, Troianorum etiam poſteris terrori futurum.

ῥῆξον φωνήν.) O' qui multis ſeniores inſtitutis bonis coronaſti, Rumpe uocem qua gaudes, & tuam naturam dic.

ῥησίαρχος.) Rheſiarchus, uir dicẽdi ueri ſtudioſiſſimus. Vox hæc etiam uatem ſignificat, cum eſt appellatiua.

Rheſus Byzantius. Rheſium. ῥῆσος.) Rheſus, dux Byzantiorum, habitauit extra urbem in loco qui Rheſium dicitur, ubi nunc ædes Magni Theodori cernitur. Is cum Troianis opẽ laturus in cãpo ſuburbano caſtra poſuiſſet, ab Vlyſſe & Diomede eadẽ nocte eſt interfectus.

Oratoriæ cauſæ. ῥητορικὴ γραφή.) Olim non omnes cauſas agebant oratores, ſed quaſdã. Alij oratoriam cauſam dicunt, qua orator accuſetur, quòd aut ſcripſerit aut dixerit, aut fecerit aliquid cõtra leges. Fortaſſis autem hac ratione actiones Oratoriæ quædã uocantur, quòd ex diuerſis legib. actio detur (f. κατὰ τῶν ῥητόρων, contra oratores) oratoribus: ſicut ſenatoria actio, quæ contra ſenatorẽ: & (ἐπιτροπική) curatoria, quæ contra curatorem.

ῥητορική.) Rhetorica, eſt ſcientia iuſtorum. Proprium oratoriæ audaciæ eſt, nõ quidem negare crimen, ſed probabilẽ rerum afferre cauſam. Damaſcius de Iſidoro: Eloquentiæ non dedit operam, quod quidem memoratu dignum ſit, (Et rectè quidem, ſi nihil ſit niſi mentiendi artificium) inſolentiam & arrogantiã eius aſpernatus, & odio proſecutus.

Oratorũ nõ unum genus. ῥήτωρ.) Orator olim dicebatur, qui populo ſuadebat, & apud populum uerba faciebat, ſiue dicendi peritus eſſet, ſiue ea facultate careret, ſiue boni publici & æquitatis ſtudio id faceret, ſiue priuato emolumento impulſus. Ac Demoſthenes hunc oratorem uocat, cum dicit: Orator dux & autor eſt, & imperator huic obnoxius. & alibi: Ego uerò, ſiquidem is qui conſulit uobis, quod è re ueſtra eſſe cenſet, orator eſt: neq; negarim, neq; recuſa-

Germanus orator.

Adulterinum. rim nomẽ hoc. Si uerò is, quales ego, atq; etiam uos uidetis, indoctos, & ueſtris opibus locupletatos: is ego non ſum. Multis decretis aſcriptum eſt, Oratorium: ſi quis S.C. afferebat, & non ipſe ſuã ſententiam proponebat.

Oratorium decretum.

ῥήτωρ.) Orator, patronus, cauſidicus; qui ſententiam ſuam dicit: apud Sophoclem iudex.

ῥῆτραι.) Rhetræ, ſcripta, ſermones, pacta conuenta. Tarentini leges & decreta ſic uocant. Apud Lacedæmonios, Rhetra Lycurgi lex eſt, ex oraculo ſancita. Propter milites lara lex eſt: ut quiſquis eorum tergũ dediſſet, in caſtra reuerſus, pro hoſte lapidibus ab amicis petitus, acerbo genere mortis interiret.

Ignaui lapidati.

RHIANVS, Cretenſis, Benæus. Bene enim eſt Cretæ oppidum, quod quidam Ceræten dicunt. Alij ex Ithaca Meſſenea eum eſſe tradunt. Hic primum fuit palæſtræ cuſtos, & ſeruus: deinde eruditus, grammaticus euaſit, æqualis Eratoſthenis. Scripſit uerſus, & poema Heracliadẽ uel Herculidem libris 4.

ῥιγηλή.) Non ego ſum adeò frigori obnoxia.

ῥικνά.) Omni uictu carentes, ſqualidi & macie confecti iacebant.

ῥικνῶσθαι.) Indecorè & in congreſſibus & in ſaltatione flectere lumbos.

RHINTON, Tarentinus comicus, autor Hilarotragœdiæ, quæ eſt Phylacographia. Nomina facta ſunt ab hilaritate Tragœdiæ, & excubiarum deſcriptione. Figuli filius fuit, ſub primo Ptolemæo. Fabulæ eius Tragicæ & Comicæ ſunt 38.

ῥιπός.) κέρδους ἕνεκα καὶ ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι: Lucri cauſa uel in uimine nauigatet. In hominem auarum. ὁ σὺν θεῷ πλέων, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι: Qui Deo propitio nauigat, uel in uimine nauiget.

ῥίψασπις.) Rhipſaſpis, timidus: φέρασπις, Pheraſpis, bellicoſus. Alter ab abijciendo, alter à ferendo clypeo dicitur.

ῥιψοκινδύνῳ.) Offirmarat animum, ſe periclitantibus opem laturum, & ijs quibus opus eſſet auxilijs cum periculo manifeſto coniunctis. Eiuſmodi enim tempus ſuum putabat eſſe proprium.

Heroicus ac umor.

ῥοδίων χρησμός.) Rhodiorum oraculũ. Rhodij Lindiæ Mineruæ ſacrificantes, quotidie in templo conuiuia agitabant. Neq; uerò mos erat inferre matulã. Qd' cum oraculum eis conceſſiſſet: rurſus ſciſcitati ſunt, æneámne an fictilem? Tum Deus iratus, reſpondit, Neutram. Prouerbium itaq; conuenit in eos, qui curioſius percontantur.

Matula in templo.

RHO-

RHODOGVNE, uxor Hyſtaſpis, Xerxis & Darij mater.

ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις.) Roſam papaueri comparas. In eos qui inæqualia comparant.

ῥόδα μ' εἴρηκας) Verba tua mihi roſę ſunt.

ῥόδον παρελθὼν, μηκέτι ζήτει πάλιν.) Roſam ubi prӕterieris, eam ne denuò quærito. De ijs (ἐπὶ τῶν κυδαινόντων τινὰς) qui aliquos celebrant.

*τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον. ἢν δ' ἢ παρέλθοι,*
*ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.* (ſit,
*Verna breuis Roſa flore nitet. Simul ille receſ-*
*Non Roſa quærenti, ſed Rubus aſper erit.*

ῥοδόπη.) Rhodope, mons Thracię, unde Hebrus fluuius oritur.

ῥόδος.) Rhodus inſula, quę & Lindus dicitur: & Coloſſenſes, eius incolæ, propter Coloſſum, κολοσσαεῖς.

*Cadauerū una & eadem forma.*

ῥοδῶπις.) ἄπαντ' ὅμοια καὶ ῥοδῶπις ἡ καλή.) Omnia ſimilia ſunt, & Rhodopis illa formoſa. Significat, ex æquo caſibus fortuitis obnoxios eſſe mortales.

ῥοδώπιδος ἀνάθημα.) Rhodopidis donariū, ſunt obeliſci Delphis multi. Apellas uerò Ponticus tradit, Aegyptiā quoq; pyramidem eſſe Rhodopidis. Sed Herodotus eam opinionem arguit. Fuit autē Thracia genere, & cum Aeſopo ſeruijt (Iadmoni) Idmoni Mitylenæo. Eam redemit Charaxus, Sapphonis frater. Sappho autem eam uocat Dericham.

*Aeſopus. Charaxus. Sappho. Dericha.*

ῥοΐσκοι.) Globuli auro texti, malis puniciis ſimiles, ad ſtolæ ſacerdotalis ornamentum.

ῥομβοστωμυλήθρα.) Eubulides (inquit) eriſticus, id eſt contentioſus, ceratinas interrogans, & falſarrogantibus uerbis oratores agitans, abijt: habens Demoſthenis Rhomboſtomylethram, quaſi uolubilinguitatem dicas.

ῥόπαλον.) τίς νοῦς; κόθορνος καὶ ῥόπαλον εἰς ταὐτὸ ξυνῆλθον; Quid iſthuc? Itáne cothurnus & claua coniunguntur? De rebus diſſentientibus. Hoc Baecho dicit Hercules. nam cothurnus mulierculis cōuenit.

ῥοπὴ.) Animi proprius eſt appetitus ὁρμὴ: Corporis momentum ſeu inclinatio, ῥοπὴ. Eſt igitur horme præſtantior quàm rhope, cum animus corpori antecellat. Melius enim & deterius cum inter ſe cōferuntur, proprietatibus ſuis differūt: eaq; ratione melius prӕſtat deteriori. ueluti, Si animalia ſunt Deus & homo & equus: communis quidem generis ratione nihil differunt. Sed quia Deus melior eſt homine, homo autem equo: reſtat ut diſcrimē ſit ex proprietatibus. Quòd ſi Dei proprium eſt, immortalitas: hominis, doctrinæ capacem eſſe: equi, facultas hinniēdi: immortalitas doctrinæ, hæc hinnitui prӕſtat. Eodem modo & inclinatio & appetitio. Melius autem & peius in ijſdem generibus cernuntur. Nam & comparatio eorum eſt, quæ communione quadā continentur. Eodem momento & ducis uoluntas, & præſcripta ratio, legionibus, ut paratæ eſſent, denunciabant.

*ὁρμὴ. ῥοπὴ.*

*Proprietatib. ſuis res diſtinguuntur.*

*Melius & peius.*

ῥοπὴ.) Patriæ principatū in diſcrimine uerſari ratus, facinus edidit memorabile.

RVTILIVS Rufus (uel, Scipionis tū tribuni militum commilito fuit) Scipioni tribunus militum fuit, ut Appianus tradit in Romana hiſtoria. Scripſit res illo tempore geſtas.

RVFINVS ſub Theodoſio fuit, homo profundi conſilij, occultiq; animi, tutor cum Stilicone Theodoſij liberūm. Hi ambo rapiebant omnia, in diuitijs imperium ſitum eſſe iudicantes: neq; quicquam erat cuiquam proprium, niſi iſtis placuiſſet: omnesq; controuerſiæ ab ijs diſceptabantur: magnaq; multitudo erat circumcurſantium, ſi cui prædiū eſſet locuples atq; fertile, ac dominus ſtatim arripiebatur, crimine probabili confiсto, & per inſidias emiſſariorum quorundam coniecto. Ita is cui fiebat iniuria (ἠδικεῖτο, uidetur ꝓ καταδικάζετο poni) condemnabatur, autore iniurię ſententiam dicente. Rufini autem improbitas ad tam immenſam auaritiam proceſſit, ut & publica mancipia uenderet, & publica prętoria omnia. Rufino ſeruirent. Ac magna circa eum fuit adulatorum turba, & eorum quidem adulatorū, qui non ita dudum cauponis inſeruierāt, & ſubſellia & pauimenta purgarant. Ii iam chlamydes prætextatas geſtabāt, aureis fibulis connexas, & ſigillis auro incluſis ornabant digitos. Rufini criminationes pleraſque reperias in Eunapij Sardiani Chronographia, ſub Arcadio & Honorio. Qui cum uerbo tenus imperium obtinerent: omnis principatus & poteſtas in Oriente penes Rufinum, in Occidente penes Stiliconem erat: omneſq; cauſæ ab ijs pro imperio diſceptabantur: uictórque abibat, qui ſententiam magna pecunia redemerat, aut familiaritate prætoris beneuolentiam ſibi conciliarat. Poſſeſſiones uerò, quarum domini uno ore omnium felices prædicabantur, ad iſtos tranſibant, cum alij donis eos placarent, & calumnias hiſce redimerent:

*Auaritia.*

*Rufinus.*

*Adulatores.*

*Eunapij Chronographia. Arcadius. Honorius.*

*Venalia omnia.*

merent: alij ſua donarent, quo magiſtratu potirentur, aut aliam quampiam urbium peſtem mercarentur. Cum autem omne genus improbitatis & calamitatis in urbibus uigeret: diuitiæ undecunque in Rufini & Stiliconis ædes confluebant: Paupertas uerò locis in omnibus locupletes olim domos peragrabat: nihil horum Imperatoribus animaduertentibus:

*O ſtuporem.*

qui ea tantum ſcribebant quę Rufinus & Stilico iuſſiſſent. Cum uero iam immenſas opes congeſſiſſent, Rufinus iam imperium quoq; animo agitabat.

RVFVS, Epheſius medicus, ſub Traiano, cum Critone. Feruntur eius libri plurimi, quorum & hi ſunt: De ratione uictus, v. De uictu nauigantiũ, 1. De uulnerum medicamentis, 1. De confractione articulorum, 1. De ficubus, 1. De uetere medicina, liber unus. De uino, liber 1. De melle.

*Imperij Romani amplitudo.*

ῥωμαίων ἀρχή.) Romanorum imperiũ, regna Aſſyriorum & Perſarum & Macedonum ueterum, longo interuallo ſuperauit, limitibus conſtitutis uerſus Orientem, Indis, & Erythræo mari, & Nilo, & catarractis, & Mæotide palude: ad Occidentem uerò, Oceano ipſo: quem eſſe fabulam, rebus ipſis eſt declaratum, neq; aliter niſi ad delectationẽ a poetis nomen eius decantari: ſiquidem & Britannorũ regio, quam circumfluens, inſulam efficit, nunc inuenta, in finibus imperij Romani numeratur. Dicat igitur, cui uiſum id fuerit, ab hoc citra controuerſiã res ueterum ſuperari, tum longitudine temporis (πλήθει καιροῦ τῶν ἐπελθόντων εἰκάζοντι) præteriti, tum utrorumq; audacia & diſciplina militari, tum machinarum excogitatione & aduerſariorum uirtute. Dexippus autor eſt, Romanum imperium eſſe auctum ꝓpter bellicoſos populos, & diſciplinam militarem. Omnes enim Occidentales ſunt animoſiores ijs, qui ex altera parte habitant. Excellunt autẽ Romani & ordine & arte in bellis, qua & Gallos uicerunt: & finitimorum bellis exercitati, ut Barbaros ſolertia, ita Gręcos natura & fortitudine uicerunt.

*Oceanus. Britannia.*

*Occidentales bellicoſiores Orientalib. Ordo. Ars.*

ῥωμαίων πόλις.) Vrbs Roma dum externorum bellorum rudis fuit, cenſu acto, ciuium numerũ comperit 300000. non multo minorem: idq;, cum bellis continentibus attererentur, neq; unquam diuturna & conſtanti pace fruerentur.

ῥώμη ἡ πόλις.) Roma urbs, à prima origine 377. annos, nullum externum bellũ geſſit. Cum uerò bellum primùm Punicũ iamiam imminere putarent, cenſu acto, propè 300000. ciuium inuenit.

ROMAM, compendium orbis terrarũ dixit Athenæus (ῥώμη ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης.)

ῥώσαντες.) Barbari ſe offirmarunt denſata acie: ne denuò Romanis commentis & artibus circumuenirentur.

ῥωχμός.) Procopius: Abigas fluuius ex Auraſio deſcendens in campum, in quo multæ ſunt abruptæ rupes, in quibus Abigas ſeſe findẽs, ſupra terram apparet. Qđ cum in largiſſimo campi ſpacio contingat, facultatem accolis præbet, aggere cauernas implẽdi: & rurſus ijſdem apertis, aquis fluuij ſuo arbitratu utendi.

*Abigas. Auraſium.*

ῥυθμός.) Rhythmus eſt, metri pater: hoc, ſpecies eſt rhythmi: ille patet latius. Vetuſta eſt metrorum & rhythmorũ doctrina. Rhythmus cernitur in ijs etiã, qui manibus & pedibus plaudunt. Cum enĩ celeris & tarda pedum ſublatio & poſitio rationem inter ſeſe habent, rhythmus exiſtit. Hinc trãslatione ſumpta, certa ſyllabarum implexio, quã ad uerſus gignendos adhibemus, pedes dicuntur. Etiã de tibijs, & id genus alijs rhythmus dicitur, qui eſt (συμμετρία, certa menſura) modulatio temporis, in quo fit motus. Nam & foramina tibiarum, partim diutius digitis teguntur, partim breuius: itaq; ſonum modò longiorem efficiunt, modò breuiorẽ. Atq; etiam foraminum alia maiora ſunt, alia minora: atq; alia lingulæ uiciniora, alia remotiora: & anguſtiora ſunt acutiora latioribus. Itaq; & puerorum uoces, & mulierum, ſunt acutiores. Latiora uerò ſunt grauiora, itẽq; uiciniora ſunt remotioribus acutiora, per quorum ſymmetriam carmen fit harmonia: rhythmus uerò per celeris & tardi fit ſymmetriã. Ac rhythmus aliarum rerum celeritate & tarditate diſtinguitur: orationis autem, quę ore profertur, rhythmus, lõgitudine & breuitate, qui ſolus etiam uerſus (μέτρον) dicitur. Neq; uerò in poetica tantum hæc, ſed & in oratoria dictione cernuntur.

ῥύχου κριθοπομπία) Rhyci hordei miſſio. Eratoſthenes lib. 9. ſcribit, regem hũc cum à captiuitate in ſuum regnum redijſſet, ciuitati Athenienſium hordeũ miſiſſe.

ῥώμη.) Eunapius: Tanto impetu ad laſciuiam atq; luxuriam ferebãtur, ut magiſtratus eſſent magis ꝙ ipſi hoſtes infeſti.

ῥυμός.) Ab Heraclito tres caudæ urſæ ſtellæ, temo dicuntur.

ῥυππαπαῖ.) Nautica exclamatio eſt. Ariſtopha-

riſtophanes: Nihil norāt, niſi (μάζαν.) placentam & Rhypapæ nominare.

ῥυπῶ.) Ariſtophanes: Nunquam mihi, ex quo purgor, calx ita ſupercilia momordit. Id eſt: Per omnem ætatem nunquam animo meo ita ægrè fuit.

ῥύτρα.) Archeanaſſæ meretricis etiam rugis, ſuauis inſidet Amor.

ῥυχάχετος.) Ariſtophanes: Athenienſium tumultum quis'nam compeſcuerit?

INITIVM LITERAE Σ.

Σαβάζιος.) Sabacius à Barbaris Bacchus dicitur, qui σαβάζειν, pro βαβάζειν pronunciant. Sabi etiam dicuntur loca illi cōſecrata, & cultores eius. Mnaſeas uerò Patarēſis, Bacchi filiū eſſe ait Sabaziū.

σαβακῶν ἄνθημα σαλμακίδων.) Bacchi carū donariū Salmacidū: id eſt, meretricū.

σάββατον.) Sabbathum ſeptimus dies: ocium ille quidem corporis, ſed ſpiritualem occupationem multiplicem complectebatur.

σάββατον δευτερόπρωτον.) Sabbathum, qui ſecūdus erat Paſchatis dies, & primus Azymorum. Sabbathum, quietem ſeu ocium ſignificat: ſed omne feſtū ſic appellatur. Expletur autem quælibet hebdomas, occaſu Solis poſt Sabbathum.

σαββάτου ὁδός.) Sabbathi uia eſt 2000 cubitorū. Tanto enim ſpacio arca caſtra antecedebat: tātoq; interuallo, quibus id fas erat, arcam mouebant in Sabbatho.

SABELLIVS, hæreſiarcha.

σάβειροι.) Indignatur & ſuccenſet Cæſar, quòd Sabiros & Albanos omnes prorſus non profligaſſent.

SABINVS, ſophiſta, ſub Adriano Cæſare, ſcripſit Iſagogen & argumenta declamationum lib. 4. In Thucydidem & Acuſilaum & alios commentaria, & alias quaſdam enarrationes.

SAGALLAESVS, urbs Piſidiæ.

SAGAPENVM ſuccus eſt (οἷον) ueluti ferulę, calidus, & tenuiū partiū. Habet etiā purgans aliquid, ut & oculorum cicatricibus & lippitudini conducat.

SANGARIVS, fluuius Lydię & Phrygię, quem Caius conſul Romanus tranſiens, quamuis profundum & traiectu difficilem, ponte conſtrauit, & iuxta ipſum fluuium caſtra metatus eſt.

SANCHONIATHON, Tyrius philoſophus, belli Troiani tempore fuit. Scripſit de Mercurij phyſiologia, quæ tranſlata eſt in aliam linguam: Inſtituta Tyriorū, Phœnicum dialecto: Aegyptiacā theologiam, & alia quædam.

SACAS, poeta tragicus: & Sacæ gens Thracia. Ariſtophanes:

*Iſte cum ciuis non ſit, ut ſe ingerit.*
*Nos uerò & tribu & genere honorati,*
*Ciues cum ciuibus, & exagitante nemine*
*Auolauimus è patria.*

SALACON, ſe diuitem eſſe ſimulabat, cum eſſet pauper. Hinc σαλακωνίσαι, Salaconem agere, id eſt oſtentatorem eſſe.

SALAMANDRA, beſtiola magnitudine lacertæ, natura gelidiſſima, ut & ignem ſubiens flammam extinguat, nec ipſa cremetur.

σαλαμῖνος.) Poſt Marathonem Salaminis meminit, ubi Perſæ claſſe dimicarunt: in Marathone pedeſtre prælium eſt cōmiſſum. Sita eſt autem Salamis nō procul ab urbe Eleuſine, quę eſt Cereri & Proſerpinæ ſacra, plena illuſtrium Græcię factorum. In hac enim multas Perſarum deuicerunt triremes Athenięſes, exiguo numero, duce Themiſtocle. Ibi & rupes eſt Ireſia (id eſt remigium) uelut ipſo nomine trophæum ſignificans. Eſt & rupes Agelaſtos (id eſt riſus expers) dicta ab Athenienſibus, in qua ſediſſe Theſeum ferunt, ad Inferos deſcenſurum: unde etiam nomen habet: ſiue quòd ibi ſedit Ceres plorans, dum Proſerpinam quæritat.

*Ireſia.* *Agelaſtos.*

σαλεύει.) Orbis terrarū dominus, à quo pendent omnia. Quaſi non in extremum adducta diſcrimen agere audeat quodlibet. Cum plerisq; tenui ſpe alerentur, Multis cōſilijs animo agitatis, fęlicem pro eo rerum ſtatu iecit aleam, cum omnē fortunam ſuam recidere in diuerſum uideret.

SALMONEVS, Aeoli F. rex Theſſalorum, homo impius, machina quadam fulgurabat, tonabat, populi animos conturbabat. Itaque pœnas impietatis dedit, diuinitùs fulmine ictus.

*Hem flammas Iouis, & ſonitus imitator Olympi.*

SALOMON, à pacata regni gubernatione dictus.

SALVSTIVS ſophiſta, ſcripſit in Demoſthenem & Herodotum commentarium, & alia.

Saluſtius, Mopſeates medicus, ſub Tiberio Cæſare ſcripſit medica.

Saluſtius Athenis Alexandriam cū Iſidoro philoſopho uenit. Admirabiles autem Saluſtij mores omnibus hominibus fuerūt: qui & cōſtantiſſimè philoſophare tur, & perridiculè iocaret, utrumq; opinor ultra modum. Iudiciū enim hæc uita; ut ſi qua alia, teqrit. Natus eſt patre Syro Baſilide, matre Emeſena Theoclea. Fuit ingenioſus ad multa, & moribus auſteris

& ambitioſis. Initio multum expetitam iuriſprudentiam ſpectabat: & eloquentiæ præceptis Emeſæ ab Eunoio rhetore erudiebatur. Pòſt autem non forenſi, ſed ſophiſticæ uitæ intendit animum: eóque ſtudia ſua referebat, nō minore induſtriȩ, quàm ingenij admiratione. Publicas enim Demoſthenis orationes memoriæ mandauit omnes. Adhæc ſatis erat diſertus, nō recentiores ſophiſtas imitans: ſed cum uetere ſcriptionis (πῖνον. f. τύπον, forma.) ſquallore certans: orationesq́ue ſcripſit non multò illis inferiores. Noſtrum quoq; ciuem Marcellum, Eunoij ſodalē, octo libros hiſtoriæ Thucydidis edidiciſſe referebat, qui tamen nihil auditu dignum diceret. Nonnum item aiunt totum Demoſthenem ſexies edidiciſſe, ſed ne os quidem ad commodam orationem habendàm aperire potuiſſe. Neque enim idem eſt ad populum (ἀποστηθίζειν. f. ἀποστοματίζειν.) habere conciones, & ſcribere eleganter. Saluſtius uerò artis ſtudio ſeriò ſuſcepto, Eunoium ſibi inſtituendo imparem ratus, Alexandriam abijt, eloquentiȩ magiſtrorum periculum facturus.

*Memoriæ exercitatio.* *Imitatio ueterum.* *Thucydides memoriæ mandatus.* *Nonnus.* *Scribere.* *Dicere.*

Saluſtius philoſophus dicebat, Philoſophari hominibus non eſſe facile, ac potius impoſſibile. Quo ego audito, ſermonem hunc ſum auerſatus, ut neq; uerum, neq; dignum qui diceretur. Cæterùm Saluſtius (ᾔδει τὸ ἐμὸν εἰπεῖν.) norat meum dicere. Neq; enim omnino philoſophis infeſtus erat, ſed natura oſor improborum: Heracliti more inſectator turbæ, omnes increpabat delinquentes: & quouis modo, quauis occaſiōe, quoslibet arguebat, & ſalſè perſtringebat, interdum ſeriò, ſed plerunque nugis & ridiculis gaudens, atque dicterijs. Admodum enim urbanus erat, & ad deridendum etiam, ingenioſiſſimus atque promptiſſimus: talibus gratijs ipſe quidem eximiè præditus, ſed tamen è familia ſua acceptis. Nam qui uirtutem quintam nominarit, opinionē de dijs ueram, quæ interdum ineſſe improbiſſimis uideatur, Saluſtius eſt. Aliquando peregrinis quibuſdam, cȩterà quidem eum laudantibus, unum uerò ei deeſſe dicentibus, quòd non ita de dijs ut uulgus ſentiret: Sinite, inquit, propter Nemeſin ſaltem, hoc adeſſe mihi. Cum Pamprepiū maxima iam potentia præditum adijſſet, isq́ue, qui elegans uideri uellet, Quid dij ad homines? diceret: Quis uerò, inquit, ignorat, neque me unquam deum, neque hominem te fuiſſe? Hoc de Saluſtio. Philoſophabatur autem Cynico ferè more.

*Philoſophari difficile.* *Inſectator uitiorum.* *Religio quinta uirtus.*

Saluſtius aulæ præfectus ſub Iuliano, uir fuit inſigni humanitate, adeò manſuetus & benignus erga omnes, ut cū à Marcello illo, dum Cæſar eſſet, ignominioſè tractatus fuiſſet, quamuis puer eius conuictus eſſet ſeditionis ob amicitiam Conſtantij, adoleſcentulum mulctarit: Marcellū uerò ipſum ex cōſcientia ſuperiorū actorū pterritū, inſigni honore affecerit.

Saluſtius præfectus prætorio, Valentinianum deſignauit imperatorem. Qui cū imperium ſuſcepiſſet: edicta propoſuit, ut ſi quis à ſe affectus eſſet iniuria, Imperatorem adiret. Verùm nemo queſtus eſt. Fuit enim integerrimus Saluſtius. Hic Valentinianus præpoſitum Rhodanum, qui Berenicen uiduam iniurijs affecerat, mulieri de illo conqueſtæ iudicem dedit Saluſtium: à quo condemnatus præpoſitus, cū iudicium illius nihili faceret, ab Imperatore in Hippico crematus eſt, omnibus archieunuchi bonis uiduæ aſſignatis. Quo exemplo territi mortales, omni iniuria abſtinuerunt.

*Innocentiæ fiducia.* *Valentinianus.* *Rhodanus.* *Berenice.*

σαλπιγγολογχυπηνάδαι) Tubhaſtibarbatij. Taxat Phormionem grandi barba: uoce compoſita ex tuba, haſta & barba.

σάλπιγξ.) Tubis Indi non utuntur, ſed harum loco eis ſunt flagella, quibus aerē & tympana uerberantes, horribilē quendam bombum edunt.

σαμβῦκαι) Sambucæ, muſica inſtrumēta triangula, ab Ibyco inuenta, ad quæ lābi cantabantur, quaſi ἰαμβύκαι.

σάμη.) Nota, qua Athenienſes Samiorum captiuos inurebant, contraq́; Samij Athenienſes alia nota.

σαμίων ἄνθη.) Samiorū flores. De ijs qui poſtremis uoluptatibus utuntur.

σαμίων ὁ δῆμος.) Samiorum populus: Ariſtophanes, in Babylonijs deridet notis cōpunctos. Nam Samij à tyrannis exhauſti, ob paucitatē ciuium, ius ciuitatis quinis ſtateribus ſeruis cōceſſerunt, ut tradit Ariſtoteles in Republica Samiorum. Vel quòd apud Samios primos repertæ ſunt XXIIII. literæ à Calliſtrato, ut Andrō in Tripode tradit. Athenieſibus aūt, ut Ionū literis uterentur, Archinus Atheneæi F. prætore Euclide perſuaſit. Babylonias autem per Calliſtratum edidit, annis ante Euclidem XXI, Eucle prætore. De eo uerò q id perſuaſerit, narrat Theopompus. Alij dicunt, ab Athenienſibus Samios bello captos * noctua: à Samijs, Athenienſes ſamæna compunctos fuiſſe.

*Literæ Atticæ, Ionicæ.*

σαμαίνα.

*σαμαίνη.*) Samæna biremis eſt genus, à Polycrate Samiorum tyranno, Duride architecto, inuentum, ut tradit Lyſimachus libro 2. de Reuerſionibus. Alij Samęnam nomiſma eſſe dicũt. Vſurpatur de ijs qui extremas malorũ calamitates timent, eo quòd Athenienſes Samios cõpunxerũt.

*σαμοθράκη.*) Samothracia inſula, ſita eſt e regione Thraciæ, cui nomen à Samijs factum eſſe tradunt, qui eam occuparint. Antiphon in Samothracica oratione: Primi inſulæ huius incolæ Samij fuerunt, è quibus nati nos ſumus. Eò uerò ſe coacti neceſſitate, non inſulæ cupiditate contulerunt, Samo pulſi à tyrannis: eàque fortuna uſi, capta è Thracia præda, in inſulam peruenerunt.

SAMVELEM prophetam peperit Anna, uotis Chriſto factis, hoc indito nomine, quod à Deo exoratus eſſet: quaſi Deoptatum, uel Adeodatum dicas. Recordata uerò mater uoti quod fecerat apud Elim põtificẽ max. eum Heli tradit, & conſecrat, prophetam Dei futurũ. Promiſſum itaque capillum alebat, & aquam potabat, & in templo educabatur. Helcanę pòſt ex Anna filij naſcũtur tres, & filia una. Samuel aũt anno ætatis duodecimo prophetare cœpit, & eum aliquãdo dormientẽ nominatim uocauit Deus. Ille uerò Pontificem acceſſit, ab eo ſe uocatum exiſtimans. Qui cum ſe illum uocaſſe negaſſet, terq; Deus id feciſſet, Eli miratus: At ego, inquit, ô Samuel tacui, ut prius: Deus uerò eſt, qui te uocet. Tu igitur dic: En adſum. Cumq; Dei orationem rurſus audiſſet, petijt, ut quid uellet, ſibi exponeret. Se enim, quęcunque iuberet, miniſteria obiturum. Tum Deus: Quoniam, inquit, ades, cognoſce calamitatem Iſraelitis imminentem, & Eli filios uno die nõ ita multò pòſt morituros.

*Samuel hebræus.* *Anno ætatis duodecimo prophetæ.* *Cladis prædictio.*

SAMPHORAS, equus cui litera S impreſſa eſt. Sigma ẽm Dores San appellãt.

SAMPSON filius Manoæ, iudex Hebræorum, uir robuſtus. Qui quandiu corporis uoluptatibus imperabat: ſuperior erat hoſtibus. ſed cum ei Dalila ſcortum ſanam mentem eripuiſſet: unà cum temperantia uires amiſit, ab aduerſarijs captus, uinctus, cæcatus, in piſtrinum deditus. Itaque templi columnis ſubrutis: Abeat, inquit, Sampſon cum alienigenis. itáque perijt, cum populum iudicaſſet annos 20.

*Scorta Sampſonem eneruant.*

*σαμψών.*) Sub Sampſone uir quidam in urbem profectus, Beniamiticæ tribus, uxorem ſuam raptam à popularibus, & conſtupratam, recepit mortuam: atq; in XII. diſſectã partes, in XII. miſit tribus Iſraelis, ut teſtimonium eſſet contra Beniamin. Qui cũ eam accepiſſent: ſtatim urbes aggreſſi, tribũ Beniamiticam euerterunt, 87000 uiris eo bello abſumptis.

*87000 uirorum ob unã cæſa mulierculam.*

SANATRVCES, Armeniorũ rex, corpore mediocri, animo ad omnia magno, inprimis uerò ad res bellicas. Fuit & Iuſticię accuratus cuſtos, & in uictu non minus quàm optimi quique Græcorum & Romanorum frugalis.

SANDON Hellanici F. philoſophus, argumenta ſcripſit in Orpheum, librum unum.

SANNYRION Athenienſis comicus, cuius fabulæ ſunt, Riſus, Danae, Io, Pſychaſtæ: ut tradit Athenæus in Dipnoſophiſtis.

SAVS & Draus fluuij, ſecundam (Pannoniam.) Pæoniam includẽtes, in Iſtrum fluuium deferuntur.

*αίξ.*) Diana: Arcu fures pete, amicos conſerua.

SAVL, rex Iſraelis, qui à dæmone tenebatur, ut neq; dormire neq; quieſcere poſſet. Hunc Dauid canticis demulcebat.

SAVL ꝓpheta, inauguratus à Samuele rex & propheta, cum eum quiſpiam uidiſſet, dicebat: Nunquid & Saul inter prophetas? & ſermo hic in prouerbiũ quoq; abijt. Dum enim aſinas amiſſas quæreret, pro ijs regnum inuenit.

*Nũquid & Saul inter prophetas?*

SAVLO regi Iudæorum, ut ab omnibus honoraretur, occaſio fuit bellum cũ Naaſe Ammanitarũ rege: qui multis cladibus Iudæos afficiebat. & præter cætera mala, quoſcunque iure belli cæperat, ijs dexteros oculos eruebat, ut ſiniſtro eorũ oculo à ſcutis tecto, ꝓrſus inutiles eſſent. Hunc igitur Saulus debellauit.

*Naaſes. Dextri oculi eruti.*

*σαπήρ.*) Heraclio, Heraclij imperatoris patre, urbem Perſarum Beiudaes oppugnante: Saper uir quidam fuit, corpore quidem quali Tydeus apud Homerum celebratur, animo uerò Tydeo ſuperior. Hercules enim erat animo, & ſi quis illo fuit unquam fortior. Neque enim dubito Herculem uirtutis magnitudine inferiorem illo facere, (*εἰ καὶ ἐν τῷ παραλλήλῳ λειπόμεθα.*) etiam ſi in collatione poſteriores ſumus. Palos acutos ſecum ferens, inſilit in munitionẽ, & labefactat, uno quidem palo in turre defixo, in iuncturis ædificij (erat enim è duro lapide (*διεσκε-ασμένον*, habebat inſertos certis locis) con-

*Maior in exiguo dominatur corpore uirtus.*

ſtru-

ſtructum caſtellum ) pede palo inſiſtit: deinde altero inſerto, pedem alterum ſuffulcit: & eminentibus ſaxis, manibus fortiter prehenſis aſcenſum machinatur: & quia hoſtes ſpectaculum telorum ſuſtinere non poterant, firmiter propugnaculum tenebat Saper. Ac prima coitione captum fuiſſet caſtellum, niſi quidam Perſicæ cohortis ſubitò coortus, uno ex clypeis, qui munitionem tegebant, fortem illum uirum deiecissſet, ut unà cũ clypeo retrorſus in puluerem caderet, alliſo ſyncipite & humeris, caſu Homerico. Non tamen perijt: nam clypeis eum excipiunt commilitones, & uulneratum conſeruãt: iaculorum enim cuſpides parum admodum eum compunxerant. At uerò inuictianimi uir, idem opus denuò aggreditur, atque ad propugnaculum aſſilit, ita manibus iniectis, ſicut polypus acetabula ſua ineuitabilia defigit, fortiter munitionem tenet. Perſes uerò aduerſarius, priore ſuo facinore iterato, propugnaculum ſuperioribus Romanorum oppugnationibus labefactatum, unà cum uiro forti præcipitat. Qui quamuis uulneratus, cũ eum caſum, à cõmilitonibus ereptus, ſaluus euaſiſſet: tertium etiam certamen ſuſcipit, quaſi inuicta & diuina quadam ui ad facinus incitatus. Cum uerò arrepſiſſet, atque coronam munitionis teneret, ſtricto acinace, fucum illum, uirtutis ſuæ interpellatorem Perſam interficit, & caput eius amputatum ad oppugnatores deijcit. Id factum Romani conſpicati, recipiunt animos, & diſcrimen appetunt. Frater autem quidam Sapiris illius, homo iam ſenex, ſpectatam illius uirtutem æmulatus, & ipſe ſtatim aſcendit, fratris ſecutus exemplum. Deinde poſt hunc alius, & multi deinceps. Qui enim mœnia occuparant, iam funibus cæteros attrahunt: effractisq; portis, Romanum exercitum introducunt, qui hoc modo profligatis hoſtibus caſtello potiti ſunt.

*Caſus ex propugnaculo.*

*Alter aſcenſus & caſus.*

*Tertius aſcẽſus, & expugnatio caſtelli.*

SAPORIS, rex Perſarum.

*σαπρὸς.)*

*Simonides, quamuis ſenex & putris,*
*Lucri gratia uel in uimine nauigaret:*
*σιμωνίδης ὁ δὴ γέρων ὢν καὶ σαπρὸς,*
*κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.*

*Sapphonis natales.*

SAPPHO, ſiue Simonis, ſiue Eunomini, ſiue Eurygij, ſiue Ecryti, ſiue Semi, ſiue Camonis, ſiue Etarchi, ſiue Scamandronymi, & matris Clidis filia, Lesbia Ereſia, Lyrica, fuit Olympiade 42, quo tempore & Alcæus fuit, & Steſichorus, & Pittacus. Fratres eius fuerunt tres: Larychus, Charaxus, Eurygius. nupſit cuidam Corcolæ Andrio, uiro ditiſſimo: ex eóque filiam ſuſcepit, quæ Clis appellata eſt. Sodales eius & amicæ fuerunt tres, Atthis, Teleſippa, Megara: ob quas in ſuſpicionem uenit turpis conſuetudinis. Diſcipula eius fuit Anagora Mileſia, Gongyla Colophonia, Eunica Salaminia. Scripſit carminum Lyricorum lib. 9. & prima pleſtrum inuenit. Scripſit & Epigrammata & Elegias, & Iambos, & monodias.

*Fratres.* *Corcolas.* *Clis.* *Amicæ.* *Scripta.*

SAPPHO Lesbia, Mitylenęa, pſaltria, ob amorem Phaonis Mitylenæi, de Leucate ſe in mare deiecit. Quidam huius etiam Lyricam eſſe poeſin tradiderunt.

*Phaon.*

*σεραπίων*, Serapion, Aelius dictus, Orator Alexandrinus, ſcripſit de Erratis declamationum: (*ἀκροάσεων.*) Auſcultationum libros VII. Panegyricum in Adrianum imperatorem, (*βουλευτικὰ.*) Senatoria ſeu Deliberationes ad Alexandrinos. Recténe Plato è ſua Republica Homerũ ablegarit: aliaq; multa, & artem dicendi.

SERAPIONEM in amicitiam recepit Iſidorus, cũ, ipſo uno excepto, nemo hominum eius philoſophiam & pietatem ſciret. Tantum erat in eo uiro & rectæ rationis, & ueræ uitæ, ut quod prouerbio dicitur, ab eo re ipſa comprobatũ fuerit. Sic enim uixit, ut nemo eius ætatis hominum, ſeu iuniorum ſeu ſeniorum, eum uixiſſe ſciret: aut ſe ſciturũ putaret, id quod ego dico. Neque quiſquam cognouiſſet, neque ego nunc eum noſſem, niſi mihi idẽ ille philoſophus oratione Serapionẽ demonſtraſſet. Neq; enim perſuaderi illi potuiſſe, ut alium quempiam conueniret: præſertim cum ſenuiſſet, raro eum domo exiſſe: habitaſſe enim in exigua domũcula ſolum, reuera ſolitariam uitam amplexum, ad res maximè neceſſarias dũtaxat uicinorum quorundam utentem opera. Precibus ſupra modum intentum, idiotæ habitu templa omnia frequentaſſe pro ratione feſtiuitatis. Plerunque autem domi commoratum, uitam non humanam, ſed prorſus (ut ita dicam) diuinam egiſſe. Nam preces aut uirtutes uel apud ſe rectè aſſe uel ad Deum, ac potius tacitè cogitaſſe. Cum autem natura eſſet indagandi ueri cupidus, & contemplationi deditus: non in ſubtilioribus philoſophiæ quæſtionibus uerſari ſolitum, ſed grandioribus & diuinioribus cogitationibus intentum fuiſſe. Itaque ſolum ferè Orpheum habuit & legit, ſubinde Iſidorum de

*Vir, cuius uirtuts non pliſſimen theatrũ ſuit Conſcientia.*

*λάθε βιώσας.*

*Solitudo.*

*Pietas.*

*Orphei lectio.*

de oblatis quęſtionibus rogitãs, ſumma, ut ita dicam, Theologiæ ſcientia inſtructum: quem ſolum familiarem norat, & admittebat: qui ſe in eo perſpexiſſe dicebat, celebratam à poetis Saturniam uitã. Nihil enim quicquam aliud uel egiſſe uel dixiſſe illum, niſi quòd ſubinde ſeſe collegerit atque contraxerit in interiora, atq; in anguſtias. *Paupertas.* Opes ita contemnebat, ut nihil poſſideret præter duos tãtum aut tres libellos, inter quos erat & Orphei poeſis: *Continentia.* itemque uoluptates corporis, ut à prima ætate neceſſarijs tantùm ad uitam ſuſtentandam uteretur, & à rebus uenereis per omnem ætatem purus permaneret. *Modeſtia.* Gloriolam humanam ita negligebat, ut nec nomen eius in urbe ſciretur: neque pòſt etiam innotuiſſet, niſi deorum quiſpiam Saturniæ uitę exemplum hominibus donare uoluiſſet, ne fabuloſa uideretur ea oratio, quæ teſtem hiſtoriam non haberet. *Chiron.* Nam Chiron quidem in confinio magis Saturnij & Iouij regni conſtitit, unde bicorpor fuiſſe traditur. Serapion uerò à philoſopho cognitus, ſic deſcriptus ſit, qui Iſidorum hæredem reliquit, cum neminem cognatum haberet, neque alium quenquam dignum facultatum ſuarum, duorum aut trium inquam libellorum, hęredem iudicaret. Hoc tempore alius uir Alexandriam uenit, ex diametro, & magis etiam quàm ex diametro, ſi fieri poſſit, Serapioni contrarius. *Pamprepius.* Nam hic quidem Saturnius quiſpiam fuit, aut Iouius: ille uerò Typhonius, & Typhone bellua multo uerſutior atque furioſior. Nemo enim eorum qui nunc uiuunt hominum ignorat, quo animo, qua fortuna fuerit Pamprepius.

*Serapidis ſtatua.* σάραπις.) Serapidis ſtatuam Alexãdrię Theophilus euertit archiepiſcopus, ſub magno Theodoſio. Eum alij Iouem eſſe dicebant, alij Nilum, quòd modium & cubitum in capite geſtaret, aquę menſuram ſcilicet. alij Ioſephum, alij Apidem quendam fuiſſe, hominem locupletem, regem Memphidis, urbis Aegypti: qui Alexandrinis fame laborantibus, de ſuo uictum præbuerit. Cui mortuo ſit ædes extructa, in qua taurus aleretur, agriculturæ ſymbolum, qui quaſdam in colore notas haberet. Ex ipſo autem nomine apparere, quis ſit. Nam loculum in quo Apis conditus ſit, Alexandriam eſſe translatum: & Serapidem dici, quaſi loculum Apidis, σορὸν ἄπιδος. Huius ædes ab Alexandro condita eſt, ingens & ſplendidiſſima.

σαράπους.) Pittacum philoſophum Alcæus Sarapum, à latitudine & attractiõe pedum appellauit, quaſi Plancum dicas, & Chiropodem, à fiſſuris pedum: & Gaurica, ut inſolẽtem, & temerè gloriantem: & Phyſconem & Gaſtronem, a pingui aqualiculo: atq; etiam Zophodorpida, ut qui lucernam non haberet: & Agaſyraſtum, ut impurum & ſordidum. *Alcæus Pittaci inſectator.*

SARDANAPALVS, Aſſyriorum rex à Nino & Semiramide oriũdus, Nini degens, perpetuò intra regiã ſe cõtinuit, neque arma tractans, neq; uenatum exiens, ut ueteres ſolebant reges: fucata facie, depictisq; oculis, cũ concubinis de pulchritudine certauit, & cincinnis capillorũ, muliebrem deniq; in modum uitam egit. *Rex mulierẽ corruptior.* Aiunt eum à nemine ſuorum conſpectum eſſe, niſi ab eunuchis & puellis, atq; incendio regiæ conflagraſſe. Nihilominus tamen uetere inſtituto * ad fores præſtolabantur aliarum gẽtium duces, copijs ſuis adductis. Occiſus eſt a* Perſeo. Adulatores autem, & libidinum eius & crapulæ atq; inſanię æmuli, ſub eius perſona monumento inſcripſerunt: *Hæc habeo quæ edi:* & reliqua. *Iniquæ uitæ fœtor defuncto reliquus impio.* falſo utiq;. Neq; enim defunctus habet quæ uorauit & exhauſit, ſed in fœdum interitum illa omnia abierunt: neq; habet ille quicquam, niſi iniquæ uitæ fœtorem, quę continenter miſeram eius animam affligit atq; excruciat, peſſimè ſibi conſciam, & iniuriarum atq; flagitiorum admiſſorum memorem.

SARDANAPALOS libro Perſicarũ rerum ſecũdo fuiſſe duos tradit Calliſthenes: unum, ſtrenuum & fortem: mollem alterum, atq; effœminatum. *Sardanapali duo.* Nini autem in eius monimento inſcriptũ eſſe: SARDANAPALVS Anacyndaraxi F. Anchialum & Tarſum uno die condidit. *Fortis epitaphium.* *Anchialus. Tarſus.* Tu uerò hoſpes, Ede, & bibe, & lude. nã cætera quidem humana, ne tãti quidẽ ſunt: hoc eſt, nec digitorum crepitu digna. Simulacrum enim monimento impoſitum ita factum eſt, ut manibus ſupra caput elatis, digitis crepet. Illud idem etiam Anchiali propè Tarſum extat, quæ nunc Epizephyrium dicitur.

σαρδόνιος γέλως.) Sardonius riſus: id eſt, ſimulatus, qui ſic dicitur à nudatis dẽtibus. *Riſus.* Prouerbiũ etiã uſurpatur de ijs, qui ſuũ interitũ rident: quod inde ortũ tradit Demon, quòd Sardi captiuorũ pulcherrimos & ſeptuagenarijs maiores Saturno immolarint, qui ad fortitudinẽ ſuã declarandam riſerint. *Captiuorum immolatio Saturno. Parentum cædes.* Timæus uerò ait: eos qui

iuſtum

iuſtum ętatis tempus uixiſſent, ſolitos in Sardinia fuſtibus in foueã, in qua ſepeliẽdi eſſent, à filijs compelli, riſiſſe. Alij à nudatis dentibus, cũ amentia. Et Clitarchus & alij ſcribunt, Carthagine in ſolennibus ſupplicationibus, puerũ æneo Saturni ſimulacro in manus impoſuiſſe, cui ſubiectus eſſet clibanus: quo incẽſo, puer igni correptus, ridentis ſpeciem præbuerit. Simonides uerò ſcribit, Talum à Vulcano fabrefactum, Sardos, quod ad Minoẽ traijcere nollent (*εἰς πῦρ καθαλλόμενον.*) in ignẽ deſilientẽ, ut qui æneum pectus haberet, hianti ore ſuſtuliſſe. Idẽ Simonides lib. 2. rerum Syracuſanarum, herbam eſſe tradit in Sardinia ſuauem, ſelino ſimilem: quam qui guſtarint, & maxillas & carnes ſuas præmordere. Quidam Sardonium riſum interpretantur, ſuauem. Homerus:

*Carthaginẽſis Saturnus.*

*Talus aneus.*

*Herba Sardinia.*

*Riſit diuus Vlyſſes Sardonium.*

SARDII gẽmæ, perquàm perſpicuæ, quę uſque ad fundum eodem colore inſectæ uidentur: quippe cum uiſus profunditatem non perſpiciat.

*σαρδώ.*) Sardinia inſula maxima iuxta Italiam, in qua gignuntur purpuræ inſignes, & acutiſſimæ. Prouerbium, *βάμμα σαρδονικὸν*, Tinctura Sardinia: id eſt rubra, purpurea.

SARISSA, longa haſta apud Macedones.

*σάρκας μέλαινας, οὐ καλὸν πᾶσι βλέπειν.*
*λευκὰς ὁρᾶν τὰς σάρκας, ὠφέλιμον λίαν.*
*ὅλον καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν.*
*Carnes nigras uidere, nemini bonum eſt.*
*Carnes albas uidere, eſt ualde commodum.*
*Totum corpus purgari, ſolutionem curarum ſignificat.*

*Explicatio ſomniorũ.*

*σάρκινος.*) Volucrum ſolus ueſpertilio carnem gignit, cum reliquę oua pariant. Sicut uiciſſim quadrupedum ſola teſtudo oua parit.

*σαρκοφαγία.*) Corpus eius eſum carniũ poſtulabat. Sed quòd immolatum non eſſet, eo ueſci recuſabat. uetus illud exẽplum morticinis abſtinendi, hoc ſignificare exiſtimans.

SARMYDESSVS, locus Thraciæ.

*σὰρξ.*) Ariſtoteles ſenſoria dicit, carnẽ, & ſenſum tangendi, unum eſſe, & interiectum ſeu medium.

*σαρπηδονία ἀκτή.*) Thracię promontorium eſt Acte Sarpedonia. Eſt & inſula iuxta Oceanũ, in qua Gorgones habitãt.

*σάροι.*) Sari, menſura & numerus apud Chaldæos. Nam 120. ſari, faciunt * annos 2224, qui fiunt anni 10, & menſes 6.

*σάτον.*) Sata, menſura Hebraica, ſignificat modium repletum, ut ſit modius aſthin (*ἀσθῖν*) liquidorum uerò ſextariorũ 15, aut librarum 25.

*σατὰν καὶ σατανᾶς.*) Satan, ſeu Satanas, Hebræorũ lingua dicitur apoſtata, ſiue tranſfuga, qui & diabolus: ut qui Deũ apud homines calũnietur, & inter ipſos homines contẽtiões & pugnas excitet. Dæmones aũt ab initio non ſunt ab uniuerſitatis autore Deo mali cõditi, ſed animi peruerſitate à meliorib. ad peiora deciderũt liberè atq; ultrò: & rebus à Deo datis nõ contenti, ſed maiora appetẽtes, ſuperbię perturbationem admiſerunt, & honore initio dato exciderunt, & bellum aduerſus homines ſuſceperũt: & contra eos, ut qui imagine Dei eſſent ornati, inſanierũt: ſed angelorũ præfectura cuſtodiuntur. Concertationem aũt & pugnã Deus non prohibuit, ut lucta optimos demoſtraret.

*Diabolus diſcordiarũ autor.*

*Sponte mali facti.*

*Angelorum cuſtodia.*

*Lucta uirtutis index.*

*σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας ποτέ.*
Ipſa te laudas, ut Aſtadamas olim.
Aſtydamanti Morſimi filio, cum tragœdiã magno ſucceſſu egiſſet, conceſſum eſt ab Athenienſibus, ut Parthenopœi imaginem in theatro dedicaret. Is uerò inſolens, hoc epigramma de ſemetipſo fecit:

*Parthenopæi imago.*

*Vtinam ego inter illos fuiſſem, aut illi unà nobiſcum,*
*Qui lingua ſuauis prima uidentur ferre.*
*Nam uerè iudicatus eſſem, in certamen miſſus, illis par:*
*Nunc tempore antecedunt ij, quos inuidia non comitatur.*

*Propter uel la annos uti concedit Homero.*

Ob inſignem itaq; arrogantiam repudiata eſt inſcriptio, & in prouerbium abijt apud Comicos.

*σοφώτερόν μοι κἀμαθέστερον φράσον.*) Si ea quę adſunt infida, fida duxerimus: ea uerò quę fida ſunt, infida: dic, quomodo? nõ aſſequor. Rudius aliquãto dic, & planius. Tũ ille: Si ciuibus, inquit, quibus nũc credimus, ijs diffiſi fuerimus: quib. uerò non utimur, ijs utemur: ſalui erimus. Si nũc in his calamitoſi ſumus: quomodo ſi cõtraria fecerimus, non conſeruabimur? Euge Palamedes, ô ſapiẽtiſſima natura: Iſta nũquid ipſe reperiſti, an Cephiſophon?

*σαφής.* Sophocles: Si Iupiter adhuc eſt Iupiter, etiã Iouis filius Phœb. eſt uerax.

*σαίνεις δάκνουσα, καὶ κύων λαίθαργος εἶ.*) Demulces me cum mordeas, & canis es ſubdola. In eos qui beneuolentiam ſimulant, cum clanculum inſidientur.

SEBASTIANVS ſub Valente fuit, ſub quo cum bellicoſorum hominum delectus

*Vir præſtãs uirtute.*

ctus ageretur, uir hic omni ſpe melior eſt inuentus, nullius uirtutis expers. Nemo enim erat, non modò illius ætatis, ſed ne ueteris quidẽ memoriç hominũ, eorumq́; qui apud omnes celebrantur, cum quo iure cõparari nõ poſſet. Qui cũ belli amans eſſet: pericula tamẽ minimè amabat, non propter ſe, ſed propter populũ. Pecuniæ copias eatenus diligebat, ut corpus armis ornaret. Victu utebatur duro & aſpero, & qui fatigato ſatis ad laborem eunti impedimento non eſſet. Cum milites maximè amaret, militib. minimè indulgebat: ſed à ſuis omnem auariciã auertebat, & rapacitatẽ in hoſtes conuertebat. eos qui ſecus feciſſent, grauiter mulctabat: obedientibus aũt, (τοῖς πειθομένοις εἰς τὸ εἶναι συνηγωνίζετο,) ne qua re carerent, adiumento erat. Denique exemplum & formã uirtutis ſe præbebat. In magnis autẽ & ſplendidis imperijs uerſatus, ut Rhodiorum coloſſus ob magnitudinẽ formidabilis eſt, non amabilis: ſic & ille ob abſtinentiam admirabilis, gratia carebat. Itaque eunuchis, qui imperatores ſopiunt, animi eius rectitudine offenſis, ut qui homo eſſet expeditus ob paupertatẽ, & facilis ad mutãdum locum, ſucceſſorem habuit imperij.

*Virtus non gratioſa.*

*Eunuchi ſplẽdore uirtutis offenduntur.*

σεβαστός.) Ariſtophanes: Fide integra ſum in colendo & celebrando Deo, ὅπως τὸ μὸν δαίμονας ἔχει σεβίσαι.

SEVERIANVS Damaſcenus, primarij generis, Auxentij Callinici F. ortu ſui generis ad Romanos maiores referens, qui patriã Alexandriam incoluerint: præter ingenij celeritatem, poetica & oratoria doctrina eruditus, atq; etiã iuris ciuilis Romanorũ peritus, excellere uiſus eſt inter æquales ſuos. Animo uehementi fuit: & quç cũ animo cogitaſſet, ad rẽ cõferre paratus, agẽdo cõſiliũ anteuertebat. Itaq; uita eius ſæpe impegit. Ab initio eñ animum ad philoſophiã appulit, ſeq; Proclo inſtituendum tradere uoluit. Vigebat enim tũ, & florebat Proclus, Athenis. Sed pater, qui eũ cauſas agere, & eo quæſtu locupletari uellet, illi obſtitit. Quo nõ multo pòſt defuncto, Athenas ꝓfectus, ſomniũ uidet huiuſmodi. Videbatur ſibi cacumini mõtis tanq; currui inſidere, ac ueluti agitare montẽ. Fatũ ſcilicet eũ, & decretũ diuinũ excitabat, & (τὸ αὐθαίρετον ὅτι ἐςὶ κακὸν.) mala etiã uoluntas, ad uitã aliã, quæ excelſa quidẽ & magnifica eſſe uideret, ſed aſpera eſſet, atq; inanis: quod & ipſe cõprobauit, & euẽtus demonſtrauit. Loco eñ philoſophiæ, beatiq; ocij, ad Rẽpublicam gerendã & magiſtratus adipiſcẽdos ſeſe cõtulit. Quia uerò natura erat contentioſus, & in omni propoſito pertinax, & ita gloriæ appetẽs, ut haud ſcio an quiſquã alius (ἀλλ' ἐπιτηδείοις ἔργοις,) &c. honorificis factis & dictis, quæ uirtutem ex animo foras producunt, intentus: rei faciendæ nullam curam habuit, neq; ad iniuriam & auariciam procliuis fuit: ſed appetens inimicitiarum, ſemperq; cũ eminẽtioribus contendit, neq; cuiq; maiorũ magiſtratuũ quicquam concedere prçter ius & æquũ uoluit: inq; dicendo iure acerbiſſimus, interdum iracundia impellẽte, quo ſe à contemptu uindicaret: cædes quaſdã fecit neq; iuſtas, neq; felices, quibus ſecutã deinceps uitç calamitatẽ acceptam retulit. Suſceptis aũt etiã Ardaburij inimicitijs, filij Aſparis, hominis Barbari quidem illius, ſed maximæ apud Imperatorẽ autoritatis, & legionũ Oriẽtalium ducis: multum quidẽ & illi & patri eius negocij faceſſit, ſed pluribus & grauiorib. iniurijs & cõtumelijs affectus, nullũ iſtius pertinaciæ fructũ tulit. Sanctiſſimus etiã cultor Græcæ religionis fuit: neq; multis & minis & terroribus ceſſit, homo ſceleratus. Mihi etiã Iſocraticas orationes maiores, & de republica agẽtes enarrauit, nõ artificio dicẽdi, ſed prudẽtia rerũ & philoſophia tractãda: In quibus copiã & amplitudinẽ ingenij in rebus ciuilibus enarrãdis uiri illius perſpexi, atq; etiã iudiciũ orationũ. Fratrẽ uerò meũ natu minorẽ Iulianũ ſic ad eloquentiæ ſtudium inflãmauit, ut eum & poetas mãdare memoriæ, & celebres oratores patereẽ, proq; mercede alacritatis, honorẽ illi haberet, alteri conuenientẽ, cõuiuium. Ac cæteros quidẽ poetas modicè probabat: ſed Callimacho in manus ſumpto, nunq; non Afrum poetã deriſit, ac prç moleſtia ſæpe librum deſpuit. Huic pollicitus eſt Zeno Imperator (εἰ γένοιτο τῶν κρατούντων, Si obſequereẽ ijs qui rerũ potirenẽ.) ſi inter ꝓceres referreẽ, maximum poſt Imperatorẽ magiſtratũ. Sed ne ſic quidẽ illi perſuaſit, nec perſuaſurus unq; fuit. Ac nobis literas illas literales, ſed irritas recitauit. Arcadiũ etiã Lariſſçũ per literas increpauit. Quo in genere multum ualuit Seuerianus: & homo cordatus fuit, ut ex eius epiſtolis ꝑſpiciẽ.

*Eruditio.*

*Temeritas.*

*Proclus.*

*Somnium.*

*Vita negocioſa. Ocioſa.*

*Gloriæ quã pecuniæ auidior.*

*Contentiones.*

*Crudelitas.*

*Ardaburius. Aſper.*

*Profanus.*

*Iſocratis orationes.*

*Iulianus.*

*Callimachi oſor.*

SEVERVS Romanorum imperator, legiones miſit, quæ Byzãtium obſiderẽt: eo eñ Nigri duces cõfugerãt. Capta urbs eſt tamẽ, & tota euerſa: & theatris & balneis omniq; ornatu & honore priuata, in

*Byzãtium à Seuero exciſum.*

*Antiochia.*

pagũ redacta, qui ſeruiret Perinthijs, dono data, ſicut & Antiochia Laodicenſib. Cum interdictum militib. eſſet, ne rem haberẽt cum mulieribus: Seuerus hoc cõceſſit, eosq; aureis anulis donauit. Cum Seuerum Byzantini cum oleaginis ramis celebrarẽt, ſalutemq; peterẽt, ſeq; excuſarẽt, cædibus quidem abſtinuit: ſed denuò Perinthijs eos ſubiecit, & porticus eis theatri & (κυνηγίων Cynegiorũ) uenationum præbuit, & circulum equeſtrẽ cõdidit, tabulatis & repagulis ornatum, emptis ædibus & hortis quorundam pupillorum fratrũ: reſectisq; arboribus quę circulo imminebant, ea figura quæ nũc cernitur, exornauit, adiunctis etiã balneis (ἐν τῷ ἱερῷ, in æde.) cum æde Iouis quæ Zeuxippus dicebatur: Renouauit & Strategium. Atq; hæc omnia Seuerus auſpicatus eſt, filius eius Antoninus perfecit. Seuerus Alexãdriam ingreſſus, inſcriptionem reperit in

*Niger Dominus.*

* prima, DOMINI NIGRI EST VRBS. Quod cum ægrè tuliſſet: obuiam illi proceſſit Alexandrinus populus, uociferans: Nouimus dixiſſe nos, DOMINI NIGRI ESSE VRBEM. Tu enim es Nigri dominus. Expedita igitur defenſione probata, illis ignouit.

SEVERVS, ſophiſta Romanus, in Arabiam è Syria & Palæſtinam uenit, & in Aegyptum ſuperiorem nauigio per Nilum aſcendit, eamq; totam paucis exce-

*Aegyptij libri.*

ptis perluſtrauit. Nam Aethiopiæ confinia propter peſtilentiam ingredi non potuit: omniaq; etiam occultiſſima indagauit. Is enim erat, qui neq; diuinarũ neq; humanarum rerum quicquã imperueſtigatum relinqueret: eoq; libros arcanos omnes, quos reperire potuit, ex omnibus adytis ſuſtulit: & Alexãdri monimẽto incluſit, quo nec corpus eius quiſquã cerneret amplius, neq; libris inſcripta legeret.

*Crudelitas & auaricia.*

Seuerus natione Afer, in rebus gerendis ſtrenuus ſimul & iracundus, & duræ atq; aſperæ uitę aſſuetus, facilimè labores tolerabat, & ſtatim quid facto eſſet opus perſpiciebat: & quod decreuiſſet, ſine mora exequebatur. Palatium ingreſſus, Albini amicos apud Senatum accuſauit: eorumq; literas, quibus conuincerẽtur protulit: & alijs alia crimina obijciendo, oẽs ſenatus principes & ſingularum prouinciarum nobiliſſimos & ditiſſimos quoſque interfecit. Auri etiã auidiſſimus fuit, ut fortitudinem uinceret auaricia.*

Seuerus hic ſub Anthemio imperatore fuit. Alexandriã profectus, in ocio philoſophatus eſt, in maxima copia & uarietate librorum. Viros doctrina pręſtantes, ſi quiſquam alius, facilè ad ſe pertraxit: * reliqua deſunt.

σεδεκίας.) Sedechias, impius p omnia, defecit á Nabuchodonoſore rege: cum Deũ eſſet obteſtatus, ſe in fide pmanſurũ. Itaq; ille biennium obſedit Hieroſolyma.

SECVNDVS, Athenienſis ſophiſta, cognomento Plinius, & Epiurus, ut fabri filius, magiſter fuit Herodoti ſophiſtæ. Scripſit declamationes.

SELEVCIA, urbs Iſauriæ.

SELEVCVS Alexandrinus grãmaticus, cognomento Homericus, Romæ docuit. Commentarios ſcripſit in omnes penè poetas. De Synonymorũ differẽtia, de falsò creditis rebus, de Alexãdrinorũ pуerbijs: de Dijs li. 100. & alia miſcellanea.

Seleucus, Emiſenus grãmaticus, Piſcatoria ſcripſit lib. 4. In lyricos commentarium. Parthicorum lib. 2. Vidi & alium Seleucum inſertum, qui libros non haberet.

*Seleucus. Nicanor. Antiochus. Stratonice.*

Seleucus cognomento Nicanor, filio ſuo Antiocho dedit uxorẽ ſuam Stratonicen, amore illius capto, & ex amore ægrotanti, & diſſimulanti morbum: quem Eraſiſtratus medicus deprehenderat. A`Seleuco tradunt, cum Alexandrum immolantem taurus effugiſſet: beſtiã cornibus prehenſam eſſe retractam: eaq; de cauſa capiti ſtatuæ eius addi cornua.

*Cornua in ſtatua Seleuci.*

σελήνη.) Lunam non modò humidam eſſe, ſed & calefacere corpora, ęquè ac Solem tradunt. Dauid: Interdiu Sol nõ aduret te, neq; noctu Luna.

*Explicatio ſomnij.*

Φωσῆρας ἰδεῖν, πραγμάτων δηλοῖ φάος. Solem & Lunam uidere, actionum ſignificat lumen.

σελλίζειν καὶ σεσελλίσθαι.) Selliſare, id eſt arrogantem eſſe. A`Sello quodam paupere, qui ſe diuitem eſſe fingebat: aut ab Aeſchine Selli filio, qui erat glorioſus in diſſerendo.

σελίνου δεῖται ὁ νοσῶν.) Selino eſt opus ægrotanti. Cum animam agebant, ſepulchra in quibus condituri erant mortuos, ſelino ſpargebant.

σελίνου ςέφανος.) Selini corona, id eſt lugubris. Selinũ enim in luctu adhibebat, ut Duris libro de Certaminibus ſcribit.

SELLIVS, ſeu Sillius, qui & Homerus, grammaticus, ante Menandrum.

SEMIRAMIS, Aſſyriorũ prima regina & princeps, multis mortalibus interfectis, metalla primùm inuenit, & captiuis, eorum tractationẽ mãdauit: prima Niniuen

*Niniue. Babylon. Aethiopes.*

uen mœnibus cinxit, mutatoq́ nomine Babylonē uocauit, & flumina muniȷt aggeribus, & pyramides erexit, enauigatoq́ Oceano, eius accolas (hi ſunt Aethiopes) uidit. Nam & Homerus ait:

*Iupiter ad Oceanum, ut Aethiopes integros adiret, Heri abȷt.* ac quoſdam dixit abſq́ pilis eſſe, à Solis ardore aduſtos, pecudū inſtar uiuentes: oræ autem maritimæ accolas, terra naſcentes herbas ignorare, piſcium eſu contentos. Ibi etiam paradiſum eſſe: omnia enim odorata & neceſſaria ȷs in locis inueniri. Semiramidem etiam Rheam dicunt.

*Paradiſus. Semiramis. Rhea. Dercetæus. Exercitus immenſus.*

Semiramis ait Dercetæo: Abi, adorna in tertium annum expeditionem, auſpicatus ab Helleſponto & Libya, uſq́ ad Bactra, peditum myriadas 300, equitum 100, falcatorum curruum myriadas 10, uirorū è camelis pugnantium totidē. Aliorū camelorum ad quoſuis alios uſus myriadas 20, coria boum cruda ad 30 miryadas. Naues longę Bactris ædificent̃ 3000, roſtris æneis: quæ compleant̃ uiris itidē è Syria, Phœnicia, Cypro, Cilicia, & ora maritima uſq́ ad Helleſpontū. Eadem Indos aggreſſura, (εἴδωλα ἐλεφάντινα, ξύλινα, eburnea, lignea.) ſimulacra elephantorum lignea 200000 circiter cōpegit, quę cameli geſtarent, intrinſecus impleta uirgultis & puluere, quò facilius ferri poſsēt: exteriora uerò corȷs cōtexit, & ſingulis camelis binos Aethiopes ſagittarios & iaculatores impoſuit: Indumq́ flumē, qui eſt amplius 100 ſtadiorū latitudine, traȷcit: ponteq́ iungit, quà anguſtiſsimus eſſe uidebatur. * Fuit autem longitudo 60 ſtadiorum, latitudo 300. Simulacrorum autē fuerūt 200000. Eodē traiecto flumine Indo, & interioris (κοίτης.) lecti palatȷs conditis in altitudinibus * enchoregis bituminatis, rurſus in ſuum lectum diſceſſit.

*Expeditio Indica. Indi traiectus.*

σεμνομυθοῦσιν.) Superbus ille Haſdrubal Imperatori ad genua accidit, oblitus magniloquentiæ.

σεμνόν.) Idem, quamuis grauiſſimus & ſeueriſſimus, iucundus tamen erat in congreſſibus: nec ulli cedebat eorum qui comitatis laude florebant.

*Summa ſeueritas cum ſumma humanitate iuncta.*

σεμνοπροσωπεῖς.) Sunt homines qui graues eſſe uideantur, quorum mores uultui tamen non reſpondeant.

σεμνυνόμενος.) Dionyſodorus gloriabatur ſe à nemine uel ad fontem, uel in triremi auditū eſſe, quemadmodum Iſmeniā.

SEMPRONIVS, primus Romanorū.

συνάπας.) Romulus poſt Remi fratris cædem, è finitimis urbibus certum uirorum numerum attraxit, & centum ſenioribus & prudentioribus Rempublicā cōmiſit, & decem ex his præſtātiſſimos Patricios à paterna ciuium curatione appellauit. Trecentos item equites, & 3000 pedites ad urbē tuendā deſcripſit, populumq́ in trib. quatuor diuiſit: & eos quorū cōſilio urbs adminiſtraretur, Senatū uocauit.

*Senatores 100. Patricȷ 10. 300. equites. 3000. pedites.*

SENIES, rex Aegypti.

SEXTVS Chæronenſis, Plutarchi ex ſorore uel fratre nepos, philoſophus, M. Antonini Cęſaris temporibus, Herodoti Philadelphæi diſcipulus, Pyrrhoniæ ſectę, in tanta apud imperatorē autoritate, ut (συνδικάζειν αὐτῷ.) unà cum eo ius diceret. Scripſit de moribus, & (ἐφεκτικά, lego καὶ σκεπτικά.) Scepticos lib. 10. Poſt obitū Cōmodi, quidā auſus eſt ſe dicere, Sextū, & ſucceſſionē opū & dignitatis petere. & multo rogatus à multis, non inſcitè reſpōdit. Sed cum Pertinax de rebus Gręcis eum percontaretur, quarum ille rudis erat: grauiſſimè impegit, cum uerba ipſa non intelligeret: uſq́ adeò uultu quidem naturâ, cætera uerò ſtudio illi ſimilis erat, doctrina uerò eâdem excultus non erat.

Sextus, Libycus philoſophus, Sceptica & Pyrrhonia ſcripſit libris 10.

SEPPHORA, Moſis uxor.

σεραφίμ.) Seraphim inflammatores, ignea ora, calefactores, cognitionis multiplicatio, ſapientiæ flumen.

σερβιλία.) Q. Seruilius Romanorū Cos.

SERGIVS Zeugmatēſis, Aphthonȷ F. à Dicegoris Hipparchis oriūdus, præfectus & ipſe prætorȷ, & cōſularis, & patricius: epitaphium ſcripſit in ſophiſtam Sabinum, fratrem ſuum. Scripſit & alium librum pro cauſidicis, ad Ariſtidem.

SERDICE, urbs Daciæ.

σερῆνος.) Aelius Serenus, qui & Athenæus dicitur, grammaticus, ſcripſit epitomē operis Philonis de urbibus, & qui in ſingulis clari fuerint, lib. 3. Epitomē commentariorum Philoxeni in Homer. lib. 1.

σέριφος γραῦς.) Seriphus anus, quæ in uirginitate conſenuit, translatione ab agreſti locuſta ſumpta, quam & Seripham anum & uatem uocant.

SERVCH, à tribu Iapheti ortus, idololatriæ fuit autor. Vetuſtas enim homines uirtute præſtantes imaginibus & ſtatuis ornādos cēſuit, & honorādos, ut benemeritos. Idq́ uiguit uſq́ ad Tharrā, Abraami patrē. Abraamus uerò uir iuſtus, & Dei cognitione imbutus, cū animo ſuo repu-

*Idololatria. Abraamus.*

N 2 tans,

tās, à patre ſeduci homines, qui efficeret, ut ſimulacra & ſtatuas adorarent, & facto rem omnium Deum non agnoſcerēt: patris operib. cōminutis, Carris ex Meſopotamia & finibus Chaldæorum diſceſſit, & in partibus eius regionis, quæ nunc Palæſtina dicitur, habitauit, ultra Iordanē fluuium, ipſe & cognati eius, & Lot fratris eius filius (ἔτη ἑ καὶ ό.) anno 75 ætatis ſuæ. Sunt igitur à diluuio uſq; ad Abraamum, anni 1403. Ab Adamo uſq; ad Abraamū, anni 3745. Fuit Abraamus ſupra modum diues: iumentis ita abundans, ut eos uicinia illà nō caperet. Itaq; Loto dedit agros trans Iordanem: quo tempore duæ urbes perierunt, Sodoma & Gomorrha, diuino igne in eas delato, eò quòd hoſpites prętereuntes contumelijs afficiebant.

*Chronologia.*

*Idololatria ortus ex admiratione benemeritorum.*

Seruch, defunctos præſtantes uiros quotannis adorari iuſſit, tanq; adhuc uiuentes: & memoriā eorū celebrari, & in ſacros cōmentarios referri, & deos eos iudicari tanq; benefactores. Hinc orta eſt idololatria, & multitudo deorū: atq; uſq; ad Tharrā Abraami patrē durauit. Is eñ ſtatuarius fuit, qui ex diuerſa materia imagines faceret, easq; deos eſſe diceret, & adorandos, ut bonorum autores. Inde orta opinio hæc pleraſq; nationes peruaſit, maximè uerò Græciam. Hi enim errorē eum iam receperant, & Hellenem uenerabantur, gigantē è tribu Iaphet oriundū, & cōdendæ turris ſociū: ob quā linguæ hominum ſunt diuiſæ, ipſiq; ex eo dicti μέροπες.

*Hellen gigas.*

*μέροπες.*

SERTORIVS Romanorum prætor, quamuis Hiſpani elati ſucceſſibus, feroces eſſent, nunquam de ſumma rerum decernere fuit auſus.

σέρφος.) ἔνεστι κἀν μύρμηκι κ᾽ ἂν σέρφῳ χολή: Ineſt & formicæ & uermiculo bilis.

σέσωστρις.) Seſoſtris, Aegypti rex: qui ut Aegyptios deprimeret, eorū mores mutauit, ac officia uirorum mulieribus (τὰ δὲ τῶν γυναικῶν τοῖς ἀνδράσι, lego) mulierum uiris lege lata mandauit.

SEVTHES, unus ex Thraciæ regibus.

SEVERVS, poſt Dyſtychē (Eutychē, Felicem, uocat infelicem, ob hæreſin) extitit. qui rapto Antiochiæ throno, Manichæam & Apollinaris & Eutychis hæreſim (διχοδικεῖν.) inſtaurare ſtuduit, pro uirili ſua perturbans Eccleſiæ pacem. Pulſus autem Eccleſia, ut ſeditioſus & turbulentus, in Alexandrinorum leuitatē, turbinis & procellæ inſtar, irruit. Vbi cum alius quoq; turbo ipſi & populo reflaſſet: confudit & perturbauit omnia. Iulianus eñ quidam Halicarnaſſeus, Aſiæ epiſcopus, eos diſſipauit.

SVETONIVS Tranquillus, grammaticus Romanus.

σειροφόροι.) Reſtiferi, genus Parthorum, pugnantium ex equis, qui comminus aggreſſi hoſtes, laqueis iniectis, & equis ui retractis, illos impetu equorum uel uiuētes uel mortuos abſtrahunt.

σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλισσα.
*Siren quidem amicum nunciat, hoſpitem uerò apis.*

SIREN, inſectum eſt cerificum, api cō ſimile.

SIRENAS, mulieres quaſdam canoras uetus Græca fabula celebrat: quæ in inſulula ſedētes, ita præternauigātes ſuauitate uocis delectarint, ut eos ibi uſque ad obitum detinerent. A' pectore uſque ad uerticem forma fuiſſe traduntur muliebri, inferne paſſerum. Mythologi dicunt, Sirenas eſſe quaſdam fœminea facie pręditas auiculas, quæ prætereuntium nautarum canticis quibuſdam meretricijs demulceāt aures: nec (τῆς ᾠδῆς ἡ ἡδονὴ lego) alium cantus ſuauitas finem habet, niſi mortem. Narrationis autem ueritas ita ſe habet. Loca eſſe quædam maxima, mōtibus anguſtata: quibus alliſi fluctus, argutum ſonum edant. quo audito, prætereuntes fluctui uitam ſuam committant, ipſiq; unà cum nauibus pereant. Sirenes uerò & (Onocrotali.) Onocentauri, quorum meminit Eſaias, dæmones quidam ſunt, ea figura apparētes in deſolatione urbis, ira diuina inflicta. Syri autem olores eſſe dicunt, qui poſt lauationem ex aquis in aerem ſubuolantes, ſuaue quoddam carmen canant. Iob uerò dicit: Frater factus ſum Sirenum, & ſodalis paſſerū: hoc eſt, canillo meas calamitates, quemadmodū Sirenes. Paſſerem autem dicit, quem nos Struthiocamelum appellamus: qui auis cum ſit, pedes & collum aſini habet.

*Sirenes*

*Olores.*

*Struthiocamelus.*

σειρῆνες.) Sirenes, animi compoſitæ & Muſicæ facultates. σειρήνιον μέλος, Sirenia cantilena.

σεισάχθεια.) Excuſſio oneris. Sic appellauit Solon nouas tabulas, omni ære alieno & publicè & priuatim ſublato. Nomē inde factum, quod Athenis pauperes creditoribus ſuis laborare corporibus cogebantur. Diſſoluto autem debito, uelut onus quoddam excutiebant.

σεῖσαι.) παύσασθαι δικῶν ἀλληλοφάγων. Deſiſtere à contentionibus, quæ mutuò ſeſe deuorāt. Ariſtophanes in Dætalenſibus:

Exa-

Exagitabant, pecuniam flagitabant, minitabantur, calumniabantur denuò.

*Terræmotus.*

σεισμὸς) Terræmotus fit uento in terræ cauitatibus incluſo: quorum alij ab hiatu Chaſmatiæ, alij Braſmatiæ à fremitu dicuntur.

σεῖσιν.) Radit ille caput & barbã, quò lateret: habituq; Aegyptio ſumpto, quali cultores Iſidis utuntur, & ſiſtrum quatiẽs oberrabat.

σηγὼρ.) Segor, nomẽ urbis, in qua Lot Sodomiticum incendium fugiens conſeruatus eſt.

*Sethus deus.* *Dei appellatio communicata hominibus.*

σὴθ.) Seth, Adami filius. De hoc illud dictum eſt, Ingreſsi ſunt filij Dei ad filias hominum: hoc eſt, Cainiæ ſtirpis. Deum enim, Sethum illius ætatis homines appellabant, eo quòd & Hebraicas literas, & ſtellarum appellationes inueniſſet, ob inſignis eius pietatis admirationem, ut qui primus & cognominaretur & appellaretur deus. quemadmodũ & Moſi dicit Dominus: Deũ dedi te Pharaoni. & de uirtute præditis & iudicibus, & ſpiritualibus dicit: Deos non cõtemnes, & principi populi tui non maledices. Meritò igitur Sethi & Enoſsi & Enochi, filij dei, & deorũ filij, autore Symmacho, intelligũtur: qui uicti libidine, ad Caini filias ſunt ingreſſi: è quorum impari & impuro coniugio nati ſunt Gigantes, ob iuſtum quidem robuſti & maximi: ob iniuſtum autẽ & profanum, improbi & peſsimi.

SELYBRIA, urbs Thraciæ.

*Pilati uexilla.* *Cruce Conſtantini.*

σημαῖαι.) Pilatus Tiberij imagines, quę ſigna uocantur, in Iudæam tectas intulit. At Iudęi ſic perculſi ſunt, tanquam patria eorum inſtituta conculcata eſſent. Nolebant enim ullam imaginem in urbẽ inferri. Conſtãtinus crucis formã in uexillis ferebat, loco ſimulacrorũ, quæ in aliorum Romanorum uexillis erãt. Signa Romanorum in tumulum quendam confugerant. Ibi cum omnes ſententiã dixiſſent, Scipio ait: Cum re integra deliberent, magis operã eſſe dandã, ne quid ipſi capiant detrimenti, quàm ut hoſtibus noceant.

σημαίνομαι.) Ac partim coniecturas ſequor, partim attonitus ſum; nec quid ſit conijcere poſſum. Sophocles.

σημεῖα σκυθικὰ.) Vexilla Scythica, texta quædam ſunt, tincta coloribus, ſerpentũ maximè ſimilitudine, ſuſpenſa de contis mediocribus: eo conſilio, ut eis currentibus, aut equos incitantibus, exaggerẽtur, & ſerpentum ſimilitudinem referant, & flatu uehementiore impulſa ſtridant.

σημεῖα ἀεθλῶν ἑκατέρως.) Signa tolli utrinq;, apud Thucydidem. Habebant cũ ſigna quædam, quæ tempore pugnæ oſtendebantur: quibus erectis, pugnam incipiebant: detractis, deſinebant.

σημεῖον.) Signũ, quo res obſcuræ deprehenduntur apud Scepticos, quod ratiocinationibus deſtruunt. Signum item, concione indicta, ponebatur.

*Autocabali.* *Ithyphalli.* *Phallophori.*

σῆμος.) Semus, Eleus grammaticus, ſcripſit Deliacos libros 8 Circuitus duos. De Paro, 1. De Pergamo, 1. De Pœanibus, quo in opere meminit Muſicorum quorundam generum, Autocabalorum, Ithyphallorum, Phallophororum. Ac Autocabali quidem, ut aiunt, hederaceam coronã geſtabant, poſtea lambidicti. Ithyphalli uerò laruas ebriorum habebant, & manicas floridas, & tunicam ad talos uſque demiſſam. Phallophori autem, non abſq; ſerpillo & pæderote facies obtegebãt, hedera & uiolis coronati.

SEON, rex Amorrhæorum.

SERANGIVM, locus quidam Pirçei.

*Sericum.*

σῆρες.) Seres, gens ubi ſericum naſcitur, quã Græci olim ueſtem Medicam appellabant. Sub Iuſtiniano legatos miſerunt Chriſtiani ad Aethiopes, ut ſericum ex India mercati, Romanis uenderẽt, ipſiq; magna pecunia potirentur: & id tãtum lucri Romanis conferrent, ne pecuniam ſuam poſthac ad hoſtes transferre cogerentur.

σήσαμα.) Seſami & papaueris & ſiſymbrij folijs olim coronabantur ſponſi.

*Sibylla.* *Diana.* *Beroſus.*

SIBYLLA Delphica, etiam Diana dicta, bellum Troianum anteceſſit, & uerſibus heroicis ſcripſit oracula. Pater Sibyllæ Chaldææ Beroſus dictus fuit, mater Erymanthe.

*Varia patria.* *Scripta.*

Sibylla Apollinis & Lamiæ filia, ſecundum quoſdam autem Ariſtocratis & Hydoles: ut uerò alij tradunt, Crinagoræ: ut Hermippus, Theodori. Erythræa, eo quod nata eſſet in loco Erythrarum, qui Batti appellabatur. Nunc ipſe locus in urbis modum exædificatus, dicitur Erythre. Quidam eam Siculam, quidã (σαρδιανὴν.) Sardanam, quidã Gergethiã, quidã Rhodiam, alij Libycam, alij Lucanam, alij Samiam eſſe putauerũt. Fuit autem poſt excidij Troiani tempora annis 483. & hos libros cõpoſuit: De palpitationibus, Carmina, Oracula. Dicitur & triangulari forma lyram prima inueniſſe.

Sibylla Colophonia, Lampuſa dicta à Calchante oriunda, & ipſa diuinationes & oracula & alia quædã uerſibus edidit.

Sibylla Theſſalica, Manto dicta, à Tireſia oriunda.

Sibylla à quibuſdam Sarbis, à quibuſdam Caſſandra dicta, ab alijs Taraxãdra, oracula & ipſa edidit.

Sibylla Cumana, & Sibylla Theſprotia, eodem modo oracula ediderunt.

Sibylla Chaldæa, quę à quibuſdam Hebræa nominatur, & Perſica, ſuo nomine

*Sambethe.* Sambethe dicta, à beatiſſimo Noe oriunda. De Alexandro Macedone uaticinata eſt: cuius meminit Nicanor, qui uitã Alexandri ſcripſit. Hæc de Domino CHRISTO, & eius aduentu, plurima prædixit. *Vaticinata de Chriſto.*

Sed & reliquæ cũ ea conſentiunt, niſi quod huius libri ſunt 24, de gente qualibet atque regione agẽtes. Quod aũt uerſus eius imperfecti & uitioſi reperiuntur, non Prophetidis culpa eſt, ſed notariorũ: qui orationis impetũ aſſequi non potuerunt: aut etiam indocti fuerunt, & imperiti grammatices. Vnà enim cum afflatu, etiam eorum quæ ab ea dicta eſſent, memoria deſinebat. eaque de cauſa & uerſus imperfecti reperiũtur, & ſentẽtia claudicans. Aut etiam certo Dei cõſilio factum hoc eſt, ne à multis indignis oracula eius cognoſcerentur: aut longum tempus, ut & aliorum multorum, huius rei cauſa fuit. Atque etiã obſcuritas eorum quæ à Prophetide dicta ſunt, & crebra librorum deſcriptio, nihil miri eſt ſi & ſententię confuſionem, & uerſuum perturbationem attulerunt. *Verſus cur imperfecti.*

*Sibyllarum catalogus.* SIBYLLAE diuerſis & locis & tẽporibus fuerunt decẽ. Prima Chaldæa ſeu Perſica, ſuo nomine Sambethe. Altera, Libyca. Tertia, Delphica, Delphis nata. Quarta, Italica, quæ (*ἐν κύμῃ* lego, pro, *ἐν κιμμερίᾳ.*) Cumis in Italia fuit. Quinta, Erythrea, quæ ante bellũ Troianũ diuinauit. Sexta, Samia, ſuo nomine dicta Phyto, de qua ſcripſit Eratoſthenes. Septima, Cumana, quę & Amalthęa, & Hierophile. Octaua, Helleſpontia, nata in pago Marmiſſo, iuxta oppidulum Gergitiũ, (*ὢν τῆς ἐπαρχίας τῆς Τρωάδος ἐτύγχανεν.*) quę aliquãdo Troianæ ditionis fuerunt, tẽporibus Solonis & Cyri. Nona, Phrygia. Decima, Tiburtina, nomine Albunea. Cumanam tradunt nouem libros ſuorũ oraculorũ obtuliſſe Tarquinio Priſco, Romanorũ regi: quos cum ille repudiaſſet, cremaſſe duos. Sibylla uatem ſignificat: itaque omnes fatidicæ mulieres hoc nomine appellantur.

*σιβυλλιᾶν.*) Sibylliſſare, oracula deſiderare, decipi, uaticinari, diuinationes ſibi fingere, efferri, & ſuperbire.

SIBYNTIVS, Theodectis Phaſelitę anagnoſtes & famulus, qui primus ſeruorum arti dicendi ſtuduit. Scripſit præcepta rhetorica.

SIGEVM, urbs Troadis, nõ procul ab Ilio, itemque promontoriũ unde Sigeenſis.

*σιγὴ βαθυτέρα πάσης ἐρημίας.*) Silentium quauis ſolitudine altius.

*σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ᾽ ἔχειν.*) Tacet ille quidem, & odit, ſed habere uult.

SIDE, Pamphyliæ metropolis, ita dicta à Side Tauri filia, Moli uxore. Ciuis, Sidetes dicitur.

*σιδηρέαν ψυχήν.*) *γλαύκου τέχνη*, Glauci ars: de ijs qui facilè aliquid cõficiũt. Glaucus quidam Samius, ferri conglutinationem primus inuẽnit: quod qui molle eſſe uolunt, oleo: qui durum, aqua tingunt. *Tinctura ferri.*

*σιδηρίτης.*) Sideritis gemma uires mirabiles habere dicitur, (*παρὰ τὴν μαγνῆτιν.*) ultra Magnetem.

*σιδηροῦς ἄνθρωπος.*) Homo ferreus, qui multa mala tolerat.

*σίδια.*) Tantillus cum eſſet puer, domi ſtruebat ædes, naues ſculpebat, & currus coriaceos fabricabat, & è mali punici corticib. ranas faciebat. Quid cẽſes? Horat. *Tillatello bambolpauen.*

*Aedificare caſas ploſtello iungere muros:*
*Ludere par, impar; equitare in arundine lõga.*

SICARII ſub Claudio imperatore incuruis enſibus, id eſt ſicis, homines occidebant: quos ab Aegyptio latrone in deſertum eductos, Felix ultus eſt.

*σικελίζειν.*) Siculiſſare, uel auſterũ eſſe, uel improbum. Archidamus Ageſilai F. oraculo Delphico iuſſus eſt cauere Siciliam. Is itaque cum inſulam Siciliam formidaret: in trigemino Atticę colle Sicilia pugnans, occubuit. *Archidamum.*

*σικελικὴ τράπεζα.*) Sicula mẽſa. De ſumptuoſis & delicatis.

*σικελὸς ὀμφακίζεται.*) Siculus immaturas uuas uindemiat. De ijs qui ſpe parui commodi magnum faciunt damnum. Poteſt & de ijs dici, qui maturiſſima quæque ſcligunt, atque pulcherrima.

SICERA, facticius potus, uinum condimentis permiſtum.

SICIMA, Ioſepho à Iacobo relicta (urbs.

SICYON urbs, nunc Hellas dicitur, cuius primus rex fuit Aegiale, cuius regnũ durauit annos 900. Prouerbiũ, *σικυώνιος ἐπὶ πέδον*, Sicyonis in arenam deſcendit. *900 annorũ regnum.*

*σικχὸς.*) Plutarchus: Animalia robuſtioribus ſtomachis ſcorpios & ſerpentes deuoratos concoquunt: imbecilles uerò & morbidi, pane & uino uſi nauſeant.

SIL.

SILVANVS philoſophus, cæterà quidem uir bonus & ſanctus, ſed ſimpliciore ingenio, & minus acuto.

*Timon Sillographus.*

σιλλαίνει.) Sillograph' fuit Timō Phliaſius, Pyrrhonius philoſophus. Silli autē, à motu oculorum ad deridendum comparato dicuntur.

SILXIBVLVS, dux quidā Turcorū.

σίλφιον.) Battus, qui & Ariſtoteles, urbem in Africa Cyrenas cōdidit. Cyrenæi autem regi ſuo pro hoc beneficio gratiā relaturi, (δακτύλιον) annulum fecerūt, in quo urbs eorum regi offert ſilphium, cuius & folium & fructus, & ramus & ſuccus magni eſt precij. Silphium radix ſuaueolens in Africa naſcens, & ad condimenta & ad curationē utilis: pulcherrima

*Ariſtæus.*

uerò eſt Cyrenaica. Ariſtæus primus Silphij condituram, ſicut & mellis, inuênit.

SIMAETHA, meretrix Megarica, quā & Alcibiades amauit.

SIMMIAS Rhodius, grammaticus, ſcripſit Gloſſarum lib. 3. Poematū diuerſorum lib. 4. Fuit à primo ortu Samius, & in Amorgi colonia, dux: & ipſe miſſus

*Amorgum.*

eſt à Samijs. Amorgū in tres urbes diſtribuit, Minoam, Aegialum, Arceſimē. Fuit 406. annis poſt bellum Troianū. Scripſit ſecundum quoſdā primus iambos, & alia diuerſa, & antiquitates Samiorum.

Simmias, Thebanus philoſophus, diſcipulus Socratis: ſcripſit de ſapientia, de amicitia, de ueritate, de Muſica, de rebus expetendis & fugiendis, de animi curatione, & alia philoſophica.

SIMVS apud Demoſthenem, in oratione pro Cteſiphonte, unus Aleuadarū, qui Philippum adiuuiſſe putatur.

SIMONIDES, Leoprepis F. Iuliates, ex urbe Cei inſulę, lyricus, Steſichoro tēporibus poſterior, cognomento Melicertes, ob ſuauitatem. hic memoriæ artem in

*Simonidis inuenta.*

ueniſſe dicitur. Inuenit & longas literas, & duplices, & tertium lyræ ſonum. Natus Olympiade 56, uel (ut alij ſcribūt) 62, uſque ad 78: uixit annis 89. Scripſit lingua

*Scripta.*

Dorica Cambyſis & Darij regnū, & Xerxis prælium nauale, & pugnam ad Artemiſium uerſu elegiaco, Salaminiam uerò melico: Thronos, Encomia, Epigrammata, Pæanes, Tragœdias, & alia. Hic Simonides, ſi quiſquam alius, memoria ualuit:

*Apollonius Tyaneus.*

eique ſimilis fuit Apollonius Tyaneus, qui uocem quidem ſilentio continebat, plurima uerò in memoria reponebat, & centenarius firmitate memoriæ Simonidē ſuperabat, &c.

Simonides lyricus, primus uidetur & (μικρολογίαν) ſordes in cantica intuliſſe, & canticum ſcripſiſſe. Habuit duas ca-

*Duæ capſæ.*

pſulas, alteram Gratiarum, uacuam: alteram * plenam. Ariſtophanes, Simonidis carmina uocat malitioſa & uaria. Huius dictum eſt, ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται. Neceſſitati ne deos quidem repugnare. Vt aūt

*Dijs charus Simonides.*

dij melopœum Simonidē & honorarint & amarint, & euocatum liberarint, cōclaui in quo cōuiuium agitabatur, collapſo, alibi dicam. Sed ne hæc quidem prę-

*Sepulchri uiolatio.*

termittēda ſunt. Agrigētinus dux fuit Phœnix, qui bellum cum Syracuſanis gerens, & Simonidis ſepulchro perquàm ſuperbè & inclementer diſſipato, è lapidib. turrim cōdit, qua capta urbs eſt. Hæc & Callimachus confirmare uidetur. miſeratur enim facinus impium, & ſuauem poetam ipſum loquentē facit Cyrenæus: Nec inſcriptionem ueritus eſt, quæ indicat, filiū Theoprepis ibi ſitum eſſe, Ceium uirum. Deinde poſt alia dicit: Neque uos, ô Caſtor & Pollux reformidauit, qui me domo collapſura euocaſtis olim è conuiuis ſolum, cum Cranoniotū (αἴστας) fato corruit magna domus in Scopadas. Vindices itaque dij ſunt præſtantium uirorū, eoſque honorant, & Olympij (οἵ τι οἱ ἐπὶ τρίτης ἀρχῆς) etiam in tertio principatu: * quod mihi nō uiſum eſt curioſè conſectari. Sed & hęc cōmonefactio ſint rectè uiuendi: ut deos & hic curatores habeamus: & illic, cum fatale & neceſſarium iter fuerimus ingreſſi.

SIMONIDES Ceius, ſecundum quoſdam, ſuperioris è filia nepos; cognomēto Melicertes, à miſtione mellis, ut opinor, facto, quaſi mellifluum dicas. Fuit ante bellum Peloponneſiacum. Scripſit Genealogias lib. 3. Inuenta lib. 3.

Simonides Magnes, Sipyli F. uerſificator, fuit ſub Antiocho Magno, cuius res geſtas ſcripſit, & pugnā cum Galatis, (ſ. ὅτε μετὰ τῶν ἐλεφάντων τὴν ἵππον αὐτῶν ἔφθειρε: Quando cum elephantis equitatū eorum contriuit) cum elephantis equitatū eius confecerunt.

Simonides Caryſtius, uel Eretrienſis uerſificator, conuentū Græcorum in Aulide ſcripſit, trimetrorum libris 2. de Iphigenia, 1.

Simonides alius ſub Iouiano fuit, ob philoſophiam celeberrimus.

Simonides, Crinis F. Amorginus iambographus, ſcripſit Elegiarum lib. 2. Fuit & ipſe an. 406. Troiano bello poſterior: Iambos, ut quidā tradunt, primus ſcripſit:

σίμων@ ἁρπακτικώτερ@.) Simone rapacior. Sophiſta hic fuit, & peculator. Ariſtophanes: Simonem ubi uiderunt, ſtatim lupi facti ſunt. Quòd ſi Iupiter periuros fulminat: cur neq; Simonem cremauit, neq; Cleonymum, neq; Theorum, homines perfidiſſimos.

σίμυλ@.) Demoſthenes pro Cteſiphonte: Nauauit operam mercenariam ſuſpirioſis iſtis hiſtrionib. Simylo & Socrati Aeſchines.

SINA & Sinæum, mons, ubi Moyſes miraculum illud rubi uidit.

*Chriſtus pro omnib. orat.*

σινιάσαι.) CHRISTVS ad Petrũ. Quæſiuit te ſatanas, ut cribraret inſtar frumenti. Ego uerò oraui pro te, ne fides tua deficeret. Non pro Petro ſolo orauit Chriſtus, ſed pro omnibus Petri fide præditis: cribro nihil aliud ſignificante, niſi terrenum orbem, doloribus & uoluptatibus plenum: per quas res, tanq; per foramina, excidunt terreni ab almo frumento, ſecreti in Orcum: alijs tanq; per meatũ, gaſtrimargiam, effluētibus, quorũ uenter deus eſt: alijs per ſtudium uoluptatũ, de quib. Propheta ait, Spiritu ſcortationis errauerũt: alijs per iram, alijs per alios affectus.

*Cribri allegoria.*

SINOPE urbs, & meretrix, quæ uetula facta, Abydus (quòd fundo careret, opinor) dicta eſt: unde σινωπίσαι, turpiter facere, à moribus illius mulierculæ.

*Videtur canis loqui.*

σίντης.) Lupis graſſatoribus in montibus, ne quis meæ Paſtor nunciet ſenectutis imbecillitatem.

σιὼν ἐπουράνι@.) Sion cœleſtis, & Hieroſolyma cœtibus ſanctorum ornata: cuius portæ ſunt infernæ eccleſiæ. Sion etiã eſt pia Reſpublica.

σιωπηλότερ@ ἔσομαι καὶ τῶν πυθαγόρα τελεσθέντων.) Taciturnior ero ijs etiam, qui Pythagoræ ſunt initiati. Prouerbium in planè tacentes, eò quòd Pythagoræ diſcipuli præceptum habebant exercendi ſilentij per annos quinq;.

σιπύη.) Ariſtophanes: Ciſta panaria plena eſt alba farina. θεὶς δὲ σιπύας ἐξ ὀλιγοσιπύων.

*Nos è pauperibus locupletes efficeas, quæſo.*

(Hinc colligas, non malè apud Ariſtotelem ἀπολιτικῶν legi ὁμοσιπύας: pro quo alij ὁμοσίτους.)

SIPYLENE, urbs: & Sipylus, nomen loci aut fluuij.

SIRICIVS, Palæſtinus Neapolitanꝰ, ſophiſta, diſcipulus Andromachi, qui aliquandiu docuit Athenis. Scripſit Progymnaſmata, & Declamationes.

SIRIS fluuius: & Sir magna urbs & populoſa, & princeps gentis Illyriorum.

SISINNIVS, Nouatianorum epiſcopus, uir eloquẽs & ſummus philoſophꝰ, in dialecticis ualde exercitatus. Itaq; Eunomius hæreticus ſæpe diſputationes eius uitauit. Victu nõ tenui, ſed in ſumma continentia, ſumptuoſo utebatur: & candida ueſte nitidus, quotidie bis in publicis balneis lauare ſolitus. Quamobrẽ rogatus, Cur, epiſcopus cum eſſet, bis in die lauaret? Quia, inquit, temporis excludor anguſtijs, ne ter lauem. Alio tempore, cũ Arſacium epiſcopum (κατὰ τιμὴν ἐρῶντ@) honoris cauſa uiſeret: à quodam ex illius comitatu rogatus, Cur ueſtem epiſcopo non conuenientem ferret? & ubi ſcriptum eſſet, ut ſacerdos candido amictu uteretur? Tu uerò prius, inquit, dic, ubi ſcriptum ſit, ut nigris ueſtiatur epiſcopus? Illoq; hæſitante, ſubiecit: Tu quidem iſtud demonſtrare non poteris: me autem Salomon docuit, ueſtimenta candida eſſe oportere. &, Seruatorem, ex Euangelijs apparet, cãdida ueſte eiſe uſum, atq; etiam Moſen & Heliam diſcipulis in candidis ueſtibus oſtendiſſe. Hæc & alia cum dixiſſet, in admiratione fuit. Cum autem Leontius Ancyranus, Galatiæ epiſcopus, eccleſia Nouatianis adempta Cõſtantinopolim ueniſſet: Siſinnius ab eo petijt, ut eam illis reſtitueret. Illo uerò aſperè reſpondente: Vos Nouatiani eccleſiam habere non debetis, qui pœnitentiã tollatis, & Dei liberalitatem excludatis: Siſinnius, Atqui neminem, inquit, ita pœnitet ut me. Illo, Cuius rei, ſciſcitante: Qđ te uiderim, inquit. Idem, cum Ioannes epiſcopus diceret, Vrbẽ duos epiſcopos habere non poſſe: Neq; enim habet, inquit Siſinnius. Quod cum Ioannes grauiter tuliſſet, ac diceret: Vides, te ſolum eſſe uelle epiſcopum? Non hoc, inquit, dico, ſed me tibi ſoli non eſſe epiſcopum, cum ſim alijs. Ibi Ioannes: At ego efficiam, ne conciones habere tibi liceat, hæreticus enim es. Tum Siſinnius feſtiuẽ: At ego, inquit, mercedem etiam tibi ſoluam, ſi me tanto labore liberaris. Ibi Ioannes factus mitior: Non te liberabo, ſiquidem habere conciones oneri tibi eſt. Adeò facetus fuit Siſinnius. Multa ſcripſit, in quib. uerba conſectatur. In dicendo magis, quàm in legendo, admirationi fuit. Nam & uultui eius, & uoci & oculis, & toti corporis motui gratia inerat.

*Eruditio.*

*Munditiæ.*

*Leõtius Ancyranus.*

*Cõcionãdi munus repudiando relentum.*

*Viua uox.*

SISINNIVS epiſcopus Nouatianorum

rum, uir eloquentiſſimus, & philoſophicorum dogmatum & ſacrorum librorum peritiſſimus, & ad diſputandū promptiſſimus: ut & Eunomius eo nomine celebris, eaq; re occupat⁹, ſæpe cum eo diſputare recuſarit. Fuit adeo continens in uita, ut nullum calumniæ relinqueret locū: quiq; eum ignorabant, hominem ita delicatum, continentem eſſe poſſe non crederent. Moribus feſtiuis fuit, & in congreſſibus iucundus: eaq; de cauſa Catholicis, etiam epiſcopis & magiſtratib. atq; proceribus gratus. Cauillari feſtiue, & dicteria ſine offenſa ferre, & eleganter atq; ex tempore quæſtionibus reſpondere, commodiſſime potuit, &c. ut ſupra. Multæ etiam eius aliæ facetiæ commemorantur.

*Eunomius.* *Frugalitas.* *Mores.*

σιωπῆς.) Deus Moſi mandauit, ut omni populo ediceret, ne barbas euellerēt, néue ſibi caluicium inducerent.

σιώνεχ.) Boream cum Sole certaſſe ferunt, uter eorum agricolæ iter facienti ueſtem poſſet exuere? Ariſtophanes: Quo pacto ſerues talem urbem, cui neq; læna neq; lacerna eſt? Cui neq; bonus neq; turbulentus ciuis prodeſt? (ἄσωπι οἱ πελίμβολοι.)

*Siſyphus.* σίσυφος.) Ariſtophanes: Age Siſyphi machinas expedi. neq; enī certamen hoc excuſationē accipit. Tēpus iam eſt, ut forti ſis animo. Siſyphum acrem & callidum perhibent poetæ, uno uerbo ab Homero edocti: Ibi Siſyphus erat, qui omniū mortalium callidiſſimus fuit. Hinc Siſyphus pro callido uſurpatur. Fuit aūt Corinthi rex, qui unguib. & ungulis ſuorū animalium ſingulas literas inſcribebat. Quæ cū Autolycus, homo periurus, & fur ſolertiſſimus ſurripuiſſet, eorumq; figurā mutaſſet: Siſyphū non latuit, qui ex literis ea agnouit. Itaq; ut eū placaret: hoſpitio excepit: & filiæ ſuę Anticliæ copiā illi fecit: ex eoq; grauidam puellam Laerti uxorē dedit: qua de cauſa Siſyphides Vlyſſes dicitē.

*Siſyphiæ literæ.* *Autolycus ſtupro filiæ redimit furtū Siſypho factum.* *Vlyſſes Siſyphi F.* *Contractio prandiorū.*

σῖτα.) Philopœmen poſt alterum expeditionis diem monuit, ut è duobus prandijs tria facerent, unum diem adiuncturus: interdum, ut è duobus 4.

SITALCUS, ſeu Sitalces, rex Thracię.

σιτοποιεῖσθαί τι ἀνάγκη, καὶ κοιμᾶσθαι) Er cibum capere, & dormire neceſſe eſt.

σιτοφύλακες.) Annonæ pręfecti, magiſtratus Athenis, qui curabat ut frumentū, farina & panes rectè uenderentur. Erant autem numero 15. in urbe, in Piræeo 5.

σιφνιάζειν) Siphnios imitari, id eſt digito nates tangere: ſicut λεσβιάζειν, κρητίζειν.

SIPHNII non inſularium modò, ſed multorum etiam è mediterraneis ditiſſimi fuerūt. Ac dum decimas ritè Delphos mittebant, ut oraculo iuſſi erant: opes eorum creſcebant, argentifodinis inuentis. Cum uerò primitias mittere deſtitiſſent: æſtus maris opum affluentiam illam demerſit. Itaq; ad egeſtatem inſularē, & extremam penuriam ſunt redacti (ἐκ τῶν ἰώνος φρουρῶν, ut ſcribit Ion in opere de pręſidijs) ab Ionis præſidijs. Ariſtophanes: Deſiderat quidē, & odit, & habere uult: hoc eſt, Athenienſes deſiderant Alcibiadem, ut ſtrenuum: oderunt, ut tyrannicū. Infert enim: Odi ciuem, qui in iuuāda patria tardus eſt, eâdemq; magnis detrimentis afficienda celer: ſibiq; cōſulentem, patriæ uerò inutilem.

*Religione neglecta, Fortuna aduerſata.* *Alcibiades.*

σθενέβοια.) Stheneboea Prœti uxor, q̃ Bellerophontis amore capta, cum repulſam, ob caſtitatē eius, tuliſſet, apud Prœtum eum falſò detulit, tanq̃ uim ſibi afferre uoluiſſet. Itaq; Prœtus indignatus, miſit illum ad Iobaten, patrem Stheneboeę, ut eum interficeret. Prœtus enim eum è medio tollere noluit, quem filij loco educauiſſet. Iobates uerò, cū eū falſò accuſatū fuiſſe reſciuiſſet, Bellerophōti pepercit. Poſt Prœtū, Acriſius regno potit⁹ eſt.

*Sthenebœa.* *Prœtus.* *Bellerophon.* *Iobates.* *Acriſius.*

σθένελος.) Stenelus, tragicus poeta: q perſtringebatur à Comicis, ut qui aliena interuerteret, ſibiq; uendicaret.

σκαμβὸν ξύλον, οὐδέ ποτ᾽ ὀρθόν.) Curuū lignum nunquam erit rectum.

σκαμωνίδαι.) Scammonidæ, municipium Leontiæ tribus.

σκάνδεια.) Scandia, urbs in Cytheris.

σκάνδιξ.) Scandicopolam Euripidem uocarunt, q matrem quæ olera uendidiſſet, habuiſſe dicunt. Scandicem mihi da, à matre acceptā. Et: Ne mihi obijcito ſcandicopolæ uerba, qui uenerabilem appellat pacis aquam. Andocides: Non denuò uidebimus carbonarios è montib. aduenientes, & oues & boues, & plauſtra in urbem, & mulierculas & ſeniores uiros, & operarios armatos, neq; etiā amplius olcribus agreſtib. & ſcandicibus ueſcemur.

*Euripides ob matrem perſtringitur.*

σκάρος.) Nomē piſcis. Aelianus: Solus marinus ſcarus ruminat, ſicut & oues.

σκαφηφόροι.) ſcapham ferentes. Dinarchus in oratione contra Ageſiclē inquit: Adoleſcentes qui loco eorū ſunt qui ſcaphas ferunt, in arcem aſcendent: non uobis habentes gratiam ob datam ciuitatē, ſed pecuniæ ( pro ὑπὸ, f. οἱ μέτοικοι inquilini.) Iſti enim ſcaphas ferebant Athenis.

*Inquilinorū onera.*

Deme-

Demetrius quidem in tertio Legislationis: Legem ait inquilinis, ut in põpis ſcaphas ferrent, filiæ uerò illorum hydrias & umbellas geſtarent, iniunxiſſe.

σκαιός.) Ariſtophanes in Nubibus: Nõ uidi uirum adeò agreſtem ullum, neq; ineptum, neq; indoctum, neq; obliuioſum. Et iterum Ariſtophanes: Nõ ineptus homo fuit, ſed norat anus putidæ dictum deuorare. Et itetum: Ille quidem in congreſſibus parum urbanus erat: contraq; in rebus gerendis ualde benignus, & ſatis prudens.

*Ariſtocratiæ periphraſis.*

σκελλίου υἱός.) Ariſtocrates. Ait igitur Ariſtophanes: Et Scelliæ filium execror, Ariſtocratem ſcilicet. Per Ariſtocratem autem, intelligit Ariſtocratiam.

σκηνή.) Sacerdos, habitum carnificis ſumpſit, ueſtitu honeſtiſſimo in miſerrimum mutato.

σκεῦος.) Polybius: Erat Damocles inſtrumenium commodum, & multas habens anſas ad res gerendas.

σκίρωμα.) Sciroma, id eſt durities, malum hepatis eſt immedicabile.

*Scena. Paraſcenia. Orcheſtra. Thymele. Area.*

σκηνή.) Scena, eſt media ianua theatri. Paraſcenia uerò, ex utraq; parte medię ianuæ, ut dilucidius dicam, poſt ſcenam ſtatim: & (pſcenia) paraſcenia, eſt orcheſtra. Ea uerò eſt locus qui ex tabulis pauimentum habet, ex quo ſpectacula exhibẽt mimi. Eſt poſt orcheſtram ara Bacchi, quæ Thymele dicitur. Poſt Thymelen autem area, hoc eſt infimum theatri pauimentũ.

σκήνωμα τοῦ θεοῦ.) Tabernaculum, id eſt templum Dei.

*Scipio & Hannibal diſsimiles.*

σκιπίων.) Scipio Romanorum imperator, cum Hannibale Carthaginẽſium duce inibat pactionem. Cum uerò congreſſi eſſent, uideres Scipionem corpore formoſo, & magnanimum, naturaq; iucundum magis quàm formidabilem. Hannibalis uerò uultui acri & cõtorto truculentum quiddam inerat. Cum uerò pactis & conuentis non ſtarent, quidam Carthaginenſes ab Hannibale ad ſpeculãda caſtra hoſtiũ miſſi, in Romanos inciderunt: quos ad ſe perductos Publius nullo malo affecit: ſed caſtra circuire iuſſit, cœnatosq; dimiſit incolumes: ut Hannibali, cuiuſmodi caſtra Romanorũ eſſent, renunciarẽt.

σκήπτων.) Nimirum ſapiens fuit, qui uetuit ſententiã ferre, priuſq; utraq; pars audita eſſet. Tu uerò iam longè illum uiciſti. itaq; omiſſa ira clauas abijcio.

σκηπτός.) Inſtar turbinis marini, aut uiolenti fulminis, ſubitò erupit.

σκήψαι.) Scythæ quidam, Cruthingi dicuntur.

σκῆψις.) Illud uide, ne cauſam uanam prætexas.

σκῆψις.) Scepſis, urbs eſt Troadis, cuius meminit Demoſthenes in oratione contra Ariſtocratem.

σκιὰ θανάτου.) Vmbra mortis: id eſt, pericula ducentia ad mortem.

σκίαθος.) Sciathus. Inſula eſt proxima Eubœæ, cuius in Philippicis Demoſthenes meminit.

σκιαμαχῶ.) Id eſt, cum umbra pugno: de rebus quæ fieri nequeunt.

σκιὰ ὀνείρων.) Vmbra ſomniorum: de rebus incertis. Damaſcius: Quando pro rebus geſtis ſimulachra quædam conſcribimus, umbram ſomniorum ſecundum Pindarum.

σκιάποδες.) Sciapodes, Libyæ populus, latos habens pedes: qui in æſtu umbra ſe pedum protegit, apud occidentalẽ Oceanum, iuxta torridam zonam.

σκιάποδες.) Hos dicunt habere plantas toto corpore maiores. Quòd uerò nõ habeant domos, ſed æſtu conſumantur: quadrupedum inſtar ingredientes, altero pede erecto reliquum corpus obumbrare. Hoc enim illis natura donauit, quòd terra illorum æqualis eſt, & aſpera, & latebras nullas habet ad æſtum effugiendũ.

σκιάποδες.) Antiphon in libro de Concordia: Gens eſt Libyca. Cteſias in deſcriptione Aſiæ: Supra hos, inquit, ſunt Sciapodes, qui & pedes anſerũ inſtar habent, ualde latos, & in æſtu ſupini iacentes umbra ſe pedum protegunt.

σκίλλα.) Squilla, herbæ genus amaræ, & mortem ijs qui edunt ferentis. (At medici acetum ſquillinum ſaluberrimum eſſe tradunt.)

σκιμαλίσω.) In cõuiuio, cum is qui Zenoni aſſidebat, eum qui infra ipſum accũbebat, pede fodicaret, ipſe genu eum tetigit. Qui cum ſe conuertiſſet, Quid ergo, inqt, eũ ſentire cenſes, qui infra te ſedet?

σκιωρῖται.) Sciotitæ, cohors Arcadica ſexcentorum uirorum, quæ & pugnã auſpicatur, & prælio extrema excedit.

σκιπίων.) Scipio dux fuit Romanorũ, qui oracula potius locutus eſt, quàm uerba fecit. Euerſa enim Carthagine, cũ Romani confiderẽt ſe pacatè & trãquillè in poſterũ uicturos, in medium progreſſus: Nunc quidẽ, inquit, exiſtimandũ eſt, hæc bellorum initia eſſe in periculo enim erimus. Cęterùm Romanos ſublatis Carthaginen-

*Victoriam unam certa pax non ſecuta.*

ginenſibus alij hoſtes aggreſſi, ſatis uiriū habuerunt ad eos caſtigādos. Nam cum *rex poteſtatē ſuo arbitratu quiduis agēdi nactus eſſet: mirabilib. quibuſdam affectibus in animo eius exortis, ad bella externa & res lōgè abſurdiores ſuſcipiēdas totius regni uirib. cōtractis eſt impulſus.

Videtur de Philippo aut Perſeo loqui.

σκίρον.) Scira, feſtum apud Athenieſes, à quo menſis etiam σκιροφοριὼν appellat̃. Dicunt autem ij qui de menſibus & feſtis Athenienſium ſcripſerunt, ſcirū eſſe umbellam, quam habeāt, qui ex arce in quendam locum qui Scirus dicatur, abeāt, Mineruæ ſacrificula, & Neptuni & Solis ſacerdos. Eam uerò umbellam geſtari ab Eteobutadis, quæ ſignum ſit temporis ad ædificandum commodiſſimi. Atq; etiam Mineruam Sciradē colunt Athenienſes: q; Philochorus lib. 2. Atticarum rerum, à Sciro quodam Eleuſinio uate appellatā eſſe, Praxion uerò lib. 2. rerum Megaricarum, à Scitone affirmat. Mineruam Sciradem fecit Theſeus, Minotauro occiſo reuerſus. Scira autem terra alba eſt, gypſi inſtar. Alij cognomentum hoc à Sciro, conditore Salaminis, deducunt.

σκιροφοριὼν.) Mēſis Athenienſiū duodecimus, dictus à Scirade Minerua.

σκίρωμα.) Sciroma, id eſt duricies: malum hepatis eſt immedicabile.

σκίρταλ⊙.) Diogenes Sinopenſis ſenex, à Scirtalo pirata captus eſt.

σκίταλοι.) Apud Ariſtophanem dicuntur homines nihili & mali. Fuit Sciton homo uilis, & ob improbitatem infamis. Ariſtophanes: Agedum Scitali & Phenaces inquam ego: Bereſcheti, & (Coalemi) Cobali, & Mothones, forūq; in quo puer inſtitutus ſum: Nunc mihi & audaciam & linguam uberem date, & uocem impudentem. Nomina dæmonum quorundā impudentiæ præſidum per deriſum confinxit: eaq; tanquam deorum pronūciat, quaſi cohortans ſeſe & confirmās ad confidentiam & impudentiam. Nam Scitali quidem, ſunt uiles & improbi: Bereſchethi, uæcordes: *Coalemi, qui ſtulte & ſentiunt, & garriunt: Mothones, ſunt pediſſequi, aut ſaltatores.

Impudētiæ dæmones.

* Cobali.

σκίφη.) Cuiuſdam poetæ uerſus Crantor philoſoph' dixit ſciphes eſſe plenos: id eſt, uel gladiorum, uel pudendorum, uel culicum.

σκλαβηνὸν.) Sclaui, gens ultra Iſtrum.

σκληρὰ βροντὴ) Interim tonitrua dura ſonuerunt, & aqua è cœlo delata Barbaris neruos laxauit.

σκληρότερον ὑλακτῶν ἠπειρώτε κυνὸς.) Aſperius latrans Epirotico cane, calamitate atterebatur & inſaniebat.

σκληρύγηροι δέλτοι.) Libelli, qui ob certā duritiem difficulter inſcribuntur: diu aūt, quæ inſcripta ſunt, retinent.

σκληφρός.) Acharnenſes perſtringebātur tanquam agreſtes & duri.

σκνιψ ἐκ χώρας.) Scnips (culex, uermis) è regione. De ijs qui locum mutant, prouerbium dicitur. Eſt enim ſcnips animal paruum, erodens ligna.

σκολιὰ μελίτε καρικῶν αὐλημάτων.) Obliqua Meliti Caricorum carminum. Melitus hic tragicus fuit poeta, qui Socratē accuſauit. Sed reprehenditur, ut frigidus in Poeſi, & malis moribus præditus. Carica uerò carmina, cantiones lugubres ſunt.

Melitus accuſator Socratis.

Carica carmina.

σκολιὸν.) Cantus ad pocula. Dicæarchus in libro de Muſicis certaminibus tradit, tria cantionum genera eſſe. Vnum, quod ab omnibus caneretur ſingulatim ordine: alterum, a doctiſſimis quibuſque, utcunque ferret ordo, quod ob ordinem, σκολιὸν, obliquū uocaretur. Vt autem Ariſtoxenus & Phyllis muſicus, quod in nuptijs circum unam menſam multos lectos collocantes, alternis ordine, myrtos tenentes, canerent ſententias & amatorias contentiones. Circuitus uerò ille fuit obliquus, ob lectorum collocationem.*

Cantionum tria genera.

σκολιὸν ὑπόμνημα). Scripſit Tyrannion de obliquo metro, quod propoſitum ei fuit à Caio Cæſare.

σκολιὸν.) Facile per antiphraſin: carmē quoddam paucos uerſus continens, uelut: Bonorum humanorum aliud eſt antiquius, aliud uerò ſecundarium, ut & Plato inquit. Et, Scolion canit cuiuſmodi eſt: Diuitiæ & ualetudo.

σκολιὸν.) Timocreon poeta heroicus, ſcripſit Scolion contra diuitias, cuius initium eſt: Vtinam cæcæ diuitiæ nunquam neque in terra, neque in mari, neque in continente conſpectæ eſſetis: ſed in Tartaro & Acheronte habitaretis. Veſtra enim cauſa exiſtunt omnia inter mortales mala. His ſimilia ſunt uerba in decreto Periclis, quo uetuit, Megarenſes neq; foro, neq; mari, neq; continente recipi: uerbis obliquis uſurpatis, quæ Timocreōtis uerſibus eſſent ſimilia.

Inſectatio diuitiarum.

Periclis decretum.

σκόλοψ.) Conſueuerant ſtímulos occultare in uineis, ne quis primo impetu & facilè incommodaret. Palus ipſis & ſtimulus

mulus infigar, ne amplius (pro πιτῶσι f. legendum πατῶσι, conculcent) bibant uites meas. Stipites, q poſt ſuccifam ſyluā eminebant, reſecabāt, ſolumq; cōplanabant.

σκόπας.) Scopas Ætolorum dux, cum excidiſſet magiſtratu, cuius gratia leges ſcribēdas ſuſceperat, ſpe pendebat. Profectus enim Alexandriam, perſuaſum habens, ſe ſpe, quæ inde affulgeret, quod rei familiari deeſſet, expleturū: ſemperq; plu-
Miles auarus. ra appetens, non contentus fuit ijs quæ aderant, homo inexplebili auiditate. præter enim ea emolumenta quæ in eius poteſtate erant, eò quòd ſumma rerum eius fidei commiſſa eſſet: rex in ſingulos dies decem minarum ſtipendium ei largitus eſt: ijs uerò qui poſt eum magiſtratu aliquo fungebantur, minæ unius. Non tamen contentus his, æquè ac prius, ſemper amplius aliquid appetiuit, ex auaritia ipſis præbitoribus inuiſus, (f. toto animo in aurum fuit intentus, uel, propter aurum uitam amiſit: uel auro immortuus eſt) & ſpiritum appoſuit auro.

σκοπελιανός.) Scopelianus Clazomeni⁹ ſophiſta, fuit ſub Nerua. docuit Smyrnæ, auditor fuit Nicetæ, floruit temporibus Apollonij Tyanei: ad quem & epiſtolas ſcripſit Apollonius.

Superbia inuiſa Deo. σκοπιά.) Aelianus: Non laudat Deus eos qui menſuras conculcant, quiq; appetunt ampliora ſorte ſua, & ſublimes ſpeculas.

Allium. σκοροδίοις.) Ariſtophanes in Pluto: Abſtergemus nos non pumicibus amplius, ſed cauliculis allij, præ luxu. Ridiculè hoc dictum, pro ſapone. Quia uerò ſubinde comedebant allium: hoc ait, quòd locupletati ueterem uictus rationem contemnerent. Quidam σκορόδια interpretantur, allij caules, quibus Athenienſes fame conflictantes uſi ſunt. Neq; uerò ſimpliciter hoc dicit, ſed ut oſtendat, res ſuas ita eſſe mutatas, ut quæ antea libenter ediſſent, his nunc anum purgarent. Delectantur allio Thraces, non immeritò, utpote calido: cum regionem incolant frigidam. & prouerbium, σκόροδον ἐν δικτύοις, Allium in retibus. Athenienſes quoties nauigationem aut expeditionem adornabant, commercabantur allia: eaq; retibus impoſita, ſecum ferebant.

Archimedes. σκορπίδια.) Mechanicum auxilium. Archimedes iterum aliud inſtrumentum parauit, aduerſus eos qui è nauibus pugnabant, ferè uiri altitudine: multis locis mœnia perforauit, palmi circiter magnitudine in exteriore ſuperficie, iuxta quæ ſagittarijs & arcubus intra mœnia collocatis, eos qui naues conſcendebāt, repellebat.

σκορπίος.) Milites cum ſerò ueniſſent, Babylonicæ inferiæ.
cadauera uiderunt, & ritu Babyloniorū in ea coniecerunt, alius pileum, alius chlamydem, alius maſſam panis, alius fructus arborum: & magna ſumma nummulorū coacta eſt.

σκόπος.) Fuit Iuſtinianus ſimulator, iræ occultator. Fugite è caſa obſcuri mures: Neq; enim paupercula cella Leonidæ mures poteſt paſcere.

σκότος.) Tenebræ, dicuntur afflictiones: lumen, liberatio ex his, itemq; ignorantia & cognitio.

σκώλια.) Scolia, feriæ apud Athenienſes, quibus perunctos utres inſilire ſolebant, in honorem Bacchi. (Mollib. in pratis unctos ſaliere per utres.)

σκῶλος.) Huius ego uiuentis impudētis hominis infigerem ſpinas oculis: & ſi fas eſſet, crudos eos deuorarem. Exime mihi ſpinam aſperam, quæ ungulam læſit: inquit aſinus ad lupum.

σκυζᾶν.) Camelus decem menſes geſtat in utero, undecimo parit, & anno intermiſſo rurſus prurit.

σκῦθαι.) Sub Claudio, Romanorum imperatore, Scytharum reliquiæ ſuperioribus impreſſionibus ſub Galieno iunio 320000.
re, elati, Erulis & Peuceſtis & Gotthis aſ- Scytharum
ſumptis, congregati circa Tyram fluuiū, 900 naues.
impetum fecerunt in Pontum: & nongentis nauibus conſtructis, trecentisq; & uiginti millibus in eas impoſitis, Ponto enauigato, aggreſſi Tomos urbem, re- Tomi.
pulſi ſunt: eodémq; modo à Marciano- Marcianopolis.
poli. Cum autem anguſtias Propontidis occupaſſent: naues aliæ alijs alliſæ nullo ordine ferebantur, gubernatoribus gubernacula remittentibus. Itaque nonnullæ unà cum uiris ſubmerſæ ſunt, quædam etiam abſque uiris alliſæ: plurimique perierunt. Reliqui uerò uerſus Cyzicum nauigarunt: & uſque ad Atho circumuecti, nauibusq; refectis Caſſandriam & Theſſalonicam obſederunt. Sed repulſi, & in mediterranea progreſſi, omnibus agris direptis, diuerſis in locis perierunt. Quotquot uerò euaſerunt, Romanis ſunt annumerati, & ad agriculturam ſe contulerunt.

σκύθης ὁρᾷ.) Scytha uidet. &, σκύθης τὸν ὄνον. Scytha aſinum. Prouerbium, aduerſus eos qui uerbis auerſantur, quod re cupiunt. Quidā enim conſpecto aſini cadauere,

uere, dixit: En quod cœnes, ô Scytha. Ille primùm aſpernatus atq; abominatus, poſtea uerò diligenter quæſijt, eoq́; apparãdo fuit occuparus. *Anacharſis.* Anacharſis Scytha fuit, matre Grę̨ca hauc q́; ob cauſam duas līguas calluit, & leges Scythis tulit.

*Seueritas Platonica.* σκυθρωπάζω.) O' Plato, ut nihil noſti præterquam tetricus eſſe, tanquam cochlea, grauiter ſublatis ſupercilijs.

σκύλα.) Heſperio Marcellus redit ex bello, prædam ferens ad fiues Italiæ oblongæ. Ariſtophaues: Quicuuq; neq; lectum neq; ſtragulas habeut, eant cubituri ad coriarios. De ijs q̃ latêre nequeũt.

σκύλλα.) Scylla, in Tyrrheno mari mõſtrum ferebatur eſſe, uſq; ad oculos mulieris pulcherrimæ forma præditum: utrinq; uerò canum capita ſena habẽs, reliquum corpus ſerpentinum.

*Carianda.* σκύλαξ.) Scylax Cariandenſis (Eſt autem Carianda urbs Carię, propè Halicarnaſſum) Mathematicus & muſicus, ſcripſit nauigationem extra columnas Herculis. De Heraclide Mylaſſorũ rege, terræ ambitum, (ἀντιγραφὴ πρὸς τὴν πολυβίου ἱστορίαν) ſcriptum cõtra Polybij hiſtoriã.

σκύμνος.) Non eſt leonis catulus in urbe alendus. Ac potiſſimùm quidem fuerit, leonem in urbe non ali: ſin aliquis al- *Leonini catuli graues urbibus.* tus fuerit, morib. eius ſeruiatur. Aeſchylus dicit de Alcibiade: Non educandum eſſe hominem elatum: ſi quis uerò educatus fuerit, non eſſe iritandum, ſed cicurandum. Et Euripides quidem cõſuluit, non recipiendum. Aeſchylus uerò talē quandam ſententiam attulit: Non eſſe recipiendum: aut ſi receptus ſit, mores eius ferẽdos. Aeſchylus itaq; ſapienter, Euripides uerò euidẽter locutus eſt (σοφῶς, σαφῶς εἰπεῖν.)

σκυρία δίκη.) Scyrium iudicium. Qui in iudicijs tergiuerſabantur, ſe peregrè in Scyro abfuiſſe dicebant.

σκυτάλη.) Epiſtola Laconica. Fuit autem ſcytala lignum politum oblõgum. *Scytala.* Duæ apud Lacedæmonios fuerunt ſcytalæ, quarum alteram Ephori retinebãt: alteram duci, quem ad bellum ablegabant, tradebant. & cum aliquid mandare ei uolebant, corrigiam albam in ſcytala complicabant: in eaq; ſcribebãt, & inuolutam tabellario tradebant hoc uerò faciebãt, ne tabellarij cognoſcerẽt quid *Syngrapha Spartana.* in ea ſignificaretur. Dux uerò corrigiam acceptam ſuæ ſcytalæ circumplicabat, itaq; ſcripturam cognoſcebat. Dicitur ſcytala & epiſtola, & lignũ ipſum in quo epiſtola eſt. Dioſcorides In libris de inſti- *Außgeſchnitt ne zettel.* tutis ait: creditores Spartæ diuidere ſcytalã duobus præſentibus teſtibus: & ſcribere pactum in utraq; parte, & alteram uni ex teſtibus date, alteram uerò ipſos ſeruare. Vtebantur Illa etiam aliter, ut Ariſtoteles in Ithacenſium republica libro 42 ſcribit.

σκυταλίδες.) Scytalides, uel Scytalia, tormenta ignẽ eiaculãtia, lignea, alia pedis, alia cubiti magnitudine, acuta, quæ ſummo digito uix auſis attingere, & in capitibus diſtincta ferreis ſtimulis, quibus implicita erat ſtuppa & faces, eademq́; perfuſa pice, ac alij quidem incẽſa porrigebant, alij contenta iaciebãt in ptimam (ἀκίας. f. ἀκίδας uel οἰκίας, in primas ædes) aciem: quæ cum ui irruerent, & ſtimuli tabulatis infigerentur, perſeuerabat ignis, celeriterq́; incendebat.

σκύτινος.) In capite galeæ erant coriaceæ, cuiuſmodi ſunt Paphlagonicæ, criſtam habẽtes in medio, ferè tiaræ inſtar.

σκυτοτόμος.) Sed mirum in modũ concio plena erat candoris. De mulieribus loquitur, ꝙ albæ eſſent: quoniã cotiarij in umbra ſedẽtes, munere ſuo fungũtur.

σμάραγδος.) Smaragdus, gemma pre- *Anulus Polycratis.* cioſa. Argumentum firmiſſimum pietatis Polycratis Samij fuit ſmaragdus, in mare cõiectus, repertus, captusq; piſcis qui eum deglutierat.

σμηκίθης.) Smecithi dominus. Fuit Smecithus Thracum rex cinædus. Athenis autẽ ea conſuetudo uiguit, ut cum mulier in ius uocabatur, ꝓclamaret præco, nomine mulieris edito. exẽpli gratia: Aſpaſia & Dñs eius, id eſt maritus, citatur.

σμῆνη.) Impreſſiõe in Colchos facta, *Mel Colchicum.* nihil admirati ſunt pręterquam apũ examina, quæ multa ibi erãt: & quicunq; mi- lites de fauis ederãt, omnes errore mentis ſunt affecti, eoſq́; euomuerunt: multiq; decumbentes poſtridie ſurgebant, tanquam nenenum hauſiſſent.

σμῆνος.) Homerus de Neſtore: Huius ex ore melle dulcior manabat oratio.

σμίνδην.) Hoc ipſum uolo, niſi ligo mihi præciderit ſpem meam.

σμώχετε.) Ariſtophanes; Viriliter manus inijcite, & edite ambab. buccis. Nullum enim, ô ærumnoſi, alborum dentiũ munus eſt, niſi aliquid mandant.

σμοῖος.) Smœus inter ipſas, equeſtri ſtola indutus, mulierũ perpurgat patellas.

σοβαρός.) ſuperbns. nam Sybaritas dicunt opibus & delicijs excelluiſſe, un-

O de

de nomen hoc factum ſit.

*Inſectatio nefaria cuiuſdam.* σωβαρός.) Talē in ſomno uti par eſt, neq; ſecus quàm decet, luſcioſum illū & auarum & callidum & ſtupidiſſimum ad me liota, guloſiſſimum uerò ad internecionem eorum, à quibus aditur, maximo furore percitum. Cęterùm perditus, immatura ætate per contumeliam in malam rem abijt, pręmia facinoribus ſuis digna conſecutus, homo nefarius, & atro diei ſimilis: qui ius perperam dicēdo, iniuſtè multos cōdemnauit, irā non ueritus, nō curans Adraſtiam, neq; Nemeſin reformidans. atq; hæc argumenta euidentia ſunt Tartarei & Tantalei eius ſupplicij: *Qui mala multa patrat, ꝗ mala multa luet.*

SODOMA & Gomorra, nomina urbium turpium & impiarum.

σολομών.) Solomon rex Hieroſolymorum, filius Dauidis, ex Vriæ uxore Berſaba: qui uxores duxit ex gentibus, contra mandatū Dei. uniuerſæ uerò illi fuerunt uxores unà cum Iſraeliticis, ſeptingētæ: concubinę uerò trecētæ. Prouecta uerò ętate, ab Ethnicis mulieribus deprauato animo, ad idololatriam deflexit. Coluit enim Aſtarten, deam Sidoniorū, & Chamon, deum Ammonitarum: & ex mille uxoribus ſolus illi mas natus eſt Roboā filius, & ipſe ex alienigena Naama Ammanitide, indignus imperio. Multitudo enim coniugiorum orbitatem facit.

*ἀλλοφυλοπολυγαμία.*
*εἰδωλολατρεία.*
*E' mille mulieribus unum filium.*

σολομών.) Solomon, Filius Dauidis, rex Iudęorum, ſapientia, potentia & diuitijs præſtans & illuſtris, ius prudenter & ſapienter dicendo ab æquitate nunquam recedebat, in omni ſe exercens ſapiētia, diuina gratia plenus: doctrinæ auditores plurimos habuit. Hæc & id genus alia cū ageret, naturæ imbecillitate à corporis uoluptatibus ſubactus, uxores numero mille ducit: à quibus ei perſuadetur, ut idololatra fiat. propterea mandauit Deus, ut regnū eius diuideretur, non ipſius temporibus, ob memoriam Dauidis patris eius: ſed poſt eius obitū, quòd potentibus (ut inquit Solomon) ualida inquiſitio imminet: hoc eſt, Deus ab uirtute perfectis exactiſſima quæq; poſtulat. Ac alijs quidem hominibus grauiter delinquentibus parcit, ſanctis uerò non eandem dat ueniam. Idem Solomō alio loco: Minimo quidē uenia datur, & miſericordia, potentes uerò potenter punientur. Solomon à pace dictus, quòd eius temporibus pax fuit.

*Ob ſimulacrorum cultum regnū diuiſum.*
*Potentium acris examinatio.*

σόλων.) Solon Execeſtidæ filius, Athenienſis philoſophus, legumlator, & pōpuli princeps. Fuit Olympiade 47, alij tradunt 56. Inſidijs uerò petitus à Piſiſtrato tyranno, ſeceſſit in Ciliciam: & ciuitatem cōdidit, quam à ſuo nomine Solos dixit. Alij etiā Solos in Cypro ab eo nomen habere dicunt, & deceſſiſſe eum in Cypro. Scripſit leges Athenienſib. quas axonas nominarūt, quòd ſcriptæ eſſent in ligneis tabulis. Eſt & eius elegiacum poema, quod Salamis inſcribitur: & præcepta morum elegiaca, & alia. Eſt & hic unus ex ijs qui ſeptem ſapientes dicuntur, & fertur eius ſcitē dictum hoc: NE QVID NIMIS, aut NOSCE TE.

*Soli Ciliciæ, Cypri.*
*Athenienſes axones.*
*Scripta.*

σόλων.) Hunc, Ij qui delecti erāt ad bellum inferendum Cirrhæis, in conſilium adhibuerūt. Oraculum autē de uictoria ſciſcitantibus, reſpōdit Pythia: Nō prius urbis diſijcietis turrim captam, priuſquā meum templū glaucæ Amphitrites fluctus alluat, reſonans in nigrū mare. Suaſit igitur Solon, ut Deo Cirrhæam cōſecrarent, ut ædi Apollinis uicinū eſſet mare. Excogitauit Solon aliū quoq; aſtum aduerſus Cirrhæos. nā fluuij aquam per canales in urbem fluentem, aliò auertit. Nihilominus illi obſidētibus adhuc reſiſtebāt, tum è puteis, tum aquā pluuiam bibētes. At ille hellebori radicibus in flūmen iniectis, cū animaduertiſſet aquam ſatis eſſe infectam, fluuium in ueterem alueū reduxit. Itaq; Cirrhæi aqua affatim hauſta, profluuio uētris perierunt. Amphictyones uerò, qui in caſtelli præſidio erant, & caſtellum & urbem cæperunt.

*Cirrhæa conſecratio.*
*Infectio fluminis.*

σόλων.) Solon legumlator Athenienſiū, ab amicis uictus, ære alieno oppreſſis, nouas tabulas inſtituit.

*σεισάχθεια.*

σολπίκιος.) Sulpitius Rufus conſul, uir fuit cùm in re bellica clarus, tum in Republica mediam uiam ingreſſus.

σόλοι.) Ciliciæ urbs, & Cypri: à quibus ſolœciſmus, cum ſua lingua barbarè loquerentur. hanc Solon condidit, à quo cognomen ſortita eſt.

σολοικισμός.) Barbariſmus eſt, ex uitijs dictiōis, præter cōſuetudinē probatorū Græcorum. ſolœciſmus uerò, eſt ſermo incongruè cōpoſitus, ut illud: Ego ambulās murus cecidit. pro, me ambulāte.

σορός.) Heus tu fumoſe & attritis manibus, deſideras atq; amare uideris elegantē ſandapilā. Ariſtophāes: Pollinctorib. inſaniā ei narrabo. hoc eſt, nihil ei medebiť niſi mors, & parāda ſūt illi funebria.

σῦ.) Ariſtophanes in Crabronib. Vbi ubi

ubi eſt meum rete? tuũ tuum rurſus tuũ ſupra aues eſt. Idẽ: Sapientis eſt uiri, cõpendio pulchrè multa uerba complecti. Ego uerò communi calamitate percuſſus, ſupplex accedo ad te.

*Potor ſtrenuus.*

σουβαρμάχιος.) Subarmachius ſatellitũ fuit dux, fideliſſim⁹ eunucho Eutropio: plus uerò uini bibebat, quàm capere poterat: ſed tamen eius uẽter, propter conſuetudinem & exercitationem adeò robuſtam & ſtrenuã, omnia ferebat ad naturalem humorũ exceſſum. Sẽper itaq; fuit ebrius, ſiue potaſſet, ſiue non potaſſet: ebrietatem autẽ diſſimulabat, incerto pedum ingreſſu & caſui reluctans ob iuuenilem ætatẽ, & ſubſiſtens. Erat autẽ regii generis Colchus germanus, ex ijs qui ultra Phaſidem & Thermodontem habitant, ſagittarius optimus, niſi immodicus luxus ſuis eum ſagittis cõfeciſſet.

*Sagittarius, Bacchi ſagittis confixus.*

σούκινοι.) Annuli è ſuccino atq; eburnei, conducunt mulieribus.

σούπερβος.) Tarquinius, ſeptimus & ultimus rex Romanorũ, cognomento Superbus, omnẽ poteſtatem in ſe tranſtulit, ac Rempublicam oppreſſit: ut qui talibus artibus regno potitus eſſet, cùm legibus abrogandis, tũ magiſtratibus contra morem maiorũ deſignãdis, per eaq; populo excarnificãdo: uincula itẽ excogitauit, & flagella, & cõpedes ligneas, ac ferreas, cathẽas, metalla, exilia, cõtẽptor & arrogans, unde & cognomen habuit.

σουπεριανός.) Superianus ſophiſta, genere Iſaurus, Lacharis diſcipul⁹, ſerò quidem ille ad diſcendũ acceſſit, & ingenio tardiore fuit: adeò uerò laborioſus & diligens, ut cũ annos amplius triginta natus Oratorũ libros legere cœpiſſet, & ut paucis dicã, liberalibus diſciplinis operã dare, à ſeipſo illa per uim exigeret, nec obiurgationibus nec flagris parcẽs: atq; ea ætate ediſceret, quę ab alijs omnibus in puericia pædagogi & magiſtri exigũt. Cæterùm Superianus ipſe à ſeſe flagris cæſus, ſæpè in balneis uidebatur. Nequaquam igitur ſpe fruſtratus fuit: ſed paulo pòſt Athenis, ſplendida illa & celebri urbe, deſignatus ſophiſta, Lachare gloria non multo inferior. Noui enim, etiã Lacharem ſophiſtã eſſe factũ, diligẽtia magis quàm ingenio. Legenti enim mihi, & eius orationes ex ijs coniecturam capienti, ualdè fuiſſe diligẽs uiſus eſt, ingenio uerò tardiore. uidi etiã imaginem uiri, omnino denunciantẽ, qua natura fuerit Lachares, ad eruditionem quidẽ tardior, ſed uultu ad uirtutem optimè formato: dignus magis qui philoſophus, q̃ ſophiſta uocetur. nam alioqui etiã Deo charus uir fuit Lachares, ut qui amiſſum uiſum receperit.

*Exactor ſeuerus, et caſtigator ſui.*

*Lachares.*

*Viſum recepit.*

σούσιον.) Cadauere cremato Suſij oſſa patri Tithono afferunt.

*De Memnone fit ſermo.*

σοφία.) A' latere ſanctæ Sophiæ, colũnæ ablatæ ſunt gentiles 427 deorũ gentiliũ, & Cari, (πατρῴων partim) patrui Diocletiani, & duodecim ſignorũ Zodiaci. Imperatorum autẽ Chriſtianorũ ſtatuæ octoginta, quibus Iuſtinianus urbi diſtributis, magnũ templum extruxit. Sapientia ſtulti, ſermones ſunt imperuij. Sapiẽtiam communiter omnium rerũ doctrinam, & artem, & prudentiã, & ſcientiam, aut mentem dicunt. Semel uſus eſt hac uoce Homerus, non ut nunc, de morum conformatione per inſtitutionẽ & (πραγμάτων quid ſi γραμμάτων? literis) uſum rerum, ſed de arte fabrili.

*S. Sophiæ templum.*

*Sapientia.*

σοφός.) Sapiens, qui ſapientiã profitetur: is uerò fuerit animo ad ſummũ perpolito. Philoſophus autem, ſapientię ſtudioſus. Sapientia eſt etiam facundia, & diuinarum rerum cognitio. Sapientiam Plato exiſtimat maximè propriè, eã quæ ſit earum rerũ quæ intelliguntur, & uerè ſunt, ſciẽtia: quã uerſari dicit circa Deũ, & animam à corpore ſeparatã. propriè ſapientiam etiam philoſophiam uocat, quæ ſit cupiditas diuinæ ſapiẽtiæ. Apud eum item ſapientia dicitur omnis experientia: ut eũ ſapientem dicit opificem.

*Sapientia Platonica.*

*Philoſophia.*

σοφιστὴς.) Impoſtor. Dicitur & ſophiſta, qui oratione ſeducit: & magiſter, ut qui ſapientes reddat. Olim ſapiẽs dicebatur ſophiſta. Aduerſus dolores & morbos ſummus ſophiſtes, id eſt artifex, profligator dolorum & morborum, hoc eſt, medicus excellens. ſophiſta, omnis artifex, & qui eloquentiam profitetur, & qui uolens in uerbis cauillatur.

σοφιστὴς.) Priſci ſophiſtas dicebant oẽs eruditos, & ſapientiam tribuebãt etiam Muſicæ. Philoſtratus Lemnius: ſapientes quidem nos ſumus, ſed non in omnibus rebus artifices. Ariſtophanes in Nubibus: Quàm plurimos alunt Nubes, ſophiſtas. loquitur de ijs, qui de rebus ſublimibus nugantur. Abuſiuè ſophiſtæ dicuntur, oẽs qui diſciplinis eruditi ſunt. Neq; uerò mirum id eſt, cũ ne tibicines quidem ſic appellare dubitauerint. Plato certè quidem, comicus poeta, in fabula ſophiſtis, etiam Opuntium poetam

Bacchylidem nomine ſophiſtarũ comprehendit. Sophiſta eſt, qui poteſt oſtentatione ſapientiæ rem facere.

*Tres actores. Tritagoniſta. Chorus 15. Apis cognomen. Filij. Fabulæ.*

σοφοκλῆς.) Sophocles, Sophili Colonei filius, Atheniẽſis, tragicus poeta. Natus eſt Olympiade ſeptuageſima tertia, ante Socratem annis ſeptendecim. Hic primus tribus actoribus uſus eſt, & eo q uocatur Tritagoniſta. Primus etiã chorũ ex iuuenibus quindecim introduxit, cũ antea duodecim tantũ ſolerẽt. Appellatus autẽ fuit Apis, ob orationis ſuauitatẽ. Primus quoq; tragicas cõtẽtiones ac cõpoſitiones inſtituit, ſed nõ delectũ (ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν) militũ. Scripſit inſuper Elegiã, & Pçanas, atq; orationẽ proſam: quũ de choro aduerſus Theſpidem & Choœtilum cõtenderet. Filios habuit Iophontẽ, Leoſthenẽ, Ariſtonẽ, Stephanũ, Meneclidẽ. Obijt ſexto anno poſt Euripidis mortẽ. Exhibuit fabulas centũ uigĩti tres: quãquã alij dicũt multo plures. uictorias aũt uigintiquatuor reportauit.

*Apollonius Sophocle caſtior.*

σοφοκλῆς.) Sophocles Ariſtonis filius, nepos ſuperioris Sophoclis ſenioris, Atheniẽſis, Tragicus poeta, edidit tragœdias 40: alij dicunt undecim. uicit ſeptẽ. Scripſit & elegias. Apollonius tẽperantia excellebat Sophoclem. nã ille quidẽ furioſum & agreſtẽ dominũ ſe dixit effugiſſe, cũ conſenuiſſet: Apollonius uerò Tyaneus, pro uirtute ſua & modeſtia, ne in adoleſcentia quidẽ ab illis uictus eſt, ſed florẽti ætate & robuſto corpore, furioſo etiã iſti dño eſt dominatus. Quidã tamẽ eum calumniãtur, ut qui in re amatoria impegerit, eaq; de cauſa annũ apud Scythas exegerit. *Euphrates.* Cæterùm ne Euphrates quidẽ unquam ob rẽ Veneream ullum calumniatus eſt, quamuis falſas literas cõtra eum cõmentus. Aduerſabatur enim Apollonio, qui eum pecuniæ cauſa omnia facere dicebat: reuocabatq; à quæſtu, & cauponatione ſapientiæ.

σοφοκλῆς.) Sophocles Atheniẽſis, tragicus poeta, & Lyricus, nepos antiqui Sophoclis: fuit poſt Pleiadẽ, hoc eſt ſeptem illos tragicos qui nominati fuẽre πλειάς. Tragœdiæ illius ſunt quindecim.

*Sophocles. Euripides. Socrates.*

σοφὸς σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' εὐριπίδης, ἀνδρῶν δ' ἁπάντων σωκράτης σοφώτερος.) Sophocles ſapiẽs quidẽ, Euripides uerò ſapientior, ſed omniũ Socrates ſapiẽtiſſimus.

σοφοὶ τύραννοι τῇ σοφῶν συνουσίᾳ.) Sapientes fiũt principes cõſuetudine ſapientũ. (Rectè addit: σοφοὶ γερόντων οἱ νέοι συνουσίᾳ. Sapiẽtes fiũt adoleſcẽtes ſenũ cõſuetudĩe.)

*Socrates ſtatuarius. Anaxagoras. Damon. Libidines. Militia. Xanthippe. Myrto. Liberi.*

σωκράτης.) Socrates Sophroniſci ſtatuarij, & Phænaretes obſtetricis filius, primùm ſtatuarius fuit: itaq; dicũt, Gratias ueſtitas Athenis, eius eſſe opus. Deinde philoſophatus eſt, audito Anaxagora Clazomenio, deinde Damone, deinde Archelao. Ariſtoxenus uerò Archelaum primùm eũ audiuiſſe dicit, & fuiſſe ei in delicijs, & acerrimum ad res Venereas: ſed ſine iniuria, ut Porphyri⁹ in Philoſophica hiſtoria tradit. Vir factus, militauit ad Amphipolim, & Potidæã, & ad Delium. In matrimonio habuit uxores duas: Xanthippen, ex qua habuit filium Lamproclem: & alterã Myrto, Ariſtidis Iuſti filiam, ex qua natus fuit Sophroniſcus & Menedemus, aut Menexenus, ut quibuſdã uidet̃. & quidẽ bello Peloponeſiaco fuit, (ὡς τύπῳ εἰπεῖν) ut paucis dicã, Olympiade 77. Vixit annos octoginta. *Interitus.* Deinde imprudẽtia, ac potius temeritate Athenienſiũ, cõpulſus ad bibendã cicutã, deceſſit, nullo ſcripto relicto: aut, ut quidam uolũt, hymno in Apollinẽ & Dianã, & fabula Aeſopica uerſibus reddita. *Nullum ſcriptum Socratis. Diſcipuli. Academici.* Philoſophos uerò effecit, Platonẽ qui relicto Lyceo (qui loc⁹ eſt Athenis) ſcholã in ſuburbiũ, quæ Academia dicitur, traduxit, eiusq; ſectatores Academici Philoſophi uſq; ad Ariſtotelẽ dicti ſũt. Is eñ, auditor Platonis cũ fuiſſet, in horto quodã ante urbẽ aperto ludo, ſuos diſcipulos, à loci illius deambulatione Peripateticos appellauit: *Peripatetici.* & Ariſtippũ Cyrenæum, qui peculiarẽ ſectã inſtituit, & ludũ aperuit, Cyrenaicum dictũ; *Cyrenaici.* & Phædonẽ Eleum: qui & ipſe peculiarẽ ſcholam aperuit, Eliacam ab ipſo dictã: *Eliaci.* pòſt aũt, hęc Eretriaca uocata eſt, cũ Menedemus Eretriæ docuiſſet. *Eretriaci.* Ab eo porrò magiſtro etiã Pyrrhon ꝓdijt: Antiſthenẽ, q Cynicã inſtituit hæreſim: *Cynici.* Euclidẽ Megarẽſem, q & ipſe peculiarẽ aperuit ſcholã, *Megarici.* quæ ab eo Megarica uocata fuit, à Clinomacho uerò diſcipulo Euclidis dicta fuit Dialectica: *Dialectici.* Xenophontẽ, Grylli filiũ, Aeſchinẽ, Lyſaniã Sphettiũ, Cebetẽ Thebanũ, Glauconẽ Athenienſem, Bryſonẽ Heracleotã, qui diſceptatricẽ Dialecticã inſtituit, unà cũ Euclide: Clinomach⁹ autẽ auxit: cũq; multi in ea uerſari eſsẽt, deſijt in Zenõe Cittico. hic eñ de ſeſe Stoicã, ꝓpter locũ, ſcholam ſuã nominauit, *Stoici. Bryſo.* q fuit Olympiade 125. quidã uerò Bryſonẽ nõ Socratis ſed Euclidis auditorẽ fuiſſe ſcribũt. Hui⁹ uerò & Pyrrho auditor fuit, à q̃ Pyrrhõij dicti ſunt. Alcibiadẽ, Critobulum Xenomedẽ, Apollodorũ, Atheniẽſes: prætereaq; Critonẽ & Simonẽ, &

Eu-

Eumarē Phliaſiū, Simmiā Thebanū, Terpſionē Megaricū, Euenū, Chærephontē. Theodorꝰ ēt cognomēto impius, eū *Theodorus.* audiuit. Qui cū inter res nihil intereſſe putatet ac traderet, peculiarē ſectā inſtituit, q̄ Theodorea uocata eſt. Hæc de Socr.

SOCRATES, cū tādē philoſophię animū adieciſſet, Archelai Phyſici diſcipulꝰ fuit: eāq; philoſophiæ partē, q̄ eſt de morib. & uita, excoluit. Habuit diſcipulos Ciues, Platonē, Xenophōtē, Alcibiadē, Critiā, Antiſthenē: Thebāos, Simmiā & *Numen.* Cebetē: Cyrenæos, Ariſtippū * Phædonē. Euclidē Megarēſem. Numē quoddā ſibi familiare eſſe dicebat, fidibus didicit *Connus fidicen.* apud Cōnū iā ſenex: q̄ nomine irriſꝰ, Solōis illud dixit, ὀψιμαθὴς μᾶλλον ἢ ἀμαθὴς, p̄ſtat ſerò q̄ nūq̄ diſcere. E' Xantippe ſuſcepit Sophroniſcū & Lāproclē. Cū aūt pleriq; adoleſcētes eū adamaſſent, inuidiā ſenſit, & *Gratia inuidiam, inuidia calumniam, calūnia cicutam parit.* primꝰ Ariſtophāes, Nubib. ſcriptis, eū exagitauit, tāquā corrūpentē adoleſcētes: & Atheū uocauit, ꝓpterea ꝙ canē & platanū, ob inſignē religionē ac nūinis reuerēriā iurabat. Poſt, Anytꝰ & Melitus hoc nōie eū accuſarūt, reūq; pegerūt. In æſtimatiōe mulctæ, ſe dignū eſſe dixit, q in Prytaneo aleref. Illi uerò capitis eū cōdēnarūt. In uinculis fuit lōgo tp̄e, dōec ſacra nauis è Delo rediret. Neq; em̄ licebat ante eā reuerſā, quēquā iudicio dānatū occidere. Critōe uerò fugā ei ſuadēte, *Fuga recuſata.* recuſauit: Leges inqt, uiolare nō licet. Epotaq; cicuta, uoti recordatus: Immolate, inqt, Aeſculapio. Cyrſas uerò qdā nōe, gn̄e Chius, Athēas uenit, Socratis cōſuetudine uſurus: cui iu*Socrates Cyrſa dormienti apparet.*xta ſepulchrū dormienti in ſomnis uiſus atq; locutꝰ eſt. Itaq; ſtatim abijt ille, hoc tantum fructu capto ex philoſopho.

σωκράτης.) Socrates Melius, & Chærephō, q nouit pulicū ueſtigia. De ijs q arcāa q̄dā dicūt. Erratū autē eſt in hiſtoria. Athenienſis em̄ fuit Socrates. Sed q̄niā *Diagoras Melius.* Diagoras Melius malè audiebat, ut numinis oppugnator: & Socratē, tāquā atheū, Cōicꝰ criminaf. Propter inqſitionē porrò omniū rerū, q̄ Socrati familiaris erat, q̄ſtionem mouet: quot pedes pulex ſaltet? eūq; pulicū ueſtigia noſſe, p iocū dicit. Vocē Melius qdā ſic acceperūt, ꝙ ingenia diſcipulorū acueret, priuſquā acceſſiſſēt efferata: trāslatiōe ſumpta à brutis beſtijs. Nā mela Græcè ſunt pecudes. Alij ad ſordes pilorū, & ſquallorem referūt. Diagoras Melius cū ſupiori tp̄e pius fuiſſet: depoſito fraudatus à quodā, ad impietatē ſe cōtulit. Quapropter Athenienſes indignati, Melū afflixerūt. Fuit & *Melius. Ariſtagoras.* Ariſtagoras Meliꝰ, dithyrābopœꝰ, q Eleuſinijs Initijs uulgatis, omniū maximè impius iudicatꝰ fuit: & ab eo Melios impietatis nomine criminantur. Nomē hoc & de blaſphemis uſurpatur.

σῶμα.) Quicqd agit, eſt corpꝰ: uox aūt à loqn̄tib. ꝓdiēs ad audiētes, agit: corpus igit̄ eſt. σῶμ' ὅλον καθαίρειν, φροντίδων δηλοῦ λύσιν.) Totū purgare corpus, curarū ſignificat ſolutionē. σωματοποιεῖν.) Exer*Explicatio ſomnij.*cēdo corroborauit eqs: refecit corpora & animos hominū. Zeuxis ſimulabat ille qdē ſe ſtare pactis & cōuētis. Sed reuera corpus exercere Philippū, eiq; p̄bere neceſſaria noluit. Illi uerò cogebātur p omnia dicto audientes eſſe, & omnē ſpē cōfirmare atq; amplecti. σωματοποιήσαντες.) Me celeriter aſſēſo, & cōfirmāte conatū: ꝙ eū uiderē tale argumentū expetere. σωματοποιῆσαι.) At ille dicebat, nō amittēdos è manib. eſſe hoſtes: neq; detrectatiōe pugnæ corroborādā eorū audaciā. Ille exigua ſpe cōcepta, p eos q obſidebāt̄ eā cōfirmabat. Polybius: Ille, per ſpeciē officioſi amici omnia conabat̄, q̄ facerēt ad hoſtes cōfirmādos: ipſorū uerò res in ſummū diſcrimen adducendas.

σώπατρος.) Sopater Apamēſis, ſophiſta *Sopater à Conſtantino interfectus.* & philoſophus, diſcipulus Iāblichi, quē Cæſar Cōſtātinus interfecit: ut cōfirmaret, ſe nō amplius eſſe gētili religiōi addictū. Erat em̄ ei familiaris priꝰ. Scripſit de ꝓuidentia, & de ijs, q p̄ter meritū felices ſint, aut infelices. Sopatrū Cōſtātinꝰ nō iuſtè occidit. * Bonꝰ em̄ eſt nō neceſſariò, ſed ex charitate (fortaſſis χριςὸς: Chriſtus. n. nō ui cogit: ſed Charitate allicit.)

σώπατρος) Sopater comicus. Ex fabulis illiꝰ ſunt, Hippolytꝰ, Phyſiologus, Silphia, Cnidia, Nycia, Pylę, Oreſtes, Phace: ut Athenæus in Dipnoſophiſtis. σώπατρος.) Sopater Parôdus, huius fabula eſt Bacchi, ut Athenæus in Dipnoſoph.

σώπατρος.) Sopater Apamēſis ſophiſta, aut potiꝰ Alexādrinꝰ, epitōas plurimorū ſcripſit: qdā uerò ēt excerpta hiſtoriarū eiꝰ eſſe dicūt. σώρανος.) Soranꝰ, Menādri & Phœbes filiꝰ, Epheſiꝰ medicꝰ, Alexandrię uerſatꝰ, Romę ēt medicinā fecit ſub Traiāo & Adriāo impatorib. cōpoſuit & libros plurimos & pulcherrimos. Soranꝰ Epheſiꝰ medicꝰ iunior, muliebriū rerū libros quatuor, ſcripſit, uitas & ſectas medicorū, & libros duos cōpoſitionū, & alia diuerſa. Aſclepiodotꝰ philoſophꝰ, *Aſclepiodotus.* & medicinā edoctꝰ, nihil recētiorū medicorū ꝓbabat, p̄terq̄ Iacobi. Ex ātiqori b. aūt, poſt Hipp. Soranū Cilicē cogm̄to Mallotē. σωρὸς.) Ariſtoph. O' aureū nūciū. Qūo? inqs? Itera dū eadē iſta mihi. Significas. n. eū pecūiarū aceruū afferre.

σῶς.) Ariſtophanes: O' uir charißime & fortißime, quantā abſens inieciſti nobis ſolicitudinem? Nūc uerò poſtquam incolumis redijſti, annuncia nobis quomodo rem geſſeris?

σωσαίνα.) Contra Sextum Aphricanū ſcripſit Origenes, eiq; refragatus eſt de Suſannæ libro in Danielem.

*Sit prima tuæ tibi cura ſalutis.*

σῶσας.) Quidam ex ſanctis dixit: Non poſtulatur à nobis omnibus, ut alios ſeruemus: ſed ut noſmetipſos, omnino ab omnib. Omni ſtudio cōſerua tuā animā.

σωσίβιος.) Soſibius, Lacedæmōius grāmaticus, ex ijs qui à reſoluendo uel explicando dicuntur (οἱ ἐπιλυτικοὶ καλούμενοι) in quibus & hoc narrat, genus Comœdiæ eſſe quod dicatur Diclista & Mimela, à duplici concluſione, & imitatione, & de Mimelis in* Laconia dictis ueteribus. Et alius Soſibius, falſus curator Ptolemæi, homo callidus & ſenex, atq; etiam maleficus in regno. ac primū fertur inſtruxiſſe necē Lyſimacho, filio Arſinoes: deinde magna cōtumelia urgente (πολλῆς ἐπικειμένης ὕβρεως) rurſus in ſe uetera incendit uulgi odia.

σωσίθεος.) Syracuſanus, aut Athenienſis, ac potius Alexandrinus, ex Troiana Alexandria, unus ex Pleiade, ęmulus Homeri tragici, filij Myronis Byzantiæ, floruit Olympiade 164. Scripſit & poemata & proſam.

σωσικλῆς.) Soſicles Syracuſius tragic⁹, edidit fabulas 73. Vicit ſeptem. Eſt & ipſe unus ex ſeptē tragicis, q nominati ſunt Pleias. Fuit ſub extrema tēpora Philippi, aut (ut alij tradunt) Alexandri Macedonis. Obijt Olympiade 111. alij 114. alij floruiſſe eum * ſcribunt.

σώστρατος) Soſtratus Sicyonius, cognomento Acrocherſites. Arreptis enim extremis aduerſarij manib. eas frangebat: nec prius dimittebat, quàm ſenſiſſet eū deficere. Fuit & Leontiſcus Meſſenius Siculus, qui eodem modo quo Soſtratus certauit. Nam quod ille in Pācratio, hoc Leontiſcus in lucta faciebat. Tradunt eū inſtitutum fuiſſe apud Clearchum, diſcipulum Euchiri Corinthij, & Chilonis Patarenſis.

σώστρις.) Rex Aegyptiorum, ex tribu Cham, qui ſubegit Aſſyrios, & omnē Aſiam & Europam: & in Aſſyriorū regione collocauit Scytharum myriadas (μυριάδας aut erratū aut mendacium ingēs: etiam ſi τὸ ί nō quinquies millies, ſed tantum quingenties, accentu non infernè, ſed supernè collocato, ſignificet. Erant enim quinq; milliones (ut uſitata nunc uoce utar) immēſus numerus. Quantus uerò, ſi quingenti milliones?) quingenties millies mille, qui dicti fuere Parthi: quod eſt Perſica lingua Scythę: & in hūc uſq; diem, & ueſtem & linguam & leges Scytharum retinent.

σωτάδας.) Byzantinus Philoſophus ut lib. 6. dę Philoſophia tradit Ariſt.

σωτάδης.) Sotades Athenienſis comicus, mediæ comœdiæ poeta.

σωτάδης.) Sotades Cretenſis, Maronita, à dæmonio uexatus, iambographus ſcripſit * Phiyacas, ſiue Cinædos, lingua Ionica. nā Ionici ſermones ſic uocabantur. Vſus eſt hoc genere etiam Alexāder Aetolus, & Pyrrhus Mileſius, & Theodoras, & Timocharidas & Xenarchus. Sūt autē eius genera plurima: ueluti ad Inferos deſcenſus, Priapus, ad Beleſtichen, Amazon & alia: & Incluſę, & Redēptus, ut Athenæus ait in Dipnoſophiſtis.

σωτάδης.) Sotades Athenienſis Philoſophus, qui ſcripſit de Myſterijs lib. 1.

σωτὴρ.) Seruator, Deus noſter. O' Lucifera Diana, aſſiſte finibus Athenarum, & iucundum lumen tuum uiro dato.

σωτηρίδας.) Soteridas grāmaticus Pāphilæ marit⁹, cui etiā hiſtorias attribuit: ſcripſit Orthographiam, quæſtiones Homericas, Cōmentarium in Menandrum, de metris, de comœdia, in Euripidē. Soteridas Epidaurius, pater Pamphilæ, cōmentariorum ſcripſit (ut Dionyſius ait in 30. de Muſica hiſtoria) libros tres.

σωτήριχος.) Sotericus Aſites. Poeta heroicus. Fuit ſub Diocletiano. Scripſit encomiū Diocletiani: Baſſarica ſeu Bacchica, libris quatuor: de Panthea Babylōia, de Ariadne, uitā Apollonij Tyanei, Pythonem ſiue Alexandriacū. Eſt autē Alexandri Macedonis hiſtoria cum Thebas & alia cepiſſet.

*Apollonij uita.*

σωφίλος.) Sophilus Sicyoni⁹, aut Thebanus, comicus mediæ comœdiæ. Fabulæ eius ſunt: Citharœdus, Philarch⁹, Tyndareus ſeu Leda: & Demia, id eſt carnificula, ut ait Athenæus in Dipnoſophiſtis & Porcellus, & depoſitum.

σωφρονεῖν.) Sophocles: Ne iudica, ne inquire. Nunc modeſtia pulchra eſt, nō curioſitas. In his enim maximè modeſtiam mulieres conſeruant, ſi non curioſè ſcrutentur, quid agat maritus.

*Mulier ne ſit curioſa.*

σωφρονισθέντας.) Deſperabundi, & cladibus ſuperioribus facti modeſtiores.

σωφρο-

*σωφρονῶ.)* Modeſtiorem te faciat uirginum exemplum.

*σωφροσύνη.)* Modeſtia, alia eſt quàm ciuilis illa uirtus, & maior: ſed eodē nomine utimur, etymologia quadā de conſenſu appetitus cum ratione. Quod ad modeſtiam attinet, ego iuſtiſſimè etiā cum Bellerophonte certarem, ait Ariſtophanes.* Ariſtoteles: Quæ faciendo diſcimus, ea diſcendo facimus, uidelicet eū diſcimus imperare uoluptatibus: modeſti euadimus: & facti modeſti, uoluptatibus imperamus. Temperantia: hanc metaphoricè quidam definiunt concentum *(συμφωνίαν.)* Eſt autem Temperātia qualiras & habitus. Concentus autem; propriè eſt in carmine, & eſt ad aliquid. Sonis etiam attribuitur concentus. *σωφροσύνη*, integritas mentis, opponitur inſaniæ: ſic dicta quòd mētem habeat incolumem. Et Apoſtolus, cum è prætore audiſſet, Inſanis, Paule: multę te literę ad inſaniam redigunt: Non inſanio, inquit, ſed prudentiæ & Veritatis profero uerba: inſaniæ prudentiam oppoſuit. *σωφροσύνη* igitur dicitur, quicquid fit abſq; peccato. Hanc uocem quidam rectè tribuūt caſtitati, aliarum rerum præſtantiſſimę.

*Diſcere agendo, & agere diſcendo.*

*Caſtitas.*

*σώφρων.)* Sophron Syracuſanns, Agathoclis & Damnaſyllidis filius, temporibus Xerxis & Euripidis, ſcripſit mimos muliebres ſoluta oratione. ac dicūt, Platonem philoſophum ſemper eos lectitaſſe, adeò ut interdum iis etiam indormitet. Sophron * comicus: huius fabulæ & cōmœdiæ ſunt, Penthera, id eſt ſocrus, ut Athenæ᷒ ait in Dipnoſophiſtis.

*σπάδων.)* Eunuchus, id eſt, caſtratus. Hunc petulantem & impurum animū, & actionem eorum, qui ultrò muliebria patiuntur, probè exagitans atq; inſectās magnus Cyrillus, ſic ait: Libidinis gratia miſeri hoc faciunt, muliebria pati uolentes, cum uiri ſint. Nullius enim utilitatis ſtudio, ſed propter laſciuiam, naturā mutant, diuinitùs fictam: & uiro dignam figuram ultrò ſæpè corrumpunt: aut ab aliis hoc ferre coguntur, ut peſtes naturæ & ſexus uirilis hoſtes, & labes Reip. & uitę probra: inſtar inſanarum mulierum, immodicè ſubāgitati, turpiſſimis tractati modis, miſera uita, cum ratione uiuendi ſcelerata & impura, permiſta ambiguos & inuiſos uultus circumferentes, & rem adulterinam, à ſacris ſeptis longè diſcedāt. Nam cum turpiſſimo & peſſimo animo præclarum & diuinum opus, in malum & inuidioſum decretum mutarunt & inuerterunt: ac ſpiritualem caſtrationem, interdictæ rei ſeruire coegerūt: digni ſunt nō modò q legib. puniantur: ſed & ex dictò. (F. ἐξ εὐαγγελικῆς, Euāgelico) angelico & Apoſtolico in exteriores tenebras penitùs abigātur. De talibus enim dixit Moſes: Fractus & abſciſſus nō intrabunt in domum domini. Videre autem licet refertas ædes procerum huiuſmodi monſtris, aureas lunulas in collo ferentibus, natura uirili, facie muliebri præditis. Delicatè loquuntur, non minus indecorè quàm meretrices. Huc illuc caput agitant, rident intemperanter, & impudenter, inſaniam manifeſtā præ ſe ferentes: unde cum uiris, ut mulieres, molliter cubantes, effœminati corrumpuntur: cum mulieribus autem, ut cuſtodes ſimul, & temperantiæ ſcilicet exempla, dormientes, impudenter & ſine rubore turpia faciunt: & iſti quidem ſic à uiris impiis & profanis corrupti & effœminati, fœdant & fœdantur, fœditate & impuritate naturæ contraria: ipſi autē mulieres miſeras, & (πωδεημεῖα, exagitatas. lego, σεσωρευμένα) cumulatas (ſecundū dictum Paulinum) peccatis, conſpurcant & lædunt, ut rabioſi canes: &, quod grauius eſt, ex eo cauſæ fiunt & autores & participes infiniti ſupplicij, tam qui corrumpunt, quàm qui corrumpuntur: ô uæcordiam, ô impoſturam & furorem. Iſtos'ne homines & in primis excellentes, tanquam modeſtos, ſuſcipiunt, & in ædes recipiunt, eisque fidem habent? qui recepti & libertatem nacti, uerè iuſtos & uirtutis ſtudioſos, paulatim incſcatos, in Sodomorum turpe barathrū miſerè deijciunt, & in æternum ignem mittunt. Quapropter eos conuenientiſſimè & lex & oratio euangelica, & optima uita, & religioſa Reſpub. ualdè execratur, tanquam Deo inuiſos & impuros. Iſti enim execrabilem iſtam uitā amplexi, quantum in eis eſt, urbes delent, ſeminalem naturæ rationem corrumpunt & corrumpuntur: uigens autem uiri robur & ætatem, & uirilem faciem, & generoſam uim atrociter abſumunt. Deniq; iuuenilis ætatis robore atque uigore apertè corrupto, miſeros ac ridiculos efficiunt eo flagitio captos: qui laxis habenis fugiendi & deteſtandi meritò ſunt, ut animarum interfectores, & corporū corruptores, & neſarij, naturæq; adulteratores. Nihil enim uerè ſceleſtius aut im-

*D. Cyrilli inſectatio eunuchorum.*

*Virorum mulieres, mulierum uiri.*

*Eunuchi illices peccati Sodomitici.*

Libidines eunuchorum.

impurius eſt iis, qui ita ſubagitantur & ſubagitant. Solent enim, ut certò didicimus, non Spadones tantùm, quiq; membra flagitioſa aliquo modo habent, laſciuire immodicè, & luxuriare impudenter & inſatiabiliter: ſed & ij quib. uirilia planè amputata ſunt, ſicut & ij q à primo ortu ijs priuati ſunt. Heu extremã abſurditatẽ & dementiã. Itáne manib. & digitis corrũpere mulieres, & fœditatẽ adeò furioſè perpetrare? Et hoc ſignificãs ſapiens: Beatus, inquit, eunuchus, q nõ exercuit manu flagitiũ: & uirgo, quæ nõ expta eſt cubile in delicto. Meritò igitur ſine mammis, euirati, ἀνδρόγυνοι (quaſi uirifœminas dicas) σιδηροκατάδικοι ferro damnati ſeu cõpediti & inſani mulierũ amatores appellati ſunt. Audiãt igitur qui puros & modeſtos illos fruſtra opinantur, & ne credãt mẽdacio, & ſimulatæ puritati & modeſtiæ. Ab impuro.n. quid purificabitur? & à mẽdace quid uerè dicetur? Atq; utinã manu caſtratus eunuchus, uita honeſta eſſet educat⁹: ſic dimidia mali pars tolleretur.

Educatio eunuchorum.

Nũc ſunt terrę inteſtinũ quoddã, uentris famuli, amatores fœminarũ, proterui, ebrij, ſcortatores, mancipia, illiberales, argẽti famuli, ab ipſo ortu ad ferrũ cõdemnati, nõ uiri, nõ mulieres, furioſi, qui ſępè theatricas puellas in ſatyricis cõuiuiis in humeris geſtarũt, capite hedera coronato: & craterẽ manu tenentes, uinũ infuderũt, habitu fabuloſi Bacchi. Ac ita quidẽ modeſti ſũt abſq; mercede, propter ferrũ: & ſine fructu inſaniunt, propter ſuã turpitudinẽ.

Eutropij eunuchi ſplendor.

Sub Eutropio eunucho, tutore Theodoſij imperatoris, genus eunuchorũ, propter illius autoritatẽ & potentiã adeò creuit, itaq; auctum eſt, ut nõnulli iam barbati, cum eunuchi fieri uellent, & ſe Eutropios fore ſperarẽt, uita priuati ſint, una cũ teſtib. etiam Eutropio amiſſo. Aureæ ſtatuæ paſſim collocabantur, & ædificia ab eo extruebantur, & illuſtrabantur ſplendidiora tota urbe.

σπαδῶν.) In eam neceſſitatem redacti ſunt penuria commeatus, ut orobos madefactos iumentis darent.

σπαλίωνες.) Agathias: Romani ſpalionas parauerunt & magnorũ ſaxorũ tormẽta. Eſt aũt Spalion, textũ quoddam è iuncis, ad formam tecti confectum, & ſolidum denſitate, & undiq; tectum, quòd utrinq; latera deorſum etiam ſunt extenſa, & (παραβάλλειν τὸ ἐπερχόμενον) excutiũt omnem ictum. Pelles autem & coria ſupernè inijcientes, undiq; circũtegũt machinam, quò munitior ſit, & tela excutiat: uiri uerò intus in tuto deliteſcẽtes, & apertè eam tollunt, & quò uolunt transferunt. Cum uerò admota fuerit ſiue turri ſiue mœnibus: tum illi infrà, terrã adiacentem effodiũt, & puluerẽ extrahẽtes, fundamẽta detegunt, ac deinde uectib. & malleis cõtinuò feriendo ędificiũ deijciũt. Apud Menandrũ ſunt Spaliones, machinæ, tegumẽta quædã bubulis tergorib. in longũ cõpoſita, quæ contis uiri longitudine attollũtur, quas armati ſubeuntes, & proximè aggreſſi mœnia, inſtrumenta lapicidarum effodiendis muris idonea tractãtes, ſub terra foſſas faciunt: & incũbentes ac fodientes, aut mœniũ partẽ aliquã deijciunt: aut alio quopiã modo excauata loca penetrãtes, alterutrum conſequuntur, ut aut tenui ſa terra intra mœnia ſint: aut ſaltem cauitatibus illis ductis ad puteũ, qui intrà eſt, tectà exhauriant atq; attrahant aquã in rotunda ac caua loca foſſæ.

σπάνις.) Sophoc. Quis errabũdũ Oedipum quotidie iis muneribus donabit, quibus nunc indiget? qui quidem parũ petit, & petitis multo minora fert: idq́ue mihi ſatis eſt.

σπάρτη.) Sparta, urbs Lacedæmoniorum: unde Spartiates.

σπάρτωλος) Spartolus, urbs Bottices.

σπαρτίλη.) Mures nunc ſaltant arrepto tuo cibo.

σπερμολόγος.) ſic dicit̃ auicula q̃dã, graculo ſimilis, à colligẽdis ſeminib⁹. Hinc uilis & contẽptus homo, etiã ſpermologus dicit̃, & is fortaſſe q de alieno uictitat.

σπέρχις καὶ βύλις.) uiri (Lacedæmonij) Athenienſes, ultrò in Perſiã uenerũt, pœnas daturi Xerxi pſarũ regi p caduceatorib. ab eo miſſis, & obrutis ab * Athenienſib.

σπουδῇ ἀπὸ ῥυτῆρος) Laxis habenis feſtinate: uel, ἀπὸ ὑποδήματος, à calceo, id eſt quantum pedes ſinunt.

σπεύσιππος.) Speuſippus, Eurymedõtis filius, nepos Platonis philoſophi, ex Potone ſorore, auditor ipſius Platonis, & ſucceſſor Academię. Olymp. 108. Cõſcripſit plurima, & maximè philoſophica, auſtero ingenio, maximeq́; iracundo.

ἐπὶ σπεῖρα σχοινίον τὸ ἀναγκαιότατον.) Poſt funiculũ funis maximè neceſſarius. Aelianus: Draco ſpiris ſuis cadauera complexus, cuſtodiuit integra, ut neque fera neq; uolucris ad ea lædenda accederet.

σπλαγχνή.) Tropicè de Deo, pphetа hac uoce

uoce uſus eſt, ꝙ res conditas contineat, easq́; cõplexus, ad ordinẽ omnia & ornatũ renocet, montib. æqualitate, & mẽſnris omnibus, quę in mũdo ſunt, ſuo ordine attributis, qui cœlum totũ exigua parte totius ſuæ potentiæ continet, quã Spithamam dicit, quę & breuiſſimam uitæ partem ſignificat.

σπίνθαρος ἡρακλεώτης.) Spintharus Heracleotes, tragicus poeta. Fabulæ illins ſunt hæ: conflagrans Hercules, & Semele fulmine icta.

σπίνθαρος.) Spintharus: hic exagitatur tanquam barbarus & Phryx.

σπίταλος.) Spittalus, medicus apud Athenienſes illuſtris. Ariſtophanes: Abi ad Spittalum. Tu uerò mihi ſtillam pacis inſtillato hanc: hoc eſt, æneam aut argẽteam, quales habent medici.

*Spongia pro malleo.* σπόγγος.) Dicũt Acconem, fatuã mulierem, ſpongia percuſſiſſe clauum.

σπονδή.) Libatio, uini effuſio, in honorem dæmonum: aut amicitia.

σποράδες.) Inſulæ quas nonnulli Cycladas dicunt, quæ in Aegæo mari ſunt duodecim.

σπόρος.) Sporus, Neronis amaſius, qui & Sabina uocatus fuit, nõ ob ſimilitudinẽ mulieris tãtũ, ꝙ caſtratus erat: ſed qđ etiam nupſerat ei, quemadmodum illa.

σπογγίλος.) Qui fuit tonſor. & Plato inquit: Sporgili ronſtrina, inimiciſſimũ tectum.

πλούσιον μὲν ἀκούω, σπουδαῖον δὲ οὐδὲν ὄντα.) Diuitem quidem eũ eſſe audio, ſed nulla in re bonum.

σπουδή.) ſtudiũ, uehemẽs rerũ honeſtarũ occupatio. Iſidorus: ſtudiũ quidẽ, inquit, philoſophiæ, uiro iuniore, doctrinã philoſophicã recèns amplexo, magis eſſe dignũ: alacritatẽ aũt piã & Dei amãtem, maximè conuenire prouectis longeq́; progreſſis ætate & philoſophia.

σπυρίδων.) Spyrido, unius urbium Cypri Trimethuntis epiſcopus, qni ob animum ab omni ſuperbia alienum, epiſcopatui intentus, panit oues. *Fures uincti ſine funibus.* Media uerò nocte fures ſtabula pecudum aggreſſi, dum ſurripere eas ſtudent, inuiſibili ui apud ſtabula uincti ſunt. Cũ diluxiſſet, acceſſit ad gregẽ. Cũ uerò illos uidiſſet uinctos, factumq́; cognouiſſet: ſoluit fures, multum hortatus, ut iuſtis laboribus, & non per iniuriam uictum quærerent: arieteq́; donatos dimiſit, feſtiuo dicto addito: Ne fruſtra, inquit, uigilaſſe uideamini. Fecit & alia complura miracula. interfuit etiam Niceno concilio.

σταγιρίτης.) Stagirita Ariſtoteles ab urbe Stagiris. Piſides: Quales duces aut (στρατιώτας, milites) Stagiritas habẽs, ueniſti in terram fortunatorũ barbarorũ? Omnino Stagirita magis illi deuorandus eſt, quàm oratori Pæanienſi, filius Olori: id eſt, Demoſtheni Thucydides.

στάδιον.) Stadiũ, ſeptem & ſemis conficiunt milliare. decem milliaria habẽt ſtadia (75) 80. Stadiũ pedes habet 600. milliare pedes 4200. Iugerum pedes 100. ἄρουρα, aruum pedes 50. pes, digitos 16. cubitus, pedem unum & ſemis. *Speciorum uocabula.*

σταθερός.) Bellũ, regis celeritate & prouidentia factum eſt ſtabile & tutius.

στήσεται.) ex Euangelio: In ore duorũ teſtiũ aut trium ſtabit omne uerbum.

σταθμᾶσθαι.) Non uerbis, ſed factis ſemper conſueuerunt iram aduerſus ſeſe põderare homines.

σταθμός.) Nazanzus, diuerſorium & caſtellum eſt Cappadociæ.

στήλη.) Cõfirmata libertate Geræi, ſtatim Antiochum regem 500 argenti talẽtis, 1000 thuris, & ſtactes 200 ornarunt. *Geræi. Antiochus.* Ac nauigabat ille ad Tylum inſulam, Seleucia ſoluens: aromata uerò erant in rubro mari. *Tylus.*

στατήρ.) Stater, nomiſma quadratũ aureum. Sacculorum alter æneos habebat obolos, alter ſtateres aureos, magis inter ſe ſimiles quàm equi Eumeli.

σταυροί.) ſub Theodoſio maiore, cũ gẽtilia templa deſtruerentur, in æde Serapidis Hieroglyphicæ literæ, crucis forma, ſunt inuentæ. *Crux uenturæ uitæ ſymbolum.* Quibus ij qui ex Ethnicis ad Chriſtianiſmũ tranſierant, uiſis, crucẽ apud Hieroglyphicarum peritos, futurã ſignificare uitam dixerunt.

σταφυλή.) σταφυλὰς κατεσθίειν ὀμβρικὴν δηλοῖ κλύσιν, uuas comedere, ſignificat imbris inundationem. *Somnij explicatio.*

στέαρ.) Sebum, ſeu pinguedo, apud Dauidẽ beneuolentiã & fraternum amorẽ ſignificat. *Pinguedinis allegoria.* Sebum ſuum occluſerunt, os eorũ locutum eſt ſuperbiam. In diuina item ſcriptura pinguedo, proſperitas & opulentia dicitur. Egredietur tanquam è pinguedine iniuſticia eorum: hoc eſt, Confidentiſſimè iniuſta loquuntur.

στέαρ πυροῦ.) Pinguedo frumenti, id eſt pulcherrimum frumentum & panis.

στέατι.) Eunapius: Ferens literas in æneo uaſculo (farina) pinguedine oblitas, in peram coniecit: & panes alios impoſuit, ne quis arcanum reſciſceret.

στεγανόποδα καὶ πλατυώνυχα.) Animalia ſolidis pedib. & latis unguib. dicũt, olor, ãſer pelica-

pelicanus, & anatũ omne genus, aquis gaudens.

στεγανώτερον.) ἀλλά τι καὶ φρονέεις στεγανώτερον. Occultius aliquid animo clauſum habes. Illi, utribus compunctis nebula denſiſſima obumbrarũt aerem fuligine illa.

στέγει.) Vrentem iſtum Solem tolerat, calido ſudore ubiq; manans.

στειλεὸν.) Babrius fabularum ſcriptor.

*Niſi uos omnes capulos gigneretis,*
*Nullus agricola ſecurim haberet in adib⁹.*

στελίκων.) Stilico ſub Arcadio & Honorio, unà cum Rufino diripuit omnia.

στέμφυλον.) Exnniis uuę & olearum pro obſonio utebantur.

στενολεσχεῖν περὶ καπνοῦ.) Subtiliter diſputare de fumo.

στεντόρειος φωνή.) Stentorea uox.

στερίφοις.) Si quis locus nimiũ uliginoſus & lacuſtris erat, eum profundis foſſis omnino ſolidum efficiebant.

στέρνα καὶ νῶτα καὶ αὐχένες γῆς.) Terræ pectus & dorſum dicuntur planicies: ſicut collum & fauces, anguſtiæ.

Scyrus charior Athenis.

στέρξω.) Sophocles: Iſtos ego uiros nũquam ferã, ſed lapidoſa Scyrus ſatis mihi erit poſthac, ut ſolus me oblectem. Polybius: Nunc (neq; enim iuſtum eſt peierare) in hiſce acquieſcimus.

στερὸν.) Theocrit⁹: γόνυ χλωρὸν, Genu uirẽs: id eſt robuſtũ & iuuenile. Trãslatio ſumpta eſt à calamis, qui dum uirent, teneri ſunt: ſiccati, rigidi fiunt.

στεροπή.) Concitatus inſtar uelocis Auſtri, ſplendido abſque fulgure deſinit: & nunc ſibi redditus, nono dolore cruciatur. Signa quædam ſunt uentorum, diune duraturi, an citò deſituri ſint? In Comœdia: Celeriter deſiit. ſerò enim dolere cœpit.

Signa uentorum.

στεφανηφόρον ἡρῷον.) Coroniferum ſacellum fuit Athenis, ſiue alicuius filij Herculis ex Theſtij filiabus ſuſcepti, ſiue (ἀστικοῦ Vrbani) Attici Coroniferi, ut ait Hellacanus lib. 2. Atthidis.

στεφανικὸν τέλεσμα.) Coronale tributũ apud Rhodios dicebatur, quia liberi erant, & exiguum quiddã Romanis mittebant quotannis, non tam tributum, ut ducibus, quàm coronam ut amicis. Gallogræci item Ancyrani στεφανικὸν appellant, quicquid in muneris & beneficij loco datur.

Rhodiorum immunitas.

Ancyrani.

στεφανοῦν.) Coronare, pro ornare & honorare uſurpant. Lycurgus: Calliſthenẽ 100 minis coronaſtis. id eſt donaſtis.

στεφανωσάμενος καλάμῳ.) Corona è culmis aut arundinibus Caſtori & Polluci dari ſolebat, tenuis ſcilicet & minimè ſumptuoſa.

αἰθέρια στέφη.) Coronæ ex Hyperboreis allatæ dicebantur æthriæ, quòd ſemper ſub dio collocarentur.

στήλαμενοι.) Facinus id Perſeus cælare ſtuduit ille quidem, ſed non potuit.

στηλεός.) Quæ uis ineſſet ferro ueſtro, niſi capulus ei inſertus eſſet?

τὶ γὰρ σθένος ἔσκε σιδήρῳ
ὑμείων, εἰ μὴ οἱ ἐνὶ στηλειὸς ἐγήρεις

στειρίας.) Stiria, municipium Pandionię tribus, cuius municeps Stirienſis.

στείχειν.) Rationem, quæ huc eunti mihi uenit in mentem, expẽde cum animo tuo. Nam parua quidẽ illa dictu eſt, ſed admiratione digna.

στήλη.) Statua non ſolùm ſepulchris imponitur, ſed & uictoribus erigitur, & inſcriptiones recipit.

στηλιτευτικὸς λόγος.) Proſcriptio (παρά τινι τῶν πεπλασμένων, apud aliquem uel aliquid confictorum) eſt oratio, quæ ſolas res geſtas exequitur, adhibita interdum etiam comparatione. Differt autem à uituperatione, quòd hæc p capita laudationum producitur: ut genus, educationem, acta, comparationẽ. Proſcriptio autem dicitur στηλιτευτικὸς, à columna, quæ uel ſaxum eſt, uel æs oblõgum, quadrangula forma erectum, in quo facinora proſcripti perſcribuntur. Sæpè etiam bene meritorum beneficia in literarum monumenta referuntur.

STENIA & Scyra, feſta mulierum.

στήριγμα ἄρτου.) Fulcrum panis, non triticum tãtum, & hordeum, ſed quicquid alendi uim habet.

STESICHORVS ſiue Euphorbi, ſiue Euphemi, ſiue Euclidis, ſiue Hyeri, ſiue Heſiodi F. Siculus Himeræus. Sic enim dicitur. Alij tradunt eum Matria Italiæ, alij Pallantio Arcadiæ profugum, Catanam ueniſſe: atque ibi defunctum, ante portam ſepultum eſſe, quæ ab eo Steſichoria dicta ſit. Iunior fuit Alcmane lyrico, Olymp. 37 natus: obiit 56. Fratrem habuit geometriæ peritum Mamertiũ, & alterum Helianactem legislatorem. Fuit lyricus: eiuſque poemata Dorica dialecto libris 26 extant. Dicũt eum ſcripta uituperatione Helenæ, excæcatum eſſe: turſusque ex ſomnio, eiuſdem ſcripta laudatione, q̃ palinodia dicit̃, uiſum recepiſſe. Dict⁹ eſt Steſichor⁹, ꝙ primus citharę cãtũ inſtitueri t: cũ antè Tiſias uocaretur.

Fratres.

Helenæ uituperatio & palinodia.

στεα-

στιβάδες φορμίων☉.) Storeæ Phormionis. Hic dux fuit, homo frugi & bellicoſus. Milites autem humi cubant. Dicitur de rebus uilibus.

στίγματα.) Aelianus: Libris crematis, impiarū & effœminatarū notarū cineres, liquefacta cera ſubigat, atq; inungat.

στιγμή.) Punctum, eſt lineæ finis, ſignū minimum. Centrum uerò eſt principiū lineæ, unitas principium numeri. Cū autem utrumq; principium ſit: addendum eſt cuius ſit principium.

στιλβίδης.) Stilbides, uates optimus: inter eos qui oracula uetera enarrant probatus & celebris.

στίλπων.) Stilpon Megatenſis, philoſophus, ſub primo Ptolemęo fuit diſcipul⁹ Paſiclis Thebani, q audierat fratrē Cratetē, & Dioclidē Megarēſem: alij Euclidis diſcipulum faciunt, Platonis auditoris. Præfuit Megaricæ ſcholæ & Dialogos ſcripſit non paucio res uiginti.

στίχ☉.) Verſus qui cōmuni conſuetudine à læua uerſus dextram legitur.

Relatiua. στλεγγίς.) Strigilis, ad aliquid eſt, & nō ad aliquid. Eorū q̄ cū aliis cōferūtur, quędam ad unū tantùm pertinent, quib. ad aliquid aliud uti nō poſſis: ut uiſu tantū ad uidendum. Aliis ad alia poſſis uti, qui bus deſtinata non ſunt: ut ſtrigili nō tantum ad abſtergendum, ſed etiam ad hauriendam aquam.

στοάς τε καρπῶ, βακχίαν τε νάματος.) Ariſtophanes.

*Et cellas frugum plenas, laticisq̃ Lyæi.*

στοά, διὰ τὸ ὁ μικρὸς: στωικοὶ δὲ οἱ ἀπ᾽ αὐτῆς.

διὰ τὸ μεγάλη.) Stoa ſchola illa Atheni-

Porticus Pisianactea. Poecile. enſis, q̄ olim Piſianactea porticus: pòſt, cum depicta eſſet, Pœcile, id eſt, uaria dicta, nomen dedit Stoicis philoſophis.

PORTICVM, quæ extra Epheſum ad templum porrigitur (θηλυκὴν καπνοκιόναν, f. θολικὴν, rotundam) fœmineam effecit Damianus Epheſius ſophiſta.

Explicatio ſomniorum. στολὴν λευκὴν κάλλιστον ἐν ὕπνῳ φέρειν.) Veſtem candidam pulcherrimum eſt in ſomnis ferre.

στολὴν φέρειν μέλαιναν (οὐ καλὴ θέα) σὺν ἀληθείᾳ.) Veſtem ferre nigram, nō pulchrū eſt ſpectaculum.

στολὴν δ᾽ ἁλουργὸν εἰς μακρὰν νόσον φέρει.) Veſtem uerò purpuream, in longū morbum conijcit.

στολὴν ἐρυθρὰν εἰς καλὴν πρᾶξιν φέρει.) Veſtē rubram, actionem honeſtā affert.

στολὴν φέρειν ἄνακτ☉, ἐλπίδων λύσιν.) Veſtem ferre principis, ſpei ſolutionem (utrum ſpem ratam an irritam?)

στόλ☉.) Parua mei habita ratione, domum redire properarunt.

στόμα.) Os ſeu frons, prior pars exercitus. In ſacra Scriptura os dicitur, animi alacritas.

στόμαργ☉.) Electra apud Sophoclem: Prædica me apud omnes, ſeu mauis improbam, ſeu maledicam, ſeu impudentia plenam.

στόμαχος.) Stomachus, id eſt gula ſeu guttur. Antiqui medici ſtomachum cor uocarunt, unde ſunt καρδιωγμοί. Cardia.

στούδι☉.) Studius, princeps quidā celebre illud monaſteriū cōdidit. Studitarū monaſteriū olim catholicæ Eccleſię fuit pòſt mutatū in monaſteriū. Idē Studius princeps, ædem Archiſtrategi Nacoliæ condidit, in qua extant uerſus heroici: Studius illuſtrem ædem condidit, celeri tetq; ſuorum laborum præmiū repetit, conſulares faſces adeptus.

στωικοί.) Stoici. Zeno Citieus in Piſiana ctea porticu obambulās, quæ pòſt à Polygnoti pictura Pœcile, id eſt uaria dicta fuit, differebat. Quamuis aūt ſub XXX tyrānis eo in loco 1400 ciues interfecti eſſent: tamen ad eum audiendum homines ibi conueniebant: proptereaq; Stoici dicti ſunt eius ſectatores, cum Zenonij antè dicerentur. Cædes 1400 ciuium.

στωμύλ☉.) Adoleſcētulos ad nutrices remittere: per delicias ibi apud eas garrire illos, & nugari de filo & ſtamine & pūpis ſinamus. Ariſtophanes: Cōpeſce noſtras ſententias, bellas haſce & elegātes, de quibus inter nos garrimus, & uenia quadam benigniore temperaro mentē.

STRABO, Amaſenus philoſophus & geographus.

στραγγαλωτὴ μάστιξ.) flagello intorto cædi eum iuſſit. Is uerò ſe quicquam dixiſſe pernegabat.

στραγγίνη.) Cum ſemel decretum ſit, quid differo? quid ceſſo? quid moror? qd tergiuerſor?

στραγγύτηρ☉.) S. Baſilius in oratione cō tra ebrioſos: Videndum ne & contumax fiat impudentior, & compunctus immò dica triſticia abſorbeatur. Moderanda caſtigatio.

στραγγουρία.) Sapiens profectò iſtud, & ſeni commodum: omnino reperit remedium ſtranguriæ.

στραγγουριῶ.) Ariſtophanes: Stranguria laboro. heri enim naſturciū edi. Naſturcium enim urinam inhibet, & ſputum: eaque de cauſa Perſas aiunt eo ueſci. Perſa. Naſturcium.

Cauent

Cauent enim ne crebrò mingant,& ſpuant,& emungantur.

*ϛρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις.*) Ariſtoteles in Athenienſium Republica declarat,quid ſit expeditio in Eponymis. Sunt, inquit, eponymi decem quidem tribuum: duo & quadraginta uerò ætatum. Adoleſcētes autem olim in albas tabulas inſcribebantut, eisq; aſcribebantur & Archon, ſub quo inſcripti eſſent, & Eponymus (*ὁ τῷ πρoτέρῳ ἀποδεδημηκὼς*,qui priori ſucceſſerat)qui priorem conuenerat.Nunc uerò in ſenatu Inſcribuntur. paulo pòſt: Vtnntur,inquir, Eponymis etiam ad expeditiones,& cum ætatem aliquam ablegant,* aſcribunt ab antiquo Archonte Eponymo,quouſq; ſit militandum.

*ϛρατηγία.*) Tres rationes ſunt, quibus militare imperium capeſſunt, qui cōſultò id appetunt, inquit Polybius. prima ex commentarijs, & inſtructione ex his: altera merhodica, ex peritorum uitorū traditione:rertia,ex ipſarum rerum habitu & exercitarione.Harum rationū omnium Achæorum duces prorſus erāt rudes (*ϛρατηγία ὑπομνηματικὴ, μεθοδικὴ, ἐμπειρικὴ.*)

*ϛρατηγιᾷν.*)Ioſephus:Eum iam imperij appetentem,& maiora ſpectantem, pecunia deficiebat.

*ϛρατήγιον.*)Duces ad prætorium, multitudo ad ſua quiſque tentoria diſcurrebant.

*ϛρατηγοί.*) Deni ſingulis annis duces deſignabātur. Demoſthenes in Philippicis:Ducem habebant tolerantia laborū & audacia aduerſus hoſtes, & in præliis illuſtrem.ſed cætera obſcurum,& ex humili fortuna euectū & probatiſſimo cuique ſuſpectum & inuidioſum,quaſi prę tet meritum clarus eſſer.

*Quaſi uerò nihil mereatur uirtus atq; induſtria.*

*ϛρατιά.*)Exercitus,cætus militaris, uni duci ſubiectus. Scriptura uerò cum dicit,Manaſſem militiæ cœli ſeruiiſſe: Sol & Luna & Stellæ intelligantut.

*Militia cœli.*

*ϛρατιώτης.*)Strariota,herba aquatica ſine radice,aquis innatans, facultate frigida. Eſt & terreſtris.

ſTRATTIS Athenienſis,comicus:cuius fabulis ſunt, Anthropoteſtes, Atalanta,Agathi,ſiue argenti amiſſio. Iphigeron,Callipides,Cineſias, Limnomedon,Macedones,Medea,Troilus, Phœniſſa,Philoctates, Chryſipp⁹, Pauſanias, Pſycheſtæ:ut ait Athenæus lib.2. Dipno ſophiſtarum.Strattis Olynthius, hiſtoricus. Scripſit de Alexandri actis diurnis lib.5.De fluuiis & (*κρηνῶν* lego,pro *κρημνῶν*,id eſt præcipitiis) fontibus & lacub⁹. De Alexandri obitu.

STRATON, mediæ comœdiæ poeta. Ex fabulis eius fuit Phœnix. Straton Lampſacenus philoſophus Theophraſti diſcipulus & ſucceſſor, filius Arceſilai,ſiue Arceſij, cognomento Phyſicus, eo quòd præ omnibus aliis naturæ contemplationi deditus eſſet. Magiſter etiā fuit Ptolemæi,cognomēto Philadelphi, ſcripſitq; libros multos.

Straton Amaſenus, philoſophus fuit ſub Tiberio Cæſare: ſcripſit geographię libros 7.

*ϛρεβλὰ παλαίσματα.*) Diſtortæ luctæ, obſcuræ & callidæ.

*ϛρεψοδικοπανουργία.*) Praui mores,& Sycophantici, à calliditate inuertendi cauſas forenſes compoſitione facta.

ſTREPSA, urbs Thraciæ, cuius ciues Strepſæi.

*ϛρεψίμαλλος ἄνθρωπος.*) Homo callidus & obſcurus ab intorta lana factum nomen.

*ϛρέβει.*)Ariſtophanes in Nubib Cogita igitur, & perſpice omni modo, crebroque uerſa. Abi & uerſa. nunc enim tenetur medius. Metaphora ſumpta à pugilibus,qui aduerſario medio prehenſo,ſuperiores fiunt.

*ϛρογγύλα ῥήματα.*)Rōtūda uerba,id eſt blanda & callida.

STRVMPHIDES,inſulę intra Zacynthum & Elidem ſitæ.

STRVTHIS, Satrapes quidā regius fuit.

*ϛρουθός.*)Ariſtophanes:Sophoclea carmina turdis comparat, delicatiſſimo cibo,ad excellentiam eorum declarandā.

*Sophoclis uerſus,turdi.*

*ϛρουθὸν κρατῶν φεύγοντα, προσδόκα βλάβην.*
*Paſſerem tenens fugientem, expecta damnū.*

*Explicatio ſomnij.*

*ϛροφαῖον.*) Cardinalem uocabant iuxta fores dedicatum genium:ſimul etiam à conuertendis rebus, quaſi uerſorē dicas. Quod qui faciunt, callidi dicuntur. Mercurij hoc munus fuit, ut alios fures arceret,qui poſt ianuas ſolent deliteſcere,& improbè facere.

STRYME, inſula & Colonia & mercatus Thaſiorum.

*ϛρυφνόν.*) Omitte aſperos iſtos atq; ilignos mores.

*ϛυβλὼ*) Ariſtophanes:Sicubi idem bis dixero, aut aliquid alienum inculcaro, conſpuito me.

*ϛοιχεῖα*)Damaſcius· Elementa prima & ma-

*Elementa diſcendi.*

& maxima ſunt multiplicis naturæ rerũ inſpectionis : AMOR, INDVSTRIA, SOLERTIA.

*Elementa.* στοιχεῖα.) Elementa dicuntur etiã imagines & formæ ſomniorũ, quæ intra breue aut longũ tempus exitum ſortiũtur.

στοιχεῖον) Elementum è quo primo oritur aliquid, & in quod poſtremò reſoluitur. Elementa quatuor unà ſunt eſſentia qualitatis expers, materia : Ignis calidus, aqua humida, frigidus aer, terra ſicca, atq; etiam in ære eſt eadem pars. Ac ſummum locum tenet ignis, qui æther *Sphæra.* dicitur, in quo primùm inerrans ſphæra ἡ ἀπλανής gignitur, deinde errantium ſtellarum: poſt quã eſt aer: deinde aqua: extremum & quaſi ſedimentum omnium tellus, in omnium ſita meditullio.

*μὴ στοιχῶμεν ἑαυτοῖς.)* Ne nobis ipſi placeamus, dicunt ſeniores.

στύγαξ.) Stygax Eucratis F. dux Athenienſium, auarus & proditor, à triginta tyrannis interfectus. Alij eum cicutam bibiſſe dicunt.

στύξ.) Styx, fons apud Inferos, iuſiurãdũ deorũ, à tetro aſpectu ſic dictus. Virgil.

*Per Styga torrentes atraq; uoragine ripas*
*Sola ſuperſtitio ſuperis quæ reddita diuis.*

*Explicatio ſomnij.* στύλον κρατῶν ἐλπίζε τὴν θείαν χάριν.) Columnam tenens ſpera diuinam gratiã.

*Equiſaltatores.* συβαριτικαῖς.) Sybatitæ ita delicati fuerunt, ut & eqũos ad tibiam ſaltare docerent: & exterorum maximè amarent *Iones. Tyrrheni.* Ionas & Tyrrhenos: eo quòd hi ex barbaris, illi è Græcis, luxu ipſis eſſent ſimilimi. Prouerbium συβαρίτης διὰ πλατείας Sybatita per plateam: de iis qui inſolenter incedunt. *Smindyrides.* Apud hos Smindyrides fertur luxu excelluiſſe. nam cum Cliſthe*Cliſthenes.*nes, Sicyoniorum tyrãnus, curru uictor, per præconem denunciaſſet, ut qui filiã ipſius, forma præſtantem, uellet ducere, adueniret: fertur hic Sybari ſua ſoluiſſe naui, quæ qnquaginta (pro 50, alij 3000) ſeruos, remiges haberet, alios piſcatores, alios aucupes: ac Sicyonem cum ueniſſet, nõn æmulos modò, ſed & ipſum tyrannum ſumptibus & apparatu ſupe*Aut cũ ſponſa aut ſolus.*raſſe: quanquàm tota urbe magnificentiam eius adiuuante. In cœna, poſt aduentum, cum quidam acceſſiſſet, ut cum eo accumberet, ei dixit: Se adeſſe, ut ſecũdum præconium, aut cum Cliſthenis filia, aut ſolus accumberet.

συγγνώμη.) Venia, Non debet uir bonus in ulla re dare ueniam, neque legib. *Seueritas.* debitas pœnas condonare. Nam cedere & miſereri, & parcere, nulla eſt animi uirtus, in ſuppliciis lenitatem præ ſe ferentis: nec putandum duriora ea eſſe. Capitur hoc nomen de remiſſione & conceſſione. Nam & qui ſe cognouit, hoc eſt qui poſt delicta ſe peccaſſe non ignorat, ſed obſeruat illud, * NOSCE TE, *Clementia.* nec ob rectè facta unquam per oſcitantiam in arrogantiam incidit, animis elatus: ſed naturam ſuam & imbecillitatem perſpiciens, conſilia in melius refert: agnitaque alterius pœnitentia, ignoſcit ei qui ſeſe agnoſcit. Itaque & is reprehẽdendus eſt, qui ſe non agnoſcit: & ille, q ſe agnoſcenti, non ignoſcit.

*Clementia.* συγγνώμονα.) Non acerbum & inexorabilem eſſe decet, ſed placabilẽ: ut qui homo ſit, & in eadem incidere poſſit, ob quæ alium acerbè mulctat. *Imbecillitas. Calamitas.* Rectum enim dictum eſt: Nunquam errare, & ſemper rem benè gerere, deorum eſſe. Homo autem nulla in re dicere poteſt, hoc ſibi non euenturum. Infinita enim nobis fata impendent, non mortis tantum, ſed aliorum etiam malorum.

*Fines ſcriptorum.* συγγραφεύς.) Magnus Maximus ait, ſcriptam orationem uel ad ſui commonefactionem ſcribi, uel ad utilitatem alterius, uel utraque de cauſa, uel ad offendendos aliquos, uel ad oſtentationem, uel ex neceſſitate.

*Rogatio populi.* συγγραφεῖς.) Cónſuetum fuit apud Athenienſes, cum populo aliquid iubendum erat, ut is ſtato die rogaretur: ut ait Iſocrates. Idque factum etiam ante hũc Reipub. ſtatum. Thucydides libro octauo: Interim Piſander reuerſus, urget ne*Piſander.*gocium ſtatim: primumque coacto populo, ſententiam dicit: Decemuiros eſſe eligendos, conſcriptores ſummæ autoritatis: ijs de ſcripto ſentẽtiam, ſtato die, de optimo Reip. ſtatu ferendam ad populum. Fuerunt aũt omnes conſcriptores triginta tũ delecti, ut ait Androtion & Philochorus. Thucydides uerò decẽ uirorum (τῶν προβούλων principũ) tantùm mentionem facit.

συγκατάβασις.) Demiſſio ſeu accommodatio eſt, cum Deus non ut eſt apparet: ſed ut is, qui eum ſpectare uult, cernere poteſt, ita ſeſe oſtendit, accommodata ſui demonſtratione ad uidentium imbecillitatem.

συγκρητίζειν.) Syncretiſſate, Cretenſium more conſpirare.

σύγκρισις.) Comparatio eſt unius ad unum, aut plures. Vnum enim compara

tionem non admittit, niſi ratione temporis: ut cum quęrimus, ſit'ne hoc nunc candidius quàm pridem. Comparatio multis fit modis, ant enim quęritur, utri ſubiectorū magis conueniat prędicatū: ut, diuitiæ'ne ſint optabiliores, an ſanitas? aut utrum magis ſubiecto inſit? ut plus'ne inſit iucunditatis proſperæ ualetudini, an utilitatis? aut, utrū huic illud? ut, plus'ne ſit in ſanitate boni, an in morbo mali? ntcunque enim comparationes fiant, ſumuntur ab aecidentibus. Fit & comparatio ſecundum magis & minus, & ſecundum ſimile. Comparatiua enim & hæc ſunt: ſi ualetudo potior diuitiis, per ſe expetenda non ſit: ne diuitias quidem. &, ſi noluptas, quæ magis bonum eſt in pace uiuentibus, * quàm finis, bonum nō eſt: ne finis quidem erit. Et contrà, ſi diuitiæ minus bona ualetudine, bonæ ſunt: etiam ualetudo erit bona &, ſi ualetudo minus bonum pacem agentibus, quàm bellum gerentibus, bonum eſt: ſi his, etiam illis.

*Comparationis modi.*

συγχαίρω.) Hic gratulabatur, ille uiciſſim ſimulabat.

*Mortuorum familiaritas.*

συγχρωτίζεσθαι.) Zenoni Cittieo de uita feliciter inſtituenda percontanti, oraculo: reſponſum eſt, utendum eſſe mortuorum familiaritate: hoc eſt libros ueterum eſſe legendos, & meditandum eſſe, & animam reginam doctrina alendā.

συκίνη μάχαιρα.) Ficulnus gladius, id eſt ſycophanta.

συκίνη ἐπικουρία, Ficulnnm auxilium, de rebus inutilibus. Nos ſedentes ficulnum illud præſidium, milites, expectamus.

συκίνη ναῦς, Ficulna nauis.

συκομορέα.) Caprifici fructus nō matureſcit, niſi incidatur parum.

σῦκον αἰτεῖν.) Ficum petere: pro adulari. nam Athenienſes adulabantur agricolis, ut pręcoces ficus ab eis impetrarent. Omen enim inde captabant, ſe poſtero anno redituros eſſe.

σῦκον ἐφ' ἑρμῇ.) Ficus in Mercurio: de iis quæ ad cuiuſuis utilitatem propoſita ſunt. nam ſicubi ficum conſpexiſſent, eam Mercurio dedicabant, quam auferebat qui uolebat.

ὥσπερ τὸ σῦκ' ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔφυ.) Ita inhæret, ut ficus oculis. De iis qui alicui rei ſunt affixi. Ficum autem dicit, caruneulam aut hulcus in oculis. Ficus uel ſola eſt alexipharmacū: & aridę fici cū ruta aſſatę, & ieiunis datę, ęquè cū pulegio.

*Ficus alexipharmacum.*

*Explicatio ſomnij.*

βρῶσις σύκων σημαίνουσι φλυάφων ψόγους. Eſus ficnum ſignificat nugatorum reprehenſiones.

συκοφαντεῖν.) Ficu arbore primùm inuenta, uetuiſſe tradunt Athenienſes, ne ficus exportarentur. Qui autem eos deferebant, qui exportabant, ſycophantæ, quaſi Ficuum indices, dicebantur. Inde translatum nomen ad quaſuis calnmnias. Alij dicunt, cum in Attica fame laboraretur: quoſdam ficus diis conſecratas deuoraſſe: & pòſt, laxata annona, fuiſſe accuſatos. Calumniari, proprium eſt Athenienſium. Aelianus: Negligentiæ calumniabatur Deum, unde morbis & annonæ penuria Himeræi laborarūt. Sycophanta eſt diabolus, Deum calumniatus, ob uetitum lignū: & Iobum, Nū gratis Deum colit Iobus?

*Athenienſes calumniatores.*

*Diabolus calumniator.*

σύλας.) Demoſthenes in oratione de corona: Athenienſibus comprehendere iniurios non licet. Spoliati ſumus noſtris poſſeſſionibus, cùm Phaſelitis poteſtas data ſit comprehendendi Athenienſes. Nam cum ea quæ ceperunt, nolint reddere: quo alio nomine appelles, niſi rapinas alienorum?

*Clangor tubæ fereno cœlo.*

σύλλας.) Sylla conſule bellnm Ciuile Romanorum exarſit. Cuius calamitatem prodigiis eſſe denunciatam, Liuius & Diodorus tradunt. Sudo enim & admodum ſereno cœlo clangorem tubæ auditum eſſe, acuto & lugubri ſono: quo omnes qui audiuiſſent, attoniti fuerint præ metu. Tyrrhenos autem haruſpices mutationem generis & reipublicæ id portentum ſignificare, pronnnciaſſe. Octo enim hominum genera eſſe, & uita & moribus inter ſeſe differentia: unicuique uerò eſſe pręfinitum tempus à Deo, quod magni anni circultu abſoluatur. Itaque priore circuitu deſinente, & altero inſtāte, cieri portentum aliqđ in cœlo aut terra admirabile: quo huiuſmodi arcanorū periti ſtatim intelligant, homines & morib. aliis & alia uitæ ratione prædiros, quī; Deo minus quā ſuperiores curæ ſint, extitiſſe. Quæ itáne ſe habeant, an ſecns non diſpnto. Sylla Cos. Epheſo Athenas pſectus, & aliquādin in urbe uerſatus, Apellicōtis Teij bibliothecā ſuſtulit, in qua plurima fuere Ariſtotelis & Theophraſti uolumina, nū quam (ut ait Plutarchus) uulgo cognita, quæ tum demum in notieiā hominū per-

*Tyrrheni de hominū generatione.*

*Magni anni circuitus.*

*Ariſtotelis & Theophraſti opera.*

Felix. Laberia.

peruenerunt. Sylla Cos. rebus ſuis geſtis cõſideratis, Felicem ſe & dicebat, & ſcribebat. Aliquando autem Laberia, matrona Romana haud ignobilis, Syllam ponè inſequens, manum iniicit ueſti eius, & filum ex ea auellit. Eo uerò conuerſo: Noli, inquit, ęgrè ferre Imperator. nam & ipſa paruam tuæ felicitatis capere partem cupio. Quo dicto ille ſupra modum delectatus, paulo pòſt uxorẽ eã duxit, Metella iam defuncta.

Metella.

SYLLVM, urbs prope Siden.

συλλογισμὸς.) Ipſo nomine ſyllogiſmus, id eſt collectio, compoſitionem quandam uerborum ſignificare uidetur, ut & aſſenſor ſententiarum. Eſt autem ratiocinatio inſtrumentum, ad declarandum aliquid obſcurum per nota quædam & clara. Cum autem omne inſtrumentum ſit utile, etiam ratiocinatio eſt utilis. Omne uerò inſtrumentum quod ſuum uſum non præſtat, tollitur. Eſt autem ſyllogiſmus, propoſitio cum concluſione.

συλλοχισμός.) Syllochiſmus eſt cum primo manipulo alius manipulus adiungitur: ut dux duci, & tergiductor tergiductori, ut interiectis iugis aſſiſtat.

συμμαχία.) ſocietas eſt, cum iidẽ utrinque ſunt & amici & inimici.

Offenſio. Defenſio.

ἐπιμαχία.) eſt quaſi dimidiata ſocietas, cum quis tantummodo ſocio iniuria laceſſito, fert opem, non etiam iniuriæ illi eſt adiutor.

συμβαλόντα.) Arrianus: Conuenerat, ut alter obſignaret: alter, qui cum eo cõtraxiſſet, faceret id quod conſtitutũ eſſet.

σύμβαμα.) Apud grammaticos eſt propoſitio ex nomine cõſtans & uerbo, perfectam ſententiam explicans: ueluti, Ioannes deambulat. παρασύμβαμα uerò, propoſitio ex nomine & uerbo non integtam ſententiam explicans: ut Ioanni curæ eſt: rogari queat, Quid? (Lucianus, Stoicorum argutias deridens, σύμβαμα, inquit, eſt exire domo: παρασύμβαμα, pedem allidere.)

συμβαίνει.) ἔτι δεῖ σκοπεῖν, εἰ συμβαίνει τοῖς λόγοις τὰ πράγματα. Illud uidendum, an dicta cum factis conſentiant?

Hectica febris accidẽs inſeparabile.

συμβεβηκός.) Accidens, quod & accedit & recedit, ſine ſubiecti interitu. Quo modo hectica febris eſt accidẽs, cũ ſine dubio occidat corpus? Solui hæc dicũt ex iis quæ antecedunt. Dici enim poteſt, nõ eſſe accidẽs febrim, neq; etiã alterationẽ ſubiecti: ſed calorẽ cõtra naturã, qui compagem diſſoluat animantis.

συμβλητά.) βουλῇ κρείττονι ἡ ἀνθρωπίνη γνώμη οὐδαμῶς συμβλητή. Diuino conſilio, cui humana prudentia conferri nequit.

σύμβολον.) Hominẽ eſſe mortalem, uel ante mortem argumento ſunt pelliceæ tunicæ. Si quod ſignum exiſtebat: decreta exequebantur: ut eſt terręmotus, aut ignis inuſitatus, aut muſtelæ diſcurſus.

σύμβολα.) In Philippicis Demoſthenis orationibus ſæpè ſunt pactiones, quas urbes inter ſeſe pepigerunt, ad æqua & præſtanda & impetranda.

σύμβολον.) Bionis pater habebat nõ faciẽ, ſed ſyngrapham in facie, acerbitatis herilis argumentum. Mater uerò, qualẽ talis ducat ex proſtibulo.

Symeon columnarius, ὁ στυλίτης.

SYMEON, mirabilis ille, de quo cum Aegyptij monachi intellexiſſent, eum in columna ſtare: inſolitam rem auerſati, eum ſuo cœtu excluſerunt. Pòſt autem cognita uiri uita, & animo faſtus experte, rurſus eum ſuſceperunt. Marcianus uerò imperator ſępè hominis priuati habitu clàm eum adiit.

Marcianus.

σύμμετρα.) Symmetra ſunt, quæ eâdẽ menſura metimur. &: quæ cuiq; conueniunt atq; ſufficiunt, ſiue multitudine, ſiue qualitate & facultatibus. Eſt igitur æquiuocum.

συμμορία.) Et optimorum uirorũ cœtus multi, & longitudo temporis, tantũ opus excitarunt. συμμορία, id eſt, claſſis una apud Athenienſes, aliàs ſexagenos, aliàs quindenos uiros continebat. & apud Demoſthenem 1200 locupletiſſimi in 20 Symmorias ſeu claſſes diſtribuuntur, quarum quælibet unam triremem præbeat. Etiã aſcripticios ciues in Symmorias acceptos, indicat Hyperides. Athenienſes, Nauſinico prætore primùm in Symmorias diſtributos autor eſt Philochorus.

*οὐδ' ἄγγελός τις, οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ:*
*Neq, nuncius ullus, neq, comes itineris.*

συμφέρεται.) Sempronius cum Hannibale paciſcitur: ſed prælio inferior, multos ſuorum amittit.

συμφορά.) Simonides: πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖσιν ἀγαθαῖς: Bibe bibe: in bonum euentum. Sophocles: ἐν συμφοραῖς βίου πρῶτον κρίνονται: In uitæ caſibus demum iudicãt. (Cicero præcurrit amicitia iudicium, tollitq; experiendi poteſtatem.)

συμψῆσαι.) Amaſij abſtergebant loca, in quibus ſederant, ne quod ſuæ uenuſtatis ſimulachrum amatoribus relinquerent.

*συνήϱοντ@.)* Multas ſolitariæ uitæ laudes coaceruabant.

*συνήγοϱ@.)* Apparet apud Athenienſes quoſdam ſuffragiis delectos fuiſſe aduocatos, ut reos defenderent: ut ait Antipho.

*συνήδοντο,)* Appiauns: Miſſis legatis gratulati ſunt rem benè geſtam.

*συνίει, ὁποῖά σοι τῶν πεπραχθέντων ἐψίστη τάπίχειϱα*: Vide quæ præmia facinora tua maneant.

*ἡ συνῆκας.)* Non intelligis nexũ Pleiadum, neq; ſeptum Orionis?

Pacta uerbis, factis, manu.

*συνθῆκαι.)* Pacta & fœdera trifariam cõficiebantur: uerbis, factis, manibus. Verbis, ut iureiurando: factis, ut uictimis altarium: manibus, quia his fidem dabãt. Sunt & tria crimina uiolati fœderis: ara, fides, iuſiurandum.

Ritus fœderis.

*συνθήκη.)* Græci, qui cum Cyro aduerſus Perſas aſcenderuũt, fœdus percuſſerunt, mactato tauro, lupo, apro, & ariete: in clypeum intingẽtes, Græci enſem, Barbari haſtam: iureiurãdo addito, neutri alteros ſe deſerturos, ſed belli fore ſocios. Barbari uerò inſuper iurarunt, ſe ſine fraude ducturos eſſe.

*συνθημα.)* Exponebant, ſe ea adeſſe cõditione, ut neq; læderent quenquã, neq; à quoquam læderentur.

*συνθηματικῶς.)* Literas ſcripſit ex cõpoſito: dataq; teſſera (ut eorũ mos ferebat) ut is in cuius manus literæ perueniſſent, ſcripturam nulla ex parte intelligeret.

*συνόδοντα.)* Cõtinuis ſunt dentib. bos, ouis, capra: & ſi qua aliæ pinguedinẽ habent, ſebum non habent.

*σύννομε.)* Contubernalem ſuam luſciniam appellat upupa.

*συνοχὴ, σύναψις.)* Contactus ſpecies eſt coagmẽtatio. Errat igitur, qui contactus genus facit coagmentationem. Neque enim omne quod contingit, coagmentatur. Contingunt enim ea etiam, quę tãtum tangunt, non etiam coagmentantur (F. pro ἡ leg. ἀλλὰ μὴν πᾶν, ſed tamen) nec tamen omne quod coagmentatur, cõtingit. Latius itaq; patet cõtingere, quàm coagmentari ſeu cohærere.

*σύνοψις.)* Deliberabat de caſtris in conſpectu Carthaginenſium ponendis, quò maiorem eis terrorem incuteret.

*συνωνή.)* Coemptio. Sub Iuſtiniano frumentum malignè prouenerat, & frumẽtariæ naues minus frequentes quàm opus erat, appellebant. Dubius igitur animi quid ageret, in Bithyniæ & Phrygiæ & Thracię locis magnã frumenti copiã cõquiri iubet. Quorũ incolæ neceſſe habebãt onera magno labore ad mare deportare, & cum periculo perferre Byzantiũ, paruo precio pro portione ab illo recepto. Itaq; tanta detrimenta capiebãt, ut acquieſcerent, ſi quis eos fineret frumentum domi donare fiſco, & alteram æſtimationem pro eo deponere. Hoc illud onus eſt, quòd συνωνὴν, id eſt coemptionem appellare conſueuerunt.

*συνώνυμ@ κατηγοϱία.)* Vniuoca prędicatio eſt, cum nomen definitionem etiã pro nomine admittit. ſicut animal prædicatur de homine, ac admittit homo & nomen & definitionẽ animalis. Animal enim eſt eſſentia animata, ſentiens. Aequiuoca uerò prædicatio eſt, cũ definitionem non recipit, ſed nomen tantum: ut fit in hominis Imagine.

*σύνταγμα.)* Duæ cohortes, τάξεις, uiri ſunt 256. quarum dux, ſyntagmatarches. Quidam etiam Xenagiam uocant, & Xenagum ducem.

Origenes.

*συντακτήϱι@, ἢ συντακτικὸς*, Cõpoſitor ſiue conſcriptor dictus eſt Origenes, ob librorum quos fecit multitudinem.

Res eadem, nomen minus inuidioſum.

*σύνταξις.)* Duarũ rerũ coniunctio. Demoſthenes: Is ordo ſit, ut ijdem & accipiant & faciant quæ debent. Malchus: Stipendiis ſæpè fraudati milites, uictu etiam conſueto intercluſi, in deſperationem uenerunt. Cum Græci tributorum nomen à Calliſtrato uſurpatum grauiter ferrent, συντάξεις, id eſt ordinata ſeu conſtituta uocauit. Hyperides: Cum nunc tributum pendamus nemini, aliquando nos ab aliis exegimus.

*συντεκμηϱάμεν@.)* Eunapius: Omnis eius uitæ ex euidentibus rerum eius indiciis & ſignis capta coniectura.

*συντέλειαι*, apud Dauidem, omnis generis ſupplicia.

*συντέλεια.)* Iob: Nihil unquã boni peregerunt.

*συντελεῖς, καὶ συντέλεια.)* Trierarchi plures, unà eandem nauim inſtruebant.

*συντεταγμένως.)* Ariſtophanes in Pluto: Laudo quòd alacres & frequentes adeſtis.

*συντέτηκεν.)* Falſa opinio pro uera illi eſt inſtillata. Corpus eius ita contabuerat, ut iniecta ueſtimenta ferre nullo modo poſſet.

*σὺν τῷ κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα*. Vnà cum cane & lorum.

*συντυχία.)* Suſpicatus non forte fortu-

 na &

na & ſubita terũ mutatione, ſed conſultò & de induſtria eum eſſe talem.

*συνοίσω.)* Penes uos eſto id amplecti ꝙ expedit, & bello pacem anteferre. Ea erat ingenij dexteritate, ut quid è re ſua futurum eſſet, ſagaciſſimè diuinaret.

*συρακουσίων τράπεζα.)* Syracuſana menſa. Syracuſani omnium lautiſſimi habiti ſunt, & delicatiſſimi.

*συρβηνέων, ἢ συρβήνη χορός.)* Suillus cœtus: id eſt, perturbatus & indecens.

Pro: lucj dictus διάδοχος. ob ſucceſſionem. Scripta Syriani.

SYRIANVS Alexandrinus philoſophus, Athenienſi ſcholæ præfuit: magiſter Procli, qui ei ſucceſſit. Scripſit in totũ Homerũ cõmentariũ, lib. 7. In Rẽpub. Platonis, lib. 2. In Orphei theologiã, lib. 2. In ſcripta Procli de Homericis diis. Cõſenſum Orphei, Pythagoræ & Platonis. (*περὶ τὰ λογικά.*) De oraculis lib. 10. & alias quaſdã enarrationes. Iſidorus philoſophus (ut ait Damaſcius) accuratiſſimè ſcripta ueterũ examinare nõ deſinebat: ſed poſt Platonem Iamblicho maximè ſtudebat, & Iamblichi amicis & comitibus: quorum optimũ eſſe affirmabat ciuem ſuum Syrianum, Procli magiſtrum. Sed neminem contemnendũ cenſebat, quò uera ſcientia cogeretur.

Iſidorus. Syrianus. Nemo cõtemnendus.

*συριγμὸς.)* Strepitus & ſibilos in ſolennibus ludis, & ſubſannationes, quis facilè dixerit?

*συρμαίη.)* Syrmęa, potus apud Herodotum ex zea & aqua.

*συρμός.)* Epigrãma in Orpheum: Non amplius ſedabis uentorum fremitũ, non grandinem. Non niuium impetum, non tumultuans mare.

*σύροι πρὸς φοίνικας,* Syri aduerſus Phœnices. Nam utraq; gens malè audit ob calliditatem: uel ex eo, quòd perpetuas exercentes inimicitias nunquam ſyncerè in gratiam redeunt.

*συσκευάζει.)* In ſomnis diuina quædã facies illi offert, quę accingi ad iter eũ iubet, nã à fatis uocari. Cyrus tantũ uini ſecũ ferre iubet milites, quantũ ſatis ſit: ut cõſuefaciat eos ad bibendum aquam.

*συσκηνία.)* Xenophon: Contubernia militum ad inſtans prælium conducere uidebantur: cum cernerent, omnes eodem ali modo: nec quiſquã ſe deteriore eſſe conditione queri poterat, cauſamue habebat minus ſtrenuè pugnandi cũ hoſte. Et quòd noſcebant inuicem, uerecundiores fiebant omnes. Qui uerò inter ſe non norunt, negligentius agunt, tanquam in tenebris degant.

*συστομότερον σκάφης.)* Taciturnior ſcapha, uel inquilino: qui etiã *σκάφαι ἢ σκαφηφόροι* dicuntur. Prouerbiũ, in eos qui ob degenerem animum ſilent.

*συστροφή.)* Dauid: Conſerua me à conſpiratione improborum.

*σύστοιχα, καὶ παρώνυμα, ἐν τοῖς, παρακαθῆκε μὲν ἀλλήλοις εἰρηκοῦνται, διαφέροντα δέ.)* Σύστοιχα (coniugata) dicunrur inter ſeſe, & q̃ eodem modo affecta ſunt, ad aliquid & quorum propottio quædam eſt, ut ſcientia & ſenſus. utrunq; enim eodem modo ſe habet, ad ea quæ illi ſubiiciuntur, eodemq; modo ſcibile & ſenſibile. Vtrunq; enim eorum eodem modo ſe habet erga ea quorum eſt. Coniugara dicunt, omnia æquè denominata inter ſeſe, & cum eo unde denominata ſunt: ut à iuſticia denominatus eſt iuſtus, iuſtũ, & iuſtè. Hæc igitur & inter ſe coniugata ſunt, & cũ iuſticia. *παρώνυμα,* denominatiua, dicuntur tantùm ea quæ ab aliquo denominata, * illud dicunt, à quo ſunt denominata: non autem inter ſeſe, neq; illa cum his. A grammatica denominatur grammaticus: grãmatica uerò à grãmatico non irem.

*σύφαρ.)* Callimachus in Hecale: Per tugoſam meam pellem iuro, per hanc arborem quamuis aridam.

*συφεός.)* Agathias: Ni dictu ridiculum eſſet, uelut in haris & ouilibus Romanæ manſerant legiones.

*σφαγιαζόμενος.)* Ratus infelicem uictimas euẽtum ſignificare, tempus illud cauere decreuit.

*σφάκον.)* Ariſtophanes: Ille populum, anethum, ſaluiã terebat: ut quæ idonea eſſent ad torſiones & uertigines.

SPHACTERIA, locus anguſtus Laconiæ, dirimẽs & ſeparãs & intercludẽs irruptiões à Theſſalia & Lacedęmonia: ubi & Leonides (*πρότερον*) prius Lacedæmoniorum rex, pugnans cecidit.

*σφάκτριαι.)* Sacrificulæ ſacto habitu, & facie & manibus cruentis ex ſanguine uictimarum, ſtrictis enſibus uno impetu in Battum irruerunt, ut id ei adimerent, ſine quo uir poſthac non eſſet.

Battus penè inteſtabilis factus.

*σφενδόνη.)* Cyrus, uulgus Lydorũ funditores eſſe iuſſit, ꝙ id teli genus ſernile admodũ ſit. Nã illi quidẽ cũ reliquis cõiuncti copiis ſæpe multum proſunt: ſed per ſeſe, ne omnes quidem cũ paucis armatis, congredi audeant. Balearium inſularum funditores ſunt ſolertiſſimi.

Funditores.

*σφηκία.)* Ariſtophanes; *ὥσπερ σφηκιὰν βλίττει*

βλίψημι, ἐ ἐρεθίζ.) Tanquam crabronum nidum me exprimlt, & iritat.

Explicatio ſomnij. σφῆκες φανέντες δυσμενῶν εἰσὶ βλάβαι.) Crabrones uiſi, ſunt hoſtiũ nocumẽta.

σφωνθεὶς.) Timagenes uocatus ad cœnam, per cruciatum interfectus eſt.

SPHETTVS, municipium Acamantiæ tribus.

σφιγγὸς πράγματα περιέχειν πολλά.) Non minus negocij faceſſit in multis quęſtionibus abſurdorum iſtorũ ænigmatum, quàm Sphinx, nõ Cadmea illa, ſed omnino Sphinx quædam, diuinior multò, & ſapientior quàm illa.

SPHODRIAS (Vehemẽtius) dux Lacedæmoniorum, quem & ualde ſimplicem & temerè ſpe efferri ſolitũ tradunt.

σφραγίς.) Tarpeia anulos aureos & armillas in brachijs uidens, aurũ appetit.

σφριγᾷν.) Vt bono colore es? ut luxuriat tuũ corpus? uel rautum ſuffocares: καὶ ταῦρον ἄγχοις.

σφύζεις.) Piſides: Exultas Achilles, & animo es ebrio.

SPHYROMACHVS decretum fecit, ut uiri & mulieres ſeorſim ſederent.

χάσαντα.) Arrianꝰ: Aiũt uenis brachiorum inciſis, ex animi deliquio deceſſiſſe.

σχεδιάζειν.) Ab initio ad finem uſq; temerè & perperam factum.

Relatiua. ἡ σχέσις.) Habitudo ſeu affectio dicitur de ijs, quæ cũ aliquo conferuntur: ut pater cum filio, amicus cum amico. Hæc enim & habent & habentur inuicem. Ad aliquid ſunt etiam ea, quæ comparatione dicuntur: ut paruum, maius, duplum, & ſcientia & ſenſus. Theologus: Solę affectiones remanent, ſine rebus. Relinquimus enim matrem, & ab ea relinquimur. Itaq; diuidimur in filios & patres. Deus autem eſt imparribilis.

σχήματα.) Tres figuræ ſyllogiſmorum apud Ariſtotelem ſunt. Propoſitio, pars eſt cõplexionis. Ea uerò ueluti materia à figura informatur, quandã quaſi formã accipiens, certam cum medio connexionem. περισχηματίζειν, peruerſè loqui.

σχινοτρώξ.) Lentiſci arroſor. De eo qui ornatui ſtudet, & dentes candefacit.

Pallas Armenius. σχολάριοι.) Scholarij 3500 ad cuſtodiã Pallantis ex optimatibus Armeniorum deiecti erant, quibus antiquitùs maiora ſtipendia quàm cæteris omnibus è publico dabantur.

σχολή.) Aelianus: Iſta ſunt à me prætérita, ocium non agente, quorum uis mala ſcriptis meis ut perſequãr.

LITERA T.

TA ἀπὸ Νανάκου.) Aˊ tẽporibus Nannaci. De ijs quę ob antiquitatem in admiratiõe ſunt. Nannacus eñ rex Phrygum, ante Deucalionis tempora fuit.

ταβελλίων.) Tabellio, qui urbis contractus ſcribit: qui à uulgo νομικὸς, id eſt legis peritus dicitur, & omnes ciuium tabulas conficit, unamquamq; earum ſuis literis obſignans.

Ludus ſchachorum. τάβλα.) Tabula, nomẽ ludi. Hanc Palamedes ad Græci exercitus delectationẽ magna eruditione atq; ingenio inuẽnit. Tabula enim eſt mũdus terreſtris, duodenarius numerus eſt Zodiacus. Ipſa uerò arca, & ſeptẽ in ea grana, ſunt ſeptem ſtellę planetarũ. Turris, eſt altitudo cœli, ex qua omnibus multa (f. καλὰ, bona) & mala rependuntur: alij aliter * dicunt.

τὰ γὰρ ἐς σωφροσύνην.) Quod ad temperantiam attinet, iure optimo uel cũ Bellerophonte caſtitate certet.

τὰ γὰρ πέντα.) Vaſta & ſtolida (cuiuſmodi erat Aiax) corpora in graues diuinitùs calamitates incidere, dixit Vates.

Leonidæ epitaphium. ταγός.) dux. Homerus: Nobiſcunq; manente duces.

*Si in me conſpexeris hirſutam imaginem uenationis (id eſt, Leonem depictum, uel ſculptum) Dic, ducis monimentum eſſe Leonidæ.*

τάδε ἐκ τοῦ τρίποδος.) Hæc ex tripode ſũt. Ponit de rebus uetiſſimis. nã Ariſtocleæ Pythiæ tradunt ſtuprũ intuliſſe fratrẽ: & oracula quæcunq; per eam reddidiſſet Apollo, ab eo fuiſſe adulterata (παρασεσημασμένα f. conſignata.).

τάδε Μῆδος οὐ φυλάξει.) Hæc Medus non cuſtodiet. Sub Xerxis expeditionem, tradũt Græcos, deſperatis rebus, opes ſuas conſumpſiſſe: atq; adieciſſe, Hæc Medus non cuſtodiet.

τὰ δὲ πρὶν ἔργα.) Superiora eius facta maxima, ingrata ſunt amicis: hoc eſt, uirtus Aiacis ab Atridis negligitur.

τάδ' οὐ παρὰ κενταύροισι.) Nõ ſumus apud Centauros. Dictum quoddã fuit. Teleclides: Aliquos ex potẽtibus aliquid inbe. neq; enim ſumus apud Centauros.

Oˊ bellum uel legionem. τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν σκώμματα.) Sales è plauſtro. De ijs q aptè irridẽt aliqs. Athenis eñ in feſto Choũ cõceſſãtes, uehẽtes currib. obuios deridebãt, & cõuicijs inceſſebãt. idẽ & Lenæis factitabãt. Pòſt ẽt mulieres Athenieñ currib. inſidẽtes cũ Eleuſinẽ ad magna Initia ibãt, aliæ alijs in uia cõuiciabãt. hæc.n. earũ erat cõſuetudo.

*Libertas exagitandi uitia.*

ὅτι οἱ ἀλεξανδρεῖς.) Alexandrini olim luſtrabant animos. Certis enim diebus in curribus homines uecti, quibus hoc munus datum eſſet, totam urbem peragrabant, & ſtãtes ubi uellent, & domo aſtantes cuiuſcunq; uiſum eſſet, uerè de plauſtro canebant: nec falſa conuicia, ſed uera crimina obijciebant. Operã enim dabant, ut accuratè probra ciuium exquirerent, & hæc incorruptè proferrent, ut ob hoc omnes improbitatẽ auerſarent̃.

τὰ ἐκ τρίποδος.) Ex tripode dicta. Apollo uaticinãs tripode utitur, propter tria rerum tẽpora. Homerus: Qui nouit quæ nũc ſunt, quę futura ſunt, q̃ antea fuerũt.

*Qui ſcit quæ fuerint, quæ nunc ſunt, quæq́ futura.*

Virgilius:

*Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahentur.*

*Tripodis inuentio & dedicatio.*

Dicunt autem, ſic potitum eſſe Apollinem tripode. Piſcatores rete in mare conijciebant, ut quicquid extraxiſſent, eius eſſet qui iactum illum emiſſet. Emerunt quidam, deinde aureo tripode educto, inter ſeſe contenderunt: cum piſcatores, ſe piſces uendidiſſe: illi uerò qui emerant, ſe quicquid eductum eſſet, ſuo periculo emiſſe dicerẽt. Sic igitur ijs cõtendẽtibus, uiſum eſt interrogare Apollinem. At ille oraculum reddidit, tripodem eum ſapienti dandum eſſe. Attulerunt eum itaq; ſeptem ſapientibus, quorum quilibet eum repudiabat, ſe ſapientem eſſe negans. eſſe enim ſe alium præſtãtiorem. Viſum ergo eſt dedicare eum Apollini, tanquã omnium ſapiẽtiſſimo.

τὰ ἐν ποσί.) Sic dicunt negocia nũc expedienda.

τὰ ἐπὶ κοσκίνω.) Res cribri, ſeu cribrationes, ſi ita dicere liceat. De ijs qui cribro & tripode, aut lauro uaticinantur.

τἄλλα φιλώμεθα.) Dictum quoddam: Deinceps amici ſimus.

*ἀλλοπρόσαλλος ἄρης.*

ταλαντεύει.) Fortuna ſubinde uictorijs & cladibus ultro citroq́; belli euẽtus uariabat. (Victoria pendet. Pendet, & ancipites huc illuc incitat alas.) Pro ratione periculorum milites æqua lance remunerabatur, aliũ dignitate augebat, aliũ equo donabat, ob ſtrenuè nauatã operã.

*Ponderum nomina.*

τάλαντον.) Talentum (ut Diodorus ait in libro de Ponderibus) ſexaginta minas, mina centũ drachmas, drachma ſex obolos, obolus ſex æreus, æreus ſeptem minuta continet. Talentum uerò quod nunc Atticũ apud Siculos dicitur, olim quidem minas uigintiquatuor, nunc uerò duodecim cõtinet. Homerus ait, duo auri talenta. Itaq; noſtrum talentum nõ par eſt talento ueterum. Talentum in ſacra Scriptura eſt, cuiq; è cœlo miſſa diuina gratia. Ariſtophanes: Atqui hoc talẽto didicit Hyperbolus, uidelicet facundiæ inſolentiam. Talentum apud quoſdam, habet libras cẽtum uigintiquinq;. Centenaria erant ſaxa, quæ iaciebantur: & bina ſtadia, & amplius ferebãtur. Ictus non ab ijs tantùm quos attingebant, ſed à multis poſt eos collocatis ſuſtineri nõ poterat. Periclem criminantes, quinquaginta talentis mulctarunt.

*Talentum ſacrum.*

ταλαντουμένην.) Plato in Timæo, terrã inęqualiter libratã concuti ab illis. Cum uerò moueatur, illa etiam concurere.

ταλασιουργία.) Ille filias ſtudebat efficere ſacrificulas, & netrices. Non erat inde eorum apud eam gentem, uiros lanam tractare.

τάλιγγις.) Talingis ſtatuit, neglectis armis & uiris bellicoſis, ſcortorum & ſcurrarum uti conſuetudine.

τὰ μαγνήτων κακά.) Magnetũ mala. De maximis & acerbiſſimis malis, eò ꝙ hi uiolata religiõe, multis malis uexati ſũt.

ταμίαι.) Quæſtores, magiſtratus eſt ſorte lectus è Pentecoſiomedimnis, qui in æde Mineruæ in arce ſacram & publicã pecuniam cuſtodiunt, atq; etiam ipſius Mineruæ ſimulacrũ. Sunt & alij quæſtores, magiſtratus ſuffragijs lectus, ad ſanctas & publicas triremes, alter ad Paralum, alter ad Ammoniam.

ταμίας.) Quæſtores numero decem. Sunt etiam quidam triremium præfecti, ut hic ipſe. Quæſtores autẽ etiam trierarchos ſecutos eſſe, indicat Eupolis.

*Et ſecundam fortunam & aduerſam pulchrè ferre.*

ταμιεύεται.) Cordatorum hominũ eſt, cum benè ſecum agi putant, non efferri rebus ſecundis: cum uerò in humilem & aduerſam fortunam inciderint, nihil admittere ſe indignum.

ταμιεύει.) Corpora in primis purgare, animi uerò purgationem prorogare.

ταμύναι.) Tamynæ, urbs Eubœæ, in agro Eretrienſi, ubi etiam ædes Apollinis fuit: ut Aeſchines ait, & Euboicarum rerum ſcriptores.

τάναγρα.) Tanagra, urbs Bœotiæ: hinc Tanagræus.

ταναγραῖοι ἀλεκτορίσκοι.) Tanagræi galliculi. Pugnatores & animoſi, ut homines. Babrius: Gallinarum pugna Tanagræarum fuit, quibus dicũt eſſe animos, tan-

tanquam hominibus. Et prouerbium, ἀλεκτρυόνα καὶ ἀθλητὴν ταναγραῖον, gallum & pugilem Tanagræum. Celebrātur autem ut generoſi.

τὰ ναννάκου κλαύσομαι.) Inſtar Nannaci lamentabor. Nannacum regē fuiſſe ante Deucalionem dicūt. qui cū diluuium futurū præſciret, omnibus in templum congregatis, plorans uota fecerit.

τάνις.) Tanis nomen loci, ubi Pharaonis regia fuit. Dauid: In campo Tanis.

ταντάλειοι.) Prouerbiū, ταντάλειοι τιμωρίαι, Tantali pœnæ: de ijs quibus adſunt quidē bona, ſed his frui negatum eſt. ut, Byzantini extra urbē non audēt degere.

τάνταλος.) Tantalus, Iouis filius fuit, qui cōuiuio deorū adhibitus, arcana eorum publicauit: & ꝓpterea apud Inferos pœnas luit, lapidē habens capiti imminentē, infrà aquā multā, & frugiferas arbores. Quòd ſi quādo poturus erat, ſaxo in eum irruente, ſiti cōficiēbatur. Cernebat enim, unde edendū & bibēdū eſſet, ſed edere & bibere non poterat: cū mento aquam tangeret, mentum areſcebat.

ταντάλου κήπους τρυγᾷ.) è Tantali hortis fructū colligere. Iſæum oratorē in adoleſcentia luxurioſum, ſed maturiore ætate modeſtum factū, quidam interrogauit, quis piſcis aut quæ auis eſu ſuauiſſima eſſet? Deſijt, inqt Iſæus, his ſtudere. Animaduerti enim, me Tātali hortos excolere. innuens nimirū, ei qui interrogarat, oēs uoluptates, umbrā & ſomnia eſſe.

*Voluptates, umbra & ſomnium.*

TANTALI ſaxū putare tenuibus funiculis ſuſpenſum, imminere capiti. De rebus periculoſiſſimis.

ταντάλου τάλαντα ταντάλίζεται.) Tantali talenta accumulat. Celebratus eſt Tātalus Phryx, ita ob diuitias, ut etiā in ꝓuerbiū abierit. Opulentiæ & Iouis filius dictus.

ταγχοσδρώ.) Menāder: Hic Tanchoſdro Choſroæ dux, nō elephantes & uulgus agreſte, aliaúe terriculamenta, oſtētationi quidē accōmodata, efficacia uerò & ſolida nequaquam, ſed bellicoſiſſimos quoſq; & optimè armatos coegit, & loco imbellis turbæ uiros fortes delegit.

*Ordo ducis & militū.*

τάξις.) Ordo duplex eſt: alter ducis, alter militum, & ex ordine ducis fit ordo militum.

τάξις.) Duę tetrarchiæ, uiri centum uigintiquinq;, quorū dux olim taxiarch⁹, nūc cēturio dicit̃. λόχος cōtinet uiros octo: σύστασις collocatio, quatuor lochos, id eſt uiros trigintaduos. pentecontarchia, duæ ſyſtaſes: i. uiri ſexaginta quatuor. ἑκατονταρχία, id eſt cęturia, ſunt duę pentecōtarchiæ, uiri centū uigintiocto. Quælibet ἑκατονταρχία ἐκτάκτους, id eſt elocatos ſeu extraordinarios habet quinq;. ψιλαγία, Pſilagia, duę cēturiæ, uiri ducēti quinquaginta ſex. ξεναγία, Xenagia, duæ pſilagiæ, uiri quingēti duodecim. σύστρεμμα, Syſtrēma, duæ Xenagiæ, mille uigintiquatuor. ἐπιξεναγία, Epixenagia, duo ſyſtrēmata, bis mille quadragintaocto. στίφος Stiphos, ſunt duæ epixenagię, uiri quater mille nonaginta ſex. ἐπίταγμα, Epitagma, duo ſtiphe, octies mille cētum nonaginta duo. Huius ſunt ἔκτακτοι, extraordinarij uiri octo: Epixenagi quatuor, Syſtremmatarchæ reliqui.

τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες, ἐπισείοντες τὴν κεφαλήν.) Aures in hūeris habēres, caput cōcutientes, quod eneruari facere ſolēt.

τ' ἀπὸ κοσκίνου.) Ex cribro. dictum quoddam de rebus ueriſſimis.

τ' ἀπτίμια.) Sophocles: Oſtēde hominibus impieratis mercedē, quā dij tribuāt.

τ' ἀπίχειρα.) In fabulis: Præmia meliora habet clade accepta.

τὰ πρῶτα ἄρης εἰς τοὺς παῖδας ἐπῃνεῖτο.) Initio Mars laudabatur ob filios. De ijs qui initiò modeſti ſunt, pòſt uerò incontinenter uiuunt.

τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας αἴγιν' ἐκτρέφει.) Primùm Aegina optimos pueros educat. Prouerbiū. Adulta.n. ętate Aeginetę mutantur in deterius: ſumptū hoc eſt ab Achille, Patroclo, Aiace, Neoptolemo.

ταρραντινίδιον.) Tarrantinidion, tenuis & inſignis ueſtis, nō omnino purpurea, ut quidam putauerunt. ſic Nicoſtratus. Alij, diadema. Quod in capite ſignū habuit, & teſtimonium principatus, auulſit: deinde collo circūdedit. id uerò fuit ταρραντινίδιον, tenue & infirmum. Nam cū tantum diſtētum eſſet, ruptum fuit. Hæc uerò grauiter doluit.

ταραντῖνος.) Tarantina, turma quædam equitum fuit.

ταραξίας.) Is, ut homo ſeditioſus & turbulentus, in Alexandrinam eccleſiam irrupit, turbinis atq; procellæ inſtar.

ταραξικάρδιον.) Verbum iſtud graue eſt, animum perturbat.

ταρβεῖ.) Sophocles: Neceſſe omnino eſt, ô ſenex, tuā ſententiam nos revereri.

ταρβεῖ.) Iis, quibus res ſecundæ ſunt, ſi rē uerè cōſiderent, metus ineſt, ne quando labaſcat is, cum quo bene agitur.

τάρβη.) Qui à facinore non abhorret, ne ab oratione quidem.

τάρα

*ταρίχα.*) Prouerbiū: Si carnes non adfuerint, ſalſamenta boni cōſulenda ſunt. Monet, ijs quæ adſint, contentos eſſe oportere.

*ταρσός.*) Tarſus, urbs Ciliciæ, quā Sardanapalus Aſſyriorū rex uno die extruxit.

*τάφροι καλάμων,*) Foueis effoſſis, haſtisq́; in ijs defixis, calathis arundinū & materia greſſum nō ſuſtinēte, ſed cedēte oneri, fauces foſſatū texerūt: iniectoq́; puluere, & agris utrinq; excultis, frumentoq́; conſitis, Romanos in fugā coniecerunt.

*Occulta foſſa.*

*τάρταρος.*) Tartarus, inferior apud Inferos locus. Dicunt Tartarum, etiam locum eſſe iuxta nubes.

*ταρτησία μύραινα.*) Tarteſia muræna. Hæ ibi maximæ naſci dicuntur.

*ταρτησσός.*) Tarteſſus, Hiſpaniæ ciuitas in Oceano ſita, uicina * Auerno lacui. Tarteſſiorum (Arganthonius) Agathonius rex fuit.

*τὰ σαμίων ὑποπτεύεις.*) Samia expuis: id eſt, more Samiorum. Prouerbium hoc dicitur de ijs, qui immedicabilium calamitatum proditiones meruunt. Ortum eſt è ſupplicijs, quibus Athenienſes affecerūt Samios, quorum captiuos partim occiderunt, partim notarunt Same, quæ dicitur: quæ eſt (σκαφος lego, πρὸ πυθος) nauigij Samij genus. Samij uiciſſim ſi quos cæpiſſent Athenienſium, eos pòſt etiam compunxerunt.

*Nota ignominioſa.*

*τὰς ἐν ᾅδου τριακάδας.*) Inferorum Triacadas (dies trigeſimos.) De curioſis, & abſcondita ſcire ſtudentibus.

*τὰς ὁδοὺς οἶδεν.*) Vias nouit quibus Eucrates rectà ad farinam hordeaceam ſugit, ubi grana moluntur. Perſtringit Eucratem, ut molitorem: qui etiam σύπαξ uocabatur. Hoc de fugientibus & fugitiuis dicitur.

*τὰς ὀφρῦς ἀνασπακώς.*) Arrectis ſupercilijs, id eſt tetrico uultu approperat, quaſi graue aliquid nunciaturus.

TATIANVS, ſub Parabata Iuliano martyrium obijt.

TATIVS.) Tarpeia patris abſentia obſeruata, Tatio caſtellum ſe proditurам pollicetur.

*τάττουσι.*) Damaſcius: Modeſtia & temperantia omnes animi affectus ordinant atq; exornant.

*τὰ τῷ αὐτῷ τὰ αὐτὰ, καὶ ἀλλήλοις εἶναι δεῖ τὰ αὐτά.*) Quę cum eodem ſunt eadem, etiā inter ſeſe ſunt eadē. Geometrica iſta eſt definitio, quę hoc poſtulet. Cum te mores mihi fecerint amicum, hos uerò ille & natura conciliarint, & uterq; ſitis amici: uos inuicē deuinctos eſſe decet, quēadmodum mecū, qui medius ſum. Coagmento igitur uos inuicem.

*τὰ τῶν φόρων κρείττω.*) Tributa ſunt potiora. Prouerbium dicitur de ijs, qui auferunt plura, quàm deliquerunt.

*τὰ τρία τῶν εἰς θάνατον.*) Tria mortis genera. Capitis condemnatis tria proponebant, gladium, laqueum, cicutam. Alij dicunt, Tria aulæ, id eſt prætorij uerba. Qui ad mortem ducebantur, ijs ea dabatur licentia, ut cibo & potu impleti, tria dicerēt, quæ uellent: poſtea os eis obturabatur. Ei qui oraculū Delphicum adierat, & oracula obſignata accipiebat, denunciatū erat ſuppliciū, ſi tabellas ſoluiſſet, unum de tribus. Aut enim oportere eū priuari oculis, aut manu, aut lingua.

*ταυρηδόν.*) Ariſtophanes, de Aeſchylo irato: Tauri inſtar demiſſo capite obtuebatur..

*ταύρειος ποσειδῶν.*) Taurinus Neptunus.

*ταυρωνη.*) Luna Taurione apud Tauroſcythas colitur, uel ꝙ gregū præſes ſit: uel ꝙ, ut Luna, tauris uehatur. Deliros enim, ex Luna ægrotare ſuſpicātur, ꝓpterea quòd nocturnis ſpectris dominetur.

*ταυροπόλαν.*) Dianam Tauropolam appellant, quòd ut taurus omnia circuit: ut ſcribit Apollòdorus. Iſter autē tertio libro Miſcellaneorū, ꝙ Luna taurū à Neptuno immiſſum Hippolyto, furore percitū ꝑ omnes terras agitarit. Alij, quòd proſtrauerit, quare etiā ταυροβόλος. Etiam Minerua Taurobolus in Andro colitur. Anius eīm dato Atridis tauro, iuſſit, ubicunq; is è naui exſilijſſet, ædem Mineruę condere, & ſic eos proſpera nauigatione uſuros. Ille uerò in Andro exilijt.

*ταῦρος.*) Taurus, Berytius, philoſophus Platonicus fuit, ſub Antonino Pio. Scripſit de differentia dogmatum Platonis & Ariſtotelis: De corporibus & incorporeis rebus, & alia plurima.

*ταῦρος.*) Taurus mons, Tauri imaginē ſcitè exprimit, ſalientis & iactantis poſteriores pedes in altum: deinde etiam cerulces contortas extollentis.

*ταῦτα πράσσων φάσκ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶν.*) Hæc agēs dicebat uir nihil faciēs. Cratinus in Horis. Prouerbiū, in eos qui nihil agunt.

*ταῦτα πρὸς ἀνδρὸς ἐστὶ νοῦν ἔχοντος, &c.*) Hoc uiri cordati & ſapientis munus eſt, qui multum nauigauit, ut ſe inflectat ſubinde ad felicius latus, potius quàm ut ſtet picta imago, unūq́; geſtū retineat. Nunquam

*Theramenes cothurnus.*

quam paſſus ſum Sthenelum, ad felicẽ abeuntem parietem, ius uiolate.

*ταῦτά σοι καὶ πύθια καὶ δήλια.*) Hæc tibi ſũt & Pythia & Delia. De ijs qui extremum capiunt laborem. Polycrates, Samiorũ tyrannus, Rhenea capta, & Apollini conſecrata, cõſtitutis in Delo ludis pulcherrimis, Delphos miſit conſulturos, quomodo appellandi eſſent ludi; Delia'ne, an Pythia? Oraculum autem ei reſpondet, *ταῦτά σοι καὶ πύθια καὶ δήλια*: hæc tibi ſunt & Pythia & Delia. Futurum innuens, ut propediem excederet è uita.

Polycratis ludi.

*ταυτὶ λέγων μορμολύττεσθαί δοκεῖς*) Ariſtophanes: Nunqd iſtis uerbis terreri me putas? In eos qui ſe terrorẽ incutere putãt.

*ταυτὶ μὲν κλάσμεθα.*) Hæc quidẽ conicimus, ſecũdũ Aeſchylũ. uel, In his quidẽ ſimiles ſumus. Iſta nõ ab alijs perpeſſi ſumus, ſed à noſtris ipſorũ pẽnis. Aeſchylus Libycum hoc prouerbium appellat:

*Hæc eſt fabularum Libycarum oratio,*
*Ictam ſagitta aquilam dixiſſe,*
*Viſa machina alarum:*
*Non ab alijs, ſed noſtris pennis capimur.*

Nos igitur, dicit, non ab alijs hæc patimur, ſed à noſtris conſilijs: id eſt, ipſi in culpa ſumus.

*ταυτὸν.*) Idem. Ariſtoteles in Topicis hoc triſariam diuidit: & tribus his quartum etiam addit, proportionem, qui modus remotior eſt cæteris. tres autem hi ſunt. *ταυτὸν* aliud numero dicit, aliud ſpecie, aliud genere. Numero eadẽ ſunt inter ſeſe, quorũ nomina plura ſunt: res uerò quæ ab illis ſignificat, una. qualia ſunt polyonyma, id eſt unius rei plura nomina. Numero enim una eſt, ueſtis & indumentum, quòd unũ & idẽ numero ſignificat. Siue autẽ oratio ſiue nomen ſignificet idem, id quoq; numero idẽ eſt: ſiue ſermones plures ſignificent idem, etiam hæc ſunt numero eadem. Numero enim iiſdẽ eſſe eſt, *ἐν τοῖς ὀνόμασι σημαντικοῖς*, non nominibus ſignificantibus. Vt, breuiter dicã, numero, ut polyonyma, ueſtis: ſpecie, ut Socrates & Plato: Genere, ut homo, equus. ſunt enĩ ambo animalia. Proportione: ut cor, & fons; & unitas. Vt enim ſe habet fons ad porũ, ita & unitas in numero. Cor in animali, uiſus in oculis, mens in animo. Tranquillitas & ſerenitas idem ſunt. Quod enim tranquillitas in mari, id ſerenitas eſt in aere. Ambo enim quædã qes ſunt, *γαλήνη, νηνεμία*.

Idem Numero.

*ταυτὸν πίνουθα.*) Nos nõ ultrò (nõ enim audeo dicere inuitos) uirũ illum bonũ atq; egregium parumper à nobis diſcedere paſſos eſſe, facilè ſcilicet intelligis. Fortaſſis autem & mihi & tibi, & ipſi aliquid ſolatij fuerit: ſi ille quidẽ te, nos uerò per illum re potiamur. Neq; uerò me decet quicquam amplius de his ad te dicere. Si enim ego tibi nunc eum notum facio, tum mihi accidit id quod prouerbio dicitur: Vt tuũ tibi ſomnium narrẽ.

*ταυτὸν ἐπάθησα.*) Idẽ facit quod ij qui anguillas uenantur, qui agitatione cõti adhibita, lutoq; turbato, uoti cõpotes fiũt. Etiam ille confundit Rempublicam, & exagitat, uolens & fratres & præfectos in eaſdem turbas conijcere.

*ταυτότης.*) Piſides:

*Iiſdem confuſus lachrymis.*
*Nam & lætitiam ſæpè lætitia nutrit,*
*Et lachrymis aliquis elicit lachrymas.*

*ταχυβάμονας ὅρκους.*) Celeriter ingrediẽs iuſiurandum. Ariſtarchus per cõtrarium intelligit, pro tardo. Præſtat autem intelligi (lego *ἔρωτι*, pro *ἑτέρῳ*) iuſiurandum amatorum, qui periurij ſunt indemnes. unde etiam prouerbium.

*ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.*) Venereũ iuſiurandũ nõ eſſe puniendũ. Ouidius:

*Iuppiter ex alto periuria ridet amantum.*

*ταχυναυτεῖ.*) Sacræ triremes, ad uſus Reipublicæ miſſæ, ſunt celeres.

*ταχυβούλοις.*) Perſtringuntur Athenienſes, ut præcipites & temerarij, & quos conſiliorum citò pœniteat.

*ταχὺς.*) Cum indubium incideris, celeriter tranſſili ad alias argutias inexplicabiles. Hæc dicit ad deridendum Socratem, ut qui in diſceptationibus ſubſannetur: & in anguſtias redactus, à propoſito aberret. Docet autem eum, ſi hæſitarit in uno, tranſilire celeriter ad aliud aliquid. Qui uerò alij præcipit, ipſe nimirũ ea periclitatus eſt quæ præcipit.

ἀποπλάνησις. Aberratio à propoſito.

*ταίναρον κακόν.*) Tænariũ malũ, in quo ſupplices uiolantur. Lacedæmonij enim Helotas, qui in Tænarum promontoriũ confugerant, occiderunt.

*ταίναρον.*) Promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducẽtes: ubi & Neptuni Aſphalij, id eſt tuti ſeu ſecuri, templũ. Ibi Helotes, ſupplices in Neptũi tẽplo ſedẽtes, nihil ueriti interfecerũt Lacedæmõij: & ꝓpterea polluti & impij habebãt. Ariſtoph. Illis Neptũ⁹ Tænari de⁹, terra cõcuſſa õnib. inijciat dãos.

*τίγγι.*) Vio tige pulmões, tige: blãda aũt abſtine Venere. *Man ſolle in hundſtagen dẽ mund feucht, das ůberig im trucken halten.*

*πθεια*

τεθεωρημένη.) * Arceſilaus philoſophus, natura tardus & oſcitabũdus, in arte autem ſpectatus, dixit, geometriam ſibi oſcitanti in os inuolaſſe.

τεθνεώτ.) Mortuis multis, cum exigua uitæ ſpe præditi eſſent.

τεκμαιρόμενος.) Ex falſis uera, & non futura ex ijs quæ facta erant, colligebat.

τεκμήριον.) Argumentũ uerum aut indiſſolubile: ut ſi ex fumo ignẽ adeſſe colligas, & ſi omnino ſequatur cauſa cauſarum, argumentũ hoc dicitur. Si uerò nõ omnino ſequatur, ſignũ, & nõ argumentum dicitur, eò quòd non indiſſolubile eſt: cuiuſmodi eſt, Pallet, quia peperit.

Theodora. THEODORAM fuiſſe dæmonẽ ſpecie humana, ex magnitudine malorum quibus homines affecit, certò colligas. Nã in exceſſu rerũ geſtarũ, etiã uis actoris perſpicua fit. Ille pertimuit, cognito eius impetu, & è factis minas æſtimabat.

τέκμησσα.) Tecmeſſa Aiacis uxor, & nomen urbis: hinc Tecmeſſenſis.

τελέας.) Teleas dicet hæc. Ariſtophanes in Auibus: Homo temerarius, uolitans, obſcurus, nunquam ſibi conſtans ulla in re. Perſtringit Teleam ut erronẽ: quaſi dicat, Teleam de uolãtibus interrogo. Fuit autem Teleas homo mordax, & leui ingenio. Præterquam enim quòd cinædus erat, etiam ob impudentiam, timiditatem, gulam, fraudationem, & improbitatẽ malè audiebat. & Plato in Syrphace, Teleam dicit aliud pectore clauſum, aliud lingua promptum habere.

τελέσιλλα ποιήτρια.) Teleſilla poetria. in ſtatua eius libri abiecti erant, & galea capiti impoſita. Etenim cùm Lacedæmonij eos qui in templum Argiuum confugerant, occidiſſent, & urbem expugnatũ irent: Teleſilla adultas mulieres armatas contra hoſtes eduxit. Quo uiſo, Lacedæmonij retro abierunt: turpe rati, cũ mulieribus bellum gerere, quas & uincere nulla gloria ſit, & uinci magnũ dedecus. Quo facto oraculũ euentu comprobatum eſt, quod Argiuis dicebat:

*Cum mulier marem uictum expulerit,*
*Et gloriam apud Argiuos pararerit,*
*Multas Argiuarum tum efficiet luctuoſas.*

τελέστης.) Teleſtes comicus. huius fabulę ſũt Argo & Aeſculapius: ut Athenęus narrat, quarto libro de Dipnoſophiſtis.

τελεία.) Iuno cõfectrix, & Iupiter confector, colebantur ut præſides nuptiarũ. τέλ@ enim etiam nuptię dicuntur: unde προτέλεια, uictimæ quæ ante nuptias immolabantur. Perfectio naturæ hominis duplex eſt: una cognitionis, quam ſcientiam uocãmus: appetitionis altera, quã uirtutem appellamus.

τέλμα.) Piſides: Fluuios terram, & ſaxa aquam facit. χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, τελματοῖ δὲ τὰς πέτρας.

τελμισσεῖς.) Telmiſenſes habitant in Caria, diſtantes ſexaginta ſtadia ab Halicarnaſſo: ut Polemon tradit. Telmiſſus autẽ urbs eſt Lyciæ, à Telmiſſo Apollinis filio, & filiæ cuiuſdam Antenoris, cũ qua rem habuit in catulum mutatus: eaq; de cauſa eam prodigiorum interpretem effecit, ut Dionyſius tradit in Originibus.

τέλος.) Finis dicitur id, cuius cauſa aliquid fit. Is autem eſt duplex: alius, cuius: alius, cui. cuiuſmodi eſt, fabro finis eſt Cuius cauſa, facere tectũ, quod imbres & æſtus arceat: Cui uerò, nobis. tectum enim nobis facit. Sumus igitur nos fabri finis, quatenus cui. Sic uidere licet; in ijs etiam omnibus quæ natura cõſtant, cuiuſmodi eſt deſideriũ numinis, id eſt immortalitatis, ob quã unumquodq; animatum aliud facit, uelut ipſe finis eſt, cuius: huius eñ cauſa eſt generatio. Quoniam autem corpora inſtrumenta ſiunt animis, animi ſunt fines, ut cui. Reſpondet igitur proportione artifici ædificatori Natura: homini iubenti fieri tectũ, animus: corpori, domus. Neq; uerò in animalibus ſolùm finis eſt duplex, cuius & cui: ſed etiam in plãtis. Etenim in his inſtrumẽtale corpus facit natura ad uſum animæ, quæ eis ineſt, relatũ. Partes enim plantarũ inſtrumentales ſunt, radix, cortex, medulla, folia, & id genus alia. Ac in animatis quidẽ duplex eſt finis, ut dictũ eſt. In reliquis autem non eſt inuenire finem duplicem. Metalla enim & lapides, deniq; inanima, proximè quidem à frigore & æſtu facta, ſeorſim uerò ab uniuerſo opificio, unum finem habent, Cuius: facta enim ſunt ob mundi conſtitutionem, nec tamen etiam ut Cui finis eſt in eis: neq; enim eorum inſtrumenta aliqua ſunt, neq; ad uſum animarũ aliquarum comparãtur. τέλ@ autem ſignificat ſex. Ariſto Chius finem dicebat eſſe, ita uiuere, ut neutram in partem inclinares, in ijs quę eſſent inter uirtutem & uitium interiecta, nullo prorſus diſcrimine relicto, ut in omnibus eodem modo ſis affectus. Similem enim ſapientem eſſe bono hiſtrioni. Differt autem τέλ@ & ὑποτελίς. nã ὑποτελίδα quidẽ, id eſt id quod fini

τέλος διττόν, τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ.

Ariſtonis ἀδιαφορία.

Sapiens hiſtrio.

τέλος. ὑποτελίς.

fini ſubiectum eſt, aſſequi etiã non ſapientem: finem uerò, ſapientem tantùm. Inter uirtutem autem & uitium, interiecta eſſe indifferentia. Alij dixerunt, finẽ eſſe ſcientiam: uiuere ſcilicet cum ſcientia, & non ignorantia deceptum.

*Epicureus finis & felicitas.*

τέλος.) Finis à felicitate differt. Siquidem finis eſt unaquæque uoluptas: felicitas autem quædam ex ſingulis illis uoluptatibus compages, quibus annumerantur etiam præteritæ & futuræ.

τέλος εἶναι.) ἐντελέχεια forma ſeu actus eſt anima, tanquam perficiens & gubernans, & adminiſtrans corpus, & huius inſtrumenta omnia mouens: ſine qua imperfectum, ac potius inutile, & prorſus nihil eſt corpus.

*τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου.*

τέλος.) Solon illam Crœſi fortunam contempſit, iuſſitque totius uitæ finem expectare, neque proſilire, neque properanter ſeſe in felicium numerum referre. Res enim humanas incertas & obſcuras eſſe.

τελώνης.) Iamblichus: Publicanus mercatori torquem reddidit. Nunc etiam lupi agnos ex faucibus (ἤδη καὶ θήγουσι, iam etiam acuunt. f. καθιᾶσι) dimittũt, & leones ex dentibus reſtituũt hinulos matribus, poſteaquam publicanus prædam talem amiſit.

τελώνης.) Olim publicanorum nomen inuiſum fuit.

τελώνης.) Vita publicani, aperta eſt uiolentia, impunita rapina, impudens auaritia: negotiatio nulla ratione conſtans, inuerecunda mercatura.

τελχῖνες.) Dęmones mali, aut homines inuidioſi & obtrectatores. Duo fuerunt Telchines, Simon & Nicon. Nicon uerò tantum excelluit, ut Simonis famam aboleret. Et prouerbiũ, οἶδα σίμωνα, καὶ σίμων ἐμέ: Noui Simonem, & Simon me. In eos quorũ alterius alteri nota eſt improbitas.

*Simon. Nicon.*

τέμπεα.) Tempe, conualles, anguſtiæ Theſſalicorum montium, circa Olympũ & Oſſam. Propriè (f. Theſſalici) Macedonici montes ſic uocãtur, & anguſta loca. Herodotus: Poſt Marathoniam pugnam Theſſali Medis ſtuduerũt, ueriti ne Tempe obſtruerentur. δείσαντες τὴν ἀπόφραξιν τῶν τεμπέων.

τενάγη.) ſtagna. Polybius: Ad oſtia in mare Bucari fluuij, cum animaduertiſſet turbine quodã fauces, & tranſitum iuxta illas (ἀποθινῶδες ripam fieri) ſicceſſere: captata illa opportunitate, traduxit exercitum, pleraque autem nauigia fluctuare in lacu ſiuit.

τενέδιος ἄνθρωπος.) Tenedius homo. De hominibus aſpectu horribilibus. Tenes enim in Tenedo legem tulit, ut homo ſecurim tenens, à tergo iudicis ſtaret, & eum qui mendacij conuinceretur, feriret.

τενέδιος ἄνθρωπος.) Tenedius homo. Cygnum Neptuni filium, patrem Hemitheæ & Tenæ, ferunt altera uxore ducta, cum nouerca Tenem ob ſtuprum intentatum accuſaſſet, uerũ crimen eſſe ratũ, in ciſtam conieciſſe adoleſcentẽ. Cum autẽ Hemithea periculum unà cum fratre adire uellet: utrunque in mare abieciſſe. Ciſta uerò delata eſt ad inſulam antè Leucophryn, póſt ab illo Tenedũ dictã. Cuius ille regno potitus, conſtituit, ut falſó accuſantib. à tergo aſtaret carnifex, ſublata ſecuri, ut cõuicti cõfeſtim occiderent. A' cuius terribili aſpectu, dicit Tenedi⁹ homo.

τενέδιος ξυνήγορος.) Tenedius aduocatus, id eſt aſper. Duas enim ſecures dedicatas Tenedij uenerantur. Et Prouerbiũ, Tenedia ſecuris. Ariſtoteles ſcribit, regẽ Tenedium cum ſecuri ius dicentem, iniuſtum ſtatim ſuſtuliſſe. Alij tradunt, eſſe locum Tenedi Aſſerinam, ubi fluuiolus ſit, in quo cancri ſint, quorum chelæ ita ſint diſtinctæ, ut nauẽ referant, ſecurique ſint ſimiles. Alij, regẽ quendam tuliſſe legẽ, ut utrique adultero caput amputaret: idque in ſuo filio obſeruaſſe. eaque de cauſa etiã in nomiſmatis altera parte ſecurim, in altera duas facies in uno collo incidiſſe. Alij dicunt, Tenem ob nouercales iniurias capitalia iudicia cum ſecuri exercuiſſe.

*Lex in adulteros.*

τήιος.) Anacreon Teius, lyricus poeta, ob Hiſtiæi ſeditionem Teo pulſus, Abdera Thraciæ urbem incoluit.

τέως.) Antiphon: Hactenus longo tempori plus fidei eſt adhibitum, quam breui. Demoſthenes ſecũda Philippica: Corpora dum robuſta ſunt: ſingularum partium debilitatem minus ſentiunt.

τέραμνον.) Poſtes & cœnacula & cataſtæ crematæ, liberorum exitiũ ſignificãt.

τέρας.) Monſtrorum, materia cauſa eſt. Nam requirit habilitas materiæ, ſecundũ quantitatẽ & qualitatẽ. Materia uerò animalium eſt, ſanguis mẽſtruus. hæc igitur ſiue abundãs, ſiue redundans, ſiue præter naturã conſtituta monſtrorum cauſa eſt.

*Monſtrorum cauſa.*

τέρας.) Ariſtophanes: Tali monſtro uiſo, non pertimui: ſed pro uobis belligerans, reſtiti.

τεράστια.) Aelian⁹: Nati infantes miſtione ferinorum & humanorum corporum monſtroſi uiſi ſunt.

*τερατεία.*) Sic dicuntur mendacia præſtigiatorum, de incantamentis, & dæmoniorum expulſione, itemq́ oẽs narrationes rerũ à natura humana abhorrentium.

*τερθρεία.*) Adoleſcentes tradunt, poſtquam cuſtodes regionis facti fuiſſent, militaſſe quidem, ſi bellum exortum fuiſſet: nón tamẽ cum alijs, ſed ſeorſim, in pugnę partibus periculi expertibus.

*τέρμα*) Mons trifariam diuiditur: *ἐς ἀκρώρειαν*, id eſt, iugũ ſeu cacumen: *ἐς ὑπώρειαν*, in latera: *ἐς τέρμα ἢ πόδας*, id eſt radices & extremitatem.

*τερμέρια κακά.*) Termeria mala. in Caria caſtellum quoddam Termerium uocatur, quo tyranni uſi ſunt pro carcere. Id uerò caſtellum munitũ intra Melum & Halicarnaſſum ſitũ eſt: è quo qui prædabantur, cum capi non poſſent, Termeria mala dicta ſunt, pro magnis.

*τερμισσεῖς*) Termiſſenſes, populus Piſidiæ.

*τερμία ἡμέρα*) Extrema uitæ dies. Heu mihi, tot mala ſuffeciſſent, profecto ad extremam regionem, ubi finirem ærumnoſam uitam.

*τέρπανδρος.*) Terpander: Arnæus aut Lesbius ex Antiſſa, aut Cymæus. Alij, oriundum ab Heſiodo eſſe ſcripſerunt: alij, ab Homero. Aiunt enim eum Bœi filium, qui fuerit filius Phocei, nepos Euryphontis, Homeri pronepos Lyricus, qui primus lyram ſeptem chordis fecerit, & modos lyricos primus ſcripſerit: quãuis quidam Philamonẽ eos ſcripſiſſe uolunt. *7 chordæ.*

*Morbi equorum.* *τέτανος.*) Morbus equorum eſt. laborant enim equi plurib. morbis: podàgra, ileo, tetano, exulcerationibus, & crithiaſi. Eſt autem crithiaſis, cruditas cum torminibus. Tetanus, rigor, conuulſio. Ileus, uentris affectio quædam. Podagra, dolor circa artus, & ſtranguria.

*Licentia linguæ non probatur.* *τεττάρων ὀβολῶν.*) Quatuor obolorum. De rebus magni precij. Libertatem oris tui quatuor ualere obolos, ut prouerbio dicitur, cenſes. An ignoras, etiam Therſitem inter Gręcos liberè fuiſſe locutum? Agamemnonem uerò Therſitis petulantiam minoris feciſſe, quàm teſtudo muſcas (ut dici ſolet) facit.

*τέτηκα.*) Polybius: Liquefactum, & ab igni conflatum argentum & aurum dum quærunt, plurimi Romanorum perierũt.

*Cicadæ Atticæ.* *τεττιγοφόροι.*) Cicadiferi Athenienſes dicuntur. nam aureas cicadas geſtabant, ut probarent ſe eſſe terrigenas. Thucydides libro primo: Adhibebant aureas cicadas in complicandis capillis. Aut quòd muſici eſſent. cicada enim eſt canora. Terrigenæ uerò, quòd etiam Erechtheus, conditor Athenarum, è terra natus fuerit.

*τετράγωνος.*) Damaſcius: Erat grauis, & in omnib. rebus honeſtus, & quadrangularis, & abſq́ reprehenſione compoſitus, ut Simonidis uerbo utar: adeò ut ne ſycophantæ quidem, qui contra eum inſurrexerant, negarent, uirum illum omnino eſſe admirabilem. *Virtus inuidia ſuperior.*

*τετράδι γέγονας.*) Quarta Luna natus es. De ijs qui fruſtra laborant. nam & Herculem quarta Luna natum, Euryſtheo ærumnoſe inſeruiſſe. Philochorus autem ait, etiam de Mercurio poſſe dici. Herculi autem hunc diem aſſignatum eſſe, quo ſe ad deos contulerit. Hinc *τετραδισταί* (quartanarij) dicuntur eâdem de cauſa, qui laborioſam exigunt uitam. *Quarta natus Luna.*

*τετρακόσιοι.*) Quadringenti, ſeptem annis ante triginta tyrannos, quatuor menſes urbi præfuerunt.

*τετρακτύς.*) Pythagoræi omnem numerum quaternionẽ uocarũt. hic uerò completur denario. Denarius autem è quaternis componitur, ob quaternas Lunæ formas. Ea enim eſt naſcens uel oriens, corniculata, gibboſa, & plena. ☾

*τετραλογία.*) Tragicam tetralogiã Plato dedit Dialogorum ſuorum. nam Tragici quaternis fabulis certabant: id eſt, ſingulis annis quatuor, Dionyſijs, Lenæis, Panathenæis, Chytris: quorum hoc quartum Satyricum fuit. Quatuor autẽ fabulę uocabantur Tetralogia. Sunt igitur omnes Platonis germani dialogi quinquaginta ſex. In ſingulis aũt libris duplici utitur inſcriptione, alia à nomine ſumpta, alia à re. Huius tetralogiæ quæ prima eſt, principatũ tenet Euthyphron, ſeu de Sancto: qui dialogus eſt *πειραστικὸς*, id eſt explorat ingeniũ aduerſarij. Alter Socratis defenſio: q̃ eſt ethica, id eſt pertinet ad mores. Tertius Crito, ſiue de re agẽda: qui & ipſe pertinet ad mores. Quartus Phædõ, ſiue de anima, eòdẽ referẽ. Secũda tetralogia, & reliquæ deinceps, extant in libro Laertij Diogenis de Vitis philoſophorũ. *Quaternæ tragœdiæ.* *Platonicorum dialogorum inſcriptiones.* *Laertius Diogenes.*

*τοῦ τετραμέτρου.*) Tetrametri carminis inuentor eſt Ariſtophanes poeta.

*τετραποδηδόν.*) Quadrupedes incedebant Libyci Sciapodes, cum latos pedes haberent, & alterum pedem attollerent, quo reliquũ corpus umbra protegerent, ad uitandum loci æſtum. *Sciapodes.*

*τετραρχία.*) Tetrarchia, quatuor manipuli,

puli, uiri ſexaginta quatuor: quorum dux Tetrarcha.

τεττάρων μερῶν.) Cum quatuor partibus Theſſalia conſtet, quaternio pars quælibet uocatur. Nomen autem * ait eſſe quaternionibus, Theſſaliotidem, Pelaſgiotidem, Phthiotidem, Heſtiæotidem. Et Ariſtoteles in communi Theſſalorum republica, ſub Aleua, Pyrrhi filio, diuiſam fuiſſe ait in quatuor partes Theſſaliam.

*Nudi oratores, id eſt mendici.* τετραστατήρου.) Ariſtophanes: Æuçon ſolertiſſimus nudorum, orationẽ ualde popularem habuit. Videtis me ſalute indigere quatuor ſtaterum. Sed tamen dicam: ſi fullones indigentibus præbuerint læꝺnas ſub brumam: pleuritis neminem ueſtrûm inuadet unꝗ. Hic Acuæon pauper fuit. Quibus lectus non eſt, neꝗ ſtragula, abeant cubitum in officinas coriariorũ. Si quis uerò hyberno tempore illos excluſerit: tria ſaga pellicea debeto: & farinę uenditores, tres ſemodios in cœnã præbẽto.

τετραφαλαγγαρχία.) Tetraphalangarchia. Duæ phalangiæ uiri ſunt 6384. hæc enim eſt perfecta & commoda phalanx.

*Bos arator.* τετρυμμένον.) Sulco & ſenectute maceratum operarium bouem, cruentam non duxit ad ſecurim, uerecundatus ob eius labores.

τετρυπημένοι.) Calculi ænei ſunt, foramen paruum in medio habentes, * quorum alij dimidiati ſunt, alij integri. Ii uerò quibus munus diſtribuendi calculos obuênit, habita oratione, tradunt unicuique iudici binos calculos, perforatum & integrum: quô rei palàm uiderent, neꝗ omnino integros, neꝗ etiam omnino perforatos accepiſſe iudices. *Calculi perforati, integri.*

τετρύαθη.) Appianus: Philippus aduenientes interfecit: ne Romani dicerent, Macedonicas opes exhauſtas eſſe.

*Paraſitica diræ.* τευθίδες.) Ariſtophanes de Antimacho: Antimachũ Pſecadẽ, id eſt Rorem, ut uno uerbo dicam, malè perdat Iupiter, qui me miſerum incœnatum dimiſit: quẽ utinam adhuc uideam loligine egentem: quæ aſſata & ſtridens appoſita menſæ ubi fuerit, cum accepturus eſt, canis abreptam deuoret. Hoc ei unum malum eſto.

τεῦκρος.) Teucer Cyzicenus, ſcripſit de aurifera terra: de Byzantio, Mithridaticarum rerum libros 5 de Tyro, 5. Arabicarum, 5. Iudaicam hiſtoriam libris 6. adoleſcentum Cyzicenorum exercitationẽ tribus, & reliqua.

τελμισία.) De uulpe Telmiſia ſcriptores rerum Thebanarum prolixè ſcripſerunt, ut Ariſtodemus. Immiſſam enim à dijs eſſe feram illam Cadmeis: ꝙ à regno Cadmi poſteros excluderẽt. Cephalũ aũt dicunt, Deïonis filium, Athenienſem, canem habuiſſe, quem nulla fera effugeret. Quem, cum imprudens uxorẽ ſuam Procrin pridẽ occidiſſet, purgatũ à Cadmeis, uulpem cum cane perſecutũ eſſe tradunt. Quæ cum ad Telmiſſum cõprehenderetur, canem & uulpem lapides factos eſſe. Hi fabulam ex Epico circulo acceperũt. *Cadmus. Cephali canis. Canis & uulpes in ſaxum.*

τέφρα.) Auribus meis accepi hæc, atque audiui. Qui uerò plura his cognouit, dicat.

τεφρώσας.) μὴ τὴν τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακιὰν πέσῃς, Vide ne cineres fugiens, in prunas incidas.

τεχνάζων.)

*Feſtiua res eſt, & tuo ingenio aptiſſima:*
*Nam ob calliditatem noſtra eſt placenta.*

τεχνάσμασι.) Calamitates non fraudibus ferre decet, ſed affectionibus. Enimuerò tu obſcœne lato podice es, non ſermonibus, ſed affectionibus.

τεῖχος μακρὸν.) Anaſtaſius imperator longa mœnia condidit ſexaginta milliaribus ab urbe, à Septẽtrione porrecta uerſus meridiem longitudine milliariũ quinquaginta, latitudine pedum 8.

*Explicatio ſomnij.* τείχει καθεσθεὶς εὐτυχὴς πέλειν δόκει.) Mœnibus inſidens fortunatũ te fore putato.

τῇ.) Homerus: Eò imus, quò tu nos Iupiter ducis.

τήβεννος.) Tebennus toga, Romana ueſtis, Tarentini Poſthumij togam ſtercoribus humanis inquinarũt. Tebennus autem nomen habet ab Arcade Tebenno, qui primus eam chlamydem induit, cum Ionium ſinum ingreſſus eſſet, & ab illius loci incolis ſuſceptus: à quo edocti indigenæ, eodem modo ueſtierunt, & ueſtem Tebenniam uocarunt. Poſtea nomine corrupto Tebennus dicta eſt. *Tebennus Arcas.*

*Oſtrea.* τήθεα.) Sciendum eſt, ueteres etiam uſos eſſe oſtreis, quamuis horum eſus parum habeat & ſuauitatis & utilitatis.

τηθύς.) Tethys. Sic & mare & terra dicitur. Homerus: Oceanus deorum genitor, & mater Tethys: hoc eſt, natura humida & ſicca.

τηλαυγὴς.) Telauges Pythagoræ præſtantiſſimi uiri filius & diſcipulus, philoſophus, magiſter Empedoclis: ſcripſit de quaternione libros quatuor.

*Ars augurandi.* τηλέγονος.) Telegonus primus artẽ augurãdi inuenit, cuiuſmodi eſt: ſi in tecto muſtela aut ſerpẽs apparuit, hoc aut illud ſignificat.

τηλεκλείδης.) Teleclides, Athenienſis comicus. Ex ei⁹ fabulis ſunt, Amphictyones, & Prytanes, & Robuſti, ut Athenæus in Dipnoſophiſtis ait.

τηλεσκόπῳ ὄμματι.) id eſt, Oculo eminus intuenti.

τήλεφος ἐκ πηριδίου.) Telephus è ſacculo. hic pauper & mendicus fuit, geſtans peram. Ariſtophanes: Atqui pridē mendicum agebas, Telephum eſſe te dicens è ſacculo. Alij dicunt, prius regem Myſiæ fuiſſe appellatum, qui ab Achille uulneratus fuerit, quo tempore Græci Myſiā inuaſerint, rati eam eſſe Troiam. Vnde etiā Telephium uulnus, τηλέφιον τραῦμα.

τήλεφος.) Telephus, Pergamenus grāmaticus. Scripſit & ipſe libros, in quibus illud etiam tradit, quot res Grammatico tenendæ ſint: de Homericis figuris: Rhetoricorū libros duos, de Attici ſermonis cōſtructione libros 5. de Homerica Rhetorica. de Homeri & Platonis conſenſu, uariæ eruditionis duos: Vitas Tragicorū & Comicorum: Experientiæ librorum, libros 3. in quibus docet, qui libri digni ſint comparatu: &, Homerum ſolum ex antiquis Græcè loqui. Deſcriptionem Pergami. de Pergameno Sebaſtio ſeu Auguſtali, libros duos. de prætorijs Athenienſiū. de Athenienſiū legib. & moribus. de Pergami legibus libros 5. De uſu, ſiue de nominibus ueſtitus, cæterarumq́; rerū quib. utimur, ordine alphabetico. de Vlyſſis errore: Ocytocion, id eſt Collectanea epithetorum eidem rei conuenientiū, ad paratam dictionis copiam, libros 10.

βιβλιακῆς ἐμπειρίας.

τῆλις.) Telis, (fœnumgræcū) genus leguminis, quod elixū, ſi effundatur, periculoſum lapſum affert pedib. hominum: quod Ioſeph⁹ aduerſus obſidionē excogitauit.

τηλύγετος.) Natu minimi plurimùm diligi ſolent.

τημοῦχος.) Temuchus. Sic magiſtratus Meſſenij dicuntur. Temuchus uerò totā urbem, tanquam ſordibus & quiſquilijs liberatam, luſtrari iuſſit.

τὴν Ἀκεσαίου σελήνην.) Aceſæi Lunam. Prouerbiū, de cunctatorib. & ceſſatorib. Aceſæus Nelei filius fuit, gubernator.

τὴν αὐτὴν ταύτην αὖ χορεύσωμεν ὄρχησιν) Hoc dixit Marcus ad Zenonem imperatorem. Eandem hanc denuò repetemus ſaltationem.

Ænigma Periclis de claſſe paranda.

τὴν γῆν ὅταν, &c.) Terram hoſtilē cum ſuam duxerint, ſuam uerò hoſtilem, opes uerò naues, inopiam opes. Dictū eſt hoc de Periclis ſententia, qui iuſſit Athenienſes, ſi Lacedæmonij in Atticā impreſſionem feciſſent, nō ad pugnam egredi, ſed intra mœnia manere, & nauibus inuadere Laconiam. Opes igitur in terra inopiā arbitrari, in mari aūt ſitas eſſe opes exiſtimare: nihil aliud eſt, niſi unas putare opes, naues quàm plurimas: reliqua inopiā putare, cuiuſmodi eſt pecunia ſpectaculorū & iudiciorū. Suadet itaq; omnes in hæc factos ſumptus, nauib. eſſe aſſignandos.

Harmonia Dorica.

τὴν δωριστί.) Ad Doricam tantum harmoniam intendā lyram. Aliam nolo: hoc eſt, munerū largitiones uolo, quæ Græcè δωροδοκία eſt.

τήνελλα.) Lyræ ſonus. Inclyte ſalue rex Hercules, ipſe & Iolaus, duo bellatores. Ariſtophanes: Si clamore ſuperior fueris: uictor euaſeris. ſi uiceris impudentia: noſtra eſt adorea.

τὴν ἐμὴν κάμνει νόσον.) Meo laborat morbo. Prouerbium illi ſimile, ταὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν, Idem iugum ducimus.

τὴν θύραν ἔχων πεπρυμμένην, ὥσπερ αἱ ποίμναι.) Fores habet anguſtas, inſtar pecudum. De homine inhumano, & à commercijs abhorrente.

Tu tibi quære parem.

τὴν κατὰ σαυτὸν ἕλα.) Agitato turbinē tibi parem. De oraculo quodam dictum eſt: Qualis es, talis etiam uidere, & maiorib. ne te compares. Hoc apophthegma alij Pittaci eſſe dicunt, alij Solonis. Quidam aūt illud Chilonem dixiſſe cōſultori cuidam ferunt, An diues uxor ducēda eſſet?

τὴν λεοντῆν ἐνδύου.) Leoninam pellem indue, id eſt fortis & ſtrenuus eſto.

τῆνος.) Tenus, unà ex Cicladib. inſulis.

τὴν ταχίστην.) Magnopere ſtudebat primo quoque tempore de ſumma rerum decernere.

τὴν τράπεζαν οἴσομεν.) Ariſtophanes: Mēſam feram. hoc eſt, Ipſe mihi inſeruiā, nec pueri utar miniſterio.

τὴν τρύγα συνεκπιεῖν.) Feces unà cum uino exhaurire.

Ignauo flectunt numina nullæ preces.

τὴν χεῖρα προσφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν.) Manu admota Deus eſt uocādus. Bubulcus è uilla plauſtrum agens, cum hoc in ſalebris hæreret, & ſuccurrendum eſſet: ignauus aſtabat, Herculem adorans: quē præ omnibus dijs uenerabatur. Deus uero illi aſtitit, ac dixit: Rotas tange, & tauros ſtimula, & tunc Deum inuoca, cùm & ipſe aliquid feceris: ſed noli fruſtra precari. hinc in prouerbium abijt.

τηξιμελῆ.) Quamuis tabe laborans, tamen animoſe impetum fecit, teſtimonio priſtinæ ſuæ fortitudinis.

τρίβα.

Τερίβαζος.) Xenophon: Teribazus amicus fuit regi: qui cum aderat, nemo alius regem in equo collocabat.

*Megarenſes.* τὸ μεγαρέων ἄξιοι μερίδος.) Megarenſium loco digni: hoc eſt, inhonorati & neglecti.

τὸ μητρὸς ὡς αἴξ καλεῖται.) A' matre tanquam hœdus nomen habet. Hœdi enim in gregibus è capellis dignoſcũtur. E' patribus enim cognoſci non poſſunt.

τὸ μωρίας, τὸν Δία νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί;) O' ſtultitiã, téne credere Iouem eſſe, qui ſis tam natu grandis? In eos, qui aliquid præter opinionem dicunt.

τὸ σαρκός.) Carnem curare non ex cupiditatibus.

τητᾶσθαι.) Sophocles: Talibus auditis, & probri loco obiectis malis, nauigo domum, meis rebus priuatus ab homine peſſimo, & à malis oriundo, Vlyſſe.

*τὶ, ἔν. Aliquid, Ens.* τὶ.) Stoici, Aliquid, genus entis ponũt. nam Aliquid etiam ens eſſe, manifeſtum eſt. Si uerò ens, etiam entis admittit rationem. Quare etiam generalius id eſſe dicunt: quòd non tantum de corporibus, ſed etiam de incorporeis prædicetur.

*Recta tiara.* τιάρα.) Tiara, ornamentũ capitis. Hanc ſoli reges rectam portabant apud Perſas, duces aũt inclinaram: & Demaratus Lacedæmonius, qui cũ Xerxe Athenas uenit, cum hilaritate quadã rex quiduis petere ei conceſſiſſet: rogauit, ut ſibi Sardis recta tiara ingredi liceret: ut Philarchus 11. libro tradit. Idẽ eſſe dicunt & citharim. Theophraſtus uerò in libro de regno Cypriorum, Citarim à Tiara differre dicit.

τιβέριος.) Tiberius philoſophus & ſophiſta, ſcripſit de formis orationis, ſeu generibus dicendi: de apparatu, de commutatione, de hiſtoria: de conſtructione, diſpoſitione & cõpoſitione orationis. De ciuilis orationis mutatione, de exornationibus, de præfationibus & procœmijs, de epicherematis, de Demoſthene & Xenophonte, de Herodoto & Thucydide.

τιβέριος.) Tiberius Octauij filius, Romanorum imperator, temere & amenter imperium, crudelitate formidabilis, auaritia deteſtanda & nefaria, turpiq; luxu, adminiſtrauit. Expeditiões enim omnes recuſauit, per ſecundariũ partium duces oſcitanter atque ſordidè hoſtibus aduerſatus. *Perfidia.* Cum autem malicioſus homo eſſet, nonnullos ſocios reges fraude circũuentos, regnis ſuis exuit: quorum de numero *Archelaus.* fuit Archelaus, Cappadocum rex, quem blandis & benignis ad ſe uerbis uocatũ, domũ redire non paſſus eſt: ſed in prouinciam redegit Cappadociam: & maximã eius loci urbiũ, quæ prius ab incolis *Mazaca.* Mazaca dicebatur, à ſeſe cognominari iuſſit, ut quæ noſtra ætate *Cæſarea.* Cæſarea dicatur. prouecta tamen ætate mortuus eſt.

*Diſſimulator.* τιβέριος.) Tiberius Romanorum imperator, peculiari natura fuit præditus. Neq; enim eorum quæ appetebat, quicq; præ ſe ferebat: & eorum quæ dicebat, nihil facere uolebat: ſed cum uerba uolũtati ſuę contraria faceret, quicquid appetebat, recuſabat: & quicquid oderat, amplectebatur: & magiſtratus acerbius tributa exigẽtes puniebat, dicẽs, oues meas tonderi uolo, nõ deglubi. *Adeò fuit æquus ut ſaltatorem, qui libertate ſeſe donari petebat, uoti compotẽ non fecerit, priuſquã dominus eius precio accepto cõſenſiſſet. Cum ſodalibus priuati more uiuebat, cũ eiſq; ludebat, non adducto præſidio. Vetuit etiam, ne quis ſerica ueſte uteref. Subitò in peius ita mutatus eſt, ut mentis errore affici putaref. Illud etiã uetus dictũ uſurpauit: Me mortuo cõflagret terra incendio. & Priamum beatum prædicabat, quòd cum patria & regno perijſſet.

*Clemens imperator.* τιβέριος.) Romanorum Conſtantinopolitanus imperator, quem Iuſtinus commendat, ut uirum clementem ſimul & humanum, hominem alienũ ab auaritia, qui felicitatẽ in eo uno reponat, ut & floreat populus, & omnib. rebus abundet, communem hominum felicitatem præclarũ & inuiolatum theſaurum ęſtimans: quiq; tyrannicam inſolentiã peroſus, & humanitatem amplexus, & regi à ſuis, q̃ illos à ſe crudeli⁹ tractari, paterq; maluerit à ſuis dici quam dominus. *Cũ optimus eſſet in adoleſcentia, ingraueſcente ætate ſubitò in deterius mutatus eſt, ut & errore mẽtis agitari putaretur, & ad omnem impietatem & inſaniam & furorem, non ſolùm in ijs quæ ſecundum naturam ſunt, ſed etiam in ijs quæ repugnant naturæ, rueret, & omni iniuſtitia & tyrannide graſſaref. Ita deprauatus, uitã cum morte cõmutat.

** Ea quæ ſequuntur, errore librarij tranſpoſita, uidentur nõ ad Byzantinum Tiberiũ pertinere. Neq; enim quicquam de eo tale ſcribunt Græci hiſtorici.*

τί γὰρ δὴ δελφῖνι καὶ βοΐ, φασι, κοινόν;) Quid Delphini & boui cõmune eſt? Quid Syllæ cum philoſophis?

*Simulatio mortis.* τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ', ὅταν λόγῳ θανὼν, ἔργοισι σωθῶ, κἀξενέγκωμαι κλέος;) Quid enim me triſtitia afficit hoc, cũ uerbo mortuus, factis conſeruatus fuero, laudemq; deportaro? Nullum.n. conducibile dictũ puto malum. Iam.n. uidi ſæpè etiã ſapientes uerbo fruſtra morientes, rebus uerò

non. Ariſtophanes: Quid enim te fugit eorum, quę uirum ſapientem ſcire decet? An non ita ſapis, ut uirum cordatum fœcunda audacia decet? hoc eſt: Quid te fugit? quid non facis, quod decet peritos?

τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις;) Quid uerò doleres, ob ea quæ facta ſunt? Nam illa quidem, fieri non poteſt ut non ita ſe habeant. Simonides: τὸ γὰρ γεγενημένον, οὐκέτ' ἄρρεκτον ἔσται, Factum infectum fieri non poteſt.

τί ἐστι τὸ ἐν τοῖς, &c.) Quid ſit Demoſthenis in Philippicis, τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόῤῥητον, iactatum illud arcanum, Theopompus libro 31. declarauit his uerbis: Legatos ad Philippum mittit Antiphontē & Charidemum, acturos etiam de amicitia. Qui cum ad eum perueniſſent, ei ſuadere conabantur; ut occultè adiumento eſſet

*Amphipolis. Pydna.*

Athenienſibus, ad occupandam Amphipolin: pollicentes Pydnam. Legati uerò Athenienſiū populo quidē nihil renūciarūt, quò id cōſiliū Pydnęos latéret, q̄s deſerturi eſſent: ſed clàm cū ſenatu egerunt.

τίθεσθαι.) Legatos miſit ad Megarēſes, adhortans, ut uel nunc aſſentirentur, nec diſcrimen ſalutis adirent.

*Longa Tithonum minuit ſenectus.*

Τιθώνου γῆρας) Tithoni ſenectus Prouerbium, de longęuis & decrepitis. Fabulæ tradunt, Tithonū cupiditate exuendæ ſenectutis, in cicadā eſſe mutatū. Ariſtophanes: Tithonum agitans & perturbās.

τίθρασος.) Tithrafus, urbs Libyæ, ubi Gorgones uerſabantur. γοργόνες Τιθράσιαι, Gorgones Tithraſiæ. Tithraſus municipium quoddam Atticæ eſt, cui attribuit Gorgones.

Τιθύμαλλος.) Tithymallus genus herbæ acerrimæ, quæ apud Lacones reperitur, qua ueſperi ſupercilia inungebāt. Ariſtophanes: Allium cum tithymallo contundit. νεοκλείδης τοῦ γλάμωνος, Neoclidis Glamonis F. Prouerbiū in lippos dicit.

τί καλὴ ἡ τάξις.) Quid eſt ordine pulchrius?

τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ;) Quid canis in balneo? Prouerbium, de rebus inconuenientibus.

τί λέγεις σύ.) Quid tu ais? Solemus in diſputationibus cum aduerſarijs ita loqui, perterrefacere eos uolentes. Ariſtophanes in Nubibus: Vt lætor uultum intuēs?

*Sycophantica impudentia.*

Nam nūc primùm aſpectu es inficiali. Et populare illud eſfloreſcit, Quid ais tu? Illud etiam, ut iniuriam faciens, iniurijs affici uidearis, & cū improbi aliquid machinaris, in uultu ineſt Atticus aſpectus. A-

*ἀντιλογικός.*

thenienſes enim ob impudentiam & confidentiam malè audiebant.

Τιλφώσσιον.) Tilphoſſeum, mōs parum à lacu Copaïde diſtans.

Τιμαγένης.) Timagenes, regij argentarij filius, Alexandrinus orator: ut alij, Aegyptius, qui ſub Pompeio Magno in bello captus, Romamq́; perductus à Gabinio, & à Fauſto Syllæ filio redemptus, Romę docuit, cùm ſub ipſo Pompeio, tum poſt eum ſub Cæſare Auguſto: poſtea uerò, unà cum Cecilio. Cum autem ob linguæ libertatem ſchola excidiſſet, in rure Tuſculano uitā exegit. Mortuꝰ eſt (ἐν Δαβανοῖς) Dabani, cum poſt cœnā uomere uellet, uertigine correptꝰ. Multos libros ſcripſit.

Τιμαγένης.) Timagenes hiſtoricus, maris totius ſitū libris quinq; eſt cōplexus.

Τιμαγένης, ἢ Τιμογένης.) Timagenes, ſiue Timogenes, Mileſius hiſtoricus & orator, ſcripſit de Heraclea Pōtica, & doctis uiris eiꝰ urbis, libros quinq;: & Epiſtolas.

*Timagoras Perſica legatio.*

Τιμαγόρας.) Timagoras, legatus miſſus ad regem Artaxerxem ab Athenienſibus, non ſolùm aurum & argentum ab eo accepit, ſed etiam lectum precioſum, & milites miniſtros, & boues octoginta: & lectica delatus eſt ad mare, & geſtatoribus eius à rege merces data eſt quatuor talentorum. Hunc igitur Athenienſes capitali ſupplicio affecerunt. Dicunt eum promiſiſſe, ſeſe diremturum eſſe Athenienſiū

*Diſcordia ſator.*

& Lacedæmoniorum amicitiam. Hic igitur Timagoras cum regem Perſarum cōtra Græcorum morem adoraſſet, & largitionibus corruptus eſſet: ſublatus eſt, ut dictum, ab Athenienſibus.

Τιμαφίεστερον.) Nihil eſt auro honoratiꝰ.

*Pugil ob uires diminutas ſeſe cremat.*

Τιμάνθης Κλεωναῖος.) Timanthes Cleonæus, cum quinquercio uictor ob ætatē certare deſijſſet, fertur magnū arcum ad explorandas uires ſuas quotidiè intendiſſe, tentantem ſeipſum. Cum autē aliquando peregrè reuerſus, eundem intendere non potuiſſet: igne incenſo, uiuens in rogum inſilijt. Quamuis autem ab hominibus talia uel facta ſint olim, uel poſthac futura ſint: furori tamen potius quàm fortitudini ſunt tribuenda.

*Flagitioſus & ingratus homo.*

Τίμαρχος.) Timarchus Arizeli filius, luxurioſus & impudicus, in Piræeo apud Euthydicum principiò uerſatus eſt. Pòſt Miſgolæ & Hegeſandro Labdamantis amaſio ſe mercede proſtituit: & poſt eos Pittalaci conſuetudine uſus eſt, ſerui publici. Curator aūt electꝰ, Ariſtogitone refragato, repudiatꝰ eſt. Petēti patruo cęco,

ut

ut cum cauſarijs aleretur, non patrocinatus eſt: neq; matri inopia laboranti opem tulit. Senex ab Aeſchine proſtitutæ pudicitiæ reus eſt peractus.

*τιμάδης.*) Vinum bibere recuſauit: ſeq; uitæ reliquum tanti faceret negauit, ut ſuperiorem ætatem, uitæ ratione mutata, hauſto uino cōtaminaret: eaq; ratione uirago mortem obijt.

*Homo inſolens & uoluptarius.*

*τιμάσιος.*) Timaſius ſub Theodoſio imperatore fuit: quem Eutropius ſummæ rerum præficere uolens, ex Aſia ad regiam uocat. Is uerò, homo inſolens, & in re militari uerſatus, ſummū rerum humanarū bonū, honorē, gloriā, opes abundātes, & ſuo arbitratu uiuēdi licentiā, exiſtimans, cū propter ebrietatē & diē & noctē ignoraret, neq; orientē nec occidentē Solem cerneret: reuocationē illam immortalitati parem ratus, ab exercitationibus uoluptarijs & diſſoluta uiuendi ratione auulſus, animo ad gloriæ cupiditatem intēto, ex Pamphylia grauis ſurrexit: in Lydiam reuerſus eſt regis inſtar, aut eius, qui imperatorem & eunuchum obiter pro delectamento habiturus eſſet, ſi uellet.

*Nouercæ calumnia.*

*τιμασίων.*) Timaſion, adoleſcens Aegyptius, modò exceſſerat ex ephebis, pręſtāti forma præditus: ſed nouerca, eius amore capta, infenſum illi patrē reddebat: nihil quidem Phædræ ſimile cōmenta: ſed eum criminans ut effœminatū, & amatoribus magis quàm mulieribus gaudentē. Ille uerò relicta Naucrate, ad Memphin degebat: & nauē iam parauerat, & in Nilo nauclerum agebat. Cum igitur Apollonīū aduerſo flumine nauigantē, ſecundo ipſe nauigans uidiſſet, ac uirorum ſapientum cœtum illum eſſe, ex pallijs & libris quibus ſtudebant, coniectura capta, animaduertiſſet: rogauit, ut ſibi ſapiētiæ amatori eandem nauem conſcendere liceret? Tū Apollonius: Modeſtus, inquit, hic adoleſcēs eſt: impetret, quæ petit. & ſermonem de nouerca proximis amicis, uoce ſummiſſa, adnauigante adhuc adoleſcente recenſet. Cum autem iam cōiunctæ naues eſſent, Timaſion ad ſuum gubernatorem aliquid de onere locutus, ſua relicta, conſcēſaq; altera, uiros illos ſalutauit. Apollonius igitur eo è cōſpectu ſedere iuſſo: Adoleſcens, inquit, Aegyptie (uideris enim indigenarum aliquis eſſe) quid malum aut quid bonum geſſeris dicito: ut & illa ego propter ætatē propulſem: & ob hæc laudatus, unà mecum & cum hiſce operam des philoſophiæ. Videns autem Timaſionem erubeſcentem, orē ita comparato, quaſi aliquid dicturus, aut non dicturus eſſet: urſit interrogationem, ut qui nihil de eo prænoſſet. Timaſion igitur recepto animo: O dij, inquit, quem me eſſe dicam? Malus quidem non ſum: bonum autem num me exiſtimari deceat, ignoro. Nam iniuriam non facere, nondum laus eſt. Ibi Apollonius: Adoleſcens, papę (inquit) ut ex India mecū loqueris? Eadem enim etiam Iarcho uidentur, diuino uiro: ſed qua ratione iſtud cenſes, & unde? Videris enim delictum quoddam cauiſſe. Cum autem narrare cœpiſſet, nouercam ſibi inſidiatam, ſe uerò illi amanti ceſſiſſe: clamor exortus eſt, quaſi diuinitùs illa Apollonius prædixiſſet. Timaſion uerò: Viri optimi, inquit, quid iſtuc? Tātum enim ea quę dicta ſunt, ab admiratione abſunt, quantum etiam à riſu. Tum Damis: Quiddam, inquit, admirati ſumus, quod nondū ſcis: & te adoleſcens laudamus, quòd nihil præclarum à te geſtum eſſe cenſes. Apollonio uerò: Nunquid etiam Veneri ſacrificaret, rogante: Timaſion, mediusfidius quotidie, inquit. Multum enim ualere exiſtimo illam deam, & in diuinis & humanis rębus. Apollonius igitur ſupra modum delectatus: Decernamus, inquit, coronandum eū eſſe ob modeſtiam, etiam præ Hippolyto Theſei filio. Is enim Venerem contempſit: eáque fortaſſis de cauſa neque à reb. Venereis uictus eſt, neque Amor ad illum comeſſatum iuit: ſed fuit homo agreſtior & aſperior. Hic uerò ſe dea inferiorem confitēs, amanti non ſuccubuit: ſed abijt, ipſam deam ueritus, ſi flagitioſum amorem non cauiſſet. Ac ullum odiſſe deum, ut Hippolytus Venerē, non tribuo modeſtiæ. Modeſtius enim eſt, de omnibus dijs bene loqui, præſertim Athenis, ubi etiam ignotorum deorum aræ dedicatæ ſunt. *Hippolytum autem eum uocabat propter oculos, quibus nouercam uiderat.

*Apollonius nouit nec uiſa ſibi nec audita.*

*Non malus, ſed nondum bonus.*

*Iarchus Indus.*

*Veneri ſacrificare.*

*Timaſion Hippolytò præfertur.*

*Nulli dij contemnendi.*

*Aræ ignotorum deorū.*

*Culinarij ſcriptores.*

*τιμαχίδας ῥόδιος.*) Timachidas Rhodius Cœnas deſcripſit carmine, libris undecim. Numenius condimēta, & Maſtreas Pitanæus, & Hegemon Thaſius, cognomēto Lens, & Artemidorus pſeudoariſtophanius, qui culinarias dictiones collegit: & Philoxenus Claudij filius, à quo etiam Philoxeniæ placentæ nomen habent.

*τίμαιος.*) Timæus hiſtoricus, Ephorū ualde inſectatus eſt, cùm ipſe duobus peccatis ſit obnoxius. Vni, quòd alios acerbè

accuſat,ob ea quorum ipſe reus eſt:alteri, q̃ animo plane corrupto fuit,tales ſententias in ſuis commentarijs exponendo, & tales opiniones lectorum animis inſerendo.Enimuerò ſi Calliſthenem ſtatuẽdum eſt meritò ſupplicio affectũ perijſſe:quod ſupplicium Timæus meretur? Multò enim iuſtius huic ſuccenſuerit numen, quã Calliſtheni. Nam hic quidem inter deos referre Alexandrum noluit: Timæus uerò pluris facit Timoleontem, quàm clariſſimos deos. Ac Calliſthenes quidẽ eum uirum, quem omnes igenio humano maiorem fuiſſe concedunt: hic autem Timoleontem, qui non uiſus eſt quicquam geſſiſſe magnificum, ac ne ſuſcepiſſe quidẽ: & unam uitæ lineam confecit, eamq; non admodum præclaram pro magnitudine orbis terrarum. Illud dico, quòd ex patria Syracuſas uenit. Itaque mihi perſuaſum habuiſſe uidetur Timæus, Timoleontem gloriæ auidum, in Sicilia, tanquam in acetabulo ſe comparatum iri putaſſe illuſtriſſimis heroibus: ſeſe uerò quamuis res Italicas tantùm & Siculas deſcripſerit, ijs cõferendum eſſe, qui de toto terrarum orbe libros ſcripſerint. Scripſit de Syria, & eius urbibus & regibus, libros tres.

*Calliſthenes. Alexander. Timoleontis rerum exaggeratio.*

*τίμαιος λοκρός.*) Timęus Locrenſis, philoſophus Pythagoricus, ſcripſit mathematica, de natura, de Pythagoræ uita.

*τίμαιος ἀνδρομάχου.*) Timæus Andromachi filius, Tauromenites, quẽ Athenienſes Epinmæũ ab increpando uocarũt. Dictus etiã Graoſyllectria, quòd quælibet in literas teferret. Scipſit Italica & Sicula, libris octo: Græca & Sicula, Compendiũ Rhetoricorum argumẽtorum libros 68. Olympionicas, ſeu acta Chronica. Timæus ueterum hiſtoricorũ peccatis grauiſſimè exagitatis, in alijs quidem ſcripti partibus maximam curã ueritatis habuit: in rebus autem Agathoclis ex odio pleraq; ementitus eſt in principem illum. Pulſus enim ab Agathocle Sicilia: uiuentem quidẽ ulciſci non potuit, mortuum uerò per hiſtoriam conuicijs inceſſit in perpetuum. Omnino enim inſitis ei regi uitijs, alia multa de ſuo adiecit ſcriptor: ſucceſſus quidem illi detrahendo, clades aũt nõ illius modò culpa acceptas, ſed fortuitas etiam in eum nihil delinquentem transferendo. Cum autẽ eum imperatoria ſolertia prędirum, & ſtrenuũ atq; animoſum in periculis fuiſſe conſter: eum per totam hiſtoriã ignauum & timidum appellare nõ deſiſtit. Etenim quis ignorat, nullũ unq; principẽ minoribus occaſionibus uſum, è tenuiore fortuna regnum maius acquiſiuiſſe? Nam cum à puero propter inopiam & generis obſcuritatem opifex fuiſſet: poſtea ſuapte uirtute non ſolùm totius Siciliæ potitus eſt: ſed & magnam Italiæ & Libyæ partem armis ſubegit. Iure autem mireris ſcriptorum temeritatem, cum per totum ſcriptum Syracuſanorum fortitudinem laudet: eum qui illos ſubegit, ignauia ſuperaſſe omnes mortales ait. Quia enim contrariæ ſententiæ ipſæ ſeſe coarguunt, ſatis apparet, eum ueritatẽ hiſtoricæ libertatis priuati odij & contentionis cauſa neglexiſſe. Itaq; extremos operis eius quinq; libros, quib. res Agathoclis cõplexus eſt nemo iure probauerit.

*Epitimæus. Graoſyllectria. Scripta. Timæus de Agathocle mentitus. Agathoclis res geſtæ. Inconſtantia.*

*τιμὴ εὐσεβῶν.*) Honos piorum eſt, ſeruire Deo.

*τιμησαίμην.*) Quẽ ego maximè uellem, & tyrannos omnes, & diuitijs excellentes adijſſe.

*τιμήσεως.*) Romam multitudine hominum creuiſſe, proximo cenſu eſt compertum, quo Romanorum adultorum ſeptẽ & triginta millia ſunt numerata.

*Cenſus Romanus.*

*τιμησίθεος.*) Timeſitheus, tragicus. fabulæ eius ſunt, Danaides 2. Hectoris redemptio, Hercules, Ixiõ, Capaneus, Memnõ, Proci, Iouis natalis, Helenæ repetitio, Oreſtes, Pylades, Caſtor & Pollux.

*τιμητής.*) Appius Claudius fuit cenſor, id eſt examinator ciuilis diſciplinæ: ſingulorũ ciuium uitã ad ueteris moris cẽſeruationẽ conuertens. Magiſtratus hic maximus eſt, & honoratiſſimus apud Romanos habitus: & ijs mandari ſolitus, qui uita integrè acta per omnia, claruerunt.

*Cenſura.*

*τιμιουλκῶν.*) Propheta: Qui annonæ precium intendit, execrabilis eſt.

*τιμόθεος.*) Timotheus, Athenienſis comicus, mediæ comœdiæ poeta. Fabularũ ipſius fuit, Pugil, Depoſitũ, Mutatus ſeu Trãſlatus. Eſt & Caniculus Timothei fabula, ut Athenæus in ſuis libris ait.

*τιμόθεος.*) Timotheus Therſandri aut Neomyſi filius, aut Philopolitis, Mileſius, lyricus, qui decimam & undecimam chordã lyrę addidit, & ueterem muſicam in molliorem modum mutauit. Fuit autẽ temporibus Euripidis tragici, quibus etiã* Philippus Macedo regnauit.' Deceſſit anno ætatis nonageſimoſeptimo. Scripſit uerſibus muſicos modos nouendecim, Procœmia triginta ſex, Dianam, *Διασκευὰς* Deſcriptiones. ), Apparatus octo, Encomiũ, Perſas, aut Naupliũ, Phinidas;

Lacr-

Laertem, Dithyrambos octodecim. hymnos uiginti unum, & alia quædam. Tradunt Alexandrum muſicis audiendis cũprimis delectatum. Timotheum enim, tibicinẽ (ἐπὶ πόθῳ δὲ νισι quid deeſt, nihil ad ſenſum facit) aliquando Mineruæ arduũ modolum cãtando adeò permouiſſe Alexandrũ tradunt, ut inter audiendum ad arma concitaretᷣ, diceretq́; Regia carmina talia eſſe oportere. Hic Timotheus feſtinãter accitus, in Perſicã ad eum aſcendit.

*Alexander magnus, à Timotheo concitatus.*

τιμόθεος.) Timotheus Gazæus grãmaticus, temporibus Anaſtaſij imperatoris fuit: in quem etiam tragœdiam edidit, de (publico, quod uocatur Aurargentũ) Demoſio, qui Chryſargyrus uocatur. Scripſit etiam heroico uerſu de Animalibus quadrupedibus, de feris apud Indos & Arabes & Aegyptios, & quas India alit, & de auibus peregrinis & prodigioſis, & de ſerpentibus libros quatuor.

τιμόθεος.) Timotheus, homo diues, dux Athenienſium, turrim extruxit. hic ad eam felicitatem eſt euectus, ut genius coràm ei appareret. εἰς τοσοῦτον ἤρθη τύχης, ὡς τὸν δαίμονα ὄψει φαίνεσθαι τούτῳ.) Faciebãt eum in imaginibus pictores dormientẽ, & Fortunã urbes illi in retia cõijcientem, quas uaſtaret felicitatem, illius ſubindicantes. Timotheus autem ob ſucceſſus ſuperbiens, ſua potius eſſe, quàm Fortunæ illa operà aſſerebat. Quapropter etiam poſtea calamitoſus factus eſt, Fortuna illi ſuccenſente. Multi Timothei perſtringuntur in comœdia: ſed de imperatore loquitur Ariſtophanes.

*Fortuna, Timothei ſuperbiam caſtigat.*

τιμοκλῆς.) Timocles Athenienſis, Comicus: fabularũ eius ſunt Demoſatyri, Centaurus, Caunij epiſtolæ, Epichærecacus, Philodicaſtes pugil, ut inquit Athenæus in libris Dipnoſophiſtarum.

τιμοκλῆς.) Timocles alter, & ipſe Comicus. Fabularum eius ſunt, Bacchæ, Polypragmon, Icarij, Delus, Lethe, Bacchus, Coniſalus, Porphyra, quę etiã uidetur Xenarchi eſſe: Heroes, Dracontium, Neæra (meretrix Neæra eſt) Oreſtes, Marathonij. Hæc Athenæus dicit in libris Dipnoſophiſtarum. Sunt & alia plura.

τιμοκρέων.) Timocreon Rhodius, Comicus, & ipſe ueteris comœdiæ ſcriptor, qui graues cũ Simonide Melico & Themiſtocle Athenienſi inimicitias exercebat, cuius uituperationem melico carmine compoſuit. Scripſit comœdiam in ipſum Themiſtoclem, & in Simonidem Melicum, & alia.

*Simonidis & Themiſtoclis inimicus.*

τιμόλαος.) Timolaus Lariſſæus Macedo, orator, Anaximenis Lãpſaceni diſcipulus: qui cũ poetico eſſet ingenio, ſingulis Homericæ Iliadis uerſib. alios ſingulos adiecit, idq́; opus Troicum inſcripſit:

*Indignationem cane Dea Pelidæ Achillis:*
*Quam ſuſcepit Chryſæ iratus propter puellã,*
*Pernicioſam, quæ infinitos Achæis dolores attulit*
*Pugnantibus: cum Troianos abſq; principe oppugnarent:*
*Et multas egregias animas orco obiecit,*
*Hectoreis manibus occiſorum haſta.*

Scripſit & alia quædam.

τίμων.) Timon Phliaſius, philoſophus, Pyrrhonis diſciplinę, ſcripſit Sillorum, ut uocantur, ſiue reprehẽſionis philoſophorum, libros tres.

τίμων.) Timõ ille oſor hominũ, & alter philoſophus, omnem ſectam faſtidiens.

τίμων.) Timõ, oſor hominum dictus (ἦν δὲ καθαρός.) fuit purus. Timon quidã fuit ſine fundamento, inacceſſis in locis circũſeptus, Furiarũ tradux. Quẽ ferunt de pyraſtro lapſum, claudum factum, cum medicum non admitteret, putreſcentẽ obijſſe: & poſt mortẽ eius, locum illum deſertum factum eſſe maris inundatione.

τιμωρῶντος.) Aelianus: Mihi Bacchus uirginis calamitoſę & tragicis afflictę malis uicẽ ultus eſſe uidetᷣ. Bonorũ hominũ mortuorũ curã ſuſcipit, & rationẽ habet Deus, & per iniuriam interfectos ulciſcitur. Chryſippus certè Megaris quendam auro zonã refertam ſecum afferentem, apud cauponem diuertiſſe ueſperi, ab eoq́; oculis in aurum coniectis, occiſum: quẽ, cadauere in currum, quo fimum ueheret, coniecto, efferre uoluerit. At anima interfecti apparet Megarenſi cuidam: & quæ perpeſſa ſit, & à quo, & quomodo efferenda eſſet, & qua porta, narrat. Ille autẽ non ſegniter, auditis ijs quæ dicta fuerant, diluculò ſurgens, currum apprehendit, & mortuũ indagat. Ita hic ſepultus, ille ſupplicio affectus eſt.

*Anima percuſſorẽ prodit.*

τίος.) Ciuitas Paphlagonię, cuius ciuis Tiius & Tius: ut Chiius, & Chius.

τί οὐκ ἀπήγξω;) Cur te non ſuſpendiſti, ut Thebis heros fieres? Vſus eſt hoc dicto Plato in Menelao, ſed pręter hiſtoriã. Nam qui Thebis ſeipſos interfecerãt, nullo prorſus honore afficiebantur.

*Thebani heroes.*

τί οὖν ἔτι ζητῶν, &c.) Improbi ſunt corui, qui te nondum diſcerpſerint.

τίς.) Dauid: Deus quis tecum cõparabitur? Quis nouit Domini conſilium? & quis

quis dimenſus eſt manu ſua aquam? quis ponderauit montes lance?

*τισαμενοφαινίππους.*) Tiſamenophænippus. Tiſamenus, ut peregrinus & uerbero, perſtringitur Phænippus autem, ut impurus & impudicus.

*τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα;*) Quis patrem laudarit, niſi infelices liberi? Fortaſſe de ijs qui maiorum ſuorũ fortia facta commemorant.

*τίς τῇδε.*) Quis hic? Sacrificantes dicebant, Quis hic? Deinde qui aderant, ſeſe laudantes dicebant: Multiq; boniq;. Hoc aũt faciebãt, ut ij qui ſibi alicuius ſceleris conſcij eſſent, à ſacrificio diſcederent.

*τίς τρόπος ἵππων;*) Quis modus equorũ? Prouerbium, de rebus abſurdis. Metagenes in Thurioperſis: Quis modus equorum? Ecce ut ſaltant iſti more barbarico?

*τί σοι ὁ Ἀπόλλων κεκιθάρικε;*) Quid tibi Apollo cecinit?

*τιτακίδαι.*) Municipium eſt tribus Aiaciæ. Fortaſſis autem dicti ſunt à Titaco, cuius Herodotus meminit.

*τιτᾶνες.*) Titanes, ſubterranei dęmones.

*τιτανίδα γῆν.*) Terrã alij uniuerſam, alij Atticam ſolum dici uolunt à Titenio, uno ex Titanibus uetuſtiore, qui ad Marathonẽ habitarit, ſolusq; bellũ dijs non intulerit: ut Philochorus in Tetrapoli habet. Iſter primo rerũ Atticarũ prouerbiũ refert, *τιτᾶνας βοᾶν*, Titanas inuocare. Opẽ enim ferebant hominibus, eosq; exaudiebant: ut Nicãder in primo Aetolicarũ rerum tradit. putabantur autẽ eſſe dij Priapis ſimiles. (*τῶν πριαπωδῶν θεῶν.*)

*τιτανώδες βλέπειν.*) Titanicè uidere: id eſt, torue intueri. Titanicum ſemen, (*τιτανικὸν σπέρμα.*) id eſt impium.

*τιταρήσιος.*) Titareſſus, Theſſaliæ fluuius.

*τιτάρων.*) urbs Theſſaliæ, unde Titaronius.

*τίτος.*) Titus Romanorum imperator, filius Veſpaſiani, uir omni uirtutis genere ornatus, ut uulgò Orbis amor & deliciæ generis humani diceretur. Nam eloquentiſſimus, rei militaris peritiſſimus & modeſtiſſimus fuit. Vernacula Latinorũ lingua ad communẽ rerum adminiſtrationẽ utebatur: poemata uerò & tragœdias Græca uoce cõficiebat. Cũ Hieroſolyma cæpiſſet: Syria uniuerſa & Aegyptus, & omnes Palæſtinæ finitimæ gentes uirum coronabant, uictorem appellantes. At ille coronas repudiabat, non ſeſe dicens illa feciſſe: ſed Deo iram ſuã declaranti manus ſuas commodaſſe. Adeò moderatus, & modeſtia plenus fuit. Tito hoc Hieroſolyma obſidente, Romanus quidam eques probatiſſimus, cum Iudæos per pręrupta loca reuere cerneret, adoleſcentem quendã fugientẽ, robuſto corpore, & armatum rapit, calce arreptum, equo currẽte inclinatus, & Iudæũ equo inſidentem perſequens. Qui cum tantũ dexterę firmitatis & reliqui corporis oſtendiſſet, & equeſtris artis uirtutem: tanq; aliquod munus: ad Cęſarẽ detulit captiuũ. Titus uerò ſupra modũ miratus robur eius, & uires inuictas, eũ remuneratꝰ, captũ interfecit.

*Orbis amor.* *Eruditio.* *Modeſtia.* *Equitis inſigne facinus.*

*τίτος.*) Titus Romanorum dux. huic omnia ex ſententia ſucceſſerunt, fortuna etiam ſuffragata: ſed pleraque ſuapte prouidentia tractauit. Valdè enim ſolers, ſi quiſquam alius, fuit. Adeò enim ſolerter & prudenter non ſolùm communia negocia, ſed priuàtos etiam congreſſus regebat, ut nihil addi poſſet quamuis in ipſo ætatis flore. plures enim triginta annis non habebat, & * primùm in Græciã cum legionibus tranſijt.

*Prudentia duce, comite Fortuna.*

*τιτυός.*) Tityus Latonam adamãs, uitta eam comprehendit, ſed eius liberi Apollo & Diana ſagittis eum occiderunt: & nunc eum apud Inferos puniri aiunt, hepate telis confixo.

*τλήμων.*) Iſta adeò confidens eſt, ut homicidæ utatur conſuetudine, Furias nullas reformidans.

*τληπόλεμος.*) Tlepolemus cum regnum Aegyptiorum adminiſtraret, ætate adoleſcẽs, perpetuoq; in uita militari cũ ſplendore uerſatus, animo elato & gloriæ cupido fuit. Deniq; ad res gerẽdas multas uirtutes, multa etiã uitia attulit. Nã ſub dio quidẽ ducere exercitũ, & res bellicas tractare potuit, natura fortis, & ad militares cõgreſſus ingenioſus. Ad uariarũ aũt rerum adminiſtrationem, quæ conſiderationem ſobrietatemq; poſtulant, & ad pecuniæ cuſtodiam, deniq; ad res utiles cõparandas & tuendas, omnium ineptiſſimus erat. Vnde factum, ut non modò celeriter impingeret: ſed & regnũ minueret. Cum enim regia pecunia in eius poteſtate eſſet: maximã diei partem luſu pilæ, & cum adoleſcentulis armis certando conterebat. Ab his cum receſſiſſet, ſtatim conuiuia inſtituebat: & maiorem uitæ partẽ in his & cum his exigebat. Si quid aũt aliquando temporis cõgreſſibus tribuebat: eò diſtribuebat, ac potius (ſi quod ſentio, dicẽdũ eſt) obijciebat regiã pecuniã legatis è Græcia profectis, & hiſtrionibus.

*Bellicoſus, ſed non œconomicus.* *Profuſiones & nugæ.*

Pror-

Prorſus enim abnuere ignorabat: ſed ei qui gratū aliquid uel dixiſſet uel feciſſet, ſtatim, quicquid petitum erat, dabat.

τὸ ἀντάλλαγμα.) Chriſti ſecundū carnē maiores, ueſtigia & permutationē uocarunt 70 interpretes. Dauid: Permutatio Chriſti tui. (ἴχνη καὶ ἀντάλλαγμα.)

τὸ ἀπὸ τοῦ παλληνίδος.) Pugna ad Pallenidem uicti ſunt Athenienſes.

Rex nituli uno partu. τὸ βασιλικὸν βοίδιον.) Regia bucula. Sub Ptolemæo bos peperit buculas ſex. Id bonum omen ratus eſſe Rex, eas in Regia ali diligentiſſimè iuſſit.

τὰ γὰρ ἰδίᾳ βλέπειν.) Suas intueri calamitates, quarum nemo alius autor fuerit, magnos parit dolores. Societas delictorum conſolationem habet.

τὸ γὰρ τὴν φροντίδα.) Cogitationem extra mala habitare, id eſt animi tranquillitas, ſuaue eſt.

Topſius Dionis frater. τὸ δίωνος γρῦ.) Dionis gry. Dion Alexandrinus, philoſophia celebris, fratrem habuit Topſium palæſtritam. A cuius aduerſario quodam cum conuicijs inceſſeretur, & fanda atque infanda audiret, magna turba ſubſequente: nihil eſt locutus, præcepto philoſophicæ modeſtiæ conſeruato. Sed cum iam in ſuas ædes ueniſſet, nihil iracundiæ præ ſe ferens, adoleſcenti dixit, οὐδὲ γρῦ, Ne gry quidem. Ille uerò præ ægritudine animi ſe ſuſpendit.

τὸ ἡσιόδειον γῆρας.) Heſiodia ſenectus: de natu admodum grandibus. Extat epigramma Pindari huiuſmodi:

*χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας.*
*ἡσίοδ᾽ ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.*

Salue qui bis pubuiſti, & bis ſepulchro potite, Heſiode, humanæ menſuram habens ſapientiæ.

τὸ ἱππάρχου τειχίον.) Hipparchi mœnia. Hipparchus, Piſiſtrati filius, Academiam muro cinxit. Athenienſibus multum impendere coactis. Itaque de rebus ſumptuoſis prouerbium dicitur.

τὸ καλῶς ἔχον.) Oedipus: Precor Deū, ne certamen hoc reipublicæ conducibile diſſoluat.

τόκος.) Ariſtophanes in Nubibus: V-
Vſura. ſura iſta quæ bellua eſt? Quæ nam alia, niſi ut in menſes & dies ſingulos argentum augeatur, elabente tempore?

TOMYRIN reginam Maſſagetarum Cyro Perſarum regi ambienti, cum non ſuccederet dolus, Ad Araxem profectus, aperto Marte rem geſſit.

τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς γραμμῆς.) Eum qui eſt in ſacra linea. (Ad incitas) A ludo talario ſumptum. Menander in Catapſeudomeno.

τὸν ἐγκέφαλον ὥσπερ κατασεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.) Videris mihi concuſſo eſſe cerebro, uel concuſſiſſe cerebrum. De rebus occultis.

TONEPHERSOBIS, rex Aegypti.

τονθορύζω.) Multitudinem murmurantem & indignantem rex prudenti oratione mitigauit.

τὸν κολοφῶνα ἐπιθεῖς.) Colophonē adde. Duodecim urbes in Ioniæ concilio conueniebant, quod Panioniū dicebatur, de rebus communibus deliberaturæ. Quòd ſi quando pares erant calculi, imparē Colophonij, uictoremque adijciebant. Smyrnæos enim (ἐλθόντας, profectos f. ἐθέλοντας.) uoluntarios habebant ſocios, pro quibus ſuffragia ferebant. Hinc de uincente & firmo ſuffragio prouerbium dictum eſt.

τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν.) Colophonem impoſuit. Colophonij cū ſeditione laborarent, pars quædam factioſorum Smyrnam migrauit. Cum aūt aliquando Smyrnæi ad bellum exijſſent: Colophonij, qui remanſerant, urbem occuparunt, ut ex eo Colophonij (duas.) 12 urbes haberent, & Colophonem & Smyrnam. Quando igitur aliqua de re deliberabāt Smyrnæi, qui cum Colophonijs Smyrnæ remanſerant, cum pares eſſent eorum calculi: ad Colophonios eos deferebant: qui cui ſententiæ ſuffragabantur, ea uincebat.

τὸν ξύοντα ἀντιξύειν.) Mutuò ſcabere, uel ſcalpere. De ijs qui ſe uel lædunt, uel colunt mutuò. Sumptum ab aſinis mutuò ſcabentibus.

τόνον.) Delphicum extabat oraculū uerſibus heroicis, ſic prædicens interitum:

*Aeacide caue ne uenias Acheruſidas undas,* Alexandri oraculum & interitus.
*Pandoſiamque: necem quoniam tibi fata minantur.*

Cōmiſſa itaque pugna cū Brutijs & Lucanis ad flumen quoddam, ponte rupto, cū flumē à finitimis Acheruntidē dici audiſſet, urbemque uicinā Pandoſiā: locis cū oraculo ſibi reddito cōparatis, fatàle tempus adeſſe ratus, glorioſam expetit mortē, impetu in confertiſſimos hoſtes facto, magnaque ſtrage edita. Fuit hic Alexander Philippi affinis, frater Olympiadis.

τὸν ὕλαν κραυγάζεις.) Hylā uocas: Prouerbiū, in eos qui fruſtrà laborant & uociferantur. Nā Hylam amiſſum Hercules naui Argo relicta quæritans, non reperit.

Excubiæ 1000 uirorum. τοξόται.) Publici miniſtri, cuſtodes urbis, mille numero. Ac olim in foro medio tabernacula habebāt. Pòſt, in Areopagū

ſunt

ſunt tranſlati. Vocabãtur etiã Scythæ & Speuſini, à Speuſino quodã antiquo magiſtratu, q prim⁹ eas excubias inſtituerat.

*τοξομιεῖν.)* Ariſtophanes: Ne ſis tetrico uultu. Nec enim te decet in arcum conuertere ſupercilia.

*τοπάζειν.)* Sophocles in Erigone: Quæ coniecturis indago, ea certò cognoſcere uolo.

*τὸ πάρνου σκάφιον.)* Parni ſcaphiũ. In eos qui res paruas ſæpe quæritant. nam Parnus gubernator, ob amiſſam ſcaphã ſubinde alijs moleſtus fuit.

*τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν.)* Plato in Gorgia: Neceſſe habeo, ea quę adſunt, ueteri prouerbio, æqui boniq; facere. Cratinus in Pylæa: Viros ſapientes decet, eam rẽ quę adeſt, pro uirili benè collocare: id eſt, boni cõſulere.

*τόπος.)* Locus eſt, ex ijs quę multifariã dicũtur. Dicitur enim locus & naturalis, & particula (id eſt pudenda, ut opinor) & cuiuſq; orationis circuitus. Loci autem apud Ariſtotelem, ex eo q ſimilitudinem quandam habeant cũ loco naturali, dicũtur. Loci autem, ſunt principium & occaſio uariorum epicheregmatũ. Ac liber Ariſtotelis Topica inſcribitur, quòd loci quidam in ijs traduntur, quibus freti, de qualibet re propoſita poſſimus ex probabilibus argumentari. Eſt enim locus, principium quoddam aut elementũ, è quo capimus principia rerũ ſingularum, ingenio intento, circumſcriptione quidem definitè (aut enim adhibet cõmunia & uniuerſalia, quæ ſyllogiſmorũ ſunt propria: aut ea ſaltem è quibus poſſunt oſtendi talia, & capi) ſingularum aũt rerum ratione, indefinitè. His enim innitens, inuenire poteſt ꝓpoſitionẽ probabilem, inſtituto cõuenientẽ. Id etiam eſt principiũ. Sunt qui cenſeant, primùm librum non Topicum inſcribendum, ſed de ijs quæ locos antecedant. *(τοπικὰ. τὰ πρὸ τῶν τόπων.)* Interdũ, ea quæ neceſſaria ſunt *(τὸ ἐξ ἐνδόξων.)* ad probabilia. Neq; enim de omni propoſito ex ueris concludi poteſt. In epigrammate: In terra miſericordię locus eſt. Nam qui uiderunt, ſtatim me ad tumulos coronarunt pij.

Loci Ariſtotelici.

*τόπος, παράγγελμα.)* Locus differt à præcepto. Præceptũ enim eſt cõmunius, & uniuerſalius, & ſimplicius. Principium ẽm loci eſt pręceptũ, ſicut locus epicherematis. ueluti, præceptũ eſt qd' ſic effertur: Argumentandũ eſt à contrarijs & coniugatis. Locus autem, tametſi contrarium multifariam inſit contrario *contrarium, & rurſus, è coniugatis. Sic & reliqua. Nã locus, iam propoſitio quædam ex præcepto factus eſt.

Præceptum. Locus. Epicherema.

*τὸ προσφέρων, id quod arrepit.)* Sophocles: Hei mihi. timeo id quod imminet: illuſtris uir morietur*

*τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν.)* Torna omnem cantilenam: hoc eſt, rotundè & peſpicuè recita.

TORQVATVS. Gens Gallorum, relictis ſuis ſedibus, in Italiam eſt infuſa. Cũ autem in procinctu caſtrametati eſſent: Mãlius, ſenator illuſtris, cum rege Gallorum, cùm alia iactãte, tum Romanorum fortiſſimum ad ſingulare certamẽ prouocante, eſt congreſſus: lethaliq; ictu illato, proſtrauit regem, ac torquem (quo ornatu Galli uti ſolent) illi detractum ſuo collo circundedit: ex eoq; Torquatus à ciuibus ſuis dictus, cognomen id familiæ ſuę hæreditarium reliquit.

*τορῶς τὸ ἀνακλητικὸν σημῆναι κελεύσας.)* Clarè cani receptui iuſſit.

TORONE, urbs Thracię: unde Toronæus.

TOSIBIS, deus *.

*τὸ σκαμβὸν ξύλον οὐδέποτ' ὀρθόν.)* Prauum lignum nunquã rectum. Populare & clarum prouerbium: de ijs uſurpatur qui diſtorta ligna, aut negocia irrito conatu corrigere ſtudent.

*τὸ σὸν ὄναρ σοὶ διηγούμενος.* (Tuum tibi narro ſomnium.

*τοσοῦτον οἶδα, καὶ παρὼν ἐτύγχανον.)* Sophocles in Aiace: Tantum ſcio, atque interfui.

*τὸ συνοῖσον.)* Ille re animaduerſa, reditum deſiderans, alacritate ſua id quod profuturum erat conficiens.

*τοῦ βάβυος χορός.)* Babyis cœtus. De ſimplicioribus & indoctis.

*τοῦ δ' ἄρα ὁ κωρυκαῖος ἠκροάζετο.)* Hoc utiq; Corycæus audijt. Aiunt iuxta Corycũ Pamphyliæ locum fuiſſe piratas, quos quidã Corycij adiutãtes, explorarint mercatorum ſarcinas, & tempus quo ſoluturi eſſent, piratis indicarint. Prouerbiũ itaq; obtinuit, ut de ijs diceretur, qui cum ſe latêre putarent: tamen noſcerentur.

*τοῦ διὸς τὸ σάνδαλον.)* Iouis ſandalium. Eupolis in Chryſogene, pro re magna hoc dicto uſus eſt.

*τοῦθ' ᾅδης διακονεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.)* Hoc Orcus exequetur prius, quàm ego admiſero.

*τοῦ πόντου.)* Sophocles: Non cuiuſuis erat illud oraculum explicare: ſed diuinatio-

tionē poſtulabat, quā tu nō ex auguriis attuliſti, nec ex deo ullo didiciſti. Sed ego nihili ille Oedipus adueni, & Sphingem uici, iugenio, non augurio duce.

*τῦπ@.*) Eſt illud rectè, & nō malè dictum uerbum. Ariſtophanes: *οὔτε σὺν πανωλέθροισιν, οὐδ᾽ αὖ δίχα πανωλέθρων*: Nec cū perniciosis, nec ſine pernicioſis. Prouerbij loco dicitur.

*κακὸν γυναῖκες, ἀλλ᾽ ὅμως ὦ δημόται,*
*οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.*
*Malū ſunt mulieres: ſed tamē ô populares,*
*Non poteſt habitari domus ſine malo.*

TVRVLLVS, urbs Thraciæ.

*τοῦ σελίνου δεῖται.*) Selino eget. De iis qui periculoſè ægrotant. Solemus enim, ut ait Plutarchus, monumenta ſelino coronare.

*τὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται.*) Alios tragœdos aget. Prouerbium, in eos qui ſe comparāt atq; oſtentant in rebus cōtrariis, ut Didymus ait.

TVSCIANVS, orator eloquētiſſim⁹.

*τυσκλανῷ.*) Timagenes ob linguę libertatē ſchola eiect⁹, in agro Tuſculāo uixit.

*οἱ χωρὶς οἰκοῦντες.*) Seorſim habitantes, intelliguntur libertini, qui herilibus ędibus exceſſerunt.

*ὅτ᾽ οὐκέτι ἠπόρουν, ἀλλὰ ὅτ᾽ ἔλεγον ἐκεῖνο εἶναι.*) De hoc dubitare deſierunt, idq; eſſe dixerunt quod quæreretur.

*ὅτι ποιήσας*) Fecit unum hoc ex iniuſtis factis (ut prouerbio dicitur) iuſtiſſimum. Hoc illius factum eſt, & ſanè agendum aliquid fuit.

*τὸ φέρον ἐκ θεοῦ, καλῶς φέρειν χρή.*) Quod diuinitùs accidit, pulchrè ferendum.

*τῷ ὅτι συμβαλὼν ἔχεις; τῷ ὅτι κρίνεις;*) Vnde iſtud colligis? Ex quo iudiciū facis?

*τῶν ἄλλων μοι πάντων ἧττον μέλει.*) Cætera omnia minus curo.

*τῶν δ᾽ ὄνων οὔ μοι μέλει.*) Aſini mihi curæ non ſunt.

*τῶν δυνατῶν τι κέλευ᾽. οὐ γὰρ παρὰ κενταύροισι.*) Iube quod fieri poteſt. neq; enim apud Centauros ſumus.

*τῶν ἱερινῶν φύλλων πλειονές εἰσιν οἱ συκοφαντοῦντες.*) Vernis foliis plures ſunt ſycophantiæ.

*τῶν ὤτων ἀναρτηθεὶς, εἰς ὀργὴν ἐκπίπτει.*) Auribus attractus ira commonetur.

*τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα.*) Chariſſimorum chariſſima. Ariſtoteles in Melienſium republica tradit, eos liberos nudos uſque ad annos 16 efferre, & deoſculari in conuiuiis.

*τὼς δή σ᾽ ἀπεχθήρω, ὡς νῦν ἔκπαγλ᾽ ἐφίλησα.*) Tanto te proſequar odio, quanto nunc amore.

*τραγήματα.*) Interdum ternas aut quaternas nuces apponebat, aridas uerò ficus, aut 6. Sin uerò nos facetè auſi eſſemus petere, plures etiā apponebat, duas ſcilicet aut tres, graui admodū uultu, nihil ueritus deriſum adoleſcentum. *Sordes.*

TRAGIAMBOS inuenit Apollodorus grammaticus, Aſclepiadis F.

*τραγικὴ σκηνή.*) Tragica ſcena. Tabulatum ſublime, * è quo dij aliqui loquebantur.

*τραγικὸν πάθος.*) Tragicus caſus, id eſt grauiſſimus.

*τραγικὸς πίθηκος.*) Tragicus ſimius. De iis qui præter dignitatem, faſtum præ ſe ferunt.

*τραγικώτερος.*) Ariſtophanes: Pegaſi alæ tibi accommodandæ erant, quò magis tragicus diis uidereris. Alludit ad Icari fabulā: uel quòd putatur Bellerophōtes Prœti uxorem, poſt Chimærā interfectam, Corinthum reuerſus, decepiſſe, & ſic mulierem equo Pegaſo impoſitā, in medium abieciſſe mare. *Stheneb ræ interitum.*

*τράγκυλλος.*) C. Suetonius Tranquillus, grammaticus Romanus, ſcripſit de Græcorum ludis librum unum, de ludis & ſpectaculis Romanorū lib. 2. de anno Romano lib. 1. de Repub. Ciceronis lib. 1. Refragatur antem Didymō de nominibus propriis, & formis ueſtium & calceorum, & aliis indumentis. De ominoſis uerbis, ſeu maledictis: & unde ſitu numquodque. De Roma, & eius inſtitutis & moribus, lib. 2. De familia Cæſariana, à Iulio uſque ad Domitianum, lib. 8. (*συγγενικὸν καισάρων*) Stirpes Romanorū illuſtrium.

*τράγος.*) Apud Meſſenios caprificus Tragus dicitur. Ariſtomeni aūt datū fuit oraculū: Cū aquam Edæ fluminis potaſſet Tragus, captum iri Hiram montem. Itaq; prohibebant, ne hirci inde biberēt. At caprificus erat iuxta flumen, cuius folia inclinata uergebant ad flumen. Quo facto, captus eſt ille mons. *Ambiguum oraculum.*

*τραγῳδία.*) Tragœdiæ magis conueniunt horrenda ſpectra: in quibus Furiæ cum facibus incedebant. Quemadmodum antem inſtructæ fuerint: eius eſt exponere, qui Tragœdiam uelit ſcribere, non hiſtorici.

*τραγῳδίας ἄξια παθεῖν.*) Tragœdia digna pp eti. i. duriſſimis iactari caſibus. nā tragœdia turbnlenta & tumultuoſa eſt.

Traianvs patricius, floruit ſub Iuſtiniano Rhinotmeto. Scripſit annales breues præclaros, homo Chriſtianiſſimus & orthodoxotatus.

Traianus Romanorum imperator, adeò bonus, & oſor improbitatis, & iuſtus, ut aliquādo ſtrictum enſem coram proceribus ſuis, præfecto prætorij tradiderit, his uerbis: Cape hunc enſem: & ſi bonus fuero, pro me: ſin malus, contra me eo utitor. Hic Chriſtianis aliquid induciarum conceſſit. nam qui illis tēporibus à Romanis magiſtratus redimebant: ad demerendos imperatores uarijs Chriſtianos ſupplicijs afficiebant: adeò ut Tibetianus, qui primæ Palæſtinorum genti præerat, ad eum retulerit, ſe non parem eſſe Chriſtianis occiuendis, qui ultrò ſupplicia appeterent. Vnde Traianus omnibus præfectis ſuis mandauit, ne ſupplicijs eos afficerent. (Extat hac de re & Plinij epiſtola.)

Tiberiani querela.

τρανῶς.) Nihil comperti habemus, ſed uagamur opinionibus. ἴσμεν οὐδὲ τρανῶς, ἀλλ' ἀλώμεθα.

τρανοτέρα ἡ ὄψις τῆς ἀκοῆς.) Acrior eſt ſenſus oculorum, quàm aurium.

τραπεζοφόρος καὶ κοσμώ.) Sacrificulæ Trapezophoros & Coſmo, omnia Mineruæ ſacrificia curabant.

τρεπώμεθα.) ποῖ ἢ τράπωμαι; καὶ τίς γένωμαι; Quò me uertam? Quid me faciam?

τραχέως.) Illi aſperè eos exceperunt, denſa & horrenti phalange.

τροφή. ἐμψύχων.

τροφή, alimentum, nutrimentū, cibus, uictus. Ariſtoteles ait, controuerſam eſſe nutrimenti rationem. Nam alij dicūt, ſimile eſſe nutrimentum ei quod nutriatur. nutriri enim ſimile ſimili. Nam ſi appoſitum nutrimentum, id quod nutritur, auget: ſimile autem augetur ſimili, non contrario (hoc enim corrumpit cōtrarium) non igitur à contrario nutritur id quod nutritur, ſed à ſimili. Alij uerò dicunt, nutriri contrario id quod nutriatur. nam ſi patiatur nutrimentum ab eo quod nutritur, & in id mutetur: non patiatur autem ſimile à ſimili, ſed à contrario contrarium patiatur, & contrariū in contrarium mutet: cōtrarium eſſe nutrimentum ei quod nutriatur. Ac hæ rationes uidentur eſſe contrariæ, ſed non ſunt. nam nutrimentum facultate ſimile eſt ei quod nutritur, actu uerò cōtrarium. Nam & panis & obſonia inconfecta & inconcocta, quodammodo contraria ſunt ei quod nutritur. Mutata uerò & alterata, tum ſimilia fiunt. Mutatur autem non ſimile in ſimile, & quidlibet in quidlibet, ſed contrarium in contrarium. Nec enim album in calidum ſed frigidum in calidum mutatur. Tametſi igitur fuſcum in album mutatur, non minus tamen eſt albi particeps quàm nigri. Eodemque ſe modo res habet in alijs. Cum igitur duplex ſit nutrimentum, alterum crudum, coctum alterum: crudum contrarium eſt cocto, coctum autem & mutatum iam eſt ſimile. Ac alens eſt prima facultas animæ nutriens: quod uerò nutritur, id animatum eſt corpus, eo quòd hanc habet facultatem. Id uerò quo nutritur, nutrimentum. Sed & id quo alitur, eſt duplex: unū mouens, & motum (ſ. a. alterum quod mouetur tantùm.) Nam à natura inſitus calor, quo nutritur anima, tanquam inſtrumentó, & mouet & mouetur. mouetur à nutriente facultate: mouet reliquas partes, ut dentes, uenas, uentrem, & reliqua per quæ nutrimentum conficitur: quæ mouentur tantum, non etiam mouent.

Facultatis ſimilitudo, actus repugnantia.

Mutatio in aliud.

θρεπτικὴ δύναμις τῆς ψυχῆς.

τρέχειν τὴν ἐσχάτην.) In extremo conſtituti diſcrimine ad Romanos confugiet, & ijs & ſe & urbem tradent.

τρέψομαι.) Ariſtophanes: Ego te uociferando uertam in fugam, id eſt uincam clamando.

τριακάς.) Trigeſimus, id eſt extremus dies menſis, ſacrerat defunctis.

τριάριοι.) Romani bello illato Carthaginenſibus, manu è (Perſei) Perſicis caſtris optima delecta, oēs copias in partes quatuor diuiſerunt, quarum quælibet geminas habebat appellationes. Nā prima uocabat̃ exercitus & prima claſſis, & reliquæ eadem ratione. Quarta uerò, & tertia, aliud cognomen nō aſciſcebant. Triarij enim dicebantur, pedeſtris exercitus conſuetudine.

τρία στησιχόρου.) Tria Steſichori, Strophen, Antiſtrophen, Epodō. Tota enim Steſichori poeſis eiuſmodi eſt, ut fidibus accinatur. Ac prorſus amuſum & indoctum, per conuicium dicebant, ne tria qvidem stesichori noſſe.

τριαχθῆναι.) Tertiari. Sic dicunt palæſtrici, pro ter cecidiſſe: aut ter curſu uictum eſſe, ſtadio, diaulo, dolicho. Sic tradit Thugenes in Indicibus.

τρίβακα φορεῖν ἐσθῆτα * ἀγαθόν.) Videri tritas geſtare ueſtes, * bonum eſt.

Explicatio ſomnij.

τρίβων.)

τριβῶν.) Reliquit milites moræ impatientes, & uel cum periculo decertare cupientes.

Tribvnvs, genere Palæſtinus, homo eruditus, & arte medica nulli ſecundus, ſobrius & Deo charus, & æqui obſeruantiſſimus. Hic cum Choſroen ſanaſſet, è Perſia diſceſſit, multis memorabilibus muneribus à Rege acceptis. Induciis autem cum Iuſtiniano imperatore factis: Choſroes medicum hunc ſibi in annum concedi petiit. Quo facto, Tribunum petere iuſſit quid uellet? Is uerò aliarum rerum omnium petiit nihil, niſi ut ſibi quoſdam Romanos captiuos donaret Choſroes. Is uerò & alios 3000 captiuos, & quos nominatim petierat, uiros doctos, dimiſit. Quæ res maximæ gloriæ Tribuno apud omnes mortales fuit.

*Captiui præ- lati opibus.*

Tribvnianvs, quæſtor fuit ſub Iuſtiniano.

Tribonianvs Macedoniani F. à Dicegoris hyparchis (ἀπὸ δικηγόρων τῶν ὑπάρχων) gentilis fuit & impius, omnibus modis à Chriſtiana religione alienus, adulator & impoſtor: qui perſuadere conabatur Iuſtiniano, cum non moriturum, ſed cum carne in cœlum aſſumptum iri. Fuit autem quæſtor Iuſtiniani. Hic & ingenij facultate utebatur, & ad ſummam peruenerat eruditionẽ; nemine ſuæ ætatis inferior: pecuniæ ad miraculum auidus, ius precio uẽdere ſolitus: & legum dies alios plerunque tollebat, alios ſcribebat, pro cuiuſq; neceſſitate accepto precio. Eo in honore cum annos multos uixiſſet: morbo deceſſit, nihil iniucundi à quoquam perpeſſus. Nam & facundus erat, & cætera ſuauis, & auariciæ morbum amplitudine doctrinæ ſolertiſſimè occultabat.

*Leges pro- eo fixit at- que refi- xit.*

Tribonianvs Sidetes, ex Dicegoris hyparchis & ipſe, uir perquam eruditus, uerſibus commentarium ſcripſit in Ptolemæi canonem: Concentum mundanæ & harmonicæ (ἁρμονικοῦ διαθήματος) diſpoſitionis: de gubernatore & horæ domino: de planetarum domiciliis, & cui ſingulis id domicilium ſit attributum? de 24 metricis pedibus & rhythmicis: Metaphraſin Homerici nauium catalogi: Dialogum Macedonium, ſeu de felicitate: Vitam Theodoti philoſophi libris 3. Conſularem orationem ſoluta oratione, de Iuſtiniano imperatore: Imperatoriam de eodem: De men-

*Aſtrologi- ca ſcripta.*

*Grammati- ca.*

ſium permutatione, uerſibus.

τριγέρων.) Ter ſenex dicitur Neſtor, quòd tres hominum ætates uixerit, hoc eſt annos 90. Apud Ouidium de 300 gloriatur.

τριγονία.) Inimicitias à patre tanquam aliud quiddam acceptas, ad tertiam ætatem uſq; propagauit.

Trigonvm, prætorij nomen, figura etiam fortaſſe triangularis.

τριγχὸς.) Plato diuidendi philoſophiã celebrans, faſtigium & uallum philoſophiæ uocat.

τριετηρίδες.) Trieterides, dies apud Bithynos, quibus perpotabant, & in conuiuiis omnis gñs acroamata introducebant. Ac omnino genio tũ indulgebat Pergamum.

*Geniales dies.*

Trierarchia, munus fuit apud Athenienſes ſumptuoſum. nam triremem omnibus rebus ad bellum inſtructam eſſe oportebat: quas res deſignatus comparabat.

τριήρεις.) Triremes, bellica nauigia, quæ Liburni dicuntur.

Tricaranvm, caſtellum Argiuorum.

τρικέφαλος ἑρμῆς.) Mercurius triceps uiatum monſtrator: cui ſubſcriptum fuit, quorſum hæc uel illa renderet. Fortaſſis autem ad uiam quamlibet conuerſum caput habuit. Dedicatus primùm eſt, ut Philochorus tradit, à Proclia, Hipparchi amatore.

τρικύλιστος.) Si ueneritis, ter præceps uolutabor quocunq; iuſſeritis.

Trinacria, inſula Sicilia.

τριόφθαλμος χρησμὸς) Oraculũ datũ eſt Thebanis, ut in quem primum trioculum incidiſſent, eum ſequerentur. Occurrit autem eis Oxylus quidam, equo monoculo uehens: quem oraculo intellecto ſecuti ſunt.

τριώβολον.) Nemo iudicabat, niſi annos natus circiter 60. Qui uerò integra ætate erant, concionem quidem ingrediebantur, ſed non iudicabant. Demagogi itaque impetrarunt à Repub. ut ijs qui conciones frequentarent, palàm aliquid è publicis uectigalib. daretur. Pòſt Cleon id effecit triobolum, captandæ auræ popularis gratia. Senex uerò concionem non ingrediebatur.

τρίπους.) Fatidicus Apollinis tripos, q̃ tribus temporibus uaticinetur, præſenti, præterito & futuro.

τριτογένεια.) Democritus Abderites

ſcripſit de Inferis. Tritogenia Minerua dicitur. *Mares liberi.* τῆς μοὶ τριτογενὴς εἴη, οὐ τριτογένεια. Puer mihi detur Tritogenes, nõ Tritogenia. Minerua dea uirilis, liberos mates donare putabatur. Dicitur & Tritomenis, & (Iſtro autore) eadem eſt quæ Luna.

*Tellus & Sol uentorum patres.* τριτοπάτορες.) Demon in Atthide, Tritopatores uentos eſſe ait. Philochorus uerò, eos omnium extitiſſe primos. nam Tellurem quidem & Solem, inquit, quẽ & Apollinem uocat, antiqui parentes eorum eſſe crediderunt, è quibus nati qui eſſent, eos dici tertios patres. Phanodemus uerò lib. 6. ait, ſolos Athenienſes & ſacrificare & uota facere illis pro generatione liberorum, uxores ducturos. *Orpheus Tritopatores.* In Orphei autem phyſico, nominari Tritopatores, Amalcidem, & Protociem, & Protocleontem: qui uentorum ianitores & cuſtodes ſint. Qui uerò id opus enarrauit, Cœli & Telluris ait eos eſſe filios: eorumq́; nomina eſſe, Cottum, Briareum & Gygem.

τρίτη κρατὴρ ὁ τοῦ σωτῆρος.) Tertius crater eſt Seruatoris. *Calices.* nam primum dicunt eſſe Cœleſtium, alterum heroum.

τριττύς.) Quęlibet trib. diuidebatur in tres partes. Eſt & τριττὺς integra uictima, ſuis, arietis & hirci: ſicut δωδεκηΐδες θυσίαι, 12 uictimarum oblatio.

TRIPHYLLIVS epiſcopus, diſcipulus Spiridonis Cyprij, miraculis clari, eius ſancti patris miracula deſcripſit, ut ſcriptum eſt in uita eius, uerſibus iambicis: quę cognoſcenda ſunt, ut ualde utilia.

*Explicatio ſomniorum.* τρίχας καρῆναι, πραγμάτων δηλοῖ βλάβην. τρίχας πεσεῖν δὲ, κίνδυνον φέρει μέγαν.

*Capillum reſecari, negociorum ſignificat damnum.*

*Capillũ excidere, ſignificat periculũ magnũ.*

τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται.) Homerus: *Omnia trifariam diuiſa ſunt.*

τρίψας.) Ariſtophanes in Pluto. Multo acerbiorem uitam ages quàm nunc.

τρόμητος.) Demoſthenes cum aliis dicteriis inceſſit Aeſchinem, tũ γραμματοκύφωνα appellat, quaſi incuruũ ſcribã dicas, aut corruptorem literarum: & filiũ eſſe ait Trometis cuiuſdam literatoris, primas literas docentis.

τρόπαιον ἂν στήσαιτο τῶν τούτου τρόπων.) Ariſtophanes: Si mores iſtius uicerit. *Antiqua Attica, Media, Noua.* Antiqua Attica lingua eſt, cuius principes fuerunt Eupolis, Cratinus, Ariſtophanes, Thucydides: Noua, cuius Menander & alij.

τροπῆς ἀποσκίασμα.) Alterationis & mutationis ueſtigium, & ſimilitudo imaginis, dicitur uerſionis umbra.

τροπολογία.) Tropologia, * alteratio alterius ad alterũ ſecũdum quid: id eſt, ſecundũ unũ ſubiectorũ trium, ſententiarum, dictionis & carminis.

τρόπος.) Modus in ſyllogiſmis, eſt ueluti figura orationis. *λογισμός.* cuiuſmodi hic eſt: Si primum, & ſecundum: Sed primum: Ergo & ſecundum. Excogitata eſt autem hæc forma orationis, ut ne in longioribus uerborum conſtructionibus prolixam aſſumptionem & concluſionẽ repetere neceſſe eſſet. Piſides: ὁ βάρβαρος ὁ τῷ λόγῳ καὶ τῷ τρόπῳ, Oratione moribúſque barbarus.

τροφαλίς.) Canis fruſtum Siculi caſei arreptum deuorauit.

τροφή.) Appetimus (inquit Plato in Rep.) tria: uictũ, id eſt cibũ & potũ, & ea quæ ſunt procreationis.

TROPHONIVS. Trophonij ſub terra * ludibria. Lebadiæ fuit oraculum, quod à deſcenſu, καταβάσιον dicebatur. Fauces autem erant quædam, quæ extremos tantùm pedes caperent. *Repti à diabolo, & fatidico dracone.* Deum itaque conſulturi, caſtirate prius certis diebus ſeruata, & ſacro quodam habitu ornati, mellitas placentas utraq; manu tenentes, faucibus inſidebant, ſubitoq; rapti ſubibant terram. Placentas autem afferebant, ne ab occurrentibus ſerpentibus læderentur, illis obiectis. Ac multi eodem die redierũt per eaſdem fauces, multi diutius etiam ibi manſerunt. Fuit autem Trophonius Eriſini filius, fratris Agamedis: quo loco draco erat, qui naticinaretur, cui (κατοικήτης, f. καταβαίνης, ij qui deſcendebant) incolæ placentas obijciebant.

τροχιλίας.) Socrates Alcibiadi Xãthippes conuicia ferri poſſe negantis: *Socratis patientia.* At ego, inquit, aſſueui: quaſi trochleam cõtinenter audiuiſſem.

τροχισθέντες.) Rotæ alligati ſerui flagris cædebantur.

τροχός.) Dauid: Vox tonitrus tui in rota. De rubro mari. Ait enim hiſtoria, ſpirante Auſtrò diuiſum eſſe mare. *Vertex.* Nam aere in turbinem cõuoluto, & nubibus denſatis, uentus naſcitur. Supplicia uerò, inquit, tua, telorum, inſtar hoſtes inuadebant: & ſonitu tonitrus Aegyptiorum rotas conſtrinxiſti. Cum autem ait, Mi Deus effice eos tanquam rotam: id eſt, iube eos omnis generis calamitatibus

bus torqueri, & continentibus afflige malis.

Troilvs ſophiſta Cōſtantinopoli docuit. Scripſit orationes ciuiles, Epiſtolarum lib. 7.

*τρυγαῖος ἀθμονεύς.*) Vinitor Athmonē ſis. Ariſtophanes: Sum ſolers uinitor, non ſycophanta, nec litium amans. De hominibus quietis; cuiuſmodi ſunt induſtrij agricolæ.

*τρυγίας πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοί.*) Feces bibent omnes peccatores: id eſt, grauiſſimè à Deo punientur.

*τρυγοδαίμονες.*) Mali dæmones, multis dediti flagitiis, omiſſo Dei cultu ſe cauillationibus & deriſui dediderunt.

*τρυγόνα ψάλλειν.*) Turturis cantus, uel Turturem canere. In eos qui malè aliquid agunt.

*τρυγόνος λαλίστερος.*) Turture loquacior. Turtures enim non ore ſolum, ſed & poſticis partibus murmurant.

*τρυγοκωμωδία.*) Trygocomœdia: uel quòd muſtum præmij loco acciperent, uel quòd ante perſonas inuentas fecib. ora inungerent.

Tryphiodorvs, Aegyptius grāmaticus, & poeta heroicus. Scripſit Marathoniaca, Ilij excidium, de Hippodamia, Odyſſeam lipogrammaton, quę eſt poema de laboribus Vlyſſis, & quæ alia de eo fabulantur: Paraphraſin ſimilitudinum Homeri, & alia plurima.

Tryphon Ammonij F. Alexandrinus grammaticus & poeta, fuit Auguſti temporibus, & antè. Scripſit de pleonaſmo Aeolicæ dictionis lib. 7. de Homericis dialectis, Simonidis item & Pindari & Alcmanis & aliorum lyricorum. De diacto Græcorum, Argiuorum, Himeræorum, Rheginorum, Dorienſium & Syracuſanorum. De inflexionū analogia. De recti caſus analogia. De nominibus comparatiuis lib. 1. De monoſyllaborum analogia. De nominum characteribus lib. 1. De uerborum barytonorum analogia lib. 1. De uerbis encliticis & infinitiuis & imperatiuis, & optatiuis, deniq; omnibus. De orthographia, & iis quæ in ea quęruntur. De ſpiritibus & tropis, & alia.

*ἁπαλώτερος τρύχνου.*) Tenerior trychno, ſeu ſtrychno herba. Pro hoc dixit Ariſtophanes, *μυστικώτερος τρύχνου.*

*τρία στυγὸς σ.*)

Tragica ampulla.

*Talis te Stygis nigricors rupes,*
*Acheronteuſq; ſcopulus ſanguine ſtillans*
*Cuſtodient, Cocytiq; circumcurſantes canes,*
*Viperaq; centiceps quæ uiſcera tua*
*Dilacerabit, pulmones q; arripiet*
*Tarteſia murana. renes uerò tuos*
*Cum ipſis inteſtinis cruentatos*
*Diſcerpent Gorgones Tithraſia,*
*Ad quas ego curſorem incitabo pedem.*

*τοιοῦτον θεμιστοκλῆς οὐ πώποτ᾽ ἐπενόησεν.*) Themiſtocles. Ariſtophanes: Tale nunquā quicquā in mentem Themiſtocli uenit. Sapientiæ laudē tulit Themiſtocles, uel quòd mœnibus Piræeum cinxerit: uel quòd oraculum Delphicum de ligneo muro, naues & claſſem interpretatus eſt.

*τοῖς ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις.*) Hippocratis filiis ſimilis eris, teq; uocabunt Bliomammam. Hi deridebantur ut ſuilli, & indocti, & capitones. Eupolis in Demis, eos appellat ſubditos, & balātes filiolos, minimeq; morib. cōmodis. Eorum nomina ſunt, Teleſippus, Demophon, Pericles.

*τοῖς ὀρθῶς.*) Obedientiā probata Zenoni. Rectis aliorum ſententiis aſſentiri & parēre, maioris uirtutis eſſe iudicabat Zeno argumentum, quàm ſi quis ſuo Marte quid facto eſſet opus, inueniret. Sic inuerſo Heſiodi uerſu:

*Optimus ille quidē, qui paret recta monenti.*

*τοῖς τοκεῦσι γάρ.*) Parentes. Si quis propter parentes labores capit, non labores iudicare debet.

*τοίχαρχος.*) Nautæ. Magiſtratuum nauticorū ordo: Toecharchus, proreus, gubernator, nauclerus.

Tyana, metropolis Cappadociæ.

*τυλωτή.*) Claua. Parthorum pleriq; clauas habebant ferreas, aut ferro munitas.

*τυμβογέροντες.*) Senium. Capulares ſenes, quinta ætas ſenum, delyra. Iſta garris, perinde acſi tumba excidiſſes.

*τύμπανα.*) Indorum tympana. Indi tubæ loco flagella quatiebant. habebant & tympana horribilem quendam bombum edentia, quę ſic confecta erant. In abietis ſtipitem excauatum nolas ex orichalco inſerebant, & ore uaſis taurino corio tecto, tympanum ſublime ferebant in pugnis. Ac tumultum magnum excitaturi, aut aliquid denunciaturi, uas ligneum in eos inuerſum concutiebant. Tum quæ in eo erant tintinabula, & multa & magna, in opertoque ſonantia, obſcurum quendam intrinſecus edebant bombum, qui ab ignaris non diiudicari facilè poterat, cuius eſſet inſtrumenti aut belluæ (*βρυχήματι.*) mugitui enim erat ſimilis.

TYMPANA coriacea geſtabāt & pulſabant Bacchæ.

TYRANNIO, Epicratidis & Lindiæ Alexandrinæ F. Amiſenus, dictus Corymbi F. fuit ſub Pompeio Magno, diſcipulus cùm antè multorum, tum Heſtiæi Amiſeni, à quo & Tyrannio dictus eſt, quòd exagitaret condiſcipulos, cum Theophraſtus antea diceretur. Poſt etiam Dionyſium Thracem Rhodi audiit. Aemulus fuit Demetrij Erythræi, qui Romam captiuus à Lucullo ductus eſt, cum Mithridatem, Ponticarum gentium regem, uiciſſet. Clarus Romæ factus, & diues, libros amplius 30000 comparauit. Obiit ſenex podagra confectus, Olympiadis * 120 anno tertio.

*Bibliothecæ.*

TYRANNIO iunior, Phœnix, Artemidori F. diſcipulus Tyrannionis ſenioris: unde & Tyrannio dictus eſt, cum Diocles antè uocaretur. Captus & ipſe bello Antonij & Cæſaris, à quodam Dymante, liberto Cæſaris emptus. Deinde Terentiæ donatus eſt, Ciceronis uxori, ab eaque manumiſſus: Romæ docuit: & libros ſcripſit octo & ſexaginta, quorum & hi ſunt: De Homerica proſodia: De partibus orationis: in quo dicit, indiuidua eſſe nomina propria, poſitiua uerò θεματικὰ appellatiua, ἀθέματα ſine poſitione participialia. De Romana lingua, eam eſſe à Græca ortam. Antigenis Romana lingua. Diſſentire poetas recētiores ab Homero. Enarratio partitionis Tyrannionis. Correctio Homerica. Orthographia.

*Dymas. Terentia. Scripta.*

Tyrānio Meſſenius, philoſophus, tres libros ſcripſit de auguriis: Extant & alij eius libri utiles.

τύραννος.) Poetæ, qui Troianum bellum anteceſſerunt, reges, tyrannos appellabant: ſerò tandem hoc nomine uulgato apud Græcos. Archilochi temporibus, ut Hippias ſophiſta ait. Homerus certè omnium mortalium atrociſſimum Echetum, regem appellat, non tyrannum. Dictus autem eſt tyrannus, à Tyrrhenis, qui ſæui homines, & latrociniis dediti fuerint. Ac ne aliorum quidem poetarum ullus nominis tyrāni meminit. Ariſtoteles uerò in Cumanorum Rep. tyrannos ait olim dictos fuiſſe αἰσυμνήτας, iudices ſeu gubernatores, nomine leniore.

*Tyranni. Reges. Echetus. αἰσυμνῆται.*

TYRANNVS ſophiſta, ſcripſit de ſtatibus, & diuiſione orationis, lib. X.

τυραννῶ.) Deucalion imperauit iis qui Parnaſſum accoluerunt.

*Deucalion.*

τυῤῥηνία χώρα.) Hetruria: & Tyrrheni, qui & Thuſci dicuntur. Apud hos hiſtoriam ſcripſit uir peritus. Ait enim opificem rerum omnium Deum, duodecim annorum millia (φιλοτιμηθῆναι) impēdiſſe rebus omnibus à ſe conditis, eosq; in duodecim quæ nocentur domos diſtribuiſſe. ac primo millenario feciſſe cœlū & terram: altero feciſſe firmamentum id quod appareat, & uocaſſe cœlum: tertio mare, & aquas in terra omnes: quarto, lumina magna Solem & Lunā, & ſtellas: quinto, animam omnem uolucrū & reptiliū & quadrupedū, in aere, terra & aqua degentiū: ſexto uerò hominē (φαίνεται) παρεληλυθέναι, uidetur prætermiſiſſe.) Videntur itaq; primi ſex millenarij ante formationem hominis præteriiſſe, & reliquos ſex millenarios duraturū eſſe genus hominū: ut ſit uniuerſum tēpus conſummationis, annorum 12000.

*Tyrrhena fabula de hominum ætatibus.*

TYRMIDAE, municipium Oeneiæ tribus.

TYRTAEVS Archimbroti F. Lacon, aut Mileſius, Elegiacus poeta & tibicen: quē ferūt carminibus ſuis incitaſſe Lacedæmonios, & effeciſſe ut bello Meſſenio uictoria potirentur. Eſt autem antiquiſſimus, æqualis ſeptem Sapiētum, aut antiquior. Floruit itaq; Olympiade 35. Scripſit Rempub. Lacedæmoniorum, & præcepta uitę uerſibus elegiacis, & carminū bellicorum libros 5.

*Scripta.*

Tyrtæus. Lacedæmonij iurarāt, ſe aut Meſſenam capturos, aut mortem oppetituros. Accepto autem oraculo, ut ducem peterent ab Athenienſibus: Tyrtæum poetam, hominem claudum accepe runt: qui eos ad uirtutē cohortādo, Meſſenā anno 20 obſidionis cępit. Eā itaq; ſolo æquarunt, & captiuos inter Helotas retulerunt.

*Lacones iuſiurandum. Oraculum. Meſſena exciditur.*

τυφλή.) Incidit in uias cæcas atq; imperuias, & calles diſtortos.

τυφλὸν φαίνεσθαι (f. πάγκακον, peſſimū) πάγκαλον πάντων. Cæcum uideri omnium pulcherrimum eſt.

τυφλότερος ἀσπάλακος.) Cæcior talpa. Nam hęc beſtiola caret oculis: quam Steſimbrotus ait à Tellure excæcatā eſſe, quòd fruges corrumpat. habet enim dentes peſſimos, & roſtrum inſtar muſtelæ, & pedes urſinos.

τυφλοὶ ὄνειροι.) Cæca dicuntur ſomnia, uel quòd fallacia ſunt: uel quòd cum iis qui

qui clauſos habẽt oculos, colloquũtur.

*Nigrã hyemi pecudẽ.*

τυφὼν.) Turbines & procelloſos uentos appellant typhonas: quibus ut ſæuire deſinerent, nigram ouem immolabant.

τυφῶνος πολυπλοκώτερον.) Typhone magis multiplex. De eo Typhone, qui fulmine ictus eſt à Ioue.

*Dij metu Typhonis in beſtias mutati.*

τυφώς.) Typhon Telluris filius fuit, ijs præditus uiribus, ut non hominibus tantum, ſed dijs etiam formidabilis eſſe uideretur, qui (ut eſt in fabulis) in brutorũ animantium formas ſe cõuertebant, illius metu.

*Fortuna. Prudentia.*

τυχαία.) S. Gregorius Nyſſenus in ortu Mundi: Non, inquit, fortuito euentu & perturbato ac temerario impetu, ſed ut neceſſarius Naturæ ordo cõſecutionem rerum quę gignuntur exigit, ita ſingula facta ſunt.

τύχη.) Polybius: Si Fortuna de his rebus dicenda eſt. quid uerò, ſi ij qui res gerunt, in cauſa ſunt, inani Fortunæ nomine, ut hæ aliàs grauitatẽ habeant & amplitudinem, aliàs contrà? Piſides: Si modo Fortuna dici debent peccata.

*Dona hoſtilia.*

τύχη.) Cõſiderate per deos fortunam duorum mortalium. nã Hector, quo ab iſto donatus eſt baltheo, laceratus equeſtribus canthis, exagitatus eſt ſemper, donec exhalauit animam. Iſte uerò ab illo *Mala accepta.* dono hoc accepto, hoc ipſo lethali concidit ictu. De Hectore & Aiace uerba fiunt. Sophocles:

*Audi, hominibus diuinitùs*
*Fortunas datas eſt neceſſe ferre.*
*Qui uerò uoluntarijs incumbunt damnis*
*Vt tu, his nec ueniam dare*
*Aequum eſt, eorumúe miſereſcere.*

*Fortuna.*

τύχη.) Fortuna apud Gentiles eſt, prouidentiæ expers mundi adminiſtratio: aut, impetus & progreſſio quædam ex obſcuris & incertis ad obſcura & caſu contingentia. Nos uerò Chriſtiani Deũ profitemur gubernare omnia.

τύχη.) Non hominum cõſilijs, ſed Dei nutu res humanæ adminiſtrãtur. Quam Fortunam uocare ſolemus homines, ignari unde aliquibus aliquid eueniat; quia nobis id obſcurum eſt. Quod enim ratione carere uidetur, ei Fortunę tribui nomen ſolet.

τύχη εὔριπος.) Fortuna Euripus. De hominibus leuibus & inconſtantibus. Iſte qui aſtat, primum dicat nomen ſuum, patriam, conditionem, denique religionem etiam.

Y̔άδες.) Hyades, ſiue ſuculæ, ſtellæ in cornibus tauri.

ὑακινθίδες.) Hyacinthides, filiæ Hyacinthi Lacedæmonij.

*Specula ignita.*

ὑάλη, ὕαλος.) Vitrum eſt, à quo ignem accendunt. Et Ariſtophanes ait: Cum in ius uocatus fuero, procul ſtans, hoc modo ad Solem literas liquefaciam accuſationis meæ. Eſt autem inſtrumentum uitreum rotundum electri, in hoc confectum: huic oleo uncto, & ad ſolem calefacto, admouent ellychnium, & accendunt ignem. De hoc igitur ſenex cũ Socrate colloquens, ait: Si accendero per electrum, & admouero ſcripto ignem, aboleuero ſcriptum accuſationis.

*Homo frugi & ſtudioſus.*

ὑβρίζειν.) Is non temerè, meo iudicio, uiuebat: neque etiam, ut uulgus, menſæ incumbere, & repleti, ac iniuriam facere ſtudebat: ſed ampliorem ſciẽtiam, Deo duce, inquirebat.

ὕβρις φυτεύει τύραννον.) Iniuria plantat tyrannum. Per iniuriam (inquit) inſtauratur tyrannus. Et cum multa perſecerit, tũc in magnam neceſſitatem incidit inſolentia inflatus. Cum enim libetos ſuſcepiſſet: contumeliæ, ob conſuetudinẽ, *Carini flagitia.* ne cõtumeliæ quidem iudicatæ ſunt: ſed huiuſmodi delicta quotidiana illi, atque ad manum erant: Eunapius ait de Imperatore Carino.

*Contumelia. Verbera.*

ὕβρις.) Contumelia, cõiuncta eſt cum deſpectu & inſectatione: αἰκία uerò, plagas tantum complectitur. Lyſias in oratione de uerberibus aduerſus Iſocratẽ: Quis ueſtrûm ignorat, uerbera pecunia tantùm æſtimari licere: eos uerò qui cõtumeliam feciſſe uideantur, licere uobis etiam morte mulctare?

ὕβρισεν.) Contumeliam fecit, non qui percuſſit, ſed qui increpauit & probro affecit. Et, præ indignatione contumeliam ratus eſt, quòd non initio (ἐπιπιστευθῆναι τῇ στρατείᾳ. ſ. τὴν στρατείαν quòd expeditio ſibi mandata nõ eſſet) commiſſus eſſet exercitui. Ariſtophanes: An non hæc eſt contumelia, & magnæ deliciæ, quòd ego quidem Bacchus, filius Dolij, ipſe *Bacchus F. Dolij.* ambulo & defatigor: ſeruum uerò ueho, ne deſatigetur, aut onus ferat?

*Neglecti militum. Turba concitata.*

ὑβριστότερος.) Xenophon: Milites qui negligi ſibi uidentur, ſi ſunt boni: demittunt animos: ſin improbi: multò fiunt petulantiores. Et iterum: Nihil contumelioſius turba, ad iram & iniuriam incitata.

*Quæſitum à ſanitate.*

ὑγίεια.) Boni ominis cauſa dicere ſolent,

lenr,aliquem à ſanitate quæſitũ eſſe, aut aliquid ſimile loco proprij nominis.

*Vpupa.* * Vpupa ait: Qui me quæſiuerũt? cui reſponderunt illi: Duodecim dij uenient, ut te perdant.

*Sanitas. Medici. Corporis.* ὑγίεια.) Sanitas duplex eſt:una,in medico: altera,in eo qui ſanatur. Et ea quæ in medico eſt, efficiens eius eſt quæ eſt in corpore. Sic etiã ordo mundi ex Opificis ordine ortus eſt: ſalubre autem ex ijs eſt, quæ nõ uno modo inrelliguntur. *ὑγιεινόν. Salubre.* Salubre enim dicitur aliud efficiens ſanitatis, ut medicamentum: aliud ſeruans, ut ratio uictus: aliud ſignificans, ut color, pulſus, commoda ſpiratio, urina.

ὑγίεια ἀθηνᾶ.) Minerua ſanitas. Mineruæ cognomenta ſunt, ſanitas, uictoria, equeſtris, & opifex.

ὑγιὴς.) Vrbi ad nihil utile, id eſt, nullo reipublicæ commodo. Philocrates: O' nihil integrum, nihil liberum ſentiẽs, ut me fefelliſti? Vt circumueniſti? ſumpto prætextu filio hoc tuo, ignoto mihi, te quidem indigno, me uerò digno.

ὑγιέστερος κρότωνος.) Sanior Crotone. Multi enim Crotoniatæ pugiles fuerũt. &, ὑγιέστερος κολοκύνθης, ſanior cucurbita.

ὑγιέστερος κρότωνος.) Sanior ricino: de prorſus ſanis. Prouerbium ſumptum eſt à ricino animalculo. totum enim eſt læue, & ſine fiſſura, & nulla noxa præditũ.

*Sanitas.* ὑγίεια.) Sanitas, humanorũ bonorum pulcherrimum, eſt quatuor facultatum corporis, calidi, frigidi, humidi & ſicci conuenientia.

*Cantatrix & ſaltatricula.* ὑγρῶς.) Facilè agitata, & pedibus humi ſtrata atq; expedita, uincebat omnes circulatorum principes. Nã & ſuaui uoce erat prædita, & eã arte moderabatur, nulli ob cantãdi peritiam celebri ſecunda: ut quæ rudis non eſſer amatoriæ nequiciæ, & opportunè tergũ uerſaretur, & ad zelotypiam callidè incitaret uirum. Itaq; opes ipſa nõ contemnendas congeſſit. Illum uerò paulatim tabeſcentem *Auarus & tenax.* amore, è medio ſuſtulit. Et rurſus: Ad accipieuda munera erat facilis & expeditus, in exactionibus uerò grauis & acer.

*Aqua ſaporis expers.* ὕδωρ.) Aqua, aut omnino ſaporis expers eſt, ut medicis uidetur: aut propemodum expers. Habet tamẽ uim omniũ ſaporum capacem: omnemq; ſaporem refert qui eam attigerit.

*Explicatio ſomnij.* ὕδωρ βλύζον κάτωθεν, ἐχθροὺς μηνύει.
ὕδωρ διαυγὲς ἐκπίνειν, χρηστὸν τόδε.
ὕδωρ πίνων πηλῶδες, ἐν λύπαις ἔσῃ.

*Aqua ſcaturiens infernè, inimicos ſignificat.*
*Aquam limpidam ebibere, bonum hoc eſt.*
*Aquam bibens lutulentam, in doloribus eris.*

ὕδωρ ἀντιλογίας.) Aqua contradictionis. A' re locus nomen cæpit. Nã cum in Merram ueniſſent, & amarã aquam inueniſſent: contra Moyſem clamarunt, & Deo obtrectarunt. Ait autem: Coargui tuum iuxta illam aquam ingratum animum. Aquam edacem, & uigiliam edacem. Dicit aqua non febricitantes modò, ſed uigilantes etiam ali.

ὕδωρ δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.) Aquam bibens pulchrum non paries carmen. Horatius:

*—Carmina frigent,*
*Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.—*

Hanc epigrammatis partem, alij Aſclepiadis, alij Theæteti eſſe dicunt.

ὕδωρ παραρρεῖ.) Aqua præterflnit. De ijs qui pollicentur ſe pro uirili daturos eſſe operam, ut qui ne rimoſa quidẽ nauigia conſcẽdere ſint dubitaturi. Et ὕδωρ μένει, Aqua manet. Prouerbium, dicitur de irritis laboribus.

ὕδρα.) Hydra, ſerpens nouem capitibus.

ὕδραν τέμνειν.) Hydram ſecare. Dicitur de rebus quę fieri non poſſunt, eo quòd Hercules hydram ſecans, nihilo magis eam uincebat, cum ſubinde plura capita renaſcerentur. Ferunt enim, cum hydra Lernea, quæ centum fuerit capitũ, Herculem pugnantem, cum capitibns eius amputatis plura renaſcerentur, iuſſiſſe Iolaum adurere capita. *Hydra non ferro, ſed igni domatur.*

ὑδροφορία.) Hydrophoria, id eſt, Aquæ geſtatio. Feſtum lugubre Athenis, ob eos qui diluuio perierant: ut Apollonius tradit.

ὑετὸς.) Pluuia, eſt mutatio nubis in aquam, cnm humor è terra aut mari attractus decidit.

ὑειχὸν.) Ferunt Socratẽ cùm alijs multis præſentibus, tum Euthydemo dixiſſe, Critiam perinde affectum eſſe ac porcum, qui cupiat ſe affricare Eurhydemo, quemadmodum porcelli ſaxis. Xenophon: Viſum hoc mihi eſt non humanũ, ſed porcorum potius eſſe proprium. Plato Legum ſeptimo: Non tantũ ipſe porcũ imitaris, ſed & audiroribus autor es, ut idem faciant aduerſus ſcripta mea, in quo non rectè facis.

ὑληνία.) In omnibus flagitijs, tanquam porcus in luto, uolutari ſolitus.

ὑληνία.) Stulticia. Ariſtophanes: Ne fiat ſtulticia Theagenis. Hic enim Infa-
mis

mis erat, ut fatuus & ſuillus. Erat autem ex Piræo. Habebatur etiã pauper, cum diuitias iactaret. Erat & craſſo corpore, & ſuillo. Fuit & alius Theagenes, qui in Homerum ſcripſit, mollicie infamis. Noſtra ætas delicijs continentibus corrupta, animo humili & effœminato, ignauia familiaris, & omnis ſtulticiæ, auara, ſordida, ſeruire uolens, nihil magnũ aut conſtanter peragẽs, mancipiorum ſimilis, uentre & pudendis ſemper felicitatẽ metiens, nec animo generoſo prædita; inſtar corporis luxati, uno in loco iacentis, quodq; ſe amplius mouere nequit. Talem eſſe, multoq; abiectiorẽ oſtendebat uitã eorũ, qui nunc in terris degerẽt.

Corrupta noſtra ætas.

ὕης.) Hyes, epitheton Bacchi, ut Clidemus ait. Quia, ait, ei uictimas immolamus pluuio tempore. Pherecydes Semelen Hyen dici ait, & Bacchi nutrices Hyadas. Ariſtophanes autem, Hyen inter peregrinos deos recenſet.

ὑλακτεῖ.) Talia latrat. unaq; incitat uicinos iſte inclytus, in omnibus omnis mali caput.

ὕλαν κραυγάζειν.) Hylã clamare. Ferunt Hylam Thiodamantis F. pulchra forma, amaſium Herculis fuiſſe, cum Argonautas comitaretur. Cum autem ad Myſiam perueniſſent, egreſſum aquatum, à Nymphis fuiſſe raptum. Polyphemum uerò ad eum quærendum miſſum, clamitaſſe; & nominatim uocaſſe Hylã fruſtra. Quare prouerbium, de ijs qui nihil proficiãt, dici. Et nunc etiam Cianos, imitatione inquiſitionis illius, feſtum herois illius celebrare.

ὑλλεῖς.) Hyllenſes, gens Illyrica, ab Hyllo Herculis & Melites F. Aegei fluminis filio.

ὕλη.) Materia, quæ à forma informatur. Quicquid enim fit, ſiue natura, ſiue arte, ex materia & forma conſtat: ut Socrates, ex materia carne, & humana forma: &, hoc arte confectum, ex materia ligni eſt, forma uerò ianuæ, aut ſcamni, aut alius cuiuſdam rei.

ὕλλος.) Hercules βούθοινας, id eſt tauri deuorator dicitur, quòd Hyllo filio eſuriente, unum aratorem bouem Thiodamantis mactatum deuorarit.

ὑμέναιος.)

*τὸν χαρίεντ' ἀλκμᾶνα, τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων κύκνον, τὸν μουσῶν ἄξια μελψάμενον.*

*Feſtiuum Alcmanem celebratorem nuptiarũ Cycnum, qui Muſis digna cecinit.*

ὑμεῖς ὦ μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.) Vos ò Megarenſes, neque tertij, neque quarti eſtis. Oraculi ſegmentum eſt, quod in prouerbium abijt: Equam Theſſalicam, Lacedæmoniamq; mulierem, & uiros bibentes aquam pulchræ Arethuſæ. ſed his etiam ſunt præſtantiores, qui intra Thirynrem habitant, & Arcadiam ouibus abundãtem, Argiui lineis thoracibus induti, ſtimuli belli: uos uerò Aegienſes neque tertij neque quarti eſtis, neque duodecimi, nullius precij aut numeri. Mnaſeas autem narrat, Aegienſes Achæos, Aetolis nauali prælio uictis, & naui actuaria decimæ nomine Apollini conſecrata, interrogaſſe, qui nam Græcorum ſe potiores eſſent: Pythiam uerò eis reſpondiſſe, quæ expoſita ſunt. Ion item, Aegienſibus datum fuiſſe hoc oraculum narrat: quidam uerò putant Megarenſibus. Et efferunt: Vos ò Megarenſes, neque tertij neque quarti. ut & Callimachus in epigrammaribus: Miſera autem Nympha, ut Megarenſes, nullo neque loco neque numero eſt.

Megarenſes.

Aegienſes Achæi decreti à Pythia.

ὑμηττός.) Hymettus. Locus aut mons Athenis, & Hymettiũ mel: ex eoq; quicquid utile eſt ad medicinam.

ὑμνῶ σε.) Qui luminis diſſecuit primũ chaos, ut in luce opera te celebrent Domine opificem.

ὑπερίσσης.) Extra terram hanc cantabis mala, inquit Tragœdia.

ὑομουσία.) Suilla muſica, Senvueis. Ariſtophanes: Miror inſcitiam tuam.

ὑοσκυαμᾶν.) Pherecrates in Corianna: Inſanis homo ſenex.

ὑοσκύαμον.) Hyoſcyamum, genus herbæ uenenoſæ, nigrum ſemen habentis.

ὕει σοι πῦρ.) Depluit in te ignis de cœlo.

ὑπαποτρέχειν.) Qui mane in Pnyce non adſunt, retrò abeant, ne minimo quidẽ accepto. Qui enim ſerius in concionem ueniebant, mercedem quæ pro concione frequentata dabatur, non accipiebant.

ὑπάγει.) Problemata ad generalia capita refert. Lucrum eum decipit, & magis exacuit.

ὑπαγόμενος.) Laſciuę ac tyrãnicæ mulieris calumnijs impulſus.

ὑπαγωγεύς.) Hermippus: Eius conſuetudine utitur; nullo aſtricta uinculo, ſed blandis illius moribus adducta.

ὑπαγωγή.) Ne de induſtria ſegnius pugnantes, celerius terga dare poſſent, equos eis ademit.

ὑπαρ.

ὕπαρ.) Per apocopen, pro ὑπάρχον. Tu mihi narra nocturnũ meum ſomnium, ego uerò tuum tibi diurnum narrare uideor.

ὑπαρξάμενος.) Tandem Græci, Chijs auſpicatis, legatos miſerunt ad Lacedæmonios.

ὕπαρχος.) Sophocles: Veniſti huc Spartę rex, non noſter dominus. neq; uſpiam plus tibi poteſtatis eſt regendi huius, quàm huic te.

ὑπάρχων.) Non infero, ſed propulſo iniuriam.

*Theon. Hypatia. Iſidorus.*

ὑπάτη.) Hypate, chorda muſica, grauem edens ſonum. Morbũ cum ad ſummum perueniſſe, & terminum ineuitabilem adeſſe ſenſiſſet interitus ſui, enſem ſuum in uiſceribus defixit.

ὑπατία.) Hypatia, Theonis geometræ filia, Alexandrini philoſophi, & ipſa philoſopha, & multis cognita, uxor Iſidori philoſophi, floruit Arcadio imperatore: *Scripta.* ſcripſit commẽtarium in Diophantem; aſtronomicum Canonem, in Conica Apollonij commentarium. *Violentus interitus.* Dilacerata eſt ab Alexandrinis, & corpus eius contumelia affectum, & per totam urbem diſiectũ. Hoc uerò ex inuidia, ob excellentem eruditionem, præſertim Aſtronomicam, ei accidit, ut quidam tradunt, à *Cyrillus.* Cyrillo: ut alij, propter innatam Alexandrinorum audaciam & ſeditionem. *Alexandrinorum intemperiæ.* Multos enim etiam ſuos epiſcopos ſic tractarunt. Vide quemadmodum cum Georgio & Proterio egerint. Hæc Alexandriæ & nata, & educata, & inſtituta eſt. *Hypatia & mathematica & philoſopha.* Cum autem ingenio patrem ſuperaret, non contenta fuit paterna in mathematis inſtitutione, ſed & reliquam philoſophiam ſtrennè eſt amplexa. Mulier enim pallio induto, perq; urbẽ mediam progrediens, publicè audire uolẽtibus, uel Platonem, uel Atiſtotelem, uel cuiuſuis alterius philoſophi doctrinam enarrabat. Præter autẽ docendi ſolertiam, ſummum etiam uirtutis, quæ agendo cernitur, gradum conſcenderat. *Vbi ergo Iſidorus maritus? Amator ſanatus.* Nam cum iuſta & caſta eſſet, uirgo permanebat: uſq; adeò pulchra & formoſa, ut quidam etiam auditor eius, eam adamaret. Is uerò eum amorem uincere non poſſet, ſed ipſi etiã affectum ſuũ proderet: indocti quidem tradunt, eum ab Hypatia morbo illo per Muſicam eſſe liberatum. Veritas autẽ perhibet, Muſicam iam olim fuiſſe corruptã. Ipſam uero prolatis quibuſdam muliebribus pannis, in eumq; coniectis, & impuri ortus ſigno demonſtrato, dixiſſe: Iſtud quidem adamas adoleſcens, nihil autem pulchrum. Hunc uerò præ pudore & ſtupore indecoræ demonſtrationis, erubuiſſe, modeſtiorẽq; eſſe factum. Sic affectam Hypatiam, quæ & oratione facunda & diſerta eſſet, & in factis modeſta & urbana: cùm reliqui ciues meritò & amabant & celebrabãt ſupra modum, tum delecti magiſtratus primi ad eam accedebãt, ut & Athenis ſemper fiebat. *Philoſophiæ auctoritas.* Etſi enim ipſa res perierat, nomen tamen Philoſophiæ adhuc magnificum, & dignum admiratione eſſe uidebatur adminiſtrantibus ſummam reipublicæ. *Cyrilli inſidiæ.* Tandem accidit, ut Cyrillus, contrariæ ſectæ præſes * domum Hypatiæ ** tranſeuns per.* præteriens, magnamq; conflictationem populi ad fores, uirorũ pariter & equorum, & eorum qui accedebãt & qui abibant, eorum etiam qui aderant, uidens, rogaret: Quæ iſta multitudo eſſet, & qua de cauſa apud ædes tumultus? & è comitibus audiret, Hypatiam philoſophã nũc ſalutari, & eius eſſe domum. *Cædes Hypatiæ.* Quo cognito, ità animum eius eſſe exacerbatum, ut uitæ illius ſtatim inſidiaretur, cædemq; per ſummum ſcelus moliretur. Nã cum de more prodiret in publicum, multi homines immanes, uereq; miſeri, neq; iræ numinis gnari, nec uindictæ hominum, ſubitò facto impetu, illã interficiunt, ſcelere hoc & probro maximo patria inquinata. Et Imperator grauiter hoc tuliſſet, *Aedeſius.* niſi Aedeſius dona dediſſet. Ac is homicidarum ſupplicium ſuſtulit, ſed in ſeſe & ſuum genus tranſtulit: pœnasq; dedit eius nepos. Horum memoria adhuc recens, (συνέστειλεν εἰς μικρὸν κομιδῇ. f. οὐδὲ εἰς nihil imminuit) in magnas admodũ anguſtias contraxit Alexandrinorũ honorem, & ſtudium erga Iſidorum: cum etiã tali periculo imminente, ſinguli tamen crebra eius uti conſuetudine ſtuderent, & ſermones à pudico ore proficiſcẽtes, *Iſidorus.* audire. Nam ij etiam, qui rhetoricis & poeticis ſcholis præerant, amabant frequentes philoſophi congreſſus. Quamuis enim in ijs inſtitutus non eſſet: tamẽ philoſophica ſubtilitate, etiam illorum minutas artes prouehebat. Nam & cætera erat accuratus, & de orationib. & poematibus quę oſtentabantur, melius quã cæteri iudicabat. Quamobtem etiam in theatris, cũ orationes aliquæ audiebantur, breuiter laudabat declamationes, & ualde modica laudatiõe: opportunè tamen

Tres critici. Agapius, Seuerianus, Nomus.

tamen etiam, & ut decebat. unde uniuerſum theatrum(ut ita dicã) iudicio illius, tanquam norma utebatur eorũ qui melius aut peius diceret. Mea uerò ętas tres nouit Criticos, qui ea quæ dicũtur, ſoluta quidẽ oratione iudicare norint: ijſdẽ enim iudiciũ poematum & ſcriptorum cõſtat. Ego uerò etiã utrorunq; artificẽ eundem iudico, ſi modò exercitatio ad utrunq; acceſſerit, pariq; ſtudio. His de cauſis non recenſeo Iſidorum, ſed multo etiam inferiorem tribus iudico. Sunt autẽ iudices, Agapius, Seuerianus, Nomus. Noſter uerò æqualis eſt Nomus.

Cur bini Conſules?

ὕπατοι.) Cõſules, ij qui Romanã rempublicam adminiſtrãt Reſpublica enim, repulſa poſt mortem Tarquinij ſeruitute, duobus conſulibus, annuum principatum obtinẽtibus, ſummam rerũ mandauit: numero quidem uirorũ, metum monarchiæ reijciẽs: poteſtatis uerò moderatione, moderatos efficiens eos qui reipublicæ præerant. Qui enim nunc ſecuribus & faſcib. ſtipatur, & caſtris præeſt, quid de ſe paulo pòſt futurum ſit, in memoriam reuocans, moderatiorem & populariorem ſe populo præbet. Si quis autem moleſtè & arrogãter uteretur imperio, facilè hoc modo ab altero Conſule, pari poteſtate prædito, eius arrogãtia minuebatur. Hac igitur ratione reipublica & tyrannidis grauitatem, & democratiæ petulantiam cauente, deligũtur duo uiri, qui à ſumma autoritate Cõſules dicuntur. Primus cõſul eunuchus creatus eſt, ſub Honorio & Arcadio, filijs Theodoſij, Eutropius, cubicularius imperatoris. Geſtabatur ſellis per urbẽ, nullo atroci facinore prætermiſſo. Reliqua uide in uocibus Antiochus & Eutropius.

Poteſtas non perpetua, minuit arrogantiam.

Eutropius eunuchus Cos.

ὑπαίθριον.) Eunapius: Maximus & Priſcus eruditi quidem erant literis, ſed uſu rerum minimè exercitati.

Euripides.

ὑπαίμαξε.) Non te canum genus cepit Euripides, ſed Orcus & ſenectus ſuſtulit.

ὑπεκίνει.) Primum quidẽ animos eorum deprauabat: deinde multam & abſurdam loquacitatem producebat.

ὑπεκώμασε.) Comeſſatum ire: Prouerbium, in eos qui aliquid impudenter faciunt.

ὑπελάβομεν.) Dauid: Suſcepimus Deus miſericordiã tuam, in medio populi tui.

ὑπέμεινεν.) Titus eum qui hoſtes euaſiſſet, occidere non ſuſtinuit, ſed ſucceſſorem illi dedit exercitus. Proclus Iſidorum geſtare pallium iuſſit: at ille recuſauit, idque cum Proclum dei inſtar ueneraretur.

Iſidorus.

ὑπεξέπεμψεν.) Iamblichus. Pater filios, qui ætate & forma florerent, clam ad opiliones ablegauit, impotentem tyrannum metuens.

Camilli exilium.

ὑπεξέχεν.) Camillus Romanorũ imperator, maxima ciuium inuidia ſuſcepta, à tribunis plebis accuſatus eſt, quaſi de præda nihil in ærarium intuliſſet: & ultrò ante iudicium exceſſit. Sic Dion. Et Herodotus, Is ſpecimen cæpit Spartanorum, & ſubduxit ſe in Theſſaliam. Inde in Arcadiam profectus, res nouas eſt molitus.

ὑπεράριθμος.) Cum ij qui Scholarij dicuntur ſatellites, ter mille quingenti eſsẽt: Iuſtinianus alios bis mille adiecit, & Hyperarithmos, quaſi numerum excedentes, appellauit.

ὑπερβάθμιον πόδα βιβῶν.) Pedem ultra gradum iactare: pro, indecorè ſe gerere. Non ille modum excedebat in religione, ſed limites ſibi, qui eius ætatem decerent, præfiniebat, ſincera & pura conſcientia tractans res diuinas.

ὑπερβερεταῖος.) Hyperberetæus, Menſis October apud Macedones. Et prouerbio Hyperberetæus dicitur, de ceſſatoribus. Aqud Macedones enim ultimus anni menſis Hyperberetęus deſcriptus eſt.

ὑπέρβολον λίθον.) Saxũ, quod el quem ſubmergebant in aquis, de collo ſuſpendebant, hypetbolum dixerunt. Eſt & Hyperbolus nomen hominis contentioſi.

ὑπέρβολος.) Hyperbolus, tribunus plebis fuit: quem Thucydides in s. lib. in exilium miſſum eſſe ait.

ὑπερβορέων.) Inuiſum morbum hoc ipſo die ab optimo rege eijcite, uſque ad Hyperboreos.

ὑπερβόρειοι.) Hyperborei: gens magis ultra Septentrionẽ habitans q̃ Scythæ.

ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν, ἐὰν μὴ λέγω δίκαια.) Niſi æqua dixero, non recuſo quo minus mihi caput in lanij ſtipite amputetur.

ὑπερέχιος.) Hyperechius, Alexandrinus grammaticus, temporibus Marciani imperatoris. Scripſit artem grammaticam, de nominibus, de uerbo, & orthographia.

ὑπερηγορῶν.) Iſidorus Socratẽ defendens, ſublimius quàm pro captu auditorum diſſerebat.

*Virtutes oppoſitæ uitijs.*

ὑπερήφανος.) Cuiq; uitio opponitur uirtus: libidini, caſtitas: gulæ, continentia: iuſticia, auariciæ: iracundiæ, manſuetudo: dolori, lætitia: obliuioni, memoria: pigriciæ, tolerantia: imprudētiæ, prudentia: timiditati, fortitudo: arrogantiæ, modeſtia animi, & reliquis: ſuperbiæ uerò ſoli nulla opponitur uirtus, ꝓpter inſigne uitium: ſemet uerò ipſum Deus illi oppoſuit. Chriſtus enim opponitur ſuperbis. & propheta: Attolle manus tuas in faſtus illorum. & rurſus: Vlciſcere ſuperbos. Apud Apoſtolum autem ſuperbi intelligēdi ſunt, qui ob ea quæ habēt, aduerſ⁹ eos inſoleſcūt q eadē nō habēt.

*Deus ſuperbiæ oppoſitus.*

ὑπερείδης.) Hyperides F. Glaucippi oratoris, aut Pythoclis, Athenīēſis orator, unus ex illis decem qui primi habiti fuerunt. Diſcipulus fuit unà cum Lycurgo & Platonis philoſophi, & Iſocratis rhetoris: ac bonus quidē orator euaſit, ſed uictus eſt à mulieribus. Sublatus & ipſe à rege Antipatro, qui eum ex æde Cereris, quæ eſt Hermionæ, per Archiam eduxit, cognomēto Phygadotheram, quaſi exulum uenatorem dicas: reſectaq; lingua, mortuus eſt. Filius autē eius Glaucippus, oſſa in patrio monumento ſepelijt. Omnes eius orationes ſunt quinquagintaſex.

*Archias Phygadotheras.*

ὑπερείδης.) Hyperides, optimus adminiſtrator Reipublicæ: qui quamuis amicus, tamē Demoſthenem accuſauit, ob Harpaleam pecuniam. Habuit filium Glaucippum.

*Accuſatio Demoſthenis.*

ὑπερκέρωσις.) Hypercerosis eſt, cum ex altera tātum parte hoſtes ſuperamus. Nec equis excurrere, nec ex altera parte hoſtes ſuperare poterant, ut qui circumuenti eſſent.

ὑπερμάζα) Galli perterriti, quaſi Romani annona abundarent, & per luxum iactarent panes, pacem fecerunt. Hic, intemperanter agens & luxurioſè) puto ἀσώτως addēdum) uiuens, & auro petens cornices, qui dudum ſeruus fuit:*

ὑπέροπλα.) Si quis uel manibus uel oratione ſuperbus graſſatur, iuſticiæ ſecurus, nec deorū timet potentiam: malum eum corripiat fatum, ob infelicē luxum.

*Superbis male precatur.*

ὑπερόπτης.) Contemptor iuris, & homo inſolens.

*Hyperides.*

ὑπερόριον.) Cadauer Hyperidis proiecerunt Athenienſes procul ab urbe. Et rurſus: Suadet Athenienſibus, ut corpus Hyperidis oratoris proijceretur ultra fines.

ὑπερόριον.) Aeris inſueta diuerſaq; ratio, moleſta erat futura exercitui. Conuenit homini iuueni peregrinari, & extra patriæ limites proficiſci.

*Peregrinatio.*

ὑπέρου περιτροπὴ, uel περίτροφον.) Piſtilli inuerſio. De ijs qui eadem faciunt, & nihil proficiunt. Etiam hæc prouerbia idē ſignificant: ὁ διὸς κόρινθος, Iouis F. Corinthus: &, ἁ πυθῶδε ὁδός, uia ad oraculum: &, ὁ τὴν δοκὸν φέρων, is qui trabē fert. &, οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ἐξορώρυκται. Non cæcus, ſed effoſſis oculis.

ὑπεροψίαν.) Notat Iudæorū inter ſeſe fidem, & ſuppliciorum deſpicientiam.

*Iudæi.*

ὑπεραλγία.) Afficiebātur pauperum atq; inopum acerbiſſimo dolore.

ὑπερῴην) Homerus: Labra quidem rigauit, ſed palatū non rigauit, χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνε.

*Tantalus.*

ὑπερπετῶς.) Clearchus Lacedæmonius præcepit militibus, primùm quidē pedetentim progredi: ubi uerò intra teli iactum ad hoſtes acceſſiſſent, currere. illud, ut integris corporibus dimicarent: hoc, ut ſuperiores hoſtibus eſſent.

ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα.) Vltra ſepta, uel ultra foſſas: hoc eſt, ſupra modum. Dicitur in eos, qui aliquid uel immodicè, uel excellenter faciunt. Eſt autem metaphora à quinquercionibus ſumpta. Dictū hoc ortum eſſe fertur à Phayllo quinquercione (ὁ πόντιος. f. ὀπούντιος) Crotoniata, ſiue Opuntio: qui cū antè quinquaginta pedum eſſent foſſæ, primus ipſe ſuis ſaltibus eas ſuperarit, ut inſcriptio ſtatuæ eius indicat: Quinq; & quinquaginta pedes ſalijt Phayllus, & diſcū proiecit centum minus quinq;.

ὑπὲρ τὰ καλλικράτους.) Supra Callicratem. Clearchus ait, Callicratem quendā in Caryſto ditiſſimum fuiſſe. Quòd ſi quem Caryſtij ob diuitias admirarētur, Supra Callicratem hyperbolicè dixiſſe. Ariſtoteles autem in Athenienſium republica ait, Callicratem quendam primum (δικαστικοὺς μύθους. f. μισθοὺς, præmia) fabulas iudiciales ſupra modum auxiſſe. Vnde prouerbium ortum ſit.

ὑπὲρ τὸν κατάλογον.) Supra catalogum. Prouerbiū, de extremo confectis ſenio.

ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς) Dauid: Rediges eos in nihilum.

ὑπερφρονῶν.) Ille ea erat arrogantia, ut ſe Alexandrum etiam ſuperaturum confideret.

ὑπερφαλαγγίασις.) Hyperphalangiaſis eſt, cum ex utraque parte phalangis hoſti-

hoſtibus ſuperiores ſumus.

ὑπερφυής.) Proceritate erat gigãtea, & maiore etiam audacia.

*Somnium Epicureum.* ὑπερφρονεῖ.) Res humanas numen aut deſpicit, & cõtemnit: aut prouidentiam eis inſpectricem non præficit.

*Polemonis arrogantia.* ὑπερφρων.) Polemõ ſophiſta adeò ſuperbus fuit, ut cùm ciuitatibus quaſi ſuperior: cum principibus, quaſi non inferior: cum diis ex æquo differeret.

ὑπέιχεν.) Aures non præbuit criminatoribus: neq; cædem iniuſtam fecit, uolens quidem.

*Captatio.* ὑπέτεινον.) Donec imperium orientis ſperabant à rege, reliquasq́ue ſpes alebant, quas ille faciebat: ſtudium ſuum declarabant.

ὑπεύθυνον.) Corpus omnium iniuriarũ eſt reum.

ὑπεύθυνοι.) Hypeuthyni dicuntur, id eſt rei, qui rationes nondum retulerunt, nec geſti magiſtratus rationem reddiderunt. Nos Deo ſemper obnoxij ſumus. (ἡμεῖς δ' ἀεὶ τῷ θεῷ πάντη ὑπεύθυνοι.)

ὑπεψιλωσμένη.) Pſen eſt uermiculus in ficubus, quem agricolæ de ramis ficus ſuſpendunt, ne fructus, eorum decidat.

ὑπηρετικοῖς.) Erat is ad miniſteria obeũda, & ad res gerendas perquàm accommodatus.

ὑπηνέμια.) Hine illi oriuntur falſa & monſtroſa, pro uera ſcientia, tanquam imagines quædam, & umbræ. Mendacio ueritatem præferunt.

ὑπηνέμια.) Ariſtophanes in Dædalo: Interdum multi galli gallinacei per uim ſubuentanea oua ſæpe pariunt.

ὑπηνέμιον.) Erant ſalutationes & Pæanes, & omnia quæ homines ex magnis periculis inopinatam ſalutem adepti dicunt & faciunt.

*Archilochi bellicauitas.* ὑπνομαχῶ.) Ariſtophanes: Ego in mediis mœnibus collocatus, repugno ſomno: id eſt, uigilo. Marcellus peruigilare ſolitus fuit, uel, in ſomnis etiam pugnare: id eſt, ſomniare prælia. Cum haſta & panis ſubigitur: cum haſta & uinũ Iſmaricum: bibo etiam inclinatus in haſtam. Haud ſcio an magis Archilochum dicere hæc decuerit, quàm me. Virgilius: *Caniciem galea premimus: uerſaq́, iuuencum Terga fatigamus haſta.*

*Somnus.* ὕπνος.) Somnum fieri tradunt, reſoluto ſenſibili uigore iuxta cerebrum. aut, Vigiliç naturalis priuatio eſt ſomnus: cõtrà uerò naturam eſt priuatio, ut cum oculi execantur. Somnus eſt ſenſuum ceſſatio, quæ fit ab exhalatione in cauis uenis cerebri, propter requiem animantis: aut, Somnus eſt ſenſibilis ſpiritus languor. Hypnus græcè dicitur, à recedendo, quòd in eo ſenſus recedit.

ὕπνος.) Somnus, cum de Deo dicitur, ſignificat æquanimitatem ſeu patientiã. Dauid: Expergiſcere, cur dormis, Domine? &, Dominus quaſi dormiens expergectus eſt. *μακροθυμία θεοῦ.*

ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων.) Somnus dulcis abeſto oculis. Prouerbium, de ijs qui philoſophari uolunt. id eſt, multum uigilandum & lucubrandũ eſſe philoſophiæ ſtudioſis. *Eruditio lucubrationes poſtulat.*

ὑποβαθραι.) Aliquanto pòſt uxorem uerberauit, & interfecit, concubinæ calumniis adductus.

*Verùmne an figmentum?* ὑποβαλλόμενοι.) Sophocles: An iſta uera non ſunt, ſed conficta à rege, aut alio quopiam?

*Pertinacia.* ὑποβάσοντες.) De inſolentia ſua ultrò nihil remittent: neq; poteſtatem dabũt agendi, quod è re ipſorum fore uideaẽ.

*Adulterini ciues.* ὑποβλήτους.) Dixiſſes eos ſubditos, & nothos omnino. Patriam enim ſuã multis malis impleuerunt.

*Homerica recitatio.* ὑποβολή.) Solon edixit, ut Homeri carmina ſic recitarentur, ut ubi unus deſiſſet, ibi alter inciperet.

*Troglodytæ.* ὑπὸ γῆν οἰκοῦντας.) Sub terra habitantes: fortaſſe dicuntur ij, quos Scylax in ſua nauigatione Troglodytas uocauit: & quos Heſiodus tertio libro catalogi Catudæos nominat, quaſi ſublminares dicas.

*Bona uerba.* ὑπογράφοντες.) Quibus omnib. Patres conſcripti bonã ſpem præbẽtes, reſponderũt: ſe legatos in Aſiam miſſuros.

ὑπογραφή.) Deſcriptio, eſt oratio breuis, exponens ea quæ acciderunt.

ὑπόγυον.) Recentes clades maius probrum, maioremq; calamitatem habent.

*Calcei allegoria.* ὑπόδημα.) Deus ad Moyſem dicit: Solue calceamentum pedum tuorum. Nã locus in quo ſtas, terra ſancta eſt. Significat calceus carnalem ſenſum propriæ uoluntaris.

ὑπόδημα.) Sic uocatur incarnatio Domini. & huius rei teſtis ipſe Dominus, per prophetam dicens: In Idumæam extendam calceum meum. Quapropter etiam ſcabellum dicta eſt uomini incarnatio, ut in terra uiſa, & nerſata cum hominibus, occupatis terræ finibus. Et propheta: Adorate ſcabellum pedum eius.

S ὑπόδησι.)

ὑπόδικοι.) Milites ſcelerum rei, inito conſilio ad Decebalum deficiendi, ſupplicio afficiuntur.

ὑποζώματα.) Interdictũ fuit, ne Athenis exportarentur ligna & pix. Habebãt enim etiã Lacedæmonij triremes, cùm inſulis quibuſdam imperarent.

ὑποζύγια.) Boues ſub iugum. Non ſatis uirium erat iumẽtis aduerſus uię difficultatem. Itaq; currus ſublatos è ſalebris exportabant.

*O triſte ſeruitutis improba iugum.* ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος.) Homo iumẽtis ſimilis, qui non ex animi ſui ſententia & propenſione aliquid agit, ſed aliorum iuſſu, ut & iumenta.

ὑποθέσεις, ἀρχή.) Dicuntur etiã principia hypotheſes: quòd nulla demonſtratione conſtituuntur.

ὑποθέτης.) Cognoſci non potuit, quis fabulæ illius eſſet autor.

ὑποθήγων.) Ad præclara facta homines acuere.

ὑποκαθιέναι.) Voluit ille nihil alienum concedere: neq; quicquam inimicũ ſuo regno relinquere.

ὑποκαθεῖναι τὰς ὀφρῦς.) Demittere ſupercilia: id eſt, deſinere iraſci: & manſuetiorem fieri. Nam tollere ſupercilia, eſt ſignum iræ.

ὑποκαθημένης.) Cum ex his ipſis ira inſideret animis, breuiter à Philippo commonefacti, celeriter paruerunt.

ὑποκοριζόμενοι.) Demoſthenes in oratione falſæ legationis: Vltrò ſibi accerſunt ſeruitutem, Philippi hoſpitiũ & amiciriam, & id genus alia prætexendo.

*ὑπόληψις. Aliſa.* ὑπόληψις.) Opinio. Principum ſocordiam cognouit, quippe qui opinionĩs eius rationem non haberẽt. Ariſtoteles in Locis ait: Si exiſtimatio ὑπόληψις uera & falſa eſt, fuerit etiam opinio.

ὑπὸ μάλης, uel ὑπὸ μασχάλης.) Sub ala.

ὑπομονή.) Qui ſe maiora toleraturum profitetur, facilè etiã minora ſuſtinebit.

*Cauenda ſuſpicio.* ὑπόνοια.) Philolaus ſuſpicionem máximè omnibus cauendam eſſe monet. Etſi enim, inquit, nihil committis, ſed tantum uideris: infelix es. Sic etiam *Philolaus.* Philolaum Croton aliquando ſuſtulir patria: quia uiſus ei erat uelle domum tyrannicam habere.

ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος.) Sub omni ſaxo ſcorpius eſt. Dicitur in malicioſos *Loqui. Morderi.* & contentioſos. Mouet, ne temerè loquamur, ne mordeamur.

*Nemeſis ſuperbiæ uindex.* ὑπὸ πῆχυν κρατεῖν.) Sub cubito tenere. Nemeſis, id eſt uindicta planè eſt, de qua ad lyram canimus. Tu latens e-ueſtigiò inſequeris, Elatas ceruicẽs deprimis, & ſub cubito ſemper uitã tenes.

ὑποπόδιον τοῦ θεοῦ.) Scabellum Dei, olim diuinum habebatur templum: nunc Eccleſiæ terra marique, in quibus Deus adoratur.

ὑποκριτής, καὶ ὑποκριθείς.) Ille ſimulata ſtulticia effugit tyranni crudeles & ſuſpicaces mores. Et rurſus: Quaſi largitionib. illud ageret, ſuſpectus fuit. *Stulticiã ſimulare loco, ſapientia ſumma.*

ὑποστάς.) Ille accepta delatione, aduerſus illius inſidias ſeſe parat.

ὑπόστασις.) Hypoſtaſis eſt propriè, q̃d per ſe ſubſiſtit. Eſt ergo res & ſubſiſtens, & eſſentialis: in qua congeries accidentium, tanquam in uno ſubiecto, re & actu ſubſiſtit.

ὑπόστασις.) Secundũ Eccleſiaſticam & Apoſtolicam traditionẽ, hypoſtaſis eſt perſona, id eſt, character: ut Apoſtolus filium ſplendorem gloriæ, & characterem ſubſtantiæ eius dicit: hoc eſt, perſonam eiuſdẽ eſſentiæ, characteris, & ſubſtantiæ patris. Perſonas autem & characteres dicimus in Deo, incorporea, & nõ informata. Perſona ſiue ſubſtantia eſt ſecundum S. Patres, proprium ſupra (τὸ ἰδικὸν περὶ τὸ κοινὸν) commune. Communitas enim eſt, natura cuiuſq; rei: proprię uerò ſunt ſubſtantiæ, ut natura. hoc eſt, eſſentia una eſt Deitas: hypoſtaſes uerò tres, pater, filius, & Spiritus ſanctus: tres perſonæ, id eſt characteres: una autẽ natura & genus. Si ergo dixeris, Cuſtodiat nos Deitas: totam ſanctam Trinitatem ſignificaſti. Si uerò dixeris, Filius Dei nobiſcum: unam hypoſtaſium dixiſti, & totam Diuinitatem. Tres hypoſtaticæ proprietates ſunt in Deitate: ortu carere, patris: filij, eſſe natum: & Spiritus ſancti, procedere. Pater enim non eſt genitus: nec procedit filius: nec genitus eſt Spiritus ſanctus. Quinque autem modis effertur: hypoſtaſis, perſona, character: indiuiduum, & proprium (ὑπόστασις, πρόσωπον, χαρακτὴρ, ἄτομον, ἴδιον.) Natura dicitur, uelut angelica natura. Hypoſtaſes uerò, propriæ euiuſque appellationes: uidelicet Michael, Gabriel. Eodẽ modo natura eſt una & communis, Humanitas: hypoſtaſes autem, Petrus & Paulus, & reliquæ perſonæ humanitatis, & characteres. Natura ergo domina eſt, & cauſa, & gignens hypoſtaſiũ ſuarum: propterea q́; hypoſtaſes dicuntur, quòd ſub natura, fonte ſuo, ſtent. Neq; uerò intelligentib. & animatis

*Diſtinctio perſonarũ S. Trinitatis.*

*Natura. Perſona.*

& animatis tantum, rationeque prӕditis hęc regula terminorum conuenit: ſed etiã omni animatӕ & ſenſus experti & immobili naturӕ. ut ſi dixerimus, Deum fecisse lumen: ecce eſſentiam (τῶν φωστήρων luminarium ut uulgò loquuntur.) Solis & Lunӕ ſignificauimus. ipſa uerò eſſentia diuiditur in ſuas hypoſtaſes: ut Lunã, aſtra & reliqua. Eodemq; modo inuento, ſi dixeris ſpiritus: omnem uentorum naturã ſignificaueris: ſi uerò dixeris Auſter aut Aquilo, ſunt hypoſtaſes. Eodem modo ignis una eſſentia diuiditur in hypoſtaſes: ut lucernas, ceras, faces, caminos. Sanctam Chriſti carnẽ nõ dicimus perſonã, ſed eſſentiam: ut ſignificemus, eum totam noſtrã naturam aſſumpſiſſe. Nam ſi eam dixerimus hypoſtaſim: unũ quendã hominẽ cõſtat nos dicere Chriſtũ aſſumpſiſſe & ſeruaſſe. Verùm non dicitur hypoſtaſis, quatenus inſeparabilis eſt à Deo ſermone caro. Hypoſtaſis enim diſcreta perſona dicitur. Eam igitur in hypoſtaſi eſſe, non tamen hypoſtaſim dicimus. ἀνυπόστατον enim, id quod ineſt, dicitur: ſicut ἀνυπόστατον, quod non ſubſiſtit, aut eſſentiam non habet. ut ſomnium ſubſtantiӕ eſt expers, nec ſubſiſtit, & eſt imaginarium (τὸ ἐνύπνιον, ἀνύσιον, ἀνύπαρκτον, φαντασιῶδες) & quod definirẽ diximus anhypoſtatum, anhyparctum & anuſium: quod uerbo quidem ſæpe dicitur: in eſſentia uerò aut hypoſtaſi non cognoſcitur: ut orcus, mors, aut morb⁹. Rurſus enuſiũ dicimus; aut ipſum Ens, aut proprietatem quӕ in ipſa ſubſtantia cognoſcitur: ut, Enuſium eſt homini rationale, & corruptibile. Similiter etiam Enhypoſtatũ duob. modis dicitur, aut quod genera eſt: aut eſt in hypoſtaſi proprietas, ut in Deo patre nõ eſſe natũ: in filio eſſe natũ: in Spiritu ſancto procedere. Et rurſus: Hypoſtaſis eſt eſſentia cum quibuſdam proprietatibus numero à conformibus diſcrepans: hoc eſt, perſona eiuſdem naturӕ, characteris & ſubſtantię patris: (πρόσωπον ὁμοούσιον τοῦ χαρακτῆρος τοῦ πατρὸς) aut, Hypoſtaſis eſt, omne quod ſuӕ perſonӕ ineſt (καὶ τὸ ἰδίῳ προσώπῳ ὑφιστάμενον.) Aut etiã ſic: Hypoſtaſis eſt eſſentia proprietatẽ habẽs characteriſticis proprietatib. (οὐσία ἰδιάζουσα τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι.) Hypoſtaſis nomẽ in ſacris literis trifariã dicitur, id quod per ſe eſt: ut, Memẽto quӕ ſit mea hypoſtaſis. multitudo conſentientiũ: ut, Exiuerunt uiri ex hypoſtaſi. i. cõſenſu, factione ſeu conſpiratione alienigenarum. enuſiũ: ut, In hypoſtaſi gloriationis meӕ. Hypoſtaſis & perſona ſunt idẽ. ambo enim ſunt particulare quiddã, & propriũ: ut q̃ in ſeſe circũſcriptionẽ, & nõ in plurib.* appellationẽ naturaliter poſſideãt. Hypoſtaſim uocamus, qđ per ſe ſubſiſtit, & in nullo alio (καθ᾿ ἑαυτὸ κεχωρισμένον) cõſpicitur: qđ etiã qdã indiuiduũ uocãt. Cõgeries aũt accidẽtiũ hoc fuerit: q̃ ſimũl oẽs uidemus uni cuidã ineſſe, & nulli alij, prӕter id unũ cui ineſt. Subſtantialis aũt unitio eſt, quę diuerſas eſſentias ſiue naturas in unam perſonã, & unã eandẽq; hypoſtaſim cõgregat & cogit. Hypoſtatica aũt differẽtia, eſt ratio qua ſecundũ congeriẽ proprietatũ quӕ cõſpiciuntur cõmuniũ eſſentiӕ (λόγος καθ᾿ ὃν ἡ κατὰ ἄθροισμα τῶν θεωρουμένων ἰδιωμάτων κοινῶν τῆς οὐσίας*.) Diuerſitas diuidens numero aliud ab alio, indiuiduorum facit multitudinem.

*Christi carne.* — *ἐνούσιον.* — *ἐνυπόστατον.* — *κατηγορίαν.* — *ὑποστατικὴ ἕνωσις.*

ὑποστατικῶς.) Cũ pericula urgentia magno animo ſuſtinuiſſet: fortitudinis opinionem eſt conſecutus.

ὑπόστημα.) Multitudini uirorum Romani fortiter reſtiterunt.

ὑποστησάμενος.) A' prima ætate ſtabilem & tranquillam uitã auſpicatus, neq; metu neque lӕticia mutato uultu uiſus eſt unquam. *Idem uultus, eodemq; frons.*

ὑποσχεῖν.) Populo rationẽ reddere, de reb. hactenus geſtis. Et rurſus: Cũ rationes retuliſſet, & beneficia demõſtraſſet.

ὑποσπιέζω.) Xenophon: Si nos illos inuaſerimus: illi uiciſſim nos ſpoliabũt. Nos autem nondum ita firmi ſumus.

ὑποτείνει.) Acerbam futurӕ rei ſpem prӕtendit, inquit Philoſtratus.

ὑποτείνων.) Nõ aſſentans, neq; prӕmia pollicens, neq; ora ſublinens.

ὑποτρίμμα.) Intritum è palmis & melle & aliis quibuſdam condimentis.

ὑποτρίμμα βλέπειν, Acri & toruo eſſe uultu. & στρυφνὸν σκοροδάλμην, Acrib. delectari.

ὑποτυφέσης.) Hinc inimicitiӕ Romanorum & Abarum, longo tempore irritӕ eruperunt.

ὕπουλα ἕλκη.) Hulcera hypula dicũtur, quӕ cicatrices habẽt in ſuperficie ſanas; intrinſecus uerò purulentã putrefactionem. unde hypuli dicũtur, qui ſe bonos uiros ſimulant, cum improbi ſint.

ὕπουλος.) A' quibuſdam ex familiarib. abhorrebat: nec candidè eos amabat.

ὑποφητεία.) ὑποφητεία differt à prophetia, quòd prophetia antequã fiant dicit pòſt futura: hypophetia, id quod fit aut factum

nibus altitudinem tuam demõſtra, ſummumq; faſtigium.

INITIVM LITERAE Φ.

FABEAS, qui & Hamilcar, Carthaginenſium dux.

*Abſtinentia magiſtratuum.* FABIVS Pictor, hiſtoricus Romanus, negat ulli magiſtratui Romanorum licere quicquam publicum in ſuos uſus conuertere.

Fabius Maximus, conſul Romanus, bellum adoleſcens cum Samnitibus gerens, cũ audacius quàm tutius, rem adminiſtraret, cladẽ accepit, tribus millib. interfectis, & plurimis ad bellũ inutilib. redditis. Itaq; Senatus imperiũ illi abrogat. *Pater pro filio Reip. ſatisfacit.* At pater huius, eiuſdẽ nominis, ſuperiorib. annis in multis prælijs uerſat⁹, orabat Senatũ, ut cõdonaret Fabio culpam: pollicens ſe præſtantioribus factis, filij delictũ correcturum. Senatus uerecundia uiri motus, rurſus imperium iuueni committit, legato ei patre dato, ut ne is per imperitiam offenderet. Is igitur in agrum hoſtilem profectus, rem bene gerit, & triumphat.

*Fauorinus Hermaphroditus.* FAVORINVS, Atelatẽſis Gallus, uir omni eruditione politus: ſed ſemiuir, quem Hermaphroditum dicunt: ſummus philoſophus rhetoricæ uerò magis ſtudioſus: floruit tempore Traiani Cæſaris, & uixit uſq; ad Adriani Cæſaris tempora. Aemulatus eſt atq; imitatus Plutarchum Chæronẽſem, infinita atq; aſſidua ſcriptione librorũ. *Scripta.* Scripſit & philoſophica, & hiſtorica, quorũ magnus eſt numerus. Ex libris eius etiam hi ſunt: de Homeri philoſophia, de Socrate, & de arte eius amatoria, de Platone, item de ratione uiuendi philoſophorũ, & alia. Scripſit etiam dicta ſententioſa.

*Veneficus hoſti traditus.* FABRICIVS, miſſis aduerſus Pyrrhũ copiis, dux deſignatus eſt, uir pridem regi notus, quique ſpecimen euidens magnitudinis animi ſui edidiſſet. Nam cum caſtra ex aduerſo haberent: quidam nocte captata, ſiue medicus, ſiue alius quiſpiam, regiæ menſæ miniſter, Fabricium conuenit, pollicitus, ſe uenenum regi daturum, ſi pecunia ſibi ab eo daretur. Quem Fabricius odio proſecutus, propter eum conatum: Pyrrho uinctum mittit. Quod factum Pyrrhus admiratus, magna uoce exclamauit: Hic eſt, & nullus alius, ille Fabricius, quem difficilius à ſua *Pyrrhus de Fabricio.* uirtute, quàm à cõſueta uia Solem auerteris. Pyrrhus aũt cũ aleam de ſumma rerũ iacieret, ſumma rerum excidit.

PHAGEDAENA, morbus peſtilens: & Phagedænæ, genus herbæ.

*Paraſitus. Cælodæmõ. Tagenocniſotheras.* φαγεῖν ζῶν.) Iunius, homo equeſtris ordinis & uorax, familiaris fuit ſummis uiris, ac conſulibus: appellatus eſt κοιλιοδαίμων, quaſi uentrideũ dicas, quòd ſummum bonũ in gula & uentre poneret. Et τηγανοκνισοθήρας: id eſt, is qui ſartaginis nidorem conſectaretur.

φαγεῖν.) Prouerbium, ἔλθετε, φάγετε τῶν ἐμῶν ἄρτων: Adeſte, edite meos panes.

*Vindicta ceſſare uidetur.* φαέθων.) Sophocles: Vbi tandem ſunt fulmina Iouis? aut ubi ſplendẽs Sol? Nũ hæc uidentes, diſſimulant taciti? id eſt, cur non ſcelus iſtud in lucem proferunt? Et Homerus: Poſteaquam Sol ſplendẽs aſcendit ſupra terram. εὖτε γὰρ ἠέλιος φαέθων περιέσχεθε γαίης. Oſtendit autẽ poeta, rotundum eſſe mundum.

φακῇ.) Prouerbium, ἐπειδὴ πλουτῶν οὐκέθ' ἥδεται φακῇ; πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν. Ita'ne ditatus, non amplius delectatur lente? Antehac autem propter paupertatem omnia deuorabat. De ijs qui è pauperibus euaſerunt diuites.

φακᾶς.) Dioſcorides medicus Phacas cognomento dictus eſt, propter nigras in facie maculas. Prouerbium, φακοῦ γωνίαν κρατεῖς, lentis angulum tenes. De iis rebus quæ fieri non poſſunt. Et φακὸν κόπτεις, Lentem tundis. De rebus irritis & inanibus.

PHACEE, rex Iſraeliticus, qui bellum contra Achabum geſſit, & uno die quingentos & mille uiros potentes è medio ſuſtulit, ac 1300 mulieres & pueros captiuos abduxit.

*Collyrium.* φάκελλον.) Apollo iubet uendi Nicanori faſciculum bybli quadringentis aureis, & in cineres redigi, & iis aqua paludis Mariæ madefactis inungi oculos.

φαλαγγαρχίαι.) Duæ merarchiæ, quatuor millia uirorum, & ſex continentes. Id nonnulli ἀποτομὴν κέρατος, ſegmentũ cornu appellãt: alij μέρος, partem. Olim autem & στρατηγίαν militiæ præfecturam appellabant, & ducem στρατηγὸν imperatorem, nunc autem phalagarchen.

φάλαγγες.) Acies, ordines: quidam autem multitudinem armatorum è pluribus ordinibus.

φάλαγξ.) Plato in Hellade: Leges noſtræ ſimiles eſſe uidentur tenuibus iſtis aranearum telis, quas aranea parietibus intexit.

φάλαγξ.) Ordo militaris, *quadrage-

*Phalanx Macedonica.*

nis uiris conſtans. Conſul Lucius nunquam antè uiſa phalange, ſed tunc primùm apud Perſeū conſpecta, ſæpè apud Romanos confitebatur, nihil ſe uidiſſe terribilius phalange Macedonica: quãuis multa non ſolùm uidiſſet prælia, ſed & ipſe commiſiſſet, ſi quiſquam alius.

*Φαλακρότερ@ τύδιας.*) Magis caluus ſerenitate.

*Φαλακρὸν τίλλεις.*) Caluū uellis: in eos qui fruſtra laborant.

*Epiſtolæ Phalaridis.*

Phalaris, Agrigentinus, regno totius Siciliæ potit⁹, Olympiade quinquageſimaſecunda. Scripſit epiſtolas prorſus admirabiles. Aelianus de eo dicit, Apollinem & Iouem patrem, morã mortis conceſſiſſe Phalaridi, ſpacium duorū annorum, quòd Charitonem & Melanippum humaniter tractaſſet.

*Chariton. Melanippus. χρονολογία.*

Phalec, uoce prophetica dimidium dicit temporis Chriſti aduentus. Ab Adamo enim uſque ad diluuium Noe, anni ſunt 2242. A' diluuio uſque ad Phalec, anni 758: ut fierent anni ter mille. A' condito enim mundo uſq; ad aſſumptionem Domini noſtri IESV Chriſti, anni ſexies mille. *(ϛ,)*

*Φάληρον.*) Portus Athenieſium, & municipium Antiochiæ tribus, unde municeps Phalereus.

*Φαλῆς.*) Quemadmodū Homerus cōponit pauorem cum fuga, & ſociū eius eſſe dicit: Admirabilis fuga (inquit) inuaſit, timoris horribilis ſocia: ſic & Comicus, occaſione inde ſumpta, Priapū Bacchi amicum eſſe inquit. nam Bacchicū potum ſequitur res uenerea. Phalliones autem in honorem Bacchi ſic uocabantur, à phallis Bacchi.

*Priapus Bacchi amicus, ut fugæ pauor.*

Falcidia lex à Cæſare Caio Octauio ſancita, autoritatem maximam etiã nunc habēs in patrimoniorū ſucceſſionibus, à Falcidio tribuno plebis lata.

Phalli, ficulnea ueretra, figura pudendi uirilis, pòſt è rubro corio cōfecta: qb. de collo & mediis femoribus ſuſpenſis, Bacchanalib. in honorē Bacchi ſaltabãt.

*Φαλλοφόροι, ἰθύφαλλοι αὐτοκάβδαλοι.*) Sūt genera Muſicorum. Ac Ithyphalli ebriorum laruas habebant, & manicas uarias, & tunicã demiſſam ad talos. Phallophori autē, libro arboris, aut pelle tegebant faciem, hedera & uiolis coronati.

*Φαμέας.*) Excubias intuens (F. Fabea.) Fameas, quamuis homo nō timidus, declinat prælium aduerſus Scipionem.

*Φάναι ἐν ἑαυτῷ.*) Dicere intra ſeſe, cogitate eſt: dicere ſimpliciter, alteri oſtendere eſt.

*Phanes. Hericapæus.*

Phanes. Adductus eſt in Orphicis in medium Phanes, pudenda habēs iuxta nates: quem dicebant præſidem generatricis facultatis, & Hericapœus alter, deuorans omnes deos, ut Saturnus.

Phanias, aut Phænias, Ereſius philoſophus, Peripateticus, Ariſtotelis diſcipulus: uixit cēteſima undecima Olympiade, & deinde ſub Alexãdro Macedone. Fuit alius Phanias, è ducum numero.

*Φανὸν.*) Perſpicuum omne *Φανὸν* uocabant. Et quia ex uitibus faculas conficiebant: propterea dicitur *Φανὸς ἀμπέλου*, Lucerna uitea.

Phanostrate, Apollodorus de Athenienſibus meretricibus, hanc dicit nuncupari *Φθειροπύλην*, quòd in porta ſtans, pediculos colligeret.

*Φανῶν.*) Ariſtoph. Parua quidē ſtatura homūcio, ſed peſſimus: *μικρὸς γε μῆκ@ οὗτ@, ἀλλ᾽ ἅπαν κακόν*. De Nicarcho loqt.

*Φαντάζομαι.*) Ariſtophanes: Id quod effugerat, plus erat eo quod apparuerat.

*Φαντασία.*) Cum ſciret opinionem de ſe, quaſi pecuniam maiorem haberet: pro ratione negocij, ut licuit, conſilium iniit. Romani magna cum pompa & affectione populi præcedebant, ad rem gerendam.

*Φαντασία.*) Viſum, uiſio, imaginatio. Phantaſia eſt facultas animi, & cognitione & appetitione & uita prædita.

*Senſus & phantaſiæ diſcrimen.*

*Φαντασία καὶ αἴσθησις.*) Differunt inter ſeſe phantaſia & ſenſus. Senſus enim ad externa refertur, phantaſia uerò in ſe ipſa cognitionē habet. Et ſenſus id quod adeſt tantum, & quod extrinſecus percipit, nouit. Phantaſia uerò, ſenſibilium rerum formas à ſenſu acceptas in ſeſe refingit. Vnde & patibilem mentem eam appellat. Ariſtoteles: mentem quidem tanquam intus habeat aliquid, quod in cognitionem cadat, (*καὶ ἁπλῇ προσβολῇ, ὥσπερ ἐκεῖνο ἐπιβάλλουσαν*, fortaſſis: *ἐκεῖν@*: & ut illa, id eſt mens) & ſimplici apprehenſione id apprehendat. Patientem uerò, quòd cum figuris, & non ſine formis. Dicta eſt autem phantaſia, quaſi *Φαοςασία*: hoc eſt, eorum quæ apparuerunt ſtatio. Phantaſia enim eſt, ſtatus eorum quæ apparent. In ea enim, ea quę extrinſecus apparuerūt, cōſiſtūt. Ambo enim in rebus particularibus cernuntur. Nam album quidem norunt, ſed non uniuerſum album. Differūt autem, quòd

*παθητικὸς νοῦς.*

quòd ille externa, hæc interna nouit. Et phantaſia quidem quinq; ſenſuum ſuſcipit formas, quiſq; uerò ſenſus ſuum tantùm ſenſibile percipit.

Φαντασία & Φάντασμα ) differũt. Phantaſma enim, hoc eſt ſpectrum, eſt figura aut ſpecies alicuius rei, cuiuſmodi in ſomnis exiſtit. Phantaſia autem, eſt impreſſio in mente, hoc eſt commutatio. Non enim intelligenda eſt informatio, quaſi forma ſigilli. Nã fieri non poteſt, ut multæ formæ eodem tempore adſint. Intelligitur autem phantaſia, ab eo quod eſt (κατὰ τὸ ὑπάρχον) ſecundum id quod eſt, expreſſa, & informata, & cõſignata: qualis eſſe non poteſt ab eo quod non eſt. Phantaſiæ uerò quędam ſunt ſenſibiles, quædam non ſunt (φαντασίαι αἰσθητικαὶ, νοητικαί.) Senſibiles quidem, quæ inſtrumẽto, uel inſtrumentis ſenſuũ: non ſenſibiles, quæ mente comprehenduntur: quemadmodũ incorporeæ, & aliæ quæ ratione percipiuntur.

Φάος.) id eſt lumen. O' lumen caſtum Aer, æqualiter terræ diſtribute, ut mihi multas & lamentationum cantilenas, & multas ſenſiſti cruẽti pectoris plagas aduerſas, ubi caliginoſa nox deſijt: Electra inquit. Ait autem ſe neq; noctu, neq; interdiu deſinere plorare. Iucundiſſimum lumen erit diei, ijs qui aderunt.

Φάων.) Phaon. Dicunt hoc de amabilibus, & ſuperbis. Nam Phaonem aiunt adamatum fuiſſe unà cum multis à Sappho, non poetria illa, ſed Lesbia quadã: eamq; ſpe fruſtratã, præcipitaſſe ſeſe de rupe Leucade.

Φαραώ.) Pharaones uocabãtur omnes Aegypti reges, à primo Pharaone.

Φαρισαῖοι.) Phariſæi ſeparati, eo quòd diſtinxerint & ſeparauerint ſeſe ab alijs omnibus, cùm puritate & exquiſita ratione uitæ, tùm obſeruatione præceptorum legis. Phares enim Hebraica lingua ſegregationem ſignificat, aut diſſectionem. Eandem uitam etiam ſcribæ agebant, apud quos & ratio eadẽ erat, & cõtinẽtia & uirginitas, bis ieiunium in ſabbatho, urceorum & catinorum & poculorum purgationes, decimę & primitiæ, & aſſiduæ precationes exceptis mirabilibus illis Eſſæis, ut qui lõgè ſint ſuperiores, & in altiore faſtigio cõſtituti. Quam ſãnè phariſaicam, ut optimam, degendæ uitæ rationem Paulus æmulatus gloriatur, cum ait: Iſraelita ſum, de tribu Beniamitica, Hebræus, Hebræis nat⁹, lege phariſæus. Dormiebãt aũt phariſæi in anguſtis tabulis, aut in ſpinis, aut ſcrupulis, ne ſcilicèt à corpore afficerẽt̃: aut ꝑ ſomnia deceptis, obſcœnus humor elaberet̃. Fatũ & aſtronomia magni apud eos fiebãt.

*Phariſaeorũ & ſcribarum ſanctimonia.*

*Eſſaeorum excellentia.*

*Phariſaeorũ lectuli.*

*Fatum.*

*Aſtronomia.*

Φαρμακός.) Hoſtia piacularis: homo qui ad expiandam ciuitatem è medio tollitur, quem piaculum dicunt.

*Humanae beſtiae.*

PHARMACVS.) Duos uiros, inquit Lyſias, Athenis educebant, qui expiarẽt urbem, in feſto Thargeliorum: unũ pro uiris, alterum pro mulieribus.

Φαρμακὺς.) Pharmacos dicũt, eos qui publicè aluntur, ut ciuitates expient ſuo interitu. Ariſtophanes: Tanquam ſeruos publicos eos alis. Deinde cum obſoniũ tibi deeſt, quiſquis horum pinguis fuerit, eum immolatum deuoras in cœna.

*Saginantur demagogi, ut deuorentur à plebe.*

Φαρμουθί.) Pharmuthi, mẽſis apud Aegyptios, q̃ à Romanis Aprilis appellat̃.

Φάρμυτις.) Pharmutis, fluuius Nicęam præterfluens.

Φάρος.) fluuius Ciliciæ, cuius latitudo eſt iugerum trium. Et Pyramus fluuius, ſtadij latitudine. & Chalus, fluuius latitudine centum pedum, refertus magnorũ piſcium & placidorum.

*Pharus. Pyramus. Chalus.*

PHARVS eſt turris Alexandriæ, quã erexit ſub Ptolemęo rege Soſtratus Dexiphanis F. in Pharo, inſula Protei, quo tempore Pyrrhus etiam Achillis F. Epiri principatum ſuſcepit.

Φάρυγξ, λάρυγξ, guttur, extrema pars arteriæ aſperæ, quę tribus cartilaginibus continetur, ea quę ἀρυταινοειδὴς uocatur, & Therioides, & ea quæ nomine caret: quæ cũ à muſculis illius loci contrahuntur & aperiũtur, uocem moderantur. Nã prout eæ uel contrahuntur, uel aperiuntur aut magis aut minus, uox diſtinguitur, ſono acuto, uel graui, aliaq; in ea forma ſpectatur.

*Vocis moderatio.*

PHASELIS, nomen inſulæ: & Phaſelites, inſulatis. Prouerbium, Φασηλιτῶν θῦμα, Phaſelitarum ſacrificium: de uilibus & incruentis uſurpatur. Phaſelitas enim ſalſamẽta Calabro immolare, dixit Callimachus in Barbaricis inſtitutis.

PHASIS, nomen fluuij Scythiæ. Eſt etiã ciuitas Scythiæ Phaſis, eiuſdẽ nominis cũ fluuio: cuius incolæ Phaſiani. Sũt & aues quæ Phaſiani dicuntur: & equi, quorũ femori phaſianus eſt impreſſus. Iuxta Phaſidẽ quidã pulchros equos naſci dicunt. Ariſtophanes. εἰ δοίης γέ μοι τοὺς φασιανοὺς, οὓς τρέφει Λεωγόρας. Si mihi dares Phaſianos, quos alit Leogoras. De ijs

*Iupiter Picus.* ſtellæ, quòd aſtrorum peritus eſſet. Metalla is reperit, auri, argenti, & ferri: & horum confectionem tradidit occidentalibus. Vnde opum largitot uocatus eſt à popularibus. Cum aute à fratribus ſuis inſidiæ illi tenderentut, in Aegyptum fugit, in tribum Chami, filij Noe: & ab ijs ſuſceprus, & cõſuerudine illorũ uſus eſt, aurea neſte indutus: & uaticinans, diuinis affectus honoribus, quòd ipſis diuitias impertiret.

PHAEACIA.) regio Phæacum, quæ nunc Corcyra dicitut.

PHAEAX, orator. Ariſtophanes: Sapieus ille Phæax, & ſolers, nõ interſectus eſt. Solers eſt hie orator, qui in ipſo facinore deprehenſus & cõuictus, mortem effugit. Reprehendebarur autem, quòd adoleſcentulos falleret.

PHAEDON, Elæus philoſophus, Socratis auditor, autor ſectæ ab ipſo dictæ Eliacæ: quæ deinde à Menedemo Eretrienſe, Eretriaca appellata eſt. Fuerat autem captus ab (ſ. λῃστῶν à latronibus) Indis, deinde uẽditus lenoni cuidã, & proſtiturus ab illo Athenis. Cum autẽ in Socratẽ incidiſſet, illius diſputationũ amore captus, petijt ut redimeretut. Is pſuadet Alcibiadi, ut eũ emat: atq; ex eo philoſophus extitir. Eius dialogi ſunt, Zopyrus, Medius, Simou: Antimachus, ſiue Presbytes, id eſt ſenex: Nicias, Simmias, Alcibiades, Critolaus.

*Eliaca ſecta. E' captiuo ſcortum, è ſcorto philoſophus.*

Φαιδριὰς.) Dicũt Aeſopum à Delphis per iniuriam interijſſe, præcipitatum de Phædriadibus rupibus.

*Aeſopus.*

Φαινόμενα.) Plato libro de Repub. decimo: Speciem, inquit, illa quidẽ habẽt, ſed reuera nõ ſunt. Er Ariſtophanes: Eſſe quidem ut ſum, conſpici aurem nõ. hoc eſt, naturam non mutabo, ſed formam.

Φαιὸν.) id eſt color pullus, compoſitus ex atro colote, & albo: hoc eſt, murinus. Colores alij ſunt ſimplices, alij cõtrarij, ut albus & niger: alij compoſiti, ut medij illorum. Etenim hi certa miſtione contrariorum perficiuntur. Et ſunt quidã illorum propiores albo, ut flauus: alij nigro, ut cærulens: teliqui uerò medij horum, qualis ruber & fuſeus. Eadem eſt & ſaporum ratio. Simplices ſunt: alij contrarij, quemadmodũ dulcis & amarus: alij mixti & medij. ſed dulci ptopior pinguis, ſalſus amaro, reliqui medij horum. Nou omnino autem medij, etiam mixti ſunt. nam mixti quidẽ etiam medij ſunt: ſed non econuerſò, ut in coloribus. Fuſcus enim colot mixtus cum ſit, eſt medius: ruber autem, aut uiridis, non omnino ex miſtione cõttariorum fir: ſed medium dicunt, ut qui nullũ extremum habeat. Sic & in ſaporibus: Mixtus quidem eſt ſalſus, ut ſal: nam ex amara aqna marina, & dulci guſtum habet. Acris autem ſapor, & auſterus, & acidus, eo quòd nihil extremorum in ſe habẽt, ſic ſunt medij. Si quid autem aliud uicinum his, id ſaporis eſt expers: ut humidũ, quod pladarõ dicitur, aut huiuſmodi aliquid. Ariſtoteles octo genera ſaporum recẽſens, duos extremos relinquit, dulcẽ & amarum: & ſex medios ponit, uicinũ eſſe ſtatuens dulci pinguem, amaro ſalſum: in medio acerbum, auſterum, acrem & acidum. Galenus autem inter ſimplices extremos dicit, nõ dulcem & amarum, ſed acrem & acidum. Neq; uerò diſſenriunt. Hic enim ut medicus, tactiles intuirus qualitates, hos uocauit extremos: extremum enim eſt acre in calore, in frigore acidum. ille uetò tanquã philoſophus, non ad tactiles, ſed ad guſtabiles reſpiciens, ſic eos intet ſe oppoſuit. Extremũ enim eſt in guſtabilibus, amarum & dulce. Plato porrò tali uſus ordine, ſeptem dicit eſſe humores. Pinguem enim cnm dulci coniungit, dicens, Id quod inungat, ſi quidẽ cum dulcedine coniunctũ, efficere dulcem: ſi nerò abſq; dulcedine, pinguem. Dnlce enim dicimus, ut mel, uncta, ut oleoſa: acidum, ut acetum: acerbum, ut pyra ſylueſtria: auſterum, ur uinum: ſalſum, ut ſal: amarũ, ut abſinthiũ: acre, ut piper. Exttemos autem dicir, acidum & acrem: extremis uicinos, acido acerbum, acri amarum. Vicinos medijs, amaro ſalſum, acerbo auſterum, mediũ dulcem. Refert autẽ hos ad ſeptem Planetas: acidum ad Metcurium, acrem ad Martem, amarum ad Lunam, dulcem ad Solem, ſalſum ad Venerem, auſterum ad Iouem, acerbum ad Saturnum. Cauſam autẽ huius rei, ut nugacem, neglecimus.

*Colorum genera. Saporum genera. Ariſtoteles de ſaporibus. Galeni ratio. Platonica diuiſio ſaporum. Planetarum ſapores.*

Φαιός.) Menippus Cynicus in eã oſtentationẽ impegit, ut furiali habitu uteretur, & ſe ab Inferis inſpectorẽ eſſe delictorũ miſſum, eaq; illò renunciaturũ eſſe diceret. Fuit aũt ueſtis illa pulli coloris, ad talos uſq; demiſſa, aſtricta cĩgulo Perſico: pileus Arcadicus, in capite 12 (Zodiaci ſigna) elemẽta habẽs intexta: calcei tragici, barba ingẽs, bacul⁹ in mãu fraxine⁹.

*Menippus internuncius Inferorum.*

PHAESTVS, urbs Cretæ. Homerus: Phæſti paruus lapis magnũ fluctũ coercer-

cer-

cerunt. Et cum de naulo eſſet locutus, Quomodo traijciam? reſpondit, In nauicula iſta homo ſenex, mercede duorum obolorum accepta, te tranſuehet.

φείδοντας.) Reorũ potius miſereri decet, quàm accuſatorum; & illachrymare ad preces illorum.

φείσεται.) Vtiq; ſi accuſabitur, facilè abſoluetur.

*Dei ſimilitudo.* φευκτέον.) Plato: Fugiendum eſt hinc, qualis autem eſt fuga? Imitatio Dei, ſi iuſti & ſancti cum prudentia fuerimus: deniq; uirtutibus præditi, nõ ciuilibus quidẽ illis, ſed maioribus, quæ nominibus iiſdem appellantur.

φίψαλος.) Malè audiunt Mileſij, quaſi adulteri. Quia pax eſt, clypeus in culina pendebit.

PHEA, nomen urbis Eleæ regionis.

PHIDIAS, ſtatuarius, ſtatuam eburneam Mineruæ fecit. *Periclis furtum & belli concitatio.* Pericles autẽ, cum ſumptuum ratio mãdata illi eſſet, quinquaginta talenta ſurripuit. Quorum ne reddenda eſſet ratio, bellum cõflauit. Et prouerbiũ: Φειδίας εἰρήνην πεποίηκε, Phidias congruit paci, tanquam artifex: *Pax formoſa.* quæ formoſa eſſe ſtatuitur. Polybius: Lucius Aemilius, *Iupiter Olympicus.* templum Olympicum ingreſſus, Iouis ſtatuam cum uidiſſet, præ admiratione ſtupens, dixit, ſolum ſibi Phidiam uideri Iouem Homericũ expreſſiſſe. Nã ſe, cum magnam de Olympia expectationem habuiſſet, maiorem expectatione ſua offendiſſe ueritatẽ. Perinde hoc exiſtimo, ac ſi Myrmecides arti Phidię ſe opponeret. *Myrmecides. Phidias.*

φειδόμεθα.) Num parcemus his magis, quàm lupis? Quos alios ulciſcemur, his inimiciores? Fortaſſis autem hoc in prouerbium abijt. nam olim lupos occidebant in Attica: & lege ſancitum erat, lupi ut occiderẽtur. *Luporum cædes.* Itaq; q occiderat catulũ lupi, talentũ accipiebat: qui adultũ, duo.

Φηγαιεῦσι.) Phegus, municipium Aiaciæ tribus: unde Phegæenſis.

Φηγός.) Fuetuut arbores ingentes, fagus & abies, & quercus & tilia.

Φηγοῦς.) Phegus, municipium Erechtheiæ tribus: unde Phegusius.

Φηλῶν.) Menãder in Piſcatoribus: Duæ familiæ ſenum, ut ais, uæcordium ſunt decipiendæ. In fabulis: Illecebris decepta uelox cerua.

Φήμη.) Filia Spei immortalis Fama, eo quòd ſpe quidam concepta, reſponſum à Deo petunt. *Fama.* Fama uirum bonũ etiam in receſſibus telluris oſtendit, ut inquit Euripides.

Φημὶ.) id eſt dico. Arceſilans philoſophus natura hac uoce inter diſſerendum utebatur: Dico ego, non aſſentietur his ille, cui⁹ nomẽ ſubijciebat. Et Dauid, Dixit iniquus: ꝑ eo qđ eſt, cẽſet, exiſtimat.

FESTVS, temporibus Valentis in Aſiam ablegatus eſt proconſul (τὴν γλῶσσαν τὴν βασιλικὴν ἐπιστεύθη. f. Fiſco imperatorio præerat.) Regia autẽ lingua eius fidei cõmiſſa fuit. Ablegatur autem ſic, ut poetico & fabuloſo Echeto ſimilis eſſet: & ſi quis alius Theſſalus aut Siculus tyrannus fuit, is præ eo ut ludus iocusq; eſſet. Erat autem inſanus ille non extrinſecus, ſed intrinſecus furebat atq; inſaniebat, (ἀνὴρ φύσει πονηρὸς, καὶ ἐξουσίαν ἔχων) uir natura malus, & poteſtate præditus. Cum autem ſuppliciorũ immanitatem in palatio florentem reliquiſſet, nullum genus iniquitatis prætermiſit, aut petulantiæ: ſed in eam uecordiam incidit, & crudelitatem, ut & Maximum gladio interficeret, *Maximi & Cærani cædes.* Cærano Aegyptio poſt eum iugulato: & dum adhuc caleret & feueret illo ſcelere, omnes unà interficiebat, & cremabat.

φιαλῶς.) Age actutùm, porrige phialam, ut precati deos, rem auſpicemur. Ariſtophanes.

φίβαλις.) cum arida ficus ἰσχὰς ab attenuando dicatur, & ſtrigoſos homines phibales (ficuum id genus eſt) uocat.

PHIGALEA, uicus Arcadiæ: unde Phigalenſis.

PHILAGRIVS, Lycius Macrenſis, ut inuenitur apud Eugenatorẽ: ut autem in epiſtola ad Philemonẽ, de iecore indurato, ipſe Philagrius ſcribit. Epirota fuit medicus potius, diſcipulus Naumachij, poſt Galeni tẽpora medicinã fecit, maxima ex parte Theſſalonicæ. Cõſcripſit libros medicos, ſingulos (μονόβιβλα συντάγματα) ſeptuaginta, cõiunctos non paucos, commentarium in Hippocratem.

PHILAMMON, pugil Athenienſis, qui omni tẽpore ſuos aduerſarios uicit.

Philammon alius, quem ferunt Thamyris Thracis patrem fuiſſe.

φιλαμπελωτὴ τῇ εἰρήνῃ.) Vites amãt pacem. tempore pacis enim terram conſerimus: contrà belli, deſerimus.

φιλαργυρία.) auaricia, eſt uehemens opinio de pecunia.

φιλέταιρος.) Philetærus Athenienſis, comicus, filius Ariſtophanis comici. Comœdiæ eius ſunt uiginti & una, quarum de numero hæ ſunt: Achilles, Corin-

rinthiates, Cynegias, Philaulus, Cephalus, Teteus, Enopion, Antyllus, & Autophiletærus: ut autem quidam aiunt, Nicoſtrate, Atalanta, Lampadophori.

φιλεργὸς.) Illi quidem præ negligẽtia, fugaq́; laborum, uæcordes & indocti ad illum redeunt.

φιλεριστῆσαι.) Menãder: Cõtentio principatus inter eos exorta, diremit copias.

φιλέψιες.) Philepſij meminerunt antiquæ comœdiæ autores, cum in medijs concionibus fabulas narrare ſolitũ. Reprehenſus eſt etiam nomine calliditatis.

*Explicatio ſomnij.* Φιλεῖν ἐγείρει δυσμενῶν μακρὰς μάχας.) Oſcula excitãt hoſtiũ diuturnas pugnas.

φιλεῖ.) Plerunque fit, ut ſecus eueniat quàm exiſtimaueris.

εὐμετάβολοί εἰσι.) Mutabiles ſunt, qui bruta cupiditate, ad doctrinam aliquam incitati ueniunt. Merces igitur exigenda eſt, dum feruet cupiditas.

φιλεῖ πρὸς τὰ χρυσᾶ πᾶς ὁρᾶν.) Solent omnes aurea intueri. Quò FORTVNA, eòdem etiã FAVOR hominũ inclinat.

PHILLIDAE, Familia Athenis: unde ſacerdos Cereris & Proſerpinæ deligitur, quæ initiat myſtas Eleuſine.

φιληδία.) Vos præ uoluptate grunnientes, ſequimini matrẽ porcelli (ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.)

φιληλιαστής.) Heliæa maximum prætorium Athenis: unde Phileliaſtes, litium amans dicitur.

PHILEMON, Syracuſanus, filius Damônis, comicus fuit, nouæ Comœdiæ *Comœdiæ.* ſcriptor. floruit ſub Alexãdri regno, *Aetas.* paulo antè Menandrum. Conſcripſit comœdias circiter nonaginta, & uixit annos nonaginta nouem. Quidam dicunt, unũ & centum: & uehementi riſu interijt. *Mors.* Hic Philemon corpore fuit integro, atq; etiam omnes ſenſus illæſos felicitate quadam (quod in confeſſo eſt) conſeruauit. *Valetudo.* Cum autem Athenienſes & Antigonus inter ſe bellũ gererent, in Piræeo degens *Somnium.* Philemon, in ſomnis uidet uirgines nouem, ex ædibus ſuis exeuntes: quas interrogare ſibi uidebatur, quid ſibi uellent, quòd à ſe recederẽt? Videbatur autem illas dicentes audire, ſe foras prodire: nefas enim eſſe ſibi auditu. Eo ſomno ſic finito experrectus, puero narrat omnia quæ uiderat, & omnia quæ audiuerat, & quæ dixerat. Deinde Comœdiæ, cui ſcribẽdæ intentus erat, reliquum abſoluit: & inuolutus, quietè dormiuit, (κατὰ ὑπηρέγχε) & deinde ſe erexit. Ac ij qui intus erant, eum dormire putabant. Sed cũ id diutius duraret, detecta facie, mortuum uiderunt. Adfuerant igitur, Epicure, Philemoni etiam nouem Muſæ & cũ fato decretum atq; ultimũ illud iter ingreſſurus eſſet, ab illo diſceſſerunt. Dijs *Dij cadauera fugiunt.* enim nullo modo licitũ eſt uidere mortuos, etſi ſunt planè amici: neq; oculos inquinare. Tu autem fatue, negas ipſos habere noſtri rationem. Sic Aelianus in libro de Prouidentia dicit.

PHILEMON Iunior, & ipſe comicus, filius Philemonis comici, edidit quinquagintaquatuor comœdias.

PHILETAS Cous, filius Telephi, Philippi & Alexandri ætate floruit, grãmaticus Criticus: qui extenuatus in inquirenda uocata mentiẽte oratione, obijt. *ὁ ψευδόμενος, λανθάνων λόγος.* Fuit etiam præceptor Ptolemæi ſecundi: conſcripſit epigrammata, & elegias, & alia.

FELICISSIMVS, princeps tempore Aureliani imperatoris.

φίλιος.) Iupiter amicitiæ prȩſes. Menãder in Androgyno: Teſtor amicitiȩ præſidem, ô Crator, Ioue. Pherecrates Crapatalis: Iudices, qui nunc iudicant, ueto peierare, & iniquè iudicare: alioqui per Iouem, amicitiæ præſidẽ, ſermonem ad uos alterum Philocrates habebit, multò maledicentiorem iſto.

PHILIPPIDES Athenienſis, & ipſe comicus, nouæ Comœdiæ ſcriptor, filius Philoclis, centeſima undecima Olympiade. Edidit comœdias quadragintaquinq;.

Philippides, Athenienſis curſor, mille & quingenta ſtadia una nocte & die cõfecit, ad Lacedæmonios profectus: quos *Lacones plenilunium.* leges non ſinebant expeditionem ſuſcipere ante plenilunium.

Philippides, fuit unus ex illorum numero, qui rempublicã adminiſtrabãt apud Athenienſes, homo tenui corpore. Quare Alexis πεφιλιππιδῶσθαι, Philippidi ſimilẽ factum, pro attenuatũ eſſe dixit.

PHILIPPICVS, qui & Bardanes, Iuſtiniano imperatore interfecto, uiſus eſt inhoneſtè & ſupinè imperium adminiſtrare. Et patres in œcomenico concilio anathemate notauit, diuinitùs ab illis decretas duas in Seruatore uoluntates & actiones nõ probans: cum adiutores haberet Ioannẽ tum pontificẽ urbis, & Germanum Cyzici metropolitanum, & alios ſacerdotes, & ſenatores plurimos.

Philippicus, dux Orientalium militũ habuit Heraclium, Imperatoris Heraclij,

pa-

patrem, ducem partium ſecundarũ. Cum autem malè bellum gereret Philippus, & ad pugnam inutilis eſſet: Heraclio eius ſunt commiſſæ copiæ. Deſponſa fuit Philippico Mauricij filia.

PHILIPPVS, Amphipolites hiſtoricus, ſcripſit Rhodiacos libros nouendecim: ſunt autẽ prorſus obſcœni. Coanos libros duos, De ſacrificijs duos, & alia.

Philippus ſophiſta, de ſpiritibus ſcripſit, ex Herodiano, ſecundum literarum ordinem. Et de ſynalœpha.

Philippus, comicus. Comœdiæ eius ſunt, Codoniaſtæ: ut Athenęus in Dipnoſophiſtis.

*Clementia potentior armis.*

Philippus, uictis ad Chæroneam Athèmienſibus, non tantum profecit armis, quantum moderatione & humanitate. Nam bello quidem & armis ſolos eos ſuperauit, qui in acie contrà ſteterãt. Aequitate autẽ animi, & moderatione, omnes Athenienſes ſimul, & illorum urbem cepit: non iracundiæ ſecutus impetum in re gerẽda: ſed eò uſq; bello geſto, perductáque uictoria, dũ occaſio ſe obtuliſſet, ſuæ clementiæ & bonitatis declarandæ. Itaq; ſine precio dimiſit captiuos: & Antipatrum Athenienſium occiſos humare iuſſit, atq; etiam colligi eorũ oſſa: & eorum quos domum remittebat, pleriſque ueſtitis, propter ingenij ſolertiam, maximum facinus edidit. Animis enim Athenienſiũ magnanimitate ſua perculſis, loco hoſtium eos ad quoduis officium alacres adiutores habuit.

*Victis corporibus eorũ animos capit Philippus.*

*Crudelitas.*

Philippus Macedo multis uitam eripuit: eorumq; filios deinde comprehendit, hoc uerſu addito:

*Stultus eſt, qui occiſo patre filijs parcit.*

Φιλίππου ἀλεκτρυὼν.) Philippi gallus. In eos q ob leuiculos ſucceſſus ſeſe iactitãt.

PHILISCVS, comicus. Comœdiæ eius ſunt, Adonis, Iouis partus, Themiſtocles, Olympius, Panos partus, Mercurij & Veneris partus, Dianæ & Apollinis.

Philiſcus, Corcyræus, Philotæ filius, tragicus, & ſacerdos Bacchi, ſub Philadelpho Ptolemæo fuit: & ab illo Philiſcius uerſus appellatus eſt, quòd illo frequenter uteret. Eſt autem ex ſecundo ordine Tragicorũ, qui ſeptem Pleias dicti ſunt. Tragœdiæ eius ſunt quadragintaduæ.

Philiſcus, Aegineta, Alexandrum Macedonem literas docuit. Ipſe autem auditor fuit Diogenis Cynici: ſecundum Hermippum, Stilponis. Conſcripſit dialogos, quorum de numero eſt Codrus.

Philiſcus, Mileſius orator, Iſocratis oratoris auditor. Fuit autem prius tibicen maximè admirabilis, propterea & Iſocrates eum αὐλοτρύπην, tibiarũ perforatorem uocabat. Scripta eius ſunt hæc: oratio Mileſiaca, Amphictyonica, ars dicẽdi libris duobus, Iſocratis (ἀπόφανσις, pronunciatum ſiue declaratio.) negatio.

Philiſcus, uel Philiſtus Syracuſanus hiſtoricus, cognatus fuit Dionyſij Siciliæ tyranni: in nauali contra Carthaginenſes prælio occubuit. Fuit diſcipulus Eueni, elegiaci poetæ. Scripſit Sicula, id eſt res uariè geſtas ab eis aduerſus Græcos, & genealogiam, de Phœnicia, & alia quædam de inſula Sicilià.

*Diogenes & patrem & filios ad ſe pertrahit.*

Philiſcus Aegineta, cum Athenas ſpectandi gratia ueniſſet, audito Diogene, Philoſophię operam dedit. Huius autem pater miſit ad eum accerſendum, fratrem: Sed idem illi quoque accidit. Deniq; pater utrunq; reuocaturus, ipſe etiam philoſophatus eſt. Diogenis familiaritate Phocion etiam, cognomento bonus, uſus eſt. Corinthi humatus eſt, cane in eius monimento inciſo. Sinopenſes etiam ſtatuam in illius honorem erexerũt. Epigramma: Seneſcit etiam æs uetuſtate: ſed tuam gloriã nec omne æuum Diogenes deſtruet. Solus enim ſententiam uitæ ſeipſa contentæ demonſtraſti mortalibus, & uitæ uiam expeditiſſimam.

*Phocion.*

*Diogenis ſepulture.*

PHILISTION Pruſaenſis: aut, ut Philon, Sardianus, comicus. Obijt tempore Socratis, ſcripſit comœdias Bæologicas, & immodico riſu extinctus eſt. Comœdiæ eius ſunt, Miſopſephiſtę, id eſt oſores ratiocinatorum. Hic ille eſt, qui ſcripſit librum Philogelum, id eſt riſus amantem: eum nimirum librum, qui ad tonſorem refertur. Verùm magis, ut Nicænus, ab omnibus celebratur, ut teſtatur Epigramma: Qui mœſtam hominum uitam riſu miſcuit Nicænus Philiſtion:

PHILISTVS Naucratita, aut Syracuſanus, Archonidæ filius, diſcipulus Eueni, elegiaci poetæ, primus ex arte oratoria hiſtoriã ſcripſit. Compoſuit artem dicendi, Aegyptiaca libris duodecim, res Siculas libris undecim: & aduerſus Tricaranum, orationem de Naucrate. De Dionyſio tyranno libros ſex. De Aegyptiorum theologia lib. 3. Conciones, & alia quædam de Lybia & Syria.

PHILITIA, conuiuia, quæ cõiunctòs cum uoluptatibus habuerũt labores. Neque enim lectulus aliquis ſternebatur cõ

uiuantibus,ſed ſub cubitis cauatus erat lapis,aut lignum.

φιλοδωρεία,)id eſt liberalitas ſiue benignitas. Munus alacriter datum eſt. Ille fruatur benignitate inimicorum.

φιλοκλῆς ἢ φιλοχόλης.)Philocles ſeu Philocholes,Polypithis fili⁹, Athenieñſis tragicus,Euripide poſterior,cognomento Bilis,propter amarulentiam. Scripſit tragœdias centũ,quarum de numero & hę ſunt: Erigone, Nauplius, Oedipus, Oeneus, Priamus,Penelope,Philoctetes. Aeſchyli ex fratre nepos fuit: habuitq; filiũ Morſimũ tragicũ, è quo natus eſt Aſtydamas tragicus,& ex hoc alius Philocles dux.

PHILOCLES,comœdiæ poeta,turpi facie. Fuit enim capite acuto, & faſtigiato, inſtar upupę. Fuit Aeſchyli ex ſorore nepos. Alij Halmiona eum dicunt, quaſi ſalinatorem,ob acrimoniam.

PHILOCRATES, Struthius, fuit auceps. Si occiderit quiſpiam ueſtrum Philocratem Struthium, accipiet talentum: ſi uerò uiuentẽ illum adduxerit, quatuor: eo quòd congregat paſſeres, & ſeptenos obolo uendit: deinde inflat turdos, & oſtendit eos omnibus,& corrumpit. Merulis autem in nares inſerit pennas: itemq; columbas capit,atq; includit, & cogit decipere illigatas reti.

PHILOLAVS. Sic olim & Philolaum, patria Croton ſuſtulit, cum eum putaret uelle domum tyrannicam habere.

φιλομαθής.) Xenophon: Oportet ſanè eum cupidum eſſe diſcẽdi omnia, nec ijs quę didicerit ſolis uti: ſed & effectorem eſſe machinarum aduerſus hoſtes.

PHILOXENVS Euletidæ filius, Cytherius,lyricus, ſcripſit Dithyrambos uigintiquatuor: obijt Epheſi. Direptis Citheris à Lacedęmonijs, emptus eſt ab Ageſylo quodã,ab illoq; educatus: & Myrmex, i. formica dictus. Poſt obitum autẽ Ageſyli,eruditus eſt, à Melanippide lyrico emptus. Calliſtratus eum ait Heraclęę Ponticæ natum. ſcripſit carmine lyrico genealogiam Aeacidarum.

Philoxenus Alexandrinus, grammaticus,Romæ docuit. ſcripſit de monoſyllabis uerbis,de punctis Iliadis, de uerbis in μι deſinentibus, de conduplicatione, de dimenſionibus,de Syracuſanorum dialecto,de Helleniſmo lib. ſex: de coniugationibus,de gloſſis quinque, de Homericis gloſſis, de Laconum dialecto, de Ionica dialecto,& reliquis.

Paraſitus facetus.

Philoxenus,Leucadij filius, paraſitus, Hunc dicunt, poſt lauationem in patria, & alijs urbibus,circuiſſe ædes,ſequentib. eum pueris,qui ferrent oleũ, garũ, acetũ, & alia condimenta, & ingreſſum ædes alienas,ea quæ coquerent̃ condijſſe,ijs iniectis quib. eſſet opus, καθ' ὅτως εἰς ἑαυτὸν κύψαντα δειπνῆσαι. Ac deinde ſic ad ſe ipſũ inclinatũ cõuiuari.) atq; ita cõuiuatũ eſſe. Hic igit̃ cũ guloſus eſſet,Epheſũ naui aduectus, cũ cauponã uacuã reperiſſet quęſitaq; cauſa,omnia ad nuptias coẽpta eſſe audiuiſſet: lotus acceſſit inuocatus, cãtatoq; hymenæo poſt cœnã, oẽs exhilarauit. Ibi ſpõſus: Et cras,inquit,hic cœnabis. cui ille reſpõdit: Si nemo opſoniũ uẽdiderit. Idẽ optauit ſibi gruis collũ dari,ut deglutiendis lauticijs diutius delectaret̃.

Collũ gruis optatũ.

Idẽ Philoxenus cũ epulis ualde afficeret̃, & cœnans aliquando apud Dionyſium tyrannũ, magnã illi triglam (mullum) eſſe appoſitam uidiſſet, ſibi uerò paruam: eam ſublatam auri admouit, quaſi uellet quædã ab illo de ſtatu Nerei percontari. quæ reſponderit, ſe adoleſcẽtulam eſſe captã, eoq; talia ignorare: eam uerò quæ appoſita ſit Dionyſio,natu grandiorem,ſcire omnia quæ cognoſcere uelit. Dionyſius itaq; cum riſu triglam illam ei miſit.

Piſcis natu grandior, Reipub. Nereæ peritior.

φιλοξένου γραμμάτιον.) id eſt, Philoxeni libellus: de ijs qui nõ faciũt ea,ob quę accerſunt̃,ſed repudiãt potius. Philoxenus enĩ Citherius, cũ Latomias Syracuſanas effugiſſet, in quas cõiectus fuerat,q; Dionyſij tyrãni tragœdias nõ approbaret, cõmoratus eſt Tarenti Siciliæ (Italiæ) urbe. Cum autẽ Dionyſius eum aeeerſeret, & per literas etiam peteret ut ueniret: Philoxenus reſcribere non ſtatuit. Sed tabulis literã A duntaxat, ſæpè inſcripſit: eaq; re ſignificauit, ſe repudiare inuitationem.

φιλοξένειοι πλακοῦντες.) Placentæ Philoxeni.

PHILOPOEMEN, Achæorum magiſter equitũ, fuit è numero clariſſimorum uirorũ in Arcadia, primùm honeſto loco natus, educatus & inſtitutus à Cleandro Mantinenſi,patrio ſuo hoſpite. Aetate autẽ adultiori æmulatus eſt Ecdemũ & Demophanẽ Megalopolitanos: q exulãtes propter tyrãnos, Arceſilao philoſopho, familiares,adiumento fuerunt ad Neoclẽ Sicyoniorũ tyrannũ pellendũ. Fuit in uictu accuratus,& frugi ſupra (κατὰ τὴν πρέπουσαν. f. προσήκουσαν, ἢ καθ' ὑπερβολήν.) modũ; his ſentẽtijs à uiris illis imbutus, Non poſſe reipublicæ bene præeſſe eũ, qui priuatim negligẽter ageret: neq; illum à peculatu

Philopœmenis magiſtri.

Neocles Sicyonius tyrannus. Rẽpub. bene non geret. qui priuatã malè.

*Magiſteriũ equitum.*

tu fore immunẽ, qui lautius uiueret quàm reditus eius tolerarẽt. Acceptis aũt equitibus ꝓrſus corruptis, animiſq; abiectis: non tantum eos meliores, quàm fuerant, reddidit: ſed & aduerſarijs præſtantiores exiguo tẽporis ſpacio effecit: omnib. ijs ad uerã exercitationẽ & æmulationẽ efficacẽ perductis. Nam alij pleriq; ſuſcepto hoc magiſtratu, ꝓpter ſuam in re equeſtri imbecillitatẽ, (οὐδὲ τοὺς πλησίον τολμῶσιν οὐδὲ τῶν καθηκόντων προσαπτεῖν.) ne proximos quidẽ obiurgare audent. alij imperiũ appetẽtes, in eo magiſtratu quaſi mercede alliciunt adoleſcentes, & beneuolos in poſterũ ſibi adiutores efficiũt nõ obiurgantes eũ cui opus eſt: qua ratione reſpub. cõſeruatur: ſed diſſimulãtes peccata, & ob exiguam gratiã in magnis rebus eos qui ipſis crediderunt, lædentes. Si quando autem magiſtratus & corporibus ualidis, & à peculatu animis alienis ſunt: peruerſa tñ imitatione magis corrumpũt pedites, quàm ij qui eos negligunt, ac magis etiã equites.

*Philopœmenis pater, & præceptores.*

Plurimum celebrant Arcades Philopœmenis, tum conſilia, tum ſtrenua facinora. Pater eius fuit Craugis, nulli Arcadum Megalopolitanorum ſplendore generis ſecundus. Quo defuncto: tum alijs præceptoribus uſus eſt, tum Megalophane & Ecdelo, Arceſilai Pitanæi diſcipulis. Ac ſtatura quidem, & robore corporis nemini Peloponneſiorũ ceſſit. Facie uerò deformi fuit: ac Athleticis certaminib. exercere ſeſe noluit: ſed agros quos habebat, excoluit diligenter. Ac ne uenatione quidem & feris tollendis abſtinuit. Legebat etiã libros ſapientia præſtantiũ uirorũ apud Græcos: & monimenta, id eſt hiſtorias, & qcquid norat pertinere ad doctrinã Strategematũ. Quãuis aũt uniuerſam uitã ſuam ad imitationẽ & morũ & factorum Epaminondæ inſtituere decreuiſſet: non tñ exęquare ſe cum illo in omnibus potuit. nam Epaminõdas cum alijs uirtutibus ornatus, tum minimè iracũdus fuit: à quo affectu Arcas hic nõ erat immunis. Cum aũt Cleomenes Megalopolin occupaſſet: Philopœmen neq; calamitate inopinata perculſus eſt: & iuuenũ ferè duas partes, cum uxoribus & liberis, Meſſenã incolumes perduxit. Cum uerò Cleomenes miſſis caduceatoribus, quaſi eius facti pœniteret, Megalopolitas domum redire uellet: Philopœmen ſuaſit, reditum in patriam armis, non pactione eſſe faciẽdum: & prælio cum Cleomene cõmiſſo, Philopœmẽ, qui inter equites erat uidẽs peditatũ laborare, ultrò ex equo deſcẽdit: dumq; fortiſſimè dimicat: Lacedęmonius quidam utrunq; femur eius confixit. Ille uerò, quãuis ita impeditus, in genua procubuit, & progredi contendit: ita ut pedũ agitatione haſtam fregerit. Poſt uictoriã ad caſtra ductus cum eſſet, ex utroque femore medici quidem hinc poſteriorẽ haſtæ partem, illinc uerò cuſpidem extraxerunt. Antigonus uerò, ut eius audacia facinora uidit, operam dedit, ut in Macedoniam eum pertraheret. Philopœmeni uerò id quidem minimè curę fuit: ſed profectus in Cretam, μισθοφόρος, id eſt mercenarius dux Megalopolin redijt, & imperator Achæorum eſt deſignatus.

*Agricultura.*

*Lectio.*

*Epaminondæ imitator.*

*Cleomenes Megalopolin occupat.*

φίλος.) Sophocles in Electra: Hei me miſeram, quàm nihil mihi commodauit uetus illa tui educatio, in qua iucundum cępi laborem. Neq; enim unquam matris fuiſti amãtior, quam mei. Quis uir bonus non ſibijpſe eſt amicus? nam bonus uir & amicis, & ſibijpſe utilis eſt.

*Rerũ expetendarum diſcrimina.*

φίλος ἕτερος αὐτός.) Amicus, alter ipſe. E rebus bonis & expetẽdis aliꝗ ſunt per ſe optabiles, ueluti felicitas, & quæcunq; honorabilia ſunt: aliæ propter aliud, ueluti ſecari, exerceri, pecuniam facere. aliꝗ & per ſe optabiles ſunt, & ꝓpter alia, ut uirtutes: eas enim & propter ſeſe, & propter felicitatem amplectimur. & bonam ualetudinem per ſeſe expetimus: exercitationem uerò propter ſanitatem. Optabilior igitur eſt bona ualetudo exercitatione. Quòd ſi amicum, tanq̃ noſmetipſos, amplectimur (ſiquidẽ amicus alter ipſe eſt) pecuniam uerò propter noſmetipſos: optabilior eſt amicus pecunia. optabilis enim quiſq; ſibi eſt: ita etiam amicus: Sed & ſomno uigilia eſt optabilior: quoniam ſomnus ad uigilãtiam refertur. nam ut uigilare queamus: ſomno & quiete indigemus. Sic etiam demõſtratur, philoſophiã rhetorica optabiliorem eſſe.

φιλοσοφεῖν.) Si quis philoſophãdum eſſe negat (nam philoſophari dicit, etiam iſtud ipſum quærere, ſit'ne philoſophandum, an non.) ſignificat, utrum contẽplatio philoſophica ſit ſuſcipienda? cum utrunque horum homini omnibus modis conueniens eſſe oſtenderimus, omnibus modis id quod poſitum eſt, euertemus.

φιλοσοφεῖν.) In id dat operam, ut nuptias conficiat.

φιλοσοφία.) Philoſophia eſt morũ correctio, coniuncta cum opinione cognoſcendæ ueritatis, de eo quod eſt. Ab hac

Iudæi & Græci aberrarunt. Diuiditur in moralem, theologicam, naturalem. Et ueriſsima cognitio animi ad omnem philoſophiam cõducit: ad moralem, quia fieri non poteſt ut nos mores noſtros ornemus, niſi uires animi conſiderauerimus: ad Theologiam, quòd quærimus de mẽte in nobis ſeparabili, quòd & ipſa ſit immortalis: quum mens, eorum quę ſub mẽtem cadunt, ſit mens. In relatione eſt: qui uerè relatiuorum unum nouit, & alterum nouit. Conſtat item, contemplationẽ noſtræ mẽtis etiam ad theologiam magnopere conferre, & ad phyſicam ſiquidem phyſici eſt, de corporibus diſſerere, & eorum ſpeciebus & uiribus. Specierum autem quæ ſunt in corporibus pulcherrima eſt anima.

Philoſophiæ partes.

φιλοσοφίας ὄφελος.) Philoſophiæ utilitas eſt, exiſtimare nihil eſſe in eo mali, ſi recedas à ſacculo caruncularũ, & nõ mouearis ab uxore & liberis.

PHILOSOPHVS, qui Platonis leges diuiſit in libros duodecim (decimum tertiũ enim ipſe addidiſſe fertur) fuit Socratis, & ipſius Platonis auditor, in rerũ ſublimium meditatione uerſatus. Fuit tẽpore Philippi Macedonis, & ſcripſit hæc de interuallo Solis & Lunæ, de dijs libros duos, de tẽpore unum, de fabulis unum, de libertate unum, de ira unũ, de retributione unum, de Locris Opuntijs, de uoluptate unum, de amore unum, de amicis & amicitia unum, de ſcriptione, de Platone, de eclipſi & magnitudine Solis & Lunæ & terræ unum, de fulgetris, de Planetis, de Arithmetica, de fœcundis numeris, de opticis libros duos, de enopticis duos, circularia, medietates, & alia.

φιλόσοφος.) Plus uitæ hominũ prodeſt homo philoſophus, quàm optimus rex.

PHILOSTRATVS, Veri Lemnij ſophiſtæ nepos, ipſe etiã alter ſophiſta. Docuit Athenis, deinde Romæ, ſub Seuero imperatore, uſq; ad Philippum. ſcripſit declamationes, epiſtolas amatorias, imagines, ſiue deſcriptiones, libris quatuor: diſputatiões, ſiue de fiſtula: Apollonij Tyanei uitam libris octo: forum Heroicum, uitas ſophiſtarum quatuor, epigrammata, & alia quædam.

Philoſtratus primus, Lemnius, filius Veri, pater alterius Philoſtrati, ipſe etiam ſophiſta fuit. Docuit Athenis ſub Nerone. Scripſit orationes panegyricas plurimas, & orationes Eleuſiniacas quatuor, declamatiões, quęſtiones rhetoricas, de ijs quę apud oratores quærunt, de nomine ad ſophiſtã Antipatrum, de Tragœdia libros tres: Gymnaſticũ, id eſt de ijs quæ Olympiæ fiũt: Lithognomicũ, id eſt de cognoſcendis gẽmis: Proteum, Canẽ ſiue ſophiſtã, Neronẽ, Spectatorẽ: Tragœdias quadraginta tres, & comœdias quatuordecim, & alia plurima, & magni momenti.

Philoſtratus, Neruiani F. Philoſtrati nepos, ex fratre ſecundi Philoſtrati, Lemnius, & ipſe ſophiſta. Docuit Athenis, obijt & ſepultus eſt Lẽni, & auditor & gener fuit ſecũdi Philoſtrati. Scripſit icones, Panathenaicũ, Troicũ, paraphraſin Homerici clypei, declamationes quinq;. Quidam etiam ſophiſtarum uitas illi aſcribũt.

φιλοτησία.) Potatio, phiala quæ datur in compotationibus. In conuiuijs enim beneuolentia proſequentes alij alios, dabãt uini calicem, quem Philoteſiam uocabãt, ut Hyperides inquit, & Alexis & Horus. Alij alijs propinarunt. Et, Infundat quiſpiam huic philoteſiam.

φιλοτησίαν προπίνειν.) Quãdo aliquis in prandio è data ſibi phiala hauſta parte, reliquum præbet amico, & phialam donat.

φιλοτησία.) Aetôli uinũ Athenas portabant, diuinam liberalitatem etiam cum Athenienſibus communicaturi.

φιλοτιμία.) Ariſtophanes: Nulla, ita me dij ament, mulieres, ambitione prodij ad dicendum.

φιλοτιμότεραι κλεοφῶντος.) Ambitioſiores Cleophonte, in cuius labijs perſtrepit hirundo Thracia: id eſt, inſcitia. Ridet aũt eum, quaſi Thracẽ, filiũ Thraſſæ. Vocabatur Tyropœus, id eſt caſearius: & perſtringebat propter generis obſcuritatẽ. Reipublicæ primas ſibi partes uendicabat, cum eſſet imperator. In hunc demagogũ extat fabula Platonis, quæ inſcribit Cleophon: in qua perſtringitur tanquam peregrinus, & indoctus, & nugator.

Cleophon. Tyropœus.

PHILVRGVS, (φιλουργός) helluo fuit: & deprehensus eſt Athenis in ſacrilegijs, Gorgoneo ſurrepto, ut Iſocrates ait. Meminit huius Aeſchines, in oratione cõtra Cteſiphontem.

PHILOCHORVS, Cygni filius, Athenienſis uates & aruſpex. Vxorem habuit Archeſtratam. Fuit temporibus Eratoſthenis, ſic tamen, ut adoleſcens ſenem Eratoſthenem attingeret. Occubuit ex inſidijs Antigoni, quòd delatus eſſet, quaſi ſtuderet Ptolemæo. Scripſit de Atticа libros ſeptendecim, qui res Athenienſiũ geſtas continẽt: & Reges & prętores uſq;

Scripta.

uſq; ad Antiochum poſtremum, cognomento deum: ſcripti autem ſunt aduerſus Demônem. De diuinatione quatuor libros, de ſacrificijs unum, de tetrapoli, Salaminis origines, Epigrammata Attica, de Athenienſium certaminibus libros ſeptemdecim. De Athenienſium prætoribus à Socratide uſq; ad Apollodorũ. Olympiades libris duobus, aduerſus Demônis Atticam hiſtoriam, Epitomen ſuę Atticæ hiſtorię, Epitomen operis Dionyſij, de Tẽplis, de Sophoclis fabulis libros quinq;, de Euripide, de Alcmâne, de Athenienſium myſterijs: collectionem Heroidum, ſiue Pythagorearum matronarum: Deliacos libros duos, de inuentis, de expiationibus, de ſymbolis.

φιλοψυχήσαντα.) Cum Antigonus uinctus ad Antonium duceretur, uitæ ad extremum uſq; cupidus, ob frigidam ſpem: ſecuri, ut imperij dignitas poſtulabat, eſt percuſſus.

φιλῳδὸν γένος.) Gens canendi amans, id eſt ranæ.

φιλιωθέντες,) id eſt conciliati.) Aelianus in Varia hiſtoria: Ob libertatem quidam cum Romanis inita amicitia, poſtea fidẽ, amicitiæ uinculum, non ſeruarunt.

Aetas. PHILON, Byblius grammaticus, fuit uicinus tẽporibus Neronis, & uixit diu. Conſulem certè quidem Seuerum Herẽnium fuiſſe ipſe dicit, cum annum ageret octauum & ſeptuageſimum, Olympiade Scripta. uigeſima & ducenteſima. Scripſit de comparandis & deligendis libris, libros duodecim: de urbibus, & quos quælibet claros uiros genuerit, libros triginta. de Adriani imperio, ſub quo Philon fuit: & alia. Conſul factus eſt * Philon Herennius cognomento, ut ipſe ait.

Philon Iudæus natus Alexandriæ, ex familia ſacerdotum. Sed Gręcorũ philoſophiã amplexus, magnã eruditionem ſibi cõparauit, ſtudio cõſecutus omnẽ Gręcã diſciplinam, cum liberaliũ artium, tùm reliquarum diſciplinarum accurata perceptione. Ea fuit dicẽdi ubertate, qua Plato, ut etiam in prouerbium apud Græcos hoc abierit: Aut Plato Philoniſſat, aut Philon Platoniſſat. tanta eſt ſimilitudo & ingenij & dictionis, cum Platonica. Scripti ſunt ab eo libri infiniti, quorum de numero & hi ſunt. De confuſione linguarũ, unus: de natura & inuẽtione unus, de uotis ratione ſuſceptis liber unus, de inſtitutione unus, de hæreditate diuinarum rerum unus, de partitione parium & contrariorum unus, de tribus facultatibus, de ſcripturis à quibuſdam mutatis, de fœderibus libri duo, de uita philoſophica, de Gigantibus unus, de ſomnijs quinq;, de quęſtionibus, de interpretatiotubus Exodi quinq;, de ſcena & decalogo quatuor, de ſacrificijs: de promiſſionibus, ſiue execrationibus: de prouidentia, de Iudæis unus, de uitæ inſtitutione, de Alexandro. Et, etiam bruta habere ſuam quandam rationem. Et, omnem ſtultum ſeruum eſſe: de ratiõe uitæ Chriſtianorũ: de uita Theoretica, de ſupplicibus, de agricultura libri duo, de ebrietate duo, de Moyſis uita: de Cherubim, id eſt flãmeo gladio, ad quinque libros Moyſis, & in ipſum Moyſem orationes quinq;. Dicunt hunc ſub Caio Caligula Romæ periclitatũ fuiſſe, cum legatus ſuæ gẽtis miſſus eſſet: & cũ denuò Claudium in eâdem urbe conueniſſet, diſſeruiſſe cum diuo Petro apoſtolo, & amicitiã eos inter ſe cõtraxiſſe. eaq; de cauſa eum ſtudioſos Marci, diſcipuli Petri, Alexandriæ uerſibus ornaſſe. Sunt igitur, ut antè diximus, periluſtria & innumera eius opera, omniq; referta utilitate.

Plato. Philo. Scripta. Colloquium cum D. Petro.

Philon Carpathius, ſcripſit commentarium in Canticum canticorum.

PHILONIDES, Athenienſis, comicus antiquus, antè fullo fuit. Comœdiæ eius ſunt, Cothurni, Apene, id eſt currus, Philetærus.

φιλοικτίστων.) Sophocles: Mulieres ad cõmiſerationem & lamentationem admodum propenſæ ſunt.

PHILLYLIVS, Atheniẽſis comicus, ueteris comœdiæ ſcriptor. Comœdiæ eius ſunt, Aegeus, Auge, Antia, Duodecima (meretricis nomen id eſt) Hercules, Plyntria, aut Nauſicaa, urbs puteos fodiens, Atalanta, Helena.

φιλύρινος.) Philyrinus. Cineſias, dithyrambopœus fuit, dictus Philyrinus, id eſt tiliaceus, quaſi pallidum dicas. Nam tilia pallida eſt. aut leuis: ut Dithyrãbopœus, qui uilia & leuia carmina faciat. nam lignum hoc leue eſt. Fuit etiam claudus & mancus.

PHINEES, uir cùm cætera præſtãtior iunioribus, tum paterna dignitate æqualibus ſuperior, Eleazari pontificis filius fuit. Hic uehemẽter cõmotus Zâbris flagitio, cũ decreuiſſet, priuſquã impunitate augereẽ petulantia, ſumere pœnas, & obſtare, ne plures exẽplum illius imitarenẽ, autoribus nõ punitis: ea fuit & animi audacia, & robore corporis, ut non prius,

 etiam-

etiamſi * periclitandum eſſet, diſcederet, quàm flagitioſos expugnaſſet, uictoriaq; potitus eſſet. Ad Zābris enim tentorium ꝓfectus, & ipſum & Choſpiā gladio interfecit. Omnes aūt adoleſcentes uirtutis & honeſtatis ſtudioſi Phineis audaciā imitati, eos qui Zābris flagitium ſecuti erant, occiderunt. Pereunt igitur horum fortitudine multi ex iniquis: multi etiam peſte perierūt, ea lue diuinitùs immiſſa. Cognati item eorum qui iſta prohibere inſtituerant, cum Deo iniuſti uiderētur, occubuerunt. Pereunt igitur è cohortibus uiri non pauciores quadraginta millibus, & ſexcentis. Hac de cauſa uehemēter commotus Moyſes, ad Madianitarum perniciē, exercitum ablegauit.

φίνειον.) Phineum, nomen loci, aut montis in Ponto.

φθάντος ἔργον γίνεται.) Eius qui anteuerterit, munus, id eſt, uel à primo quoq; interficit: uel Vulcani fit opus. i. cōflagrat.

ὁ φθᾶς σοι λελάληκεν.) Vulcanus tibi locutus eſt: prouerbium. nam Memphitæ Vulcanum Phthantem appellant. Fortaſſis igitur φθάντος ἔργον γίνεται. Vulcani fit opus, id eſt κατακαίεται. conflagrat, incendio perit: ut dicunt ξίφους ἔργον γίνεσθαι, Enſis opus fieri, pro interfici.

Corruptio. φθείρω.) Omne quod corrūpitur, duobus modis corrumpitur: aut ratione corporum in elementa reſolutum: aut ratione incorporeorum, extincta forma ob inconuenientiam ſubiecti.

φθῆναι.) Ioſephus: Perturbato rege, ꝙ iam antè dediſſet ſtipēdium, monuit Propheta, ut faceret quod Deo placeret.

φθία.) Phthia Theſſaliæ urbs, Achillis patria.

Autumnus. φθινόπωρον.) Autumnus, receſſus Solis

Sol. à nobis perceptis frugibus, ad ea loca unde uenerat. * Ortus autem illarum cauſam eſſe Solem, qui nubium uapores extrahat, tradunt.

φθιρῶ.) Phthiro, mons Meandri.

φθόη, καὶ φθίσις.) Phthoe eſt tabes, aut morbus, quo ſanguis reijcitur.

φθοῖς.) Nomen placentæ, bellaria quæ dijs cum uiſceribus ſacrificabant.

φθόνος.) Inuidia, ob proximi bona liuor, apud Apoſtolum.

φθόνος.) Inuidia eſt perpeſſio doloris; ob ſucceſſus alicuius boni uiri, ἐπὶ τῇ τῶν πέλας εὐπραξίᾳ τῶν ἐπιεικῶν τινός. Ex hoc conſtat, inuidum etiam eum eſſe, qui doleat

ἐπιεικῶν. proborum felicitate: quo poſito, perſpi-

ἀγαθοῖ. cuum eſt, alienum eſſe à bono uiro dolere proborum felicitate. Nam ſi uiri æqui boni ſunt, non erit homo æquus inuidus.'

φθόνος.) Morbus animi (ἀνθρώπινον.) humanus, deuorans animum, quem occupārit, ut ærugo ferrū. & (καὶ ὁ ἔρως ταὐτόν ἐστι.) amor idem eſt, quibus ille inimiciſsimum uocat numen, conferens innatum morbū in ipſos qui hæc produxerūt. Sunt & uerſus Iambici, hac de re:

*τὸ δεύτερον τοῦ φθόνου σβέσας γράμμα,* Inuidia.

*εὕροις ἐν αὐτῷ τὸν φόνον γεγραμμένον.*

*Si alteram Phtoni raſeris literam,*

*Inuenies in eo Phōnon ſcriptum.* id eſt, inui- Cædes.

dia & cędes in Gręco ſermone una litera differunt: & inter inuidum & homicidam parum intereſt. Phthonos inuidia, Phonos cædes. Et Sophocles: Ad eum qui habet, arrepit inuidia. Item: Audientes, credunt ea quæ dicūtur in magnos uiros, ex

inuidia. Et Pindarus: Epulæ ſunt maledi- Ὑπὲρ λίαν φθονερῶν

cta inuidis. Item: Et ſi ualdè ſplendidus erat apud Athenienſes, tamen & ipſe obſcuratus eſt ab omnia corrodēte inuidia. Capitis enim eſt condemnatus.

φθονῶσι.) Cum uiuenti nullum habuerint honorē, defunctum deſiderant: & interdū pro tumulo & exanimi ſimulacro urbes contentio inuaſit, & litem intendit populus. Virgilius de Palamede:

*Inſontē, infando iudicio, quia bella uetabat,*

*Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent,*

Horatius:

*VIRTVTEM incolumem odimus,*

*Sublatam ex oculis quærimus inuidi.*

φθορᾶς.) Adeò ſtudioſus ille ſemper fuit internecionis. Item: Corpora multa perierunt. Quod ſi quis neſcit quid ſit internecio, illa ſi uidiſſet, ſatis intellexiſſet.

FLAMINIVS captator auræ popularis, & inſignis tractādæ plebis artifex, ſed ad rerum * urbanarum & bellicarum tractationem minimè aptus.

φλαῦρον.) Ariſtophanes: Senem erigere irritum eſt, qui adoleſcens cecidit. Et: Comprime os, nec maledic uiris ingenioſis & cordatis, quorum præ parſimonia nemo ſe unquam totondit, neq; unxit, neque in balneum uenit loturus. Sordes.

φλέγμα.) Non dicitur primùm à cibo. Phlegma.

primus enim à cibo eſt ſanguis: phlegma autem primum eſt de incoctis. Sunt & alia cruda. nam phlegma degenerat in acidum humorem, circa ſtomachum. Eſt igitur non ſimpliciter primū, ſed incoctum.

φλέγει.) Sophocles: Omnia longū tempus & corrumpit, & reficit.

φλέγων.) Phlegon, Trallianus, libertus Au-

Auguſti Cæſaris (quidam Adriani dicũt) *Scripta.* hiſtoricus. Scripſit Olympiadas libris 16. qui uſq; ad Olympiadem ducenteſimam uigeſimamnonam, res ubiq; geſtas continent. Eaſdem libris octo expoſuit, deſcriptionem Siciliæ, de longæuis, & admirabilibus rebus: de Romanorũ feſtis libros tres, de Romæ locis, & unde cognomẽta habeant. Epitomen Olympionicarum libris duobus, & alia. Huius Phlegontis, ut *Iudaicæ res à Græcis mi nus luculenter expoſitæ.* Philoſtorgius ait, quantũ ad res Iudaicas attinet, hiſtoriæ copioſius exponendæ ſunt, cum Phlegon & Dion breuiter eas attigerint, & obiter cõmemorarint. Nam religionem, & reliquas uirtutes, ne tantillum quidem eum conſtat curaſſe, * ſicut *Ioſephus.* nec illos. Cõtra uerò Ioſeph⁹ reformidãti ſimilis eſt, & cauẽti ne offendat Græcos.

φλεγραίας.) Phlegræa, cãpus eſt Thracius. Ariſtophanes: Vbi dij gigantes, inſolenter ſe gerentes, telis confecerunt.

φλεγύα.) Phlegya urbs Bœotiæ: unde Phlegyas, incola.

φλέδων.) Phledon. Cum Antiſthenem philoſophum reprehenderet Timon, ob * multitudinem, omniferum nugatorem uocat φλέδονα.

*Crantor.* φλοιός.) Fuit Crantor uoce minimè dolata, & cortice tragœdorum plena.

φλύαρος.) Ariſtophanes in Nubibus: Cætera omnia ſunt nugæ. Item: Cum nihil neceſſe ſit, quid attinet quicquã cum ullo garrire?

φλυία) Phlyia, municipium Cecropię tribus: municeps, Phlyienſis. Huius municipij fuit Euripides, poeta tragicus.

φοβερός.) Arrianus: Perterriti aufugerunt, urbibus relictis. Idem: Cum hoſtes impreſſionem feciſſent, perterriti, & inopes conſilij, abſq; Reipub. utilitate perierunt. Hannibal iam clarus & formidabilis, in Hetruriam aduentabat.

φόβος.) Timor ſeu metus, eſt expectatio mali. Ad metum referuntur plura: ac δεῖμα, terror ſolicitudinẽ afferens: ὄκνος, reformidatio, metus futuræ actionis: αἰσχύνη, pudor, metus ignominiæ: ἔκπληξις, ſtupor, metus proficiſcẽs ex imaginatione inſolentis negotij: θόρυβος, tumultus, metus cõiunctus cum uocis acceleratione: ἀγωνία, anxietas, metus incertę rei. Eſt aũt genus admirabilitas ſtuporis, & non hyperbole. Genus. n. ſtuporis eſt admirabilitas: hyperbole aũt differentia. Eorum enim qui admirantur, alij ſupra modũ admirant, ut perculſi: alij uerò modicè. Admirari autem ſupra modum, eſt percelli.

*Timor Dñi ſapiẽtiæ principium.* φόβος.) Cum dicitur, Principium ſapientiæ eſſe timorẽ Domini: eoq; ſi quis ſapiens eſſe uelit, à timore auſpicandum: ſi ἀρχή non pro principio, ſed pro principatu capiatur, Domini timor intelligendus erit non ex perturbatione ortus, metuq; ſuppliciorum nam perfecta charitas ejcit timorẽ: ſed is timor qui eſt cum reuerentia cõiunctus. Hic enim timor Domini omnia ſuperat.

*Exuuiæ ſenij.* φολιδωτόν.) Squamas habent piſces, lacerta, ſalamandra, teſtudo, crocodilus, & omne ſerpentium genus. Hæc dicuntur certis temporibus exuere ſenectutẽ. Crocodilus autẽ quadraginta hybernos dies in antris ſub terra deliteſcit: ſenium uerò non exuit, ſicut neq; teſtudo.

*Fuluia cũ lingua Ciceronis luctatur.* φουλβία) Fuluia, Antonij uxor, Ciceronis oratoris caput amputauit, & in genua depoſuit, multiſq; contumelijs id affecit atq; cõſpuit: tandem ore ſuo aperto, eius linguã extraxit, & acicula capitis ſui cõpunxit, & cum multis atrocib. conuicijs, pro roſtris collocari iuſſit: ut unde cõtra ipſam concionans auditus eſſet: ex eo loco etiam conſpiceretur.

φονᾷν.) Pater cũ audiſſet filiæ flagitia, eam perſequitur, interficiendi cupidus.

φορά.) totius loci immutatio, & maximè quę non per ſe conſiſtere queat, quando uelit. Qui lationem genus motionis ſecundũ locum uocat, genus ſpeciei ſubijcit. Idem & Plato facit. nam motũ ſecundum locum definiens, lationem eum dixit. Sed latio eſt inanimarum rerũ, & quę inuitæ, id eſt non ſua ſponte, locum cum loco commutant. Si qua igitur ſunt, quæ ſponte locum mutent, ut ea quæ ambulant: latius patebit motus ſecundum locum. Neq; omnis ſecundum locum motus eſt latio. Item: Difficultas quidem magna eſt huius impetus, ſed tñ perfer. Nam gñroſis hõĩbus & turpitudo inuiſa eſt, & bonitas glorioſa (τό, τ' αἰσχρὸν ἐχθρόν, καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές.) Tibi aũt, neglexiſſe ꝓbrũ hoc, nõ erit honeſtum. Is iampridẽ utroq; pede captus, ad labores geſtabatur, eaq; ratione aduerſarios perterrebat.

φορβαντεῖον.) Phorbanteũ. Hyperides in oratione contra Proteũ: Athenis Phorbanteum denominatum eſt à Phorbante rege Curetum, ab Erechtheo interfecto. Phorbas autem fuit Neptuni filius, qui & Phorbanus dicitur.

φορβειον.) Ariſtophanes: Cum multa atrocia uiderim, nondum uidi cortium inſtar tibicinis roſtro obuolutũ.

Φέρβιον.) Genus herbę tenuis, & abſtergendi uim & attrahendi habentis. Albugines igitur cum melle ſemẽ eius attenuat, feſtucas (οὐκ ἄγει, nõ ducit. f. ἐξάγει) educit.

Φορητής.) Cũ alios ſpoliaret, aliorũ bona publicaret, nullo modo ferri poterat.

Φορμίων.) Phormio. Huius etiam Theopompus in Philippicis mentionem facit. Fuit Crotoniata, & in prælio ad Sagram uulneratus eſt. Vulnus autẽ cum difficulter curaretur: oraculum accepit, Lacedæmonem eſſe eundũ. eum enim eius medicum fore, qui eum primus uocaret ad cœnam. Cum ergo Spartam ueniſſet, & è uehiculo deſcendiſſet: adoleſcens quidam eum ad cœnam uocauit: & cœnatũ rogauit, qua de cauſa ueniret: audito oraculo: abraſit haſtam, & ramenta uulneri impoſuit. Cum aũt à cœna ſibi currum conſcendere uideretur: ianuam ædium ſuarũ Crotone apprehẽdit. Sed & feſtũ quod Theoxenia dicitur celebrantem, Caſtor & Pollux ad Battum Cyrenas uocauerunt. Surrexit itaq;, ſilphij caulem ferens.

*Ignotus conuiuator, & medicus.*

*Haſtæ ramenta.*

*Eadem hora & Spartæ & Crotone. Theoxenia.*

Φορμίωνος στιβάς.) Phormionis ſtorea. Phormio dux Athenieñſium, claſſe bis uicit Lacedæmonios.

Φόρμος.) Phormus, Syracuſanus comicus, æqualis Epicharmi, familiaris Geloni Siciliæ tyranno, & altor puerorũ eius. Scripſit comœdias has ſeptem: Admetũ, Alcinoũ, Halcyones, Ilij excidiũ, Equũ, Cepheum ſeu Cephalæam, Perſeũ. Vſus eſt primus ueſte talari, & ſcena ex rubris pellibus. Et alterius comœdiæ Athenęus in Dipnoſophiſtis meminit, Atalantes.

Φόρος.) Infra forum ſepulti fuerũt duo duces duorum latronum: & urceolus unguẽti, quo Chriſtus inunctus fuit, & multa alia miraculoſa, depoſita quidem ibi à Conſtantino Magno, ſed à Magno Theodoſio ablata.

*Reliquiæ ſacræ.*

Φορός.) Cum uideret hoſtibus uentum ſecundum & proſperum aſpirare, ſibi autem aduerſum: & præter uenti incommodum (κοίλης καὶ τραχείας) cauum etiam & aſperum eſſet mare: dubitabat quid eſſet agendum.

Φούριος.) Furius Camillus, dictator, cũ in bellis pręclarè ſe geſſiſſet, inuidiam incurrit, quę optimum quenq; perſequitur. A' quodam enim prædæ perperam diſtributæ accuſatus: in exilium agitur, deos teſtes iniuſti exilij inuocans.

Φῶδες.) Pauperes, quibus ueſtes deerant, propter frigus in balneis cubare ſolebant, & puſtulis ſcatebant.

Φωκαίων ἀρά.) Phocæenſium execratio. Phocæenſes enim relicta urbe, cum (ὑπὸ ἄργυ. f. ἁρπάγου) ab Harpago obſiderentur, profecti ſunt uerſus (Galliam) Haliam, ferreis maſſis in mare coniectis: addita execratione, ſe non prius in patriam reuerſuros, quàm illi emerſiſſent.

Φώκου ἔρανος.) Phoci collatio. prouerbium: in eos, qui conuiuia ſuo malo inſtituunt. Phocus enim quidam, cum filiã haberet, cuius nuptias multi expetebant, ſtipem cogebat: & conuiuio excipiẽs procos, nuptias differebat. Irati igitur illi, in conuiuio Phocum occiderunt.

Φωκυλίδης.) Phocylides, Mileſius philoſophus, æqualis Theognidis. Fuit autẽ uterq; ſexcentis quadraginta ſeptem annis bello Troiano poſterior, Olympiade nati quinquageſimanona. Scripſit uerſus Heroicos & elegiacos: admonitiones ſiue ſentẽtias, quas quidã capita appellãt. Sũt aũt ſurreptæ ex Sibyllinis carminib.

*Phocylides. Theognis.*

*Sibillina compilata.*

Φωνασκῶν.) Sub Theodoſio imperatore uocem exercentium genus eſt ubique inueſtigatum.

Φωνή.) Genus ſoni ſeu ſtrepitus, uox. Eſt aũt uox, percuſſio aeris, ſeu aer ictus. Nõ enim omnis ſonus uox eſt: ſic nec rerum inanimarum, ut fluctuũ & uentorũ, ſed animati alicuius ſonus, eſt uox. Nec tamẽ omnis ſonus, animati uox: neq; manuum plauſus, neq; ſcreatus, neq; tuſſis. uox enim eſt, animati ſonus, qui per partes uocales editur, ut pulmones, & particulas ui reſpirandi præditas, & per aſperam arteriam & guttur: ac ne per hæc quidem, ſi ſonus utcunq; fiat. propterea neq; tuſſiens, dicitur uocem edere: ſed cũ iſta geſtu quodã corporis mota fuerint, tunc, quia his editur ſonus, uox dicitur. Hæc tria ſpectantur in hominis uoce: modulatio, compoſitio, dictio (φωνῆς ῥυθμός, ἁρμονία, λέξις.) Habet autem modulatio, in tempore pronũciationis longum & breue: eaq; de cauſa & uocales quæ longiore interuallo pronunciantur, longas appellarũt: quæ breuiore, breues: & ex harũ inter ſeſe compoſitione, concinnitas uerſuũ exiſtit. Compoſitio enim in acuti & grauis ſymmetria uerſatur. Dictio autem in ſyllabarum conformatione: unde eorũ quæ dicuntur ſententia explicatur. Cum autẽ hæc propriè hominis uox habeat: muſica uerò inſtrumenta utcunq; illa imitentur: hac de cauſa & ipſa dicũtur proportione quadam eſſe uocalia. Diſcernunt autem uocem à ſono bifariã, cùm ratione ortus,

quia

quia uox fit, cum inſpiratus aer cōtractio ne pectoris eliditur, pro inſita ei animali facultate: tùm, quando incidit in aſperam arteriam, & aerem in ea comprehenſum: qui ſubito ictu eribratus perpetuò percutit aerem contiguum, ad auditum uſq;. Eſt enim hiatus oris, quod uſq; ad radicē linguæ, fauces, pertingit. Inde duo uaſa ſe runtur: alterum ad pectus, & uocatur arteria: alterum ad collum, quod ſtomachus. Fit autem per arteriam aſperam tranſitus ſpiritus, ſiue immittendo, ſiue emittēdo: qui ad hunc modum expiratus, efficit ſonum, qui Vox dicitur, quādo cum aliqua ſignificatione fit. Ratione ortus igitur ſic differt uox à ſono. Fine autem, quòd uox appetitione quadam animantis fit, & aliquid præterea ſignificat: eaq; de cauſa cū phantaſia. Quapropter etiam brutorum ſoni ſunt uoces. Etenim canis, quando alienum adeſſe putat, latrat: cū uerò familiarem, blanditur. In alijs animalib. eodē modo. Significātes uoces, ſunt, animaliū facultatū & affectionum. etenim cibū appetentia, aut aliquid aliud, utuntur uoce.

*φωνὴ καὶ κραυγή.*) Vox & clamor in diuina Scriptura ſignificant animi alacritatem: Voce mea ad Dominum clamaui.

*φὼς.*) Graui accentu hominem ſignificat: φῶς, cum circumflexo, lumen, quod eſt actus & perfectiò eius quod eſt facultate perſpicuum (*φῶς. διαφανές.*) Lumen autem nulla alia re iudicatur, niſi uiſu. Lumen igitur perſpicui actus, quatenus perſpicuum, hoc eſt forma, & perfectio eius. Cum enim perſpicuum ſit facultate: acceſſio lucis, quæ id informat & perficit: efficit illud perſpicuum actu (*δυνάμει. ἐνεργείᾳ.*) Illud autem neq; corpus eſt, neque emiſſione corporum aliquorum fit. Quo modo enim fieri poſſet, ut nos cum ſuſpeximus, totum cœlum contueremur? Quî enim fieri poteſt, (*ἀχρόνως σώματος. f. σώματι*) ut corpus ullum uno momēto, tanto interuallo moueatur? * Demonſtrarū enim eſt, duorum ſignorum interuallum eſſe. Et eſt circumferentia diametri (*τριπλασιεφίβδομος*) triplex ſeptenaria. Eſt aūt a centro, dimidium diametri. Conſtat igitur, cum tota diameter quatuor contineat ſigna, & amplius: circumferentia uerò duodecim habeat: dimidium diametri duo habere ſigna, & amplius. Qui igitur fieri poteſt, ut corpus tanto interuallo ſine tempore moueatur? Hic igitur celerrimus motus, dico de motu ſphæræ inerrātis, duabus horis ſextam partem uniuerſi, hoc eſt duo ſigna conficit. Quomodo igitur non abſurdum eſt, corpora quæ emittuntur ex oculis: etiam ſphæra fixa celeriora ſtatuere? Multa etiam alia de lumine, non eſſe id corpus, colliguntur: quæ propter infinitatem prætermiſimus, quæ alius inquirat. Lux etiam dicitur diuina curatio. Dauid: Et lux oculorum meorū, & ipſe non eſt mecum. Omne corpus qđ luminis comprehendit actum, ſi lumē in corpus aliquod læue & ſplendidum inciderit, ita agit, ut & ipſum eundem actum remittat: ut fit in argento, & ſpeculis, in aqua, & in alijs plurimis. Propterea & Luna Solis lumen recipiens, illuſtrat terrā: & hanc dicimus luminis refractionē, quę ab ijs eſt quæ recipiunt, & poſſunt eundē actum exhibere (*φωτὸς ἀντανάκλασις.*)

*Lumen nō eſſe corpus.* *Viſus celeritas.* *Luna à Sole illuſtrata terram illuſtrat.*

*φωστονία.*) Phoſtonia, nomen unius ex Halcyonidibus.

*φωτίζειν.*) Romani iam tempus eſſe detegendi arcani, quod mandatum fuerat, rati ſunt.

*φράβιθος.*) Dux exercitus Orientis, qui uirtute præſtans, ægro fuit corpore, animo cū ualeret optimè: & corpus iam diffluens, & iam ferè ad interitū tendens, coagmentabat, & confirmabat: itaq; moderabatur, ut honeſtati tuendæ par eſſet. Is latrones tam facilè cœpit, ut propemodum etiam nomen latrocinij ex memoria hominum excideret. Fuit autem religione Græcus, id eſt, non Chriſtianus.

*φράσας.) δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρως ὁ κτείνας.*) Dolus fuit qui cōſiliū init, amor qui cædē fecit. De Agamemnone fit ſermo; qui in cōuiuio ab Ægiſtho eſt interfect⁹.

*φραστῆρας.*) Xenophō: Habuit hos Cyrus itinerū indices, & aquarū, & pabuli.

*φραστῆρες.*) Indices ætatum dentes. Ariſtophanes: Septem annos natus Archedemus, non produxit phratoras. Cum diceudum fuiſſet ὀδόντας φραστῆρας, phratoras dixit: hoc eſt, cognatos. Metaphorā ſumpta à pueris, qui nati annos ſeptem, omnes habēt dentes. Ait igitur, eum diu Athenis commoratum, non potuiſſe referri inter ciues. Et nunc eſſe tribunū plebis apud Superos mortuos, & principem ibi improbitatis. Cum dicendum fuiſſet, Reipub. aut tribunatus plebis, principē improbitatis dixit: feſtiuè ad mala eorum alludens. Non autem dicit ob res aduerſas, Athenienſeſq; defunctos: ſed probabiliter ij qui apud Inferos uiuunt, mortuos appellant eos qui ſuprà uiuunt.

*Superi mortui.* *Inferi uiuunt.*

*φρατρίας.*) Phratria, contubernium, eſt

tertia pars tribus: Phratores,contubernales,qui in eodem ſunt contubernio. Phratriarchus,qui contubernio præeſt. Inſcribebantur autem nomine patris in contubernales feſto Apaturiorum,eaq; in Phratores inſcriptio,argumentum habebatur cognationis.

ἀντλήτης. φρεαντλεῖ. Φρεάντλης.) Phreantles, id eſt puteorū hauſtor, uocabaẽ Cleanthes philoſoph⁹. Cum enim non haberet unde uiueret, noctu mercede aquam hauriebat,quo interdiu literis incumbere liceret.

Φρέαρ διαφθορᾶς.) Puteus corruptionis,apud Dauidē,eſt perpetuū ſuppliciū.

Φρεάῤῥιος.) municipiū Leontię tribus.

Φρεάτια.) Omnem terram populatus eſt,ac ne puteis quidem pepercit. Locus ille habebat & occultos puteos.

Φρενήρης.) Cordatus fuit quidē Armenius,& opportunè audax. Item:Commodus natura erat uæcors,nec admodū bellicoſus.

Φρενοβλαβὴς.) Sub Leone imperatore Romanorum,Aethiopes attulerūt camelopardales, & duos uiros uæcordes, ſtatura breuiſſima, quos Pygmæos Homerus appellauit. Camelopardalis. Pumiliones.

Φρενόθεν.) Sophocles: Nunquam Telamonis Aiax ita deliraſſet, niſi diuinitùs compulſus,ut in greges irrueret. ἀριστερὰ, ſiniſtra,ueteres dixerunt ſtulta: δεξιὰ, dextra,prudentia.

Φρήτρα.)Exornabant eos,& diſtribuebant in contubernia, manipulos & phalanges,hominum inſtar.

Φρίκη.) Magno facinore edito,horrore quodam affectus, in morbum longiſſimum incidit.

Φριμασσομένη.) Equa hinniens retrocedebat: & nequaq̃ poterat,loco (τὰ ἄδενδρα)arboribus uacuo,uiam adire. Item: Sonitum armorum & hinnitū equorum audientes,percellebantur.

Φρόνημα.) Rhodij pridem,admodum elati, quaſi & ipſum Philippum & Antiochum uiciſſent, & Romanis ſuperiores eſſent: adeò perterriti ſunt,ut quoſdā ex Romanorum aduerſarijs ad ſupplicium mitterent. Rhodij.

Φρόνησις.) Prudentia eſt malarum bonarumq; rerum,ac neutrarum ſcientia.

Φρονῶ.) Qua de cauſa ſapiens ille iſta dixerit,ignoro. ἐφ' οἷς γὰρ οὐ φρονῶ, σιγᾶν φιλῶ. Quæ enim nō intelligo, tacere ſoleo.

Φροντισταὶ.) curatores, ſeu ſoliciti,uocabantur Socratici:eo quòd alij alios curarent,& quòd nunquam nō ſoliciti eſſent. Socratici.

Φροντίς.) Quanta nos abſens affeciſti ſolicitudine?

Φρόντων.) Fronto,Emiſenus orator,ſub Seuero imperatore Romæ fuit: Athenis uerò (ἀντιπαιδεύων,æmulus ſeu concurrēs Philoſtrati fuit) docuit contra Philoſtratum primum, & Apſinem Gadarenſem. Obijt Athenis, annos propè natus ſexaginta: & ſororis Frontonidis filium,Longinum Criticum,hæredem inſtituit.Multas ſcripſit orationes.

Φροῦδα.) Spes eorū euanuit, ac potius in contrarium recidit. Sophocles: Si deſijt, præclarè mecum agi puto. Mali enim ſopiti minor cura eſt.

Φρουρὰς ᾄδων.) Præſidij inſtar canens continenter. Quia excubiæ ad excutiendum ſomnum cantare ſolent.

Φρουρὰς ἰδὼν.) Excubijs conſpectis: id eſt,excubias agens.

Φρουρεῖν ἢ πλουτεῖν.) Aut in præſidijs eſſe, aut diteſcere. In lucri auidos. Athenienſes enim,præſidijs in inſulis diſpoſitis,ſtipendia magna conſtituerunt,quę ab ipſis inſularibus ſoluerentur(δι' ἀτέλειαν immunitatem. f. ἀτέλειαν.) Ob utilitatem igitur,& ob difficilem ex alienis uitam, dictū hoc eſt: quaſi oporteat aliquem aut diuitem eſſe,aut excubare.

Φρουροῖς ἐν Ναυπάκτῳ.) Naupacti excubabis. Cum præſidiarijs militibus Naupacti parua ſtipendia darentur, annona uerò magno uenderetur: prouerbiū hoc ortum eſt. Alij dicunt,Philippum capto Naupacto, de Achæorum ſententia pręſidiarios omnes occidiſſe. Et hoc narrat Theopompus libro ſecundo.

Φρουροὶ.) præſidiarij. Ordo eſt,eorū qui per uices ante caſtra armati collocantur, ſeuera lege à Romanis in eos lata, ut qui quacunq; de cauſa receſſerit,occidatur: Illi uerò per uirtutem oppetere mortem,q̃ affici ſupplicio,malunt. Excubiarū ſeueritas.

Φρύγανον τίθεσθαι.) Sarmenta collocare. Haruſpices ſarmenta ipſi, ad rationem diſciplinæ ſuæ, ignem accenſuri collocant. eaq; de cauſa dicit: Rectène tibi uideor ſarmenta collocare?

Φρυγίων ἐρίων.)Phrygia lana. nā in Phrygia, tenera & pulchra lana eſt. Ariſtophanes: Lænam perdidit improbus ex lana Phrygia,propter iſtum.

Φρυκτὸς.) Loco calculorum fabas ferebant iudices Athenienſium. Fabæ, pro calculis.

Φρυκτοὶ, καὶ περιφρυκτωρούμενος.) Qui excubias perfidè agebant,& pyras aduerſarijs eorum, qui cuſtodias illis mandauerant, Ignes è ſpeculis.

rant,ad hoſtium utilitatem porrigebant, πυρφρυκτωρδιῶν dicebantur.

φρυκτωρία.) Nocturnæ excubiæ in turribus,ſeu fax,ſiue pyra.

φρυκτοὶ) Faces quædam è lignis confectæ, quas geſtantes in mœnibus ſigna dabant finitimis, aut ſocijs, cum aliquos hoſtes aduentare uidebant: quòd cauendum eſſet. Neq; uerò in hoſtium aduentu ſolùm hoc faciebant: ſed etiam in amicorum,cum auxilia uenire uidebant,facibus id ſignificabant,ne terrerentur. Et cũ

*Faces quietæ,uentilatæ.* amicos indicabant: faces quietas geſtabant: cum hoſtes,agitabant.

φρύνις.) Phrynis citharœdus Mitylenæus, qui primus putatur apud Athenienſes cithara ceciniſſe,& primas tuliſſe in Panathenæis,Callia prætore fuit Ariſtoclidis diſcipulus. Ariſtoclides autẽ ex familia fuit Terpãdri. Floruit in Grecia bello Medico,celebris citharista: & Phrynidem, qui tibicen erat, cithara canere docuit. Iſte uerò in opere quod Melopœi inſcribitur,Phrynidem Lesbium fuiſſe dicit,Canôpis filiũ. Qui cum Hieronis tyranni cocus fuiſſet: datus ſit cũ alijs multis Ariſtoclidi. Hæc aũt translatitia eſſe uidentur. Si.n. ſeruus fuiſſet,& cocus Hie-

*Comici nullum probrũ tacent.* rônis: nõ utiq; id tacuiſſent comici,ſæpè eiꝰ facta mẽtione, ꝓpter nouas eiꝰ rônes: fracto cãtu,contra cõſuetudinem ueterẽ.

φρύνιχος.) Phrynichus,Polyphradmonis aut Minyræ filiꝰ,aut Chotoclis, Athenienſis tragicus, Theſpidis,primi tragœdiæ inuẽtoris,diſcipulus. Vixit ſexageſimaſeptima Olympiade. Phrynichus hic primus muliebrẽ perſonã introduxit in ſcenã: & inuẽtor tetrametri fuit: & filium habuit Tragicũ,Polyphradmonẽ. Tragędiæ aũt eius ſunt nouẽ hę: Pleuronia, Aegyptij, Actæon, Alceſtis, Antęus, aut Libyes, Dicæi, Perſæ, Simhoci, Danaides.

φρύνιχος.) Phrynichus Athenieñſis comicus, ex altero ordine antiquæ comœdiæ: primùm comœdias edidit πϛ. Olympiade. Comœdiæ illius ſunt hæ: Ephialtes, Cõnus, Cronus, Comaſtæ Satyri, Tragœdi ſiue Apeleutheri, Monotropꝰ, Múſæ, Myſtes, Poaſtriæ,* Satyri.

φρύνιχος.) Phrynichus. Bithynus,ſophiſta,ſcripſit Atticiſtã,de Atticis nominibus lib.2. collectanea (πθεμσίων συναγωγὼ) eorum quę ponuntur: Apparatus ſophiſtici libros uel quadraginta ſeptẽ, uel ſeptuaginta quatuor.

φρύνιχος.) Phrynichus Melanthæ filius, Athenienſis, tragicus. Sunt de Tragœdijs illius hæ: Andromeda, Erigone. fecit etiam Pyrrichas.

φρύνιχον.) Phrynichum (οἱ Πέρσαι) Perſę mille drachmis mulctarunt, q; Mileſiorũ captiuitatem in tragœdiam redegiſſet.

φρυνίχου πάλαισμα.) Phrynichi calliditas. Prouerbium hoc uſurpatur de ijs,qui callidè & uafrè aliquid machinãtur. Scribit Thucydides, Phrynichum ducẽ Athé nienſium Sami,cum milites Alcibiadem *Commenta ad excludendũ Alcibiadẽ.* ab exilio reducturi eſſent, Nauarcho Lacedæmoniorũ nunciaſſe, ſe uelle illi prodere exercitum. Cum aũt Alcibiades eas literas accepiſſet, & Athenienſibus miſiſſet: Phrynichus, qui penè interfectus fuerat, denuò ſcribit Nauarcho, quid accidiſſet: expoſtulans, & denuò pollicens, ſe proditurum illi exercitum,ſi aggrederetũ. Quod cum ſignificaſſet, prædixit militibus, alteram uenturam eſſe epiſtolã contra ſe,ab Alcibiade: & monuit, ut hoſtiũ ſequentium impetum cauerẽt. Quæ cum ſic accidiſſent, tum literis allatis, tum facta impreſſione: milites omnia & nũc,& prius, contra Phrynichum ex odio ab Alcibiade facta eſſe crediderunt.

φρύνιχος.) Phrynichus,& Lycis,& Amipſias,comici ſubfrigidi. Ariſtophanes: Vbi inſtar apis Phrynichus immortalium carminum libet fructum, ſemper ferens dulcem cantum.

φρύνων καὶ φιλοκράτης.) Phryno & Philocrates, ambo proditores, alter ob proditionem exulauit, & ob lenocinium malè audijt: Phryno autem ob proſtitutum ſuũ filium, quem ad Philippũ adduxerat.

φωκίων.) Phocion, Phoci filius, multis *φωκίων ὁ χρηστός.* pecunias dedit: & filias aliorum elocauit, & omnibus ſua remiſit Bonus igitur uocatus eſt communi ſuffragio, in cõcione. Cum ius dicebat, ſemper abſoluebat. Qđ uerò de Satyro Demoſthenes & Apollo *Apollophanis filiæ.* phanis filiabus dicit: hoc quidam ad Phocionem referunt: & illum accepiſſe illas, Athenasq; perductas elocaſſe tradunt.

φρυνώνδας.) Fuit homo im ꝓbitate celebris: qui cum peregrinus eſſet, Peloponneſiaco bello Athenis uixit. Ariſtophanes in Amphiarao: O' ſceleſte, & Phrynonda, & improbe tu. Ab hoc improbos Phrynondas uocant. Malitioſus fuit hic Phrynondas, & improbus, qui mercede improba cõſilia atq; commenta facilè inueniret, ut Eudemus ait. Item: Sed puto neq; Phrynondam, neq; Eurybatũ, neq; alium quenquam ueterum improborum talem magũ & præſtigiatorem extitiſſe.

φρύ-

Φρυνῶνος.) Phrynônus, (uel potius Phrynon. Φρυνῶνος enim genitiuum eſſe puto) fuit unus * duodecim legatorum cum Æſchine & Demoſthene.

Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς, ἀμείνων καὶ διακονέστερος.) Homo Phryx fit melior & obſeruãtior uerberibus. Serui Phryges habentur ignauiores, & tardiores.

Φρὺξ μηδὲν ἧττον σπινθάρου.) Phryx nõ minus quàm Spintharus. Hic Spintharus exagitatur à comicis, ut Barbarus & Phryx.

Φοινικήια γράμματα.) Phœniciæ literæ. Lydi & Iones literas à (uel ab Agenore Phœnice.) Phœnice Agenoris filio inuẽtore acceperunt. Sed his refragantur Cretenſes, negantes ab eo inuentas eſſe: ſed Phœnicias literas eò dici, quòd in palmarum ramis ſcribi ſolitum fuerit. Scammon aũt libro 2. Inuentorum, ſic ait dictas eſſe à Phœnice * Actæonis filia. Traditur autẽ hic orbus fuiſſe maſcula prole: ſed filias habuiſſe, Aglaurũ, Erſen, Pandroſum, Phœnicen. Phœnicen autem uirginem etiamnum deceſſiſſe. Qua de cauſa Actæon Phœnicias uocarit literas, ut aliquid honoris haberet filiæ.

*Actæonis filiæ, F. Cecropis.*

Φοινικίδα) Quid parcimus lapidibus, populares? quò minus uiri iſtius corpus ita depectamus, ut purpuraſcat: cum in uos nigræ prunæ efferbuerint?

Φοινικίδης.) Phœnicides comicus: comœdiæ eius ſunt, Tribunus, Inuiſus, ut Athenæus in lib. Dipnoſophiſtarum ait.

Φοινικικῶν τάξεων ἀπηλλαγέντες, καὶ κακῶν φοινικικῶν.) A' Phœnicijs ordinib. & malis Phœnicijs liberati. Siue quòd punicea ueſtis erat bellica, ſiue pro nauticis malis. Phœnices enim uincere dicuntur, in pugnis naualibus, ſiue cruentis, à colore ſanguineo. Et Homerus: Purpuraſcebat ſanguine terra.

Φοινίκων συνθῆκαι.) Phœnicum pacta. Phœnices (Pœni) qui Carthaginem condiderunt, cum ad Libyam appuliſſent, rogarunt incolas loci, ut ſe reciperẽt noctẽ & diem. Hoc uerò impetrato: noluerunt diſcedere: quaſi pepigiſſent noctiũ & dierum manſionem. Quapropter hoc de ijs dicitur, qui inſidioſè paciſcuntur. Similia Demon de Metapontinis narrat.

*Carthaginis conditores.*

Φοῖνιξ.) Phœnix palma, arbor, & auis. Sub Claudio imperatore hanc ad Aegyptios ueniſſe dicunt, (διὰ πεντακοσίων καὶ ὀκτὼ ἐτῶν. Plin. lib. 10. cap. 2: uiuere annis 660.) poſt annos 654. De hac aue memoratur, cum fatum ei inſtet, uenire in Aegyptũ: unde uerò, ignorari. Et cum ipſa ſibi ex caſia & myrrha rogum confecerit, mori: quo cremato, aliquanto pòſt è cinere uermem dicunt fieri, qui mutetur, & rurſus fiat Phœnix: & eò auolet, unde prior Phœnix in Aegyptum uenerit.

*Phœnix auis.*

Φοιτᾷ.) Philoſtratus: Cõueniſſe magos in meridie, & ſub medias noctes, tradit Apollonium.

*Magorũ μεσημβρινὰ.*

Φοιτάδας.) Inquirebat ſitũ regionis, & caſtella, & celebres uias atque interualla.

Φυγαδεία.) Cum geminus interitus ob oculos eſſet: eum cum perpetuo exſilio commutarunt.

Φυγγάνει) Sophocles: Intelligo, nec eà me fugiunt.

Φυλάρχης.) Phylarcha (tribunus) Acbarus conuenit Traianum, prouinciæ princeps, quos Phylarchas illi nominãt: quia & regiones illorũ Phylæ, id eſt tribus dicuntur. Ariſtophanes: Malorum præteritorum ne ſis memor, etiã ſi tu Phylen occupaſti. Fuit autem Phyle caſtellum Atticæ, & nomen loci & municipij: & Phylaſij incolæ (Phyle, caſtellum ab exulibus ſub 30 tyrannis occupatum.)

*Acbarus.*

Φύλαρχος.) Phylarchus Athenienſis, ſiue Naucratita: alij Sicyonium, alij Aegyptium fuiſſe ſcripſerũt: hiſtoricus. Scripſit expeditionem Pyrrhi in Peloponeſum, libris uigintiocto: eamque deducit uſque ad Ptolemæi, cognomento Euergetæ & Berenices obitum, & uſque ad mortem Cleonymi Lacedæmonij, cum Antigonus ei bellum intuliſſet. Item res Antiochi, & Pergameni Eumenis. Compendiũ fabuloſum (περὶ τῆς τοῦ διὸς ἐπιφανείας, apparitione, conſpectu) de Iouis aduẽtu, de inuentis, de ſignificationib. libros ſex.

Φύλαρχος.) Phylarchus, qui in qualibet tribu, equitatus princeps eſt: ſed ſubiectus magiſtro equitum.

Φυλασσόμενος.) Ne deflexit quidem, cauens fugæ ſuſpicionem.

Φυλή.) tribus per ſeſe continet decem millia militum Phylen alij dicunt municipium eſſe Oeneiæ tribus. Menãder locũ eſſe putat, Philochorus caſtellum.

*Quid obſtat quò minus omnia ſint*

Φύσει.) Ariſtophanes: Nihil eſt melius, neque ſuauius, quàm enatas eſſe pennas.

Φύσει.) Veteres dicebant, nihil natura fruſtra eſſe. Figuras autem ſyllogiſmorũ non eſſe natura: neque neceſſarium eſſe, eas utiles dicere. (τὸ δὲ χρησίμους τινὸς χάριν ἔξωθεν ἐπισυμβαίνειν, αὐτὰ γενόμενα.) Sed quia utilitatis cuiuſdam gratia extrinſecus eueniant: ipſas fieri. Syllogiſmi autem nõ ut cibi & potus naturales nobis ſunt *.

Aliæ

Aliæ enim horum ſunt regulæ, mores, leges, & ſtudia popularia, ſingulatim & uiritim. Mutare igitur ea licet, & in maximè contrariam, ſi libeat, transferre uitæ rationem. Vnde quibuſdam, nec ij qui natura uidentur pernicioſi cibi, & uenenati, medicamento adhibito, incommodarũt. Atticam certè quidem mulierem illam, aconitum tanquam olera eſitaſſe ferunt: & Ponticam beluam iſtam, quiſquis Mithridates ille fuit, exhauſto magno calice ueneni non perijſſe, quod corpus eius ita confirmatum eſſet, ut tinctura ferrum, rebus contrarijs: quas ſæpè adhibebat, ꝙ ſuſpectos haberet homo nefarius, à filijs auſpicatus, uniuerſos homines, quaſi ipſi inſidiãtes ſoli, ob præclarã illam tyrannidẽ.

Cibi. Venena.

Attica mulier. Venenum Mithridatis.

φυσικὸς λόγος.) Poſt diſputationes de moribus, philoſophi res naturales tractant: hoc eſt, de corporibus, de principijs & elemẽtis, de mundo, de luce & uacuo, de ſideribus, de Sole, de ratione hominis: quomodo cernamus? quæ uiſionũ in ſpeculis cauſa ſit? de nubib', tonitruis, iride. Tria ſunt in rebus naturalibus, forma, materia, & cauſa per quam forma eſt in materia. Et uerſantur (inquit) in his methodi quinq;: Phyſica, Ars particularis, Dialectica, Mathematica, Prima philoſophia. Eſt autem phyſici, de omnibus, quę expoſitæ ſunt, animæ partibus diſſerere, & de materia, & naturalib. rebus, & * de forma cauſæ: ueluti, cœleſtium materiam eſſe non elementa, ſed aliud corpus Rurſus quæ ſit eorum forma? nempe globoſa: & quare globoſa ſit? quia capaciſſima. Nam in planis, aliarum figurarum capaciſſima eſt circulus: in ſolidis ſphęra. ut etiam Plato in Timæo, hac de cauſa globoſum cœlum factum eſſe tradidit. Et Ariſtoteles reddit cauſam de figura cœli. Ei enim, inquit, ꝙ æternum futurũ ſit, &c. Definit etiam Plato ex habitudine, quam obtinet (πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ) ad ea quæ illud antecedunt (αἱ νοηταὶ οὐσίαι.) Proxima autẽ ſuprà cœleſtia ſunt, eſſentiæ intellectuales. Decet autem id quod à cauſa ortũ eſt, quàm ſimilimum fieri proximæ cauſę, (τὸ αἰτιατὸν ὅμοιον τῷ προσεχεῖ αἰτίῳ) & hui' imaginem & imitamen referre. Propter hoc igitur, inquit, circulo mouetur cœlum, ꝙ mentem imitatur. Propriũ enim eſt mentis, in ſe uergere. Ea enim eſt quæ uideat, & quę uideatur. Videns enim formas, ſeſe uidet: & ſeſe uidens, formas uidet. Plenitudo enim eſt formarum, & forma formarum. Habet igitur cœlum globoſam figuram, ob circularem motum. Eam autem, propter ſimilitudinem cum mente. Aliter: Imitatur mentem, quæ ubiq; eſt. Nam & corpus (πανταχῇ γίνεται) quouis peruenit. Eò igitur quia ubiq; eſt, id quod ubiq; eſt imitatur. Perfectio enim deteriorum eſt, ad ſuperiora conuerſio, & ſimilitudo. Ac ita quidem rerum naturalium & formam, & materiã, & cauſam Phyſicus explicabit. Artifex autem in ſingulis rebus, & ipſe de ijſdem diſſerit. Sed differt à phyſico, quòd in particularibus quibuſdam rebus uerſatur: ut medicus in humanis corporibus: faber in lapidib. & lignis. Sed & is definitionem ita inſtituet, ut & formam & materiam & cauſam comprehendat. Differt etiam alijs rationibus.

* τῆς ὕλης τῆς αἰτίας.

Circulus. Sphęra.

Mentis circulus.

Cœlum globoſum.

Perfectio, ad ſuperiora conuerſio.

Natura eſt ſimplex eorũ quæ ſunt, motio: eaq; in quinq; diſtributa partes. Intelligens, (φύσις νοερὰ) ut in angelis, ex ipſis intellectionibus mutuò cõuenientibus. Rationalis, (λογικὴ) ut in hominibus, nominibus & uerbis, obſcuros animi motus alijs declarans (αἰσθητική.) Sentiens, quæ in brutis cernitur. præter enim facultatẽ alendi, augendi & generandi, etiam ſentientem habent. Naturalis, (φυσικὴ) quæ in plantis eſt. mouentur enim & illæ ui alendi, creſcendi & generandi. Inanimis, (ἄψυχος) ut in lapidibus, quòd & illi mouentur qualitate & loco: qualitate, quia caleſcunt, & frigeſcunt: loco, ob tranſitũ ex loco in locum, alieno motu.

Natura.

φύσις.) Natura eſt, quæ & mundũ continet, & quæ res in terra gignit. Aut ſic: Natura eſt habitus, qui ex ſeſe mouetur, ſecundum ſeminales rationes, perficiens & complectens ea quæ ex ſe ſunt, temporibus definitis, & talia agens à qualib. ſeparata eſt. Hæc utilitatem ſpectat, ut ex cœli opificio apparet. Aut, natura eſt principium uniuerſorum, uniuſcuiuſq; rei motionis & quietis: ut terra mouetur floreſcendo, animalia gignendo, deniq; alteratione. Sed quieſcit tranſitu à loco ad locum, quia prorſus eſt ſtabilis atq; immobilis. Principium igitur talis motionis & quietis eſſentialiter: hoc eſt, naturaliter (οὐσιωδῶς, ἤγουν φυσικῶς) & non per accidens terræ inſitum, naturam uocant. Non motionem autem ipſam, & rerum quietẽ, naturam dixerunt: ſed principiũ, hoc eſt cauſam, qua non per accidens, ſed eſſentialiter eſſentiæ mouentur & quieſcunt. Cum autem Apoſtolus dicit, Fuimus natura filij iræ, ut etiam reliqui: non hac ſignificatione naturæ utitur (alioqui enim autoris

Natura terræ.

Natura filij iræ.

V crimen

crimen id eſſet) ſed permanentem, & peſſimam affectionem, & diuturnam & malam conſuetudinem intelligit.

φυτικαὶ δυνάμεις) Animæ uegetatricis facultates tres ſunt: uis alendi, creſcendi, gignendi. Vegetatrices autem dicuntur, quòd iſtæ ſolæ in plantis conſpiciantur. Sumus igitur & homines, & animalia, & animata: & quia homines, rationales habemus facultates: ut animalia autem, irrationales: ut animata, uegetatrices. Animatas enim etiam plantas dicimus. Animatorum enim eſt, ali, & creſcere, & ſimilia ſibi gignere. Dicuntur autem iſta & uiuere & mori. Iam uita & mors præſentia & abſentia fiũt animæ. Ac quæ uitas meliores habẽt: neceſſariò etiam deteriores habent: non econtrariò. Neq; enim fieri poteſt, ut rationales habeant facultates, niſi prius habuerint inferiores. Atq; adeò nemo particeps eſſe poteſt ſenſus præſtantioris, qui non particeps fuerit deterioris. Quæ itaq; prædita ſunt uiſu, hæc & auditu & reliquis prædita ſunt: & quę auditu, eadem & olfactu & guſtatu, & tactu. nõ autẽ quæ & olfactu, & guſtatu, & tactu: etiam uiſu prædita ſunt: ut talpa. neq; quę tactu, hæc etiam cæteris: ut, ſpõgiæ tactu præditæ ſunt, neq; ullo alio ſenſu. Itaq; fieri non poteſt ut præſtantiorẽ habeat, qui deteriorem non habuerit. Idq; non quòd præſtantiores, quo ſubſiſtant, indigeant deterioribus: ſed cõtrà potius, corpus nõ poteſt eſſe particeps meliorum, ni prius fuerit particeps deteriorum.

φυτόν.
φυτικόν.

Vita ſtirpiũ.

Anima præſtantior deteriorem etiã cõplectitur.

Senſuũ præſtantia.

PRINCIPIVM LITERAE X.

Χαβρίας.) Chabrias, dux Athenienſium fuit.

χαγάνος.) Chaganus, princeps Scytharum. Iureiurando ſumma leuitate cõtempto, ſubito bello amica tuba ſublata, copias cogebat.

χαῖα.) Ariſtophanes: Bona illa quidẽ eſt, ſed Corinthia: hoc eſt, meretrix. propterea quòd Corinthus ſcortis plena fuit.

χάλαζα.) Grando, nubes concreta, & à uento diſſipata & delata. Nix denſatus humor ex nube. Grandines ſunt, in aere aquoſæ humiditatis longè ſupra terram denſatio. Ac nix quidẽ minus quàm pluuia, grando autem magis denſata. In terra uerò cum minus eſt, gelu: glacies, cũ maius. Nix uerò non eſt congelatio: ſed potius in diuerſo colore qualitas eſt ipſius (περὶ ἀλλοίαν χρόαν ἡ ποιότης αὐτῆς.) Ariſtophanes Grandinem appellat, grandia uerba uerba Euripidis.

χάλαζα.) Aut eſt laxo podice, aut grandinoſus. Morbus autem eſt pecorum, qui uiuentib. illis latet: mortuis & occiſis conſpicitur. Carnibus enim illorum eſt admiſta & inſita grando. Solent aũt coci palo rictus porcorum poſt iugulationem aperire, & uidere grandinoſi ne ſint. Grando autem omne malum porcorum eſt.

Pfinnigẽ ſchwein.

χαλαρά) Delectaris ferendis laxis calceis. Erat clemens & miſericors erga ſupplices, aut ſuorum amicorum aliquos.

χαλάσαι.) Aqua cœlitùs delapſa laxauit neruos barbaris. Molliit arcuum cornua. Et uehementiam & impetum ictus ademit. χαλάσαι τὴν ἱερὰν ἄγκυραν: Soluã ſacram ancoram. Metaphora eſt ſumpta à nauibus, quarum ſalus pendet ab ancora. Sacra aũt, id eſt magna, uel bona. Diodorus: Rege remittente, & mollito ea oratione, permittit ei facere quæ uellet.

CHALASTREVM nitrum, à Chalaſtra, palude Macedoniæ.

χαλβάνη.) Vnctio quædam, efficax ad equos.

Galbanũ.

χαλδαϊκοῖς ἐπιτηδεύμασι.) Dubitanti Proclo, quomodo Iſidorus aues imitaretur, & quarundam uocum ſonos in Chaldaicis ſtudiis: ipſe mõſtrabat uiam imitationis cùm aliorum, tum paſſerculorũ, & auium domeſticarum (gallinarũ) quæ inſtrepant alis, cum ſe incitant ad uolandũ.

Imitatio ſonorum.

CHALDAEI. Gens Aſtronomiæ peritiſſima.

χαλεπὰ τὰ καλά.) Difficilia quæ pulchra. Pittacum, deponentem principatũ, ad adoleſcentes dixiſſe ferunt: Difficile eſt eſſe bonum. Solonẽ autem illius molliciem taxantẽ, dixiſſe, Difficilia ſunt quę pulchra. Quare utriuſq; dictum in Prouerbium abiit.

Pittacus.

Solon.

Difficilia quę pulchra.) Ferunt, Periandrum Corinthium ab initio popularem fuiſſe. Poſtea uerò, mutato ingenio, tyrannicum euaſiſſe: unde Prouerbium hoc ortum ſit. Alii difficilia ea quæ fieri nequeunt, interpretantur: quaſi ille ſuum inſtitutum tenere non potuerit.

χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι.) Periculoſum eſt ſecundas cani guſtandas præbere. Inuolucrum infantis, chorion uocat. Quo canes guſtato, infantibus ipſis præ auiditate inſidiantur.

χαλεπώτατον.) Ariſtoteles 2. Topicorum ait, Difficilimum eſſe, inuertere propriam appellationem accidentis. Difficilimũ dicit, quod neq; ſimplex, neq; promptum eſt, ut in aliis.

χαλε-

*χαλεπωτάτους λόγους.*) Difficilimas orationes, id eſt ad fallendum paratas. Candades, electis difficiliorib. & inter eos publicis pręmijs diſtributis, ex eo perſuaſit, ut prouinciarũ gubernatoribus cederẽt.

Didymus. *χαλκέντερος.*) Didymus grammaticus Chalcenteros, id eſt æneis inteſtinis præditus, dictus eſt, ob aſſiduitatem legendi & ſcribendi. Aiunt enim eum ſupra tria millia librorum conſcripſiſſe.

*χάλκανθος.*) Chalcãthus, aqua eſt denſata in Cyprijs metallis ſupra modum ſtiptica, cum caliditate non parua: quæ præ omnibus humidas carnes condire & exiccare poteſt.

*χαλκοῦς κέραμος.*) Aenea teſta, urbs quædam dicitur.

*χαλκιδιτής.*)

*Pieriã tubam, ſanctorũ & grauium hymnorũ Fabrum, continet Pindarum hic puluis.*

*χαλκεῖα.*) Feſtum Athenis, quæ quidã Athenæa uocant: quidam *πάνδημον*, Pandemon, quôd ab omni populo celebretur. Feſtum ualde antiquum.

*χαλκεῖα.*) Feſtum Athenis, quod ab omnibus agitatur. Pòſt à ſolis artificibus, maximè uerò fabris ærarijs agebaẽ. Phanodemus autem ait, id feſtũ non Mineruæ, ſed Vulcani eſſe, qui in Attica æs fabrefecerit. Agitur autem Kalendis Octobris, quo etiam die ſacrificulæ unà cũ Arrephoris peplum ferebant.

CHALCIS. Vrbs Eubœæ.

*χαλκιδίζειν, καὶ χαλκιδίζεσθαι.*) Chalcidenſes imitari: id eſt, eſſe attentũ ad rem. &, Phicidiſſare, (*φικιδίζειν*) pro, puerorũ obſcenis amoribus deditum eſſe. Nam apud eos marium amores exercebantur. Alij hoc referũt ad ſonum literæ R nimis frequentatum (*ἀπὸ τοῦ ῥωτακίζειν*) à Chalcidenſibus & Eretrienſibus, qui id etiã pro S ponerent.

*χαλκιδικὸν δίωγμα.*) Calcidica perſecutio. Inſtitutum quoddam in Theſmophorijs. Cum enim in bello matronæ uota feciſſent, ut hoſtes fugarentur: accidit ut illi Chalcidem fugerent. *καὶ (συνέβη φυγεῖν εἰς χαλκίδα. ὡς καὶ σημείς.)*

*χαλκιδίτης.*) Apud Ioſephũ meretrix, à uili nummulo, qui uni datur, quaſi obolariam dicas, aut teruncíam.

*χαλκίοικος.*) Minerua Spartæ, ſiue ab æneа ęde: ſiue quòd à Chalcidenſib. profugis ædes illa condita ſit.

*χαλκίοισι τοῖς πονηροῖς χρώμεθα.*) Obolis improbis utimur, heri & nudiuſtertius excuſis, improbo charactere.

*χαλκία.*) Callia prætore æneum nomiſma percuſſum eſt. Dicitur autẽ urbs eodem modo affecta eſſe erga bonos uiros: quo erga antiquam monetam. Quemadmodum enim ueteri nomiſmate, quãuis bono, non utimur, ſed nouo, quod malũ eſt: ſic & antiquis hominibus, quãuis bonis, non utimur: ſed militibus huius temporis improbis utimur.

*χαλκολίβανον.*) Genus electri, precioſius auro. Eſt autem electrum aurum alia forma expreſſum: mixtum uitro & lapide. cuiuſmodi compoſitionis eſt ſancta menſa Eccleſiæ magnæ.

*χαλκόπους ἐριννύς.*) Æripes (ęneis pedibus) furia, id eſt firma & indefeſſa in ulciſcendis homicidis.

*χάλος.*) Chalus, fluuius iugeri latitudine, plenus piſcium mitium, & magnorũ.

*χάλυβες.*) Gens Scythiæ, ubi ferrum naſcitur.

*χὰμ.*) Tabernacula, Aegyptus: quia Cham filius fuit Meſrem, Meſre uerò eſt Aegyptus, hodieq; dicitur Meſer.

*χαμαὶ ἀντλεῖν.*) Prouerbiũ, Humi haurire: idem ualet quod nihil efficere. Quale eſt, *τὸ πλίνθον πλύνειν*, Laterem lauare. De inaniter laborantibus, ſiue de rebus irritis dicitur.

*χαμαιζήλου τρέφος.*) Me humi abiectum repertum educauit.

*χαμαιλέων.*) Chamæleon animal, quod in omnes colores mutatur, albo excepto.

*χαμὼς.*) Chamos deus fuit Tyriorum & Amanitarum, ut Aſtarte Sidoniorum dea, cui ſeruijt Solomon.

*χαναάν.*) Chanaan, nomẽ uiri, cuius poſteri dicuntur Chananæi. Moſes quadraginta annos cũ populo, in ſtudio religionis & legum uerſatus, obit, ſucceſſore relicto Ieſu Naue filio: qui introduxit Iſraelem in terram, quam Dominus promiſerat Abrahamo (extenditur autem à flumine Aegypti per mare & terram) eiectis omnibus regibus & principibus gentium. Qui cum ab eo profligarentur: per maritimam Aegyptum & Libyam, in Aphricam confugerunt: cum eos Aegyptij non ſuſcepiſſent, ob memoriã eorum, quę propter Hebræos in rubro mari perpeſſi fuerant. Itaq; ad Aphtos profugi, deſertam illorum regionẽ incoluerũt, eorũ habitu & inſtitutis ſuſceptis: & cauſam, cur è Chananęa terra in Aphricam migraſſent, lapideis tabulis inſcripſerunt. q̃ tabulę adhuc ſunt in Numidia, & ita habẽt: Nos Chananæi ſumus, quos profligauit Ieſus latro.

*Chananæi in Africam profugiunt.*

*Ieſus latro.*

V 2 χάο-

Poetica Miſcreatio.

χάονες.) Chaones, gens Epirotica. Ariſtophanes: Hic nugas agit, fruſtraq́ nos fabulis obtundit, Chao antiquioribus, & Saturnalia olentibus.

χά@.) * Ariſtophanes:

*Chaos fuit, & nox, atq́ erebus primũ niger, et*
*Tartarus latus: Terra uerò, neq́ aer,*
*Neq́ Cœlũ fuit. Erebi aũt in infinitis gremijs.*
*Nox nigris alis pdita ouũ ſubuentaneũ parit.*
*Ex quo circũactis horis Cupido deſiderabilis effloruit,*
*Micãs tergo aureis alis, ſimilis uẽtoſis procellis.*
*Is uerò cum chao alato congreſſus nocturno in amplo Tartaro,*
*Procreauit genus noſtrum, & primùm produxit in lucem.*
*Prius autem non erat genus immortalium,*
*Antequam Cupido omnia commiſcuiſſet.*
*Cum autem alia alys permiſcerentur,*
*Extitit cœlum, Oceanus & Tellus,*
*Omniumq́ deorũ beatorũ genus immortale.*

χαρά.) Quidam aiũt, ratione ſubiecti, uocum diuerſarũ ſignificationem eandẽ eſſe. Prodicus uerò, cuilibet propriam aliquam ſignificationẽ ſubijcere conabat: ſicut & Stoici, qui Gaudium probabilẽ elationem, Voluptatẽ elationem temerariam, Delectationem uoluptatem quę ex contemplatione naſcitur: Iucunditatem, quam ex ſermonibus capimus (χαρὰ ἡδὺς τὴ τέρψις εὐφροσύνη) Verùm hoc eorũ eſt qui leges ferunt. Nam uoluptatem appellare gaudium, nõ eſt peccatum: ſicut neq́ monadem dicere indiuiduam. Neq́ enĩ gaudium, gaudium dicere: aut monadẽ, monadem: ſed alterum alteri accidere, ab ſurdum & falſum eſt.

χαραδραῖ@ λέων.) Charadræus leo, id eſt Theſpiacus, quem Hercules Theſpijs occidit primùm, in loco qui Charadra dicitur.

Morbi regij curatio.

χαραδριὸς.) Auiculæ nomen, cuius aſpectu facilè ſanantur, qui ictero ſiue regio morbo laborant: eamq́ ob cauſam, qui uendunt, occultãt eam, ne eo morbo laborantes gratis ſanentur. At occulit. Num Charadriũ uendit? ſic Hipponax. Hinc prouerbium, χαραδριὸν μιμούμεν@, Charadrion imitans: dici ſolitũ de ijs qui occultantur. Sic Euphronius: Quia enim Icterici auem illam aſpicientes morbo liberantur, propterea occultãt eam uenditores, ne licitator ſine ſumptu ſanet. Quidam ſentiunt, non aſpectum, ſed eſum autis habere remedium.

χαρακτῆρες λόγων φρασικῶν.) Genera dicendi, Grande, tenue, mediocre. Thucydides autem grande imitatus eſt, ut aptũ naturæ ſuæ.

χάραξ.) Charax, Pergamen' ſacerdos, & philoſophus: de quo in ueteri quodam libro tale Epigramma reperi:

*Sum Charax ſacerdos è uenerando Pergami cacumine,*
*Vbi olim cõflixit cum Achille urbiũ uaſtatore*
*Telephus, Herculis inclyti filius inclytus.*

Eſt autem temporibus Auguſti multo recentior. Secundo enim libro meminit, ut ueteris, Auguſti Cæſaris: & in ſeptimo, Neronis, & eorum qui poſt eum imperarunt. Scripſit hiſtoriarum Græcarum libros quadraginta.

χάραξ.) Græci optimum id uallum eſſe ducunt, quod in ſtirpe multas & magnas eminentias habet. Apud Romanos uerò duos uel tres apices ualla habebant.

χάραξ τὴν ἄμπελον.) Vallus uitem. Cũ id quod ſeruatur, à ſeruatore læditur.

χάραξ@.) Charaxus, Sapphonis frater.

χάρητ@ ὑποσχέσεις.) Charetis pollicitationes. Chares dux Athenienſiũ, ad promittendum facilis & prõptus. Vnde prouerbium natũ, Charetis pollicitationes: de ijs qui facilè ac benignè promittunt.

χάριεν.) Si quid pulchrũ eſt atq́ ſplendidum aut iucundum, id per te Plute daſ. Damaſcius: Periculum eſt, ne in facetorũ hominum cauillationes incideremus.

χαρίζεσθαι.) Ingrato morbo, iracundię gratificantes.

χαρικλῆς.) Charicles, un' è 30. tyrãnis.

χαρινάδης.) Charinades tardus erat. Vnde prouerbium, χερεῖον ἐστὶ σοῦ χαρινάδης βαδίζειν, Charinades te eundo uincit. De ijs qui tardè incedunt.

χαριξένη.) Charixene meretrix fuit. Ariſtophanes: Neq́ enim hæc à Charixena ſunt.

χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί.) Gratia ſemper gratiam parit: id eſt, beneficiũ beneficio prouocatur. (Beneficium ſępè dare, docere eſt reddere.)

χάριτες καὶ ἀφροδίτης ξυνέορ@ ἡ διαλλαγή.) Gratiarum & Veneris ſocia eſt recõciliatio: id eſt, pax, eo quòd nuptiæ & feſta tempore pacis celebrantur.

χαρίσιον χαριστήριον.) Hæc à me ſcripta ſunt, exigua grati animi pro multis beneficijs ſignificatio.

χάριτας.) Prouerbiũ, αἱ χάριτες γυμναί, Gratiæ ſunt nudæ: aut quòd candidè ac benigniter gratificandũ eſt: aut quòd gratiæ ſuo ornatu carent. Tres autem ſunt Charites: Pitho, Aglaia, & Euphroſyne. Pitho. Aglaia. Euphroſyne.

Poe-

Poetæ Gratias nudas fingunt, propterea quòd gratis benefaciendum eſt.

Charonis inuitationes. χάρων.) Mors, & nauticę Charonis per contationes, & proclamationes: Quis ad requiē ex malis & negocijs? Quis in obliuionis campum? Locum fingunt apud inferos hoc nomine, ſicut Aueni ſaxum. Quis in aſini uillos? Sic dicunt res inutiles. nihil enim aſini uilli proſunt. Dicitur de rebus inutilibus, quemadmodum dicunt: χύτραν ποικίλλεις, Ollam pingis: Irritæ enim ſunt res infernæ. Ob hoc igitur aſini uillos poeticè confinxit.

χάρων.) Charon Lampſacenus, filius Pythoclis, qui tempore primi Darij floruit, ſeptuageſimanona Olympiade: uel potius Perſicis temporibus, Olympiade ſeptuageſimaquinta, fuit hiſtoricus. Scripſit Aethiopica, Perſica libris duobus, Gręca libris quatuor, de Lampſaco duobus, Libyca, fines Lampſacenorum lib. 4. Prytanes, aut principes Lacedæmoniorum: ſunt autem annales. Origines urbium libris duobus, Cretenſia libris trib. Refert etiam leges à Minoe latas, nauigationem extra Herculis columnas.

χάρων.) Charon Carthaginenſis hiſtoricus, deſcripſit tyrannos quotquot in Aſia Europaq́ fuerunt: illuſtrium uirorum uitas libris quatuor, itemq́ mulierum libris totidem.

χάρων.) Charon Naucratita, hiſtoricus. Scripſit ſacerdotes Alexandrinos & Aegyptios: & quid ſub unoquoque geſtum ſit: reges, qui ab antiquis ſcriptoribus in qualibet gente fuerint: & de Naucrate, & alia quædam Aegyptiaca.

χαρώνειος θύρα.) Charonia ianua, una è ianuis prætorij, per quam damnati iudicio ad ſupplicium ducebantur. Et Ariſtophanes in Pluto: Charon dat ſignum. id eſt, morieris.

Gaudium. Dolor. χαρτά.) Prudentiæ ſignum eſt, uis diſcernendi ea quibus gaudendum & dolendum eſt.

χαρτόν.) Sophocles: Præconi ſalutem dico, ſerò tandem reuerſo: modò læti aliquid afferas. Lætare ſanè, ſi quidem iſta iucunda tibi ſunt.

χάρυβδις.) Mare, quod iuxta * Gades abſorbetur, & uiciſſim cum impetu redit. Dicitur autem, quòd in chaos & interitū trahat. Priſcus de Charybdi dicit: Cum iuxta Siciliam prope Meſſanam in freto Italiæ nauigarent, ubi Charybdis eſt: uehementioribus uētis exortis, naues cum ipſis uiris ſubmerſæ ſunt. Charybdin & Scyllam in anguſtijs ſitas excipere fluxū Oceani, & prætemauigātes ſubmergere tradunt. Illic Vlyſſes omnibus ſuis ſocijs, nauibusq́ amiſſis, ipſe ſolus inſidens aſſeri, marinis fluctibus ferebatur. Hūc Phœnices quidam in undis nauigantē conſpicati, in Cretā nudū ſuſcepiū ad Idomencū adduxerūt. Cui ille hyberno tempore hoſpitium prębuit, & in Phęaciā ablegauit, quæ nunc Corcyra dicitur. At illi eum cū duabus nauibus & ſocijs domū reducūt.

χάσμασιν.) Parthi capita ferarū galeis adiungētes, beluarum rictibus utebanť.

χ cum αι.

χαιρέτω ληρῶν.) Id eſt, erubeſcat ob nugas iſtas. uel, ualeat cum ſuis nugis. uel, ſua garrulitate gaudeat.

χαῖρε φίλον φῶς.) Mulierem libidini indulgere uolentem, lucerna extincta aiūt hoc dixiſſe: quaſi dicat, eam fuiſſe deformem, alij anum.

χαιρεφῶν.) Chærephon, ex municipio Sphettio, & quidem ualde celebris philoſophus, auditor Socratis. Nihil eius ſcriptorum extare putatur. Videtur autē feruidus admodum fuiſſe, & graues cum fratre inimicitias exercuiſſe. Xenophon tradit, Socratem eos reconciliaturum, dixiſſe: Neq́ oculorum neq́ manuum ullam eſſe utilitatem, niſi conſentiant.

χαιρεφῶν.) De macilentis & pallidis capitur. unde prouerbium, οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος, Nihil differes à Chęrephonte. Erat enim pallidus, quippe ſapiētię ſtudioſiſſimus. unde & noctua uocabatur.

χαίρειν.) Salutatio diſcedentium, aut aduenientium. Ponebatur etiam initio epiſtolarum.

χαίρειν.) Gaudere. Salutationem hanc ſerò epiſtolis additam fuiſſe, quidam cenſent. Olim enim alius alij ſimpliciter ſcribere ſolebat, cuiuſmodi eſt: Amaſis Polycrati hæc dicit. Primum Cleonem ait Eubulus comicus, ſic ſcripſiſſe Athenienſibus è Sphacteria, eaq́ re ualde lętatum eſſe: ignorantē, ueteres etiam ea uoce fuiſſe uſos, atq́ ita inter ſe ſalutaſſe, non ſolùm in primo cōgreſſu, ſed etiā in diſceſſu: Et gaudere, pro ualere & ſanum eſſe, uſurpaſſe. Aues ab hominibus diſcunt, Salue, & Sis felix: &, Iupiter propicius eſt, & hoc genus alia: itaq́ precantur, neſciētes quid dicant, neq́ hominibus bene cupientes: ſed linguam ita informatam habent. Auiū ſermo.

χαίρειν.) Gaudete, ſiue uelitis, ſiue nolitis, quouis modo. Ariſtophanes in Pluto: Eſt ꝙ gaudeatis, ſiue uelitis, ſiue nolitis.

*χαιρήμων κωμικός.*) Chæremon comic⁹. Fabulæ eius ſunt hæ: Traumatias, (ut Athenæus ait) Vreus, Alpheſibœa, Centaurus, Bacchus, Vlyſſes, Thyeſtes, Minyæ. Fuit etiam alius eiuſdẽ nominis, qui Hieroglyphica ſcripſit.

*χαῖρις*) Chæris, tibicen Thebanus, indoctus, qui in ſacrificijs tibia canebat. Ariſtophanes: Si Chæris nos uiderit, accedet cantum inuocatus. Prouerbium, *χαῖρις ᾄδων ὄρθιον*, Chæris canit orthium. Citharœdi Chæridis mentionem facit Pherecrates in Agris: Sine uideam, quis peſſimus: Citharœdus fuerit Piſimeles cũ Melite. Quieſce, ego noui: Chæris eſt.

*χαίρω.*) Euripides in Siſipho: Gaudeo & te optime fili Alcmene adeſſe, & ſceleratum illum perijſſe.

*χαίρων.*) Chæron Lacedęmonius, legatus Romã iuit: uir ingenioſus, & in agendo ſolers & ſtrenu⁹, humili genere, & plebeio more educatus. hic tribunus plebis, cum ea mouiſſet, quæ nemo alius fuerat auſus: citò autoritatem in uulgus eſt adeptus. Ac primùm eripuit agrum, quẽ * tyranni conceſſerant reliquis tyrannorũ ſororibus, & uxoribus, & matribus, & liberis: eumq; tenuib. temerè & inæqualiter, pro ſua libidine, diſtribuit. Publicis tanq; priuatis utens, reditus conſumebat: nõ legem curans, non cõe decretum, nõ magiſtratum: propter quę indignati, Cenſores (*δοκιμαστῆρες*) rerum cõium, ſecundum leges conſtituti ſunt. Chæron uerò cum uideret quid fieret, ſibiq; malè geſtæ Reipublicę conſcius eſſet: Apollonidem clariſſimum inter Cenſores, interdiu è balneo redeuntẽ confodit. Quod facinus cũ populus ægrè moleſteq; ferret: dux Lacedæmonẽ profectus, in iudiciũ adduxit Chęronem, ob cædem Apollonidis, reumq; peractũ in uincula cõiecit. Reliquos cenſores incitauit, ut rationes ærarij uerè perquirerent. Illud etiã curæ illi fuit, ut facultates, exulum neceſſarij reciperent, quas Chæron paulo antè illis eripuerat.

*Tribunus plebis tyrãnus.*

*χαιρώνεια.*) Chæronea, urbs Bœotiæ: unde Chæronenſis.

### *χ cum ι.*

*χεζητιάων.*) Videtur Proclides politic⁹ fuiſſe, & eloquens: ſed fœdaſſe lectũ. qua de cauſa *χεσᾶς*, id eſt, Cacator dicebatur.

*χέζομεν.*) Ariſtophanes: Nos uerò damus. Alioqui cõculcati à ſene, octies tantùm cacamus. id eſt, mulctamur. Sententia eſt, Cleonẽ ob exigua lucella Reipub. negocia prodere.

*χελιδόνειον μέλος.*) Cãtus hirũdinis. Eſt aũt eius uox nõ luctus, ſed cantio ſubmiſſa, ad opus aggrediẽdũ hortãs. Propterea hyberno tempore neq; uolat, neq; canit.

*χελιδόνων μουσεῖα.*) Hirundinũ muſea. In barbaros & obſcuros poetas. Cuius in labris Thracia fremit hirũdo. Euripides: Multa hedera, ramus uireſcens, muſeum hirundinum germinabat. id eſt, locus in quo cantillabant hirundines.

*χελιδόνων φάρμακον.*) Hirundinum medicamentum. Apud Hipponactem, philtrum perſeuerãs: cum hirundinem unam primum uiderit aliquis.

*χελώνας.*) Tu beatas teſtudines prædicabis ob pellem: propter aculeũ ueſparũ.

*χελώνη.*) Theſſalicæ mulieres ex ęmulatione, Laidẽ meretricẽ ligneis teſtudinibus feriendo, in Veneris æde occiderunt, celebri conuentu. Poſt aũt nefariæ Veneris ædem fecerunt, cũ mulieres in æde cædem nefariam facere auſæ eſſent.

*Laidis interitus meretricis ob improba facta.*

*χελώνη μυῶν.*) Teſtudo muſcas. De ijs qui aliquid negligunt. Aeſchylus poeta anno ætatis octauo & quinquageſimo perijt, cum aquila teſtudinem in caput eius deiciſſet.

*Æſchyli interitus.*

*χερνίβων.*) Malluuij meminerunt etiam comici, ut q; ad ſacrificia fuerit adhibitũ.

*χερρόνησος.*) Cherſoneſus, regio Thraciæ, & urbs Athenienſibus tributaria, frumẽti ferax. Vnde etiã Atheniẽſes frumẽtum aduehebãt, quos Cleon exagitabat.

*χετταῖοι.*) Chettæi, nomen gentis: id eſt Cananæi.

*χειμών.*) Hyems, eſt ſupra terrã aer frigidus propter Solis longiorẽ diſceſſum. Homerus: Quæ ubi hyemem fugerũt. de gruibus. Loquitur autem non de hyberno tempore, ſed de hyberno loco Thracię. Nec enim cum eſt hyems fugiunt, ſed cum expectatur.

*χειμὼν ὀρνιθίας.*) Hyẽs Ornithia, id eſt acris, quę frigido flatu aues humi proſternit. Dicitur etiam uentus quidam Ornithias, ab auibus: quòd certæ aues hyeme conſpiciantur, ut Aratus ait.

*χεῖρα.*) Manum Dei, Dauid prouidentiam Dei appellat: In manus tuas trado ſpiritum meum.

*χεῖρας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν.*) Manus purgare ſolicitudinum ſignificat ſolutionem.

*Explicatio ſomnij.*

*χειραλειπτήσας.*) Fabius Dictator inſtar boni pugilis, lõgo tempore exercitatus, in certamen deſcendit.

*χειρεψίαι.*) Irrequietæ & continuę fiebant

bant uelitationes, & præludia belli tum peditum, tum equitum.

*χειρῶν.*) Sophocles: Ne cui inimicorũ tuorum me dedas, unà cum filio meo.

Sumptus expeditionis in Bandilos.

*ἐκ χειρῶν*.) Caddus hiſtoriograph⁹ ait, Leonem Macellem, qui poſt Marcianum imperauit, in expeditionem contra Bandilos infinitam pecuniam inſumpſiſſe. fuerunt enim, ut quæſtores indicarunt, per præfectos auri pōdo quadragies mille & 700. per comitem uerò theſaurorum decies & ſepties mille, & argenti pondo ſeptingenties mille, quippe quæ inſumpta fuerint è publicatis principum bonis, & ex imperatoris Anthemij fiſco.

*χειρισμόν.*) Vt non ſolùm imprudens, ſed etiam ueſana appareat adminiſtratio rerum.

*χείρων*) Chiron centaurus, primus artẽ medẽdi herbariam inuenit: præcepta morum uerſibus, quæ dat Achilli: & ueterinarium opus. Qua de cauſa Cẽtaurus appellatus eſt.

*χειρώνειον ἕλκος.*) Chironium hulcus, quod ex frequenti ſtatione in pedib. exiſtit uulnus, & continenter ſaniem excernit. Prouerbium, de inſanabilibus & immedicabilibus hulceribus.

*χέζει*) Agathias, ex inopia commeatus uuas exprimebant, & affatim muſtũ hauriebant. Vnde uenter intumeſcebat, & perfluebat.

*χιάζειν.*) Praxidamas Democritũ Chium & Theoxenidẽ Siphniũ. primus (*ἐν χρώμασι τέξαι*.) in colore poeſin ſuam cōſtituiſſe tradit.

Vir pauper et ſtrenuus.

*χιβούλδιος.*) Chibuldius, ex familia Iuſtiniani fuit, & ſtrenuus in bellica re: & adeò ab auaricia alienus, ut loco maximæ poſſeſſionis in re familiari nullam haberet poſſeſſionem. Hic cum dux Thraciç, ad Iſtri cuſtodiam conſtitutus, in bello cecidiſſet: accidit ut Iſter a Barbaris impunè tranſiretur. Itaq; nec Romanũ imperiũ, nec oẽs eius prouinciæ unius uiri uirtuti in hac re ullo modo æquari potuerunt.

Tribuni militum Conſulari poteſtate.

*χιλίαρχος.*) Trecentis & quindecim an nis ab urbe condita, tribuni plebis imperium adminiſtrandum ſuſceperunt.

1100 locupletiſſimi Athenienſium.

*χίλιοι διακόσιοι.*) Iſæus air: Nec unus eſt (*ἐκ τῶν*) Lylides ducentorũ & mille. Ditiſſimi Athenienſium mille ducẽn fuerunt, qui publica munera obibant. Quorum alij quoq; oratores mentionem faciunt.

*χίλων.*) Chilo Damageti filius, Lacedæmonius, unus ſeptem Sapientũ, breuiloquus fuit. Vnde Ariſtagoras Mileſius, breuiloquentiam, rationem Chiloniam uocat (*πῶς γὰρ μοι, ἀλλὰ πάνυ λιτῶς*.)

CHIOS inſula dicitur etiam Aethle.

Somnij explicatio.

*χιὼν φανεῖσα δυσμενῶν ἔχθρας φέρει.*) Nix ubi apparuerit, hoſtiũ inimicitias affert.

*χιών.*) nix. Candor niuis, ſeparabile accidens eſt. Conſtat enim ex nube, & denſitate materię, quæ ob nimium frigus naſcitur, cum incluſione uenti alicuius, quã neceſſariò candor ſequitur. Nam Aeris, qui in nube eſt, cohibitio, & percuſſio, & frictio quæ in denſitate nubis eſt, propter nimium frigus orta, præcedit excretionẽ, quæ talis coloris cauſa eſt. (pro *τὸ πνεῦμα*, lego *τὸ νέφος*.) Nubes enim cum teritur, & mouetur, albeſcit: propterea etiam ſpuma alba eſt. Frictio autem quædã & motio fit in denſitate nubium, uento, qui ei ineſt, contracto, & in profunditate incluſo, excretione eius impedita. Ac illa quidem ſunt ſubſtantiæ niuis. Albedo autem illam ſequitur, & eſt paſſio quædam accidentalis, quia ſubſtantiam niuis non explet. Nã ſi neq; materia niuis eſt albedo, neq; ſpecies: nõ eſt in ſubſtantia niuis: ſed quia quoddam accidens eſt, materiæ ſuperueniẽs, cum in talem mutatur formã, eò nequit ab ea ſeparari. Xenophõ in Cyri minoris expeditione: Multi oculos ob niuem amiſerunt, alij digitos pedum putrefactos. Oculi autem ſubleuati ſunt, ſi quis nigri aliquid ante oculos habens ambularet. Pedes, ſi quis ſe moueret, noctúque exueret. Qui uerò calceati dormiebant, in eorum pedes corrigiæ penetrabant, & calcei congelabant.

Remedia et tractatus.

*χιωνίδης.*) Chionides, Athenienſis comicus, antiquæ comediæ ſcriptor, qui primus id comœdiæ genus publicè fertur egiſſe, & annis octo ante bellum Perſicum fabulas edidiſſe. Comœdiæ eius ſunt hæ: Heros, Mendici, Perſæ, ſiue Aſſyrij.

Explicatio ſomnij.

*χιτὼν ῥαγεὶς, ῥῆξιν φροντίδων βαρέος.*) Tunica rupta rumpit curarum onus.

*χθονία.*) Plato Reipub. lib. 10. Noli uia obſcura & aſpera incedere, ſed plana & cœleſti.

Balnea mortuorum.

*χθόνια λουτρά.*) Veteres lauacra ad ſepulchra ferebant.

Terra tonans.

*χθονίας βροντάς.*) Omnia atrocia ad matrem terram referunt. Alij ſic dici putant ea tonitrua, quæ magnum ſonitum edãt, aut quæ à terra fiant. Cum enim reſonat terra, ſonum uſq; ad cœlum edit: hominéſque putant talia tonitrua in cœlo fieri. Alij, uel quòd in terra etiam audiantur, uel quòd terram concutiant.

χθόνιος ζεὺς, Terrenus Iupiter, id eſt infernus.

χλαμύς.) Numa, primus Romanorum rex, legatione *Iſaurorum accepta, & forma habitus eorum animaduerſa, inde inuenit chlamydis ueſtitũ, regia ueſte cum ſenatoria cõiuncta: nec extrinſecus quicquam, ſed intrinſecus tincturam purpurę adiecit: ut ex utroq; horum, unũ corpus conficeretur, & in ſenatorum calceis notaretur Romanorum K.

*K, aut forteſsis R, calceorum.*

ἡ συλοσῶντος χλαμύς.) Syloſontis chlamys. Prouerbium, in eos qui ſe cultu ueſtituq; iactitant, ac uenditant. Hic enim ueſtẽ ſumptuoſam habuit, quã donauit Dario, adhuc priuato. pòſt Dario regnum adepto, in patriam reſtitutus eſt.

*Contumelia. Subſannatio. Verbera.*

χλευασία.) Subſannatio: ſpecies eſt cõtumeliæ, & de ea prædicatur in Quid. nã contumelia quę per riſum fit, ſubſannatio uocatur: quæ uerò uerberib. fit, contumelia eodem nomine. Aelianus: In templum ille quidem ſe contulit: ſed cultores Dei & ſubſannauit, & deriſit.

χλιδή.) Xenophon: Non in delicijs educati ſumus, ſed ruſticano more.

χοῦς.) Menſura Attica eſt, capiens heminas octo.

χοάν.) Choan afferebant uocati ad cœnam, ne ex alieno poculo biberent, ob crimen Oreſti obiectum. Prouerbium.

ἓξ χόας χωρήσεται ὁ ἐγκέφαλος αὐτοῦ.) Sex choas capiet cerebrũ eius. In deliros. Sic enim de eo loquitur, quaſi de dolio aut utre, qui inunctus plus capit ijs qui temerè abiecti iacuerunt.

χοάς.) Oraculum redditum eſt, defunctis Aetolorum prædas adducendas eſſe quotannis, & inferias agendas.

χόες.) Choes. Feſtum eſt apud Athenienſes agi ſolitũ, menſe Antheſterione. Quidam feſtum hoc hinc ortum eſſe dicũt. Oreſtem, cum occiſa matre Athenas ueniſſet, Athenienſes ſuſceperunt, & conuiuio exceperunt: at non cum eo uinum biberunt, ſed ſeorſim choas illi appoſuit populus, exiguo loco aſſignato. Aliter. Feſtum Athenis Choes, hac de cauſa celebrari ſolitum. Oreſtes poſt matris cædem uenit Athenas, ad Pandionem cognatum, tum regnantẽ. Reperit aũt eum publicè epulum præbentem. Pandion igitur cum & Oreſtem à ſe dimittere, & communi cibo & potu cum eo uti, qui à cæde nondũ purgatus eſſet, uereretur: ne ex eodẽ cratere biberet, ſingulis diſcumbentibus unum congium appoſuit.

*Homicida uitatur.*

χολάδες.) Cholades, inteſtina. ſic dicũtur uel ab effuſiõe, uel quia naturæ ordine bilẽ hepatis recipiunt. nã in eas cõfluit flaua bilis naturæ artificio, ut ea caleſcãt, & laceſſant ad excernenda ſuperuacanea.

χολαργέων.) Cholargẽſes, municipium Atticæ.

χόλικες.) Craſſa boũ inteſtina. Hæc uerò cum reliq̃ corpore non immolabãtur.

χόρδευε.) Quemadmodũ oneras & imples inteſtina qualibet maſſa: ſic etiam implica & perturba Rempublicam, & commiſce negocia: cõdito ea dictiunculis culinarijs: condimentis utitor, uitijs adhibitis. Polybius: Plerią; ornati erant, unde opulentia eorum colligebatur.

χορείαν.) Choream dicebant ueteres, ſaltationem cãtu adhibito. Duas ſaltationes nouit Homerus: unam Cybiſteterum, alteram ſphæræ. Sphæriſticam luſit Ariſtonicus Caryſtius, Alexandri regis colluſor in ludo pilæ.

χορηγία.) Polybius: Fieri non poteſt ut mari impedimẽta, & cõmeatus legionib. afferant, aut per iumenta: ſed in peris decem dierum geſtandus eſt commeatus.

χορίαμβος.) Choriambus. Babrias, ſiue Babrius, fabulas ſeu fabuloſa choriambicis uerſibus libris decẽ deſcripſit, Aeſopi proſa in carmen translata.

*Babrias uerſus Aeſopici.*

χορὸν δίδωμι.) Chorum do: perinde eſt ac ſi dicat, patior te laudari & uincere. * Nam apud Athenienſes comici & tragici poetæ chorum impetrabant non omnes, ſed laudati & probati.

χορός.) Cœtus canentium in Eccleſijs. Chori autẽ Eccleſiarum diuiſi ſunt in binas partes, ſub Conſtantio Conſtantini Magni filio, & Flauiano epiſcopo Antiochiæ, bifariam Dauidis Pſalmos canẽtes: quod Antiochiæ primùm cœptum, in omnes totius mundi fines exiuit.

*Chori Dauidici.*

χορός.) Chorus tragicus quindecim perſonis, Chorus comicus uigintiquatuor conſtat.

χοροὶ τῶν τραγῳδιῶν ἄχθεται.) Prouerbium. Eſuriẽs moleſtè fert choros tragœdiarum: quia prolixi ſunt. Ariſtophanes: Euolans ergo hic, cum domum ueniſſet, pranſus eſt.

χοσρόης.) Choſroes rex Perſarũ, & quæ ſequuntur. Hæc enim eadem, & ijſdẽ uerbis, ſuprà expoſita ſunt.

χῶμα.) Agger, qualẽ hoſtes in obſidionibus iuxta muros excitare cõſueuerunt. Traianus Babylonẽ profectus, maximũ aggerem reperit, quem excitaſſe ferebatur

*Agger Babylonius.*

tur

rebatur Semiramis. Fuit altitudine pedū uigintiquinq;, latitudine quinquaginta: longitudine continebat ſtadia 70. Vnde urbis illius potentia perſpicitur.

χωραζίν.) Nomen loci, & prophetiæ: Væ tibi Chorazi.

χωρεῖν.) Pergere, & ſuſceptis negocijs immori.

χωρὶς ἱππεῖς.) Seorſim ſunt equites. Cum datis in Atticam impreſſionem feciſſet, Iones aiunt, eo digreſſo, conſcenſis arboribus, ſignificaſſe Athenienſibus equites non adeſſe: & Miltiadem intellecto diſceſſu eorum, conflixiſſe, ac uiciſſe. Vnde & prouerbium dictum eſſe, in eos qui aciem diſſoluant.

Curioſitas inepta. χρεμετίζειν.) Qui primus ſit inuētor, nō magis inuenias: quā ſi quærere inſtituas, quis nam prius ſternutarit, aut ſcrearit.

χρεῶν ἀποκοπή.) Nouæ tabulę, cum pauperibus æs alienum remittitur.

χρεία.) Prouerbium. χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ: Neceſſitas uel rudem docet.

Habitatio incōmoda. χρῆμα.) Domūcula obſcura erat, & deformis, & non diſtincta, & æſtiuo tempore maximè incommoda: ut uideretur carcer potius eſſe. Iulianus: ad Hercyniam ſyluam currebamus, ac uidi rem mirabilē. Hercynia ſylua. equidem affirmare non dubitem, nihil tibi tale uiſum, nec quęcunq; nos ſcimus in Romano imperio. Nam ſiue Theſſalica tempe inuia exiſtimat quiſquā, ſiue Thermopylas, ſiue magnum & arduum Taurum: minimum id eſto, quod ad difficultatem attinet, ad Hercynium ſaltum.

χρῆμα.) Magna res, & admiranda: uir, & animus decenter compoſitus, à primo ortu, quicquid aggreſſus fuerit primorū operum.

χρῆμα.) Ioſephus: Erat ſabbathum dies ſanctus, & Iudæis omnium rerum honoratiſſimus.

Pauper nobiq; iacet. χρήματ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δ' οὐδέποτ' ἐσθλός.) Pecunia uirū facit, pauper uerò nūquam bonus. In eos qui propter diuitias facilè agitant: Ariſtodemus ait.

χρήματ'.) Ariſtodemus Spartiates, à quibuſdā ſeptem Sapientibus annumeratur.

Fortuita nemo ſecum aufert. χρηματισμός.) Damaſcius ait, coactionē argētariam nihil opis allaturam apud Inferos, nec delicias, nec (lego πλουταγέτας, pro πλουκεράτας.) tantopere expetitos iſtos honores, quibus homines politici nihil pręterunt: eoq; uulgò beati iudicantur, cum ſint reuera infelices.

χρημάτων.) Percuſſorem fas eſt occidere, & opes eius diuendere.

χρῆ μοι. Sophocles: Ea reſpondit Phœbus, quæ ſtatim audies.

Non temerè iudicandum. χρεῶν.) Res noſtræ nō aſtris, quod aiūt, notandæ, neq; quid fama loqueretur percontandum: ſed potiſſimū ex conſuetudine noſtra cognoſcendæ, aut certè ſcripta noſtra legenda fuerunt.

χρήσεις.) id eſt utilia bona, propriè dicūtur inſtrumentalia.

Res expetendæ. χρησμός.) Quarum rerū uſus magis expetēdus eſt, hę ipſę etiam magis ſunt expetendæ. Nā ſi uſus diuitiarum potior eſt uſu uirium: etiam diuitię uiribus ſunt pręferendę. Athenienſibus oraculum datum eſt, iubens inferias Aetolis per iniuriam interfectis, quotānis celebrare. & feſtum Choas agere: ſic Atticam rebus ſecundis uſuram.

χρήστης.) Demoſthenes: Creditores initio ſeducti, uiderunt ſe pro pecunia nihil aliud habere, niſi debitorem improbum.

χρηστός.) Bonus ex charitate, ſed non neceſſitate. χριστὸς, oleo unctus: & Chriſtus, Dominus & Deus noſter.

χρηστῶς.) Ariſtophanes: Athenienſium urbs, ſi iſtud bonum eſſet, incolumis non eſſet.

χρίσις) Vnguentū olei regni, quo prophetę in cornu allato inungebant reges. Et Dauid unctus eſt à Samuele. Populi autem ſalutationes, hiſtoria unctiones ſine diſcrimine nominat. Dauid tertiū rex inunctus eſt, id eſt inauguratus. Dauid ter Rex inaugu ratus.

χριστιανοί.) Sub Claudio Imperatore Romanorum, cum Petrus apoſtolus Euodium Antiochiæ epiſcopum deſignaſſet: Chriſtiani, qui pridem Nazareni & Galilæi, dicti ſunt.

χριστόδωρος.) Chriſtodorus, Paniſci F. poeta Heroicus, è Copto urbe. Floruit tēpore Anaſtaſij Imperatoris. Iſaurica conſcripſit libris ſex. continent enim Iſauriæ excidiū, ab Anaſtaſio Imperatore factū. Ritus Conſtantinopolitanos deſcripſit uerſibus, & lib. 12. Ritus Theſſalonicæ li. 25. Ritus Nacles: eſt autem urbs ad Helio polin, in qua ſunt quæ uocantur alphaca. Ritus Mileti Ioniæ Ritus Trallium, Ritus Aphrodiſiadis, Deſcriptionem ſtatuarum Xeuxippi, & alia multa.

Chriſtodorus Thebanus illuſtris, ſcripſit de aucupio uerſibus, & miracula ſanctorū Anargyrorū, Coſmæ & Damiani.

χρόα.) Ferunt Pherecydem ſapientem morbo pediculari deceſſiſſe. Quem cum Pythagoras rogaret, quomodo ſe haberet? digito per fores exrēto dixiſſe aiunt:

Cutis

*χροιὰ δόξα.* Cutis indicat. Hinc à philoſophis dictũ hoc de reb. deterioribus uſurpatur. qui uerò de optimis eo utuntur, errant.

*Tempus.* χρόνος.) Philoſophi incorporeum tempus eſſe dicunt, quod ſpacium ſit mundi motionis. Ac huius quod præterierit, & futurum ſit, eſſe infinitum: præſens uerô finitum, &c. ut ſuprà.

χρόνος ὁμαρτῆς θεός.) Tempus, opportunus Deus eſt: uel quia commode prætérit, uel quia expeditum eſt ad iniurios ulciſcendos.

χρῶμα.) Significat id quod eſt in corporibus, ut color albus & niger, & qui inter hos interiecti ſunt. Significat etiam cantilenas. Dicitur eñi & in muſica color. Tres enim ſoni ſunt muſicæ. Harmonicum eſſe dicunt, quem propriè colorem uocant, Colorem mollem & diatonicum, & differentiæ coloris aliæ in corporib. ſunt, ut eius qui congregat uiſum, aut diſgregat. aliæ in carminibus. nã ſemitonium & molle, homonyma ſunt. Diodorus: Barbarus cum flagris cæderetur, immoto uultu & colore, feræ inſtar tolerabat. *Colores Muſici.*

χρῶμα.) Cum cryſtallinus humor oculi caſu aliquo coloratus fuerit, putamus eodem colore etiam aerem & alia uiſibilia colorata eſſe. Colorẽ autem dicit uiſibilẽ eum, qui in eo eſt quod per ſeſe cernitur. Per ſe autem uiſibilem dicit ſuperficiem. Per ſe autem uiſibilis eſt ſuperficies, non ut id quod definitione per ſe eſt. Duplex enim eſt id quod per ſe eſſe dicitur: aut quód in definitione ſubiecti adhibetur: ut animal & rationale, in hominis definitione. hæc enim per ſe inſunt homini. Aut cuius in definitione ſubiectum adhibetur: ut in definitione paris aut imparis, numerus: & in definitione ſimæ formæ, naſus. Hæc enim per ſe ſunt in definitione. Non ſic igitur dicit per ſeſe uiſibilẽ ſuperficiẽ, ſed ꝙ in ſeſe cauſam habeat cur uideri poſſit. Is uerò eſt color. nã qui in ſuperficie eſt color, idipſum eſt quod cerni poteſt. hũc oculi apprehendũt, non eũ colorem qui in profundo eſt. Perſpicuas enim gẽmas quamuis putamus uidere nos per totam profunditatẽ coloratas, uiſu decipimur. nam quòd gemmæ perſpicuæ ſunt, oculi profunditatem penetrant, * aut colorum efficacitas. Per colorem autem qui in ſuperficie eſt, percipimus gemmas: eaq; de cauſa putamus nos eum quoq; colorem qui in profundo eſt, uidiſſe. Piſides: Non ſunt hæc ad gratiam colorata, ſed ſimplices omnes ueritatis ſermones.

χρυσάνθιος.) Chryſantius, Sardianus fuit philoſophus, quẽ literis accerſiuit Iulianus. Is uerò ſuo loco manſit, cũ diuinitùs eius rei in mentem illi ueniſſet. Neq; enim uitã ſuam ad circumforaneam & nouam religionẽ referebat, ſed numini commendans omnia, eius nutu res gerebat. *Repudiatã Imperatoris uocatio.*

χρυσῆ εἰκών.) Aurea ſtatua. Deierabant Athenis prætores, niſi ea præſtarent, propter quæ magiſtratum gererent, ſe aureã ſtatuam ſuã dedicaturos eſſe in urbe, Delphis & Olympiæ. *Iuſiurandum prætorum.*

χρυσῆν σειράν.) Auream catenam ab Homero Solem dici, in Theæteto Plato ait. *Solis aurea cathena.*

χρύσιππος.) Chyſippus Apollonidæ filius, Solẽſis aut Tarſenſis philoſophus, diſcipulus Cleanthis, poſt quem Stoicæ ſcholæ præfuit, & obijt annos 3 & 70 natus, mero hauſto, & uertigine oborta. Alij ferunt nimio riſu expiraſſe, 142 Olympiade. Scripſit libros amplius ſeptingentos, & philoſophicos & hiſtoricos, & grãmaticos. *Scripta.*

CHRYSIPPVS philoſophus tales ſermones interrogabat: Qui nõ initiatis myſteria dicit, impiè facit: At æadituus nõ initiatis ea dicit: Aedituus igitur impiè facit. Et iterũ * Quod in urbe, id etiam in domo eſt. nõ eſt autem puteus in urbe: ergo neque in domo. Eſt quoddã caput, illud uerò non habes: & eſt caput quoddã, quod non habes: non igitur habes caput. Si qs eſt Megaris, non eſt Athenis: Homo aũt eſt Megaris, non igiť eſt homo Athenis. Si quid loqueris, per os tuũ tranſit: Currũ aũt dicis: quare currus per os tuum trãſit. Si quid non amiſiſti, hoc habes: Cornua non amiſiſti, ergo cornua habes. *Argutiæ.*

EPISTOLA ANASTASIAE *martyris ad Chryſogonum.*

Sancto confeſſori CHRISTI, Chryſogono, Anaſtaſia S. Quamuis pater meus idola plurimùm ueneraretur: tamen mater mea Flauia cum perpetuô Chriſtiana fuiſſet: ex quo peperit, Chriſtianam me fecit, ueræq; Dei cognitionis participẽ reddidit. Poſt obitũ autem illius, uiro nupſi ſceleratiſſimo, cuius gratia diuina coniugium effugi, ſupplicans Domino noſtro IESV Chriſto dies noctesq;, ut ab illo impuro idololatra liberarer: quẽ cõſtat meas facultates oẽs cum impuris & idololatris exhauſiſſe: me uerò tanquam ueneficam & ſacrilegam, in grauiſſimum carcerẽ cõiecit, ut hanc temporariam uitam perderẽ. Itaq; nihil mihi præter uitã reliquũ eſt. Verùm precor, ut cum ſpe diuina moriar. *Mater Chriſtiana.* *Maritus impius.*

Quam-

Quamuis autem confeſſione Chriſti mei glorier: ualde tamen doleo quòd facultates, quas optabam in ſeruos Dei inſumere, ſceleratus ille homo dæmonum cultoribus ſuppeditat: & quas ego in ſeruos Dei expendere optabam, eas fœdis & impijs hominibus largitur. *Preces pro ſe fieri petit.* Propterea rogo te, ſerue Chriſti, ut diligẽter pro me Deũ ores: ut, ſiquidem præſcit Deus, maritus meus Publius credat in Chriſtum: ſin minus, ut eum ſuis fraudibus perire ſinat, me uerò ab eo liberet. Satius enim mori, quã filium Dei abnegare, & in eum credentibus impedimento eſſe, ipſe omnipotens Chriſtus teſtat̃. Cum receſſero ab hoc errore, ſanctis operam dabo: eorumq; curã, uti cœpi, perpetuò ſuſcipiam. Vale ſerue Dei, & memento mei.

*Chryſogonus his literis acceptis, ſic reſcripſit:*

Chryſogonus Anaſtaſiæ S. *Chriſti opẽ implorat.* Tibi, iactatæ procellis uitæ, Chriſtus qui in fluctibus ambulauit, opem ferat, ut diaboli potentiã ſermone illius irritã reddas. Magno igit̃ animo & quaſi in medio mari iacens, credas Chriſto, eum tui rationem habiturũ: & ad teipſam conuerſa, exclamato cũ Propheta, qui dixit: Cur mœſta es anima mea? & reliqua. *Temporaria, æterna.* Duplex enim potẽtia gratiæ diuinæ demonſtrat̃. Nam & tẽporaria tibi abundè ſupperẽt, & cœleſtia adijcientur. *Deus ſerogari uult.* Deus autem eos à quibus nõ rogatur pro bonis tebus, auerſatur. Vide ne turberis hoc, ꝙ tibi piè perpetuò erga Chriſtum affectæ, aduerſa eueniunt. Neq; enĩ fallit te Chriſtus: ſed explorat. neq; firmũ eſt humanũ auxilium, ut tu exiſtimas, cum Scriptura dicat: Execrabilis eſt homo, qui ſpẽ in homine ponit: benedictus aũt, qui in Deum ſperat. Age ſtrenuè & uigilanter, & prorſus effuge peccatũ. Hoc â Deo ſolatium expete, eiusq; mãdata cuſtodi. Iam enim tempus ſalutis ſuper te ueniet, & uelut in obſcura nocte, clarũ tibi Dei lumen affulgebit, & poſt tempeſtatẽ hilare tibi & ſerenum arridebit tempus: tibiq;, ut omnibus propter Chriſtum afflictis, præbebit temporariam patientiam, per quam æternam recipies mercedem. Vale in Domino & ora pro me.

*Rurſus eadem ad eundem ſcribit:*

Chryſogono cõfeſſori Chriſti Anaſtaſia S. Cum finis inſtet corpori meo, ora pro me, ut ille meam animã recipiat: propter quem has afflictiones fero.

*Ad quæ Chryſogonus ſic reſcripſit:*

Ancillæ Dei Anaſtaſiæ Chryſogonus S. Quemadmodũ tenebras lucẽ obſcurare manifeſtum eſt: ſic & imbecillitatem ſalus ſequitur, & poſt mortẽ uita dignis tribuitur. *Omnes eodem tendimus.* Eundem enim finem rerum humanarum felicitas habet, ut neq; ſummiſſi deſpondeant animos, neq; magnanimi glorientur. Vnum enĩ mare eſt, in quo nauigia noſtri corporis decurrũt: & ab uno gubernatore regũtur. *Naues munitæ.* Quorum igitur naues carinis munitæ ſunt, ij incolumes nauigare poſſunt. Infirmę autem, etiam ſine fluctibus in ipſa tranquillitate periclitantur. Non procul enim abſunt ab interitu, quæ nõ ad portum ſalutis peruenire ſtudent. Tu uerò quę ancilla Chriſti irreprehenſibilis es: crucẽ in toto tuo animo conſeruato, teq; ad ſalutẽ præparato, ut in numerũ martyrum Chriſti recipiaris. Vale.

*χρυσομαλλώ.*) Chryſomalo nomen ſaltatricis, aut meretricis, quæ tempore Iuſtiniani & Theodoræ floruit.

*χρυσόπολις.*) Chryſopolis, mercatus Chalcedonię, ubi Gręci, q apud Cyrũ ſtipẽdia fecerunt, ſeptem dies manſerunt, ut prædam uenderent: ut ait Xenophon.

*χρυσὸς κολοφώνιος.*) *Colophonij aurum.* Colophonij optimũ aurum fecerunt. etenim id multum differre dicũt ab alio. Fortaſſis autem Lydi, patria pulſi, aurifodinas Thraciæ, & iuxta Strymonem, cum Ionibus quibuſdam occuparunt, & auro faciendo ſtuduerunt.

*χρυσὸν κρατῶν ἄπρακτος ὢν θέλεις ἔσῃ.*) *Explicatio ſomnij.* Aurum tenens non efficies ea quæ uis.

*χρυσοχοεῖον.*) *Auri Hymettij cuſtodes formicæ.* Fama aliqñ ſparſa eſt apud uulgus Athenienſe, in Hymetto multa ramẽta auri conſpecta eſſe, quæ formicę pugnaces cuſtodirent. Illi uerò arreptis armis, contra eas excurrerunt. Cum uerò re infecta redijſſent, fruſtraq; afflictati eſsẽt: alij alios deriſerunt, dicẽtes, *σὺ δ᾽ ᾤου χρυσοχοήσειν*: Tu uerò putabas te aurũ fuſurum: hoc eſt, tu putabas ramẽtis multis collectis, te aurũ fuſurũ, ac euaſurũ eſſe diuitẽ. Derident̃ aũt à Comicis. Eubulus certẽ ait: Nos aliquãdo Atheniẽſibus perſuaſimus, ut armis arreptis in Hymettũ exirẽt.

*χρυσῷ καταπέτλων ἡμᾶς οὐ γινώσκεις;*) Inaurare nos te non animaduertis? In eos qui fruſtrà conuiciantur. Infert enim: Nunc ornamentum eſt talia audire.

*χοίνικες.*) Tibiæ tuæ clamitãt, Heu heu, modiolos & compedes deſiderantes.

*χοίνικες.*) Rarius eſt genus animorum contemplationi deditiſſimorum, chœnicce, quo periodos metiuntur Aegyptij: qualis fuit Amus & Antonius.

CHOERILLVS, Atheniẽſis tragicus, ſexa-

ſexageſimaquarta Olympiade in certamē deſcendit, & fabulas edidit centum & quinquaginta. Vicit tredecim. Hic ſecundum quoſdam laruas & ſcenā inchoauit.

CHOERILVS Samius. Quidam Iaſenſem, alij uerò Halicarnaſſenſem tradunt, qui fuerit temporibus Panyaſidis, & Perſicis, Olympiade ſeptuageſimaquinta. Adoleſcentem Samij cuiuſdam fuiſſe ſeruum, hominem formoſiſſimum, Samoq́ profugum: Herodoto hiſtorico aſſidentem, eloquentiam adamaſſe: cui & in delicijs eum fuiſſe tradunt. Sed poeticam amplexū eſſe, & obijſſe in Macedonia, apud Archelaum regem. Scripſit hæc: Atheniēſium uictoriam, contra Xerxem, pro cuius poematis ſingulis uerſib. accepiſſe aureum ſtaterem fertur: decreto facto, ut cū uerſib. Homeri recitarentur. Lamiaca, & alia quædam poemata illius extant.

*Scripta.*

*Verè aurea carmina.*

χοιρίον μυστηρικόν.) In Cereris initijs porcus ſacrificabatur. ea enim beſtia illi deæ ſacra eſt.

ἀκροκορινθίᾳ ἔοικας χοιροπωλήσειν.) Videris in Acrocorintho porcos uenditura eſſe: id eſt, fore meretrix Corinthi, ubi pudēda muliebria porci appellantur. Miſceto nos amicitiæ hauſtu.

χύτραν τρέφειν.) Ollam alere. In tectis ollas collocabant, ne accederent noctuæ.

χύτραις ἱδρυτέον.) Ariſtophanes: Quid aliud, niſi ut pacem ollis ſanciamus? Aras enim dedicaturi, aut ſimulacra Dei alicuius, legumina elixa pro primitijs offerebant dedicatis, ob memoriā grati animi de primo uictu. Ariſtophanes in Danais: Teſtor Iouis Hercei ollas, cū quibus ara dedicata eſt olim. Interdū etiā ſumptuoſiore hoſtia dedicabant. Mercuriales uerò ſtatuas pro foribus & alia ſigilla dedicātes, quo expeditior eſſet erectio, ollas polentę adhibebāt. Cōqueſti, magni ſumptus eſſe, alijs uictimis eam dedicarūt. Illi nube infeſta belli profligata, pacē amplexi ſūt, eāq́ ſanciuerūt uictima immolata.

χυτρίνδα.) Chytrinda ludus eſt. Sedet aliquis in medio: reliqui circumcurſantes eum feriunt, donec aliquem attigerit, qui pro ipſo ſedeat.

χυτρόπους.) Saluſtius ingrediēs & exiēs uidebat ollas immaculatas, & fumi expertes, tanquā in foro uænum expoſitas. Maximi autem id faciebat, ſi longo tempore uictu ignis experte uterentur.

χύτροι.) Feſtū Athenis, qđ eodē die quo Choes agebāt, in quo omnis generis ſemina in olla elixa, Baccho & Mercurio offerebant. Theopōpus aūt dicit, conſeruatos è diluuio coxiſſe omnis generis ſemina in olla: unde ſic uocari feſtū, & libaſſe congios Mercurio terreſtri: de olla uerò nunq́ guſtaſſe. Hoc aūt eos feciſſe, qui euaſerint, Mercurij placandi cauſa, pro defunctis etiā. Id autē feſtum celebratur mēſe Antheſterione, ut tradit Philochorus.

*Diluuij memoria.*

χύτροι, Chytri, urbs Cypri.

INITIVM LITERAE Ψ. PS.

PSAMMETICHVS, Aegyptiorum rex, Azotū urbē obſedit, donec expugnauit, q̄ urbs obſidionē diutiſſimè omniū urbium, quas nos ſcimus, tolerauit.

*Azotus.*

ψαμμακοσιογάργαρα.) Conficta uox eſt ab arenis, centurijs & Gargaris, Pſamma coſſogargara.

PSANTHEOPHANICHVS, dictus eſt à Pharaone Ioſephus: hoc eſt, occultorum inuentor.

ψαύει.) Tanquam animatam Dei arcā nequaquam attingat.

ψαφαρόν.) Appianus: Hānibal, dux Carthaginenſiū, Pyreneis mōtibus ſuperatis, in Celticā tranſijt, quæ Gallia nunc dicitur: per eamq́ itinere facto, ad Alpes uenit: eaſq́, quāuis prærruptas, audaciſſimè cōſcendit per magnas ærumnas. Ac ſyluas quidem ſuccîdit & cremauit, flammā autem & cineres aqua & aceto extinxit: itáque mollitas rupes atq́ friabiles factas, ferreis malleis fregit, & peruias fecit.

*Hannibalis Alpium tranſitus.*

ψαισά.) Placentæ, farina oleo & uino imbuta: quas adolebant dijs.

ψακάς.) Dicitur de ijs qui ſputo abūdant. Sic Antimachus poeta cognominatus eſt Pſecas, id eſt pluuia, quòd inter colloquendum ſputo familiares aſpergeret. Etiam Olympicus quidam ſic dictus eſt.

ψευδατραφάξυος πλέα.) Plena grandiū mēdaciorum. ἀτράφαξυς, atriplex, genus holeris eſt, quòd citò grandeſcit.

ψευδέγγραφος δίκη, ἢ ψευδεγγραφῆς.) Si quis aliquē in ęde Mineruę pro ęrario inſcripſiſſet, aut plus quā ille deberet, inſcripſiſſet: dabatur in eum actio falſę inſcriptionis. βουλεύσεως δίκη, Inſidiarum uerò actio dabatur ijs, qui cū olim debuiſſēt, æs alienū diſſoluerant. ψευδοκλητεία eôdē ptinet, cū quis ſe falſo teſtimonio oppreſſum, dānatum, atq́ in ærarios relatū eſſe contendit.

ψευδόπτωμα.) Ariſtophanes: Si qñ in pugna quapiā in humerū cecidiſſent: abſtergebāt ſeſe, ne cecidiſſe uiderentur. Id luctæ genus pſeudoptoma, quaſi falſum lapſum dicas, appellatur. Sentētia eſt: Maiores noſtri, etſi alicubi uicti eſſent, cladē tamen illam

*Diſſimulatio [illegible] damnoclam.*

illam reſarciebant, uictoresque ſuperabant, ut ijs nihil ex priore uictoria commodi accederet.

ψευδόπυρα.) Strategema eſt, cū noctu multæ pyræ accenduntur ad percellendos hoſtes.

ψεῦδος.) Mendacium eſt, hnmana felicitas. Dauid: Ego dixi in raptu meo, Omnis homo mendax.

ψευσθέντα.) Deceptum ab impoſtore, non oportere deſiſtere pugna. Nam illi & conſilia & rationes uariæ ſuppetebāt, quò bellum conficeret.

ψεῦσον.) Sophocles: Ne fruſtrare nos, ô Iupiter, ſpe concepta.

ψηφολόγοι.) Calculorū lectores, id eſt, impoſtores, qui celeritate transferendi calculos fallunt.

*Calculi nigri, albi.* ψῆφος.) Non ſuppetent uires, etiamſi tu ſepties decreueris. Senes enim ſubinde decernebant, quid agendū eſſet, qnid non? Niger calculus condemnabat, albus abſoluebat. Nō deſineris facere decreta, donec uos aliquis pedibus correptos, præcipites deiecerit.

*ψήχει καὶ πέτρας ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου*
*φείδεται: ἀλλὰ μιῇ πάντ᾽ ὀλέκει δρεπάνῃ.*
*Cōminuit & petrā longū tēpus, neq; ferro*
*Parcit: ſed una omnia perdit falce.*

ψιθυρίζειν.) Veneris ſuſurrantis ædes, atq; Cupidinis: & ψιθυριστοῦ ἑρμοῦ, Mercurij ſuſurronis, quas primus cōdidit, Zopyro autore, Theſeus, poſteaquam Phædra Hippolytum per calumniam apud ipſum detulerat. Alij humaniorem cauſam afferunt, quòd homines ibi conuenientes, arcana ſua exponerent, & inter ſe quæ uellent ſuſurrarent.

ψιλός.) Pſilus, id eſt nuda uel uelitum acies eſt ignauiſſima, quæ opponitur exercitui nudorū atq; Inermium: ortoq; tumultu, illa primùm cæditur.

*οἴμοι κακοδαίμων ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι.)* Heu me infelicem, denuò nndus militabo. Romani huiuſmodi milites Auxilia uocant, ob expeditum uſum, & opis ferendæ celeritatem.

ψιλοί.) Nudi, non armati, qui pugnæ tēpore quouis aut lapide aut ligno, aut alio telo ntuntur: aut ſagittarij, quòd armatura tenui utuntur. Tragicus: Adeo te nndus, non habens unde uiuam.

ψίλωθρον.) Pſilothrum, medicamentū quo pili euelluntur.

PSITTACVS.) Aues quæ conſimilem hnmanę linguam habent, & genarū formam, humanum ſermonem imitari poſſunt: ueluti pſittaci, picæ, & ſimiles.

PSITTALIA, inſulula circa Athenas.

ψόαι.) In lumbis ſiti ſunt renes, quibus appetitiones cieri ſolent. Dauid: Lumbi mei impleti ſunt ludibrijs.

ψολοκομπεία. Fulminum alia dicuntur catabatæ, à deſcenſu: alia pſoloentes, ab ardore, quæ tactu ſtatim perdunt: alia argetes, candida, ſiue bruta. *Fulmina.*

ψοφοδεής.) Pſophodees, ita timidus, ut ad quemuis ſtrepitum expaueſcat.

ψόφος.) Strepitus ſeu ſonns, alius eſt facultate, alius actu: ac alia ſtrepere poſſunt, alia non. Ac quæ ſtrepere poſſunt, ſolida ſunt, & læuia, in quibus eſt ſtrepitns facultate, cum agunt, quatenus ſunt ſtrepitu prædita. Nam habilitas ad ſtrependum, eſt ſtrepitus facultate. Cum uerò & poteſt, & agit, eſt ſtrepitus actu. Eſt autē ſtrepitus, ictus aeris, qui certo modo fit. Vt enim fiat ſtrepitns, opus eſt colliſione duorum ſolidorū & leuium corporum, ſubito inter ſeſe contactu. In his enim qui comprehēditur aer, ſubitò eliſus, ſtrepitum ciet. Neq; enim mollia corpora ſtrepitū facinnt, ueluti ſpongia aut lana: neq; etiā dura, placidè & paulatim colliſa. aer enim prius per partes ueluti frangitur. Itaq; uehemēs durorū corporum concurſus requiritur, ut multus interiectus aer cōprehēdatur, qui incluſus & ſubitò expulſus efficit ſtrepitum. Ictus enim eius exitū anteuertens excludit, & ſimul (ἐκπυῤῥηνίζει) elidit. Mollia uerò nō ſtrepunt, eò quòd nō poſſunt aerē excludere incluſum. Per meatus enim (rara enim ſunt mollia) cōminntus exit. Maximè etiā læuore opus eſt ferientibus, quo ſtrepitus maior fiat, eò quòd plus aeris cōprehenſum ſubitò eliditur. In ijs uerò quę læuia nō ſunt, cōminuitur in cauitatibus, quæ plures ſūt, nec ſubitò exit. De (περὶ ἠχῆς) ſono alia plura dicit, quæ prætermiſimus. Strepēs aūt, aut reſonās eſt, qđ pōt unū & continuū aerē cōſeruare, uſq; ad auditū. Eſt aūt cognatꝰ & inſertus aer cauitatibus auriū, iuxta ipſam meningē.

ψόφου πλέως.) Strepitu plenus, id eſt turbulentus ſeu tumultuoſus. De Aeſchylo loqtur. Verba eñ eius magnā quidē ſpeciē habēt: ſed ſi ꝓpius intuearis, nihil rei ſubeſt. Propterea cū dicit ἀξύστατον, id eſt cōfuſum, prurbatū, & ineptè cōponentē, iactabundū: ꝑcipitiorū factorē, ꝙ magna uerba faciat: & obſtrepiloquum, & ignituptū. πυῤῥαγῆ enim dicuntur fictilia: quæ dum igni torrentur, rumpuntur. *Aeſchyli dictio.*

*ψωλὸν φλιάσιν δεῖ σε μέχρι τῶν μυῤῥίνων.)* Cutis tibi detrahēda eſt uſq; ad (caput) pudenda. Prouerbiū extat apud Ariſtophanem in Equitibus, dictū de ijs qui multū cutis amiſerunt (*ἐπὶ τῶν μέχρι πολλοῦ διεσκυμένων.*) Aegyptij *ψωλοὶ* dicuntur, excoriati, id eſt, circūciſi. *μολγὸν φλιάσαί σε δεῖ*, Mulgere te oportet: id eſt, depeculari ærariū.

*ψωμίζεται.*) Ariſtophanes: *ἐπίσταμαι γὰρ αὐτὸν οἷς ψωμίζεται*, Noui quib. rebus Ineſcetur. Paſces nos pane lachrymarum.

*ψωμοκόλακες.*) Pſomocolaces, paraſiti, qui ob unctam quadram adulantur.

PSYLLI, gens Libyæ.

*ψύλλα.*) Ariſtophanes.

*Rogabat modò Chærephontem Socrates,*
*Pulex quot ſuos pedes ſaliret?*

Traditū aūt eſt, pulicem 6 pedes habere.

*ψύρα.* * *ψύρα τ Διόνυσον ἄγοντες.*) In Pſyrā Bacchum agentes. Apud Cratinū extat prouerbiū. Pſyra uerò uilis inſula eſt, & parua, iuxta Chium, quæ uinū ferre nequit. Vſurpamus itaq; prouerbiū, de ijs qui in cōuiuio nō potant, itēq; de rebus uilib.

*Manium euocatio.*

*ψυχαγωγία.*) Ariſtophanes: apud Sciapodes lacus eſt, ubi Manes elicit Socrates. In Manibus eliciēdis, præſtigijs quibuſdā utūtur aduerſus mortuos. Cū em̄ ad ea loca peruenerūt, unde duci poſsūt animæ, quas deſiderāt ij quib. illis opus eſt, eò ueniunt, ubi mortui ſunt ij, quorū Manes eliciunt: nec eueſtigiō Inueniūt locū, ſed ad hūc modū indagāt. Nigrum arietē adhibēt, eūq; uel altero eius cornu, uel anterioribus pedib. cōprehenſis, erectū poſterioribus circumducūt. Is uerò placidè admodū ducentē ſequtur. Vbi uerò puentū eſt eū in locū, in quo ille uel illa ſita eſt: ibi ſe aries ultrò pſternit. Quo facto, illo remoto & occultato, uarijs ſacrificijs & incātamētis adhibitis obambulant & circumeunt illas, & audiūt loquētes, & cauſas propter quas irati ſint, ſciſcitantur. Etiam * Antoninus impetator elicuit Manes patris ſui * Cōmodi.

*Aries monſtrator loci.*

*Triplex uitæ ratio.*

*ψυχή.*) Anima, ſeu animus, ſpiritus intelligens. Partes animi aut ſpecies ſunt tres: Ratiocinās, Animoſa, Appetēs. Neceſſariò igit̄ & triplex uitę ratio fuit, qua rū quælibet tres illas habuit, ſed ad unā impetantē uniuerſa ſeſe cōformauit. Ac ptima quidē rationem ſecuta eſt ducē, cuiuſmodi uita & Reſpublica ſub Saturno fuit. Alia, quæ iracūdia inflammata, in bella & pugnas ruit, principat⁹ & gloriæ cupiditate æſtuās: cuiuſmodi ſūt nationes hiſtotiarum. Alia, quæ appetitu regit̄, luxu & delicijs diffluēs, corrupta, abiecto & effœminato animo, ignauiæ dedita, in luto uoluptatum porci inſtar uolutata, auara, ſeruilis, nihil preclarum, nihil ingenuum ſuſcipiens, infirma & belluina, gula & inguine perpetuò metiens felicitatem, non animo prędita generoſo, corporis inſtar reſoluti & eneruati uno in loco iacēs, neq; ſe amplius mouere poteſt.* Ac multo abiectiorem agebat uitā ijs hominibus qui nunc gignuntur, atq; in terris degunt. Plato, brutorū animam in ſuis Dialogis mortalem eſſe confeſſus eſt. Animæ uniuerſæ affectiones, utriuſq; partis ſunt, & nō animę propriæ: eodemq; modo * intellectio, quæ uiuendi cauſa eſt animātibus, infima & extrema pars animæ. *τὴν γὰρ φυτικὴν δύναμιν*, facultatē em̄ ſiue gignentē, ſiue producentē, ſiue creſcentē & alentē, quæ eſt in ſtirpibus, uiuēdi cauſam facit Ariſtot. Nihil em̄ huius expers uiuere poteſt. Ea itaq; uiuūt, q̄ uel ſola illa ſunt pdita, ſtirpes inquā: unā aūt eſſentiā eſſe uult animę, è diuerſis cōpoſitā eſſentijs, & unitā.

*Vita ratio nis.*

*Vita Mauortia.*

*Vita Venerea.*

*φυτικὴ δύναμις.*

*ψυχικὸς ἄνθρωπος.*) Animalis homo. Ex animo & corpore cōſtat homo. Cū igit̄ agit aliqd quod Deo pbatur, ſpiritualis dicit̄, & nō ab anima nominatur, ſed ab alio maiore honore: ea ſcilicet actiōe q̄ eſt à ſpiritu. Neq; enim ſufficit anima ad perfectū officiū, niſi ſpiritus auxiliū aſciuerit. Vt aūt carnalis homo dicit̄, q carni ſeruit: ſic animalē uocat Apoſtolus, eū q humanis rationib. res cōmittit, & ſpirit⁹ efficaciā nō admittit. Cū ea uirtute uiuimus, ſpirituales dicimur: cū uerò impingimus, & uilis naturæ impulſu contrariū aliqd agimus, terrā nos appellat. Et propheta: Percutiet, inqt, terrā ſermōe oris ſui. nō de terra loquens, ſed de peccatis. & alio loco: Fuit oīs terra labiū unum *: de peccatis loquens. & Abrahamus ſeſe extenuās, dicit: Ego uerò terra ſum, & cinis. & iterū: in uita ei⁹, in nihilū redierūt interiora eius. de uētre loquens. Animæ eorū q uiolēta morte pereūt, nō fiūt dæmones, ſecundū uulgarē opinionē, ſed peccantiū: nō quòd eorū eſſentia mutetur, ſed ꝙ uolūtas eorū, improbitatē illorū imitat̄. Hoc & Chriſt⁹ dicebat Iudęis: Vos (è patre) patris ueſtri diaboli eſtis.

*Spiritualis.*

*Animalis.*

*Terra allegoria.*

*Dæmones qui ſint.*

*ψυχομαχοῦντες.*) Polybius: Romani animosè pugnantes, annos ferè 15, te mari gerenda protſus abſtinuerunt. Secutus etiam deinceps conatus, magna ex parte de uita certamen fuit.

ΔΕΤ.

# ΔΕΥΤΕΡΑΙ ΦΡΟΝΤΙΔΕΣ,

## HOC EST LOCA ALIQVOT CORRVPTA

*Græci Suidæ, inter relegendam Latinam conuerſionem animaduerſa.*

IN uoce ἀδιαφορία, pro προηγούμενα & ἀποπροηγούμενα, lego προηγμένα & ἀποπροηγμένα. deinde pro, τὴν δὲ σύνεξιν, ἀμοιβὴν δοκιμαστοῦ: τὴν δὲ ἀξίαν. Equidē ſtupori meo ſuccēſeo, qui mendum hoc ex abſurditate, & ijs quæ præcedunt, nō animaduerterim. Sed & nūc quid ſit iſta ἀμοιβὴ, nō ſatis aſſequor. Sūpta enim hæc ſunt è ſenticetis Stoicorū.

ἀκέραιον.) καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον.) Puto negationem tollēdam. præſens enim tantùm noſtrum eſſe ait: futurū & præteritum, alienum. Senex ergo nihilo plus amittit moriens, quàm infans modò natus: & ſi diutius uixerit.

ἀναξιμένης.) ἐχθρὸν ὄντα ἀναξιμένους.) Inepta ταυτολογία Anaximenes ultus eſt Anaximenis inimicum. Quare legendum puto recto caſu ἀναξιμένης.

ἄνθρωπος.) καὶ δὶ αὐτῶν εὐδοκιμούντων.) Laudantur, nō qui ſeruantur, ſed qui ſeruāt. Quare ſuſpectus locus.

κατὰ πέντε τρόπους.) Aut legēdum τρεῖς: aut locus eſt mutilatus.

ὁ ψυχάς.) Lego ὅτι ποιητὴς ὢν καλὸς, ὢν χορηγὸς, μικρολόγος ἐχρήσατο τοῖς χορευταῖς, non χορηγοῖς.

αὐτίοχος.) πρὸς τὴν συνήθη φοράν.) F. ἀσυνήθη. &, ὅτι ὁ αὐτός. Idem.

ὅτι τῶν ἀθηναίων.) Sequitur: ἐγεγόνει γὰρ ὡς ἔδει.) Hæc ſentētia ſeorſim ponenda eſt. Neq; enim cum ſuperioribus cohæret: niſi aliquid deſit.

ὅτι αὐτώνιος αυτωρῖνος.) Decepit me falſa diſtinctio: quæ huiuſmodi eſſe debet; ἀξιώσει γὰρ αὐτὸν προέβαλε: κακίᾳ δὲ ἀκερδὲς μὲν, σεμνὸν δὲ ὅμως τόδε ἄθλον. Hemiſtichion heroicum eſt in fine.

ἀρβαζάκιος.) ἦν γὰρ ἐξ ἀρμενίας. Atq Iſaurum eſſe dixit. Quid ergò ſi legas? ἐξ ἀρμενίας: quaſi compoſitum & concinnatum dicas è tribus flagitijs.

ἀρδαβούριος.) στρατηγοῦ μὲν γεγονότος.) F. στρατηγικοῦ. & tamē ne hoc quidē ſatis placet.

ἀρίθμιον.) librarius uidetur omiſiſſe: ἡλίου τῆς.

ἀρετή.) ψυχῇ πεποιημένη. F. πεποιωμένη. παρὰ τὸ ποιόν.

ἀριγνώτη) ἐστὶ δὲ F. ἔτι δὲ. Sed & ſic aliquid deeſſe uidetur. F. ἔτι δὲ δημητριακὰ præterea Cerealia.

γέρων βοῦς.) pro καθαρῶς fortaſſe legendum κατὰ καιρὸν.

ἴδιοτα.) pro παραφράκτους, fortaſſe καταφράκτους.

ἐκ παντὸς ξύλου κῦφον γένοιτ' ἄν.) Quid ſi κῦφον pro cuppa Latino dicatur? ut habēt recētiores Græci multa μιξοβάρβαρα.

ἰσθμός.) inuertendus ordo uerborum; hoc modo: ἰσθμὸς, γῆ μεταξὺ δύο θαλασσῶν, πορθμὸς, θάλασσα μεταξὺ δύο γαιῶν. Sic dicitur διθάλαττος κόρινθος, bimaris Corinthus: & fretum Euboicum intra Eubœā & Bœotiam: Fretum Siculum, inter Italiam & Siciliam: itemque illud inter Seſtum & Abydum.

θεοδόσιος.) καὶ βασιλεὺς ſ. ἐστάθη. Sed βασιλεύσειν ἐλπίζων, uerum eſſe puto.

θεόδωρος.) ἐπεὶ δὲ συνεκρίθη περὶ σοφιστικῆς.) F. ἔπειτα deinde in contentionem uenit de ſophiſtica.

μαξιμῖνος.) ἐκ συνειδήσεως εὐγενοῦς. F. τοῦ ἀγεννοῦς, ex conſcientia ignobilitatis ſuæ remouit patricios.

μέλιτος.) καὶ ἵππον αὐτῶν πολεμίων. poteſt ferri hæc lectio: ut ſi Hector iubeat ſibi adduci equos Achillis. Sed qd ſi τῶν πολεμικῶν; equum bellicum & Mauortium.

ξενοφῶν.) τὴν στρατιὰν F. στρατηγίαν præturam ſiue prouinciam aut ſatrapiam.

## QVAEDAM E CLARISSIMI ET DOCTISSIMI

*uiri Ioachimi, Camerarij annotationibus ad Suidam Græcum, excerpta, & conuerſa ab* HIERONYMO VVOLFIO.

AGATHOCLES & Grammatici cuiuſdam nomen eſt.

AGATHVSA, uocata eſt Tellus, inſula una è Cycladibus. Stephanus

ἀγάλλει.) Et equis & armis & cæteris rebus, quibus ornatur bellum. Thucydides lib. 6.

ἀγαπᾶν.) Quemadmodum poetæ ſua poemata, & patres, ſuos amant liberos. Plato de Rep. 1.

ἀγαπητόν.) Bene ſecum agi putāto, qui id quod rogarint, è Lacedæmonijs audierint. Xenophon in Laced. Repub.

ἀγαπῶ.) Satis eſto ciui, ſibi in ſua ciuitate honorem haberi à populo. Aeſchines contra Cteſiphontem.

ἀγαϑοὶ ὄντες.)Hunc Cyrus ob docendi manſuetudinem admiratus eſt. Cyri inſtitutionis lib. 5 & 6. Admirati mala facinora. Homerus Odyſſeæ 2.

ἄγγελοι.) Nūcium afferre poetæ. Prouerbium. de republica 10.

ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν ὁρμεῖν. Binis ancoris niti. Demoſthenes cōtra Dionyſodorū.

ἀγορανομῶ.) Duo ſunt ordines Aedilıū apud Romanos. Plutarchus in Mario.

ἄγραυλοι.) Agraulus Cecropis F. non Aglaurus. Eſt & municipiū Erechtheiæ tribus. Stephanus: Tres ſunt, à creſcentibus frugibus nominatæ: Pandroſos, à roris abundātia: Herſe Roſcida: Agraulos, ſub dio agitans.

ἀγροικότερον.) Tametſi quippiam hoc agreſtius eſſe dictum, dixerit. Iſocrates in Philippica.

ANCHIALE, Iapeti F. & urbs. Steph.

ἀγχίστροφος ἡ μεταβολή. Subitò fit mutatio. Thuc. 2.

ADAMVS, Telluris & Cœli F. Item Oſtaſus & Andes & Saturnus & Rhea, & Iapetus, & Olympus. Stephanus in uoce Adana.

ἄδεια.) Impunitas impudentiam ingenerauit.

ἀδιέργαστος.)Iſocrates in Philippica: Locus peculiaris, & à nemine omnino tractatus.

ἀδίκημα.) Omnia huiuſmodi uerba: ut, ſi quis fana ſpoliarit; ſi ꝓdiderit: & id genus alia: priuſquam iudiciū factum fuerit: criminum nomina ſunt: Cū uerò in iudicium adductus, conuictusq́; fueris: tunc iniuriæ fiunt. Demoſthenes contra Ariſtocratem.

ἀδικεῖν.) εἰ μὴ ἀδικῶν γ' ἐγώ. Niſi fortè ego ſum iniurius. Prouerbium libro 10. Platonis de Republica.

ADONIDIS horti. Simplicius in 1. Ariſtotelis de cœlo: Equidem ſcio iſtiuſmodi temeritates, quemadmodum Adonidis hortos (ut dici ſolet) florere apud ſtupidos, & aliquid eſſe exiſtimari: ſed intra paucos dies deflorеſcere.

ADRASTVS, Peripateticus Philoſophus, Ariſtotelis diſcipulus, Philippis, Macedoniæ urbe, oriundus. Steph.

ADRASTIA, F. Meliſſi, qui fuit Ides F. quæ primùm Troiæ regnauit: ut Charax tradit, Græcarum hiſtoriarum lib. 2. Stephanus.

ADRESTIA, nutrix Ionis, ut autor eſt Callimon. Scholiaſtes in Argonautica Apollonij lib. 3.

ADRIANI urbs, Stratonicia. Steph.

ἀδυνάτω.)Iſocrates: Nec bene, nec male faciendi facultate deſtitutus.

AERIA ſiue Aetia, Aegyptus ab Aetio quodam Indo. Steph.

AETIVS, interfectus eſt à Valente.

AZA, Gaza. Steph.

AZANIAM quidam uocant Arcadiam. Steph.

ἀεὶ.) Vt prouerbio dicitur: Iſte homo ſemper bonum utrem, bonum ſaccum agit. Ex Alexide Athenæus 11. de uoracibus & bibacibus dictum uidetur.

φλυγέτω ἀειφυγίαν. Perpetuo mulctetur exilio. Plato. 9 Legum.

ἀηδία.) Nulla poteſt ad moleſtiam acceſſio fieri. Demoſthenes aduerſus Olympiodorum.

ATHYR menſis Aegyptiorū, qui eſt Romanis Nouember. In commentario Arati de Pleiadibus.

ἀκακία.) Simplicitatis ſimulatione fucum fecit iudicibus. Demoſth. contra Euergum.

ACACVS, F. Lycaonis. Steph.

ACAENA. Callimachus: Ambo ſimul, ſtimulusq́; boūm, menſuraq́; terræ.

ἀκέων.) Minerua tacebat. Iliados 9.

ACELLVS, Herculis F. è Malide ancilla Omphales, autore Hellāico. Steph.

ἀκμάζει.) Nondum confecimus quæ uolumus: ſed ea omnia nunc uigent, diligentiam requirentia. Xenoph. Inſtit. 4.

οὐχ ἕδρας ἀκμή.)Tempus hoc deſidiam reſpuit. Soph. Aiace.

ἀκόλαστον.) Miſſa fac petulantia uatum oracula. Eurip. Phœniſſis.

ἀκούει.) τοῖς ἀκούουσι λέγει. Quære q audiāt.

ἀκούσια) Ab inuitis fiūt, quæ uel ui, uel per ignorantiam fiunt. Ariſtoteles Ethicorum 3.

ἄκυρον.) Mulieris conſultatio autoritate caret. Ariſt. Pol. 1.

ALABANDICVS ſolœciſmus: &, Alabanda Carum urbs fortunatiſſima.

ἀλάβαστρον.) Pauſanias in Atticis: Ibi conclauia ſunt & tecto aurato, & alabaſtro lapide.

ἀλλὰ μὴν.) At appatet, eos, quos à ueſtra ſocietate abduxerunt, ſeduxiſſe. Xenophon 3. de Græcorum rebus.

ἀλάστωρ.)Quos Alaſtoras & Palānços uocant: ut memoriā quorundā inexpiatorum & ueterū piaculorū perſequentes. Plutarchus de oraculorum defectu.

ALEXANDER Teius primus ſcripſit dialogos. Athenæus 11. Alius Alexander Mile-

Mileſins & Mendius.

Alexander Aphrodiſienſis, diſcipulus Soſigenis ſub Antonino & Seuero.

Alexander Aſclepiadæ F. grammaticus, cognomento eruditiſſimus: qui de omnigẽa materia libros ſcripſit 2 & 40. Steph. in uoce κοσύτη.

ALCETAS, frater Perdiccæ.

HALMONIA prius dicta fuit Minoa. Stephanus.

ἀλώπηξ.) Quo in loco uulpes minxerit: is locus eo anno ſterileſcit. Solõ: Veſtrũ quiſq; ſecat uapidæ ueſtigiã unlpis.

AMATHVS, urbs Cypri, Amathuſe; mater Cinyræ. Steph.

ἁμιλλῶμαι.) Inſtar antiqui illius tibicinis, uel cum Muſis certauerim. Gal. 1. de curatione.

AMMONIVS, magiſter Plotini.

Ammonius, minor, Hermię F. doctor Ioannis Philoponi, diſcipulus Procli.

ἀμωσγέπως.) Ordo & æquabilitas aliquo modo permanens, ciuitatẽ alijs erratis leuabat. Plutarchus Agide.

ἀμφιθέατρον.) Multos ob ea uarioſq; ludos inſtituit: theatro quodã maximo coaſſato: qd' & Amphitheatrũ ꝙ in circuitu undiq; ſedes ſiue ſcẽas haberet, appellatũ fuit. Diõ li. 43. de Cæſ. dictatore.

ἀμφίλογα.) Poſtulabant cõtrouerſias in æquo prætorio diſceptari. de rebus Græcorum 5.

ἀνακαλυπτήρια.) Tradunt, ſacram eſſe Proſerpinæ Siciliam. Nam & raptum ibi eſſe factum fabulantur: eamq; inſulam in nuptijs ob retecta uerẽda, ei eſſe datam. Plutarchus in Timoleonte.

ἀναλαμβάνειν.) Sophocles Philoctete. Turpe admiſſũ facinus corrigere conabimur. Plato Legum 3. Mihi quidem uidetur opus eſſe, ut tanquã equum, ſic diſputationem ſubinde reducamus.

ἀναλαμβάνειν.) Plutarchus in Pericle. Inferior erat diuitijs & pecunia, quibus ille ſibi pauperes cõciliabat. Xenophon rerum Græcarũ libro 3. Imperinm, quod ante tenuiſtis, recuperatote. Theologus Olympio: Grauis ſcilicet res eſt uiri mors: qui hodie eſt, cras futurus nõ eſt: neq; ad nos reuertitur.

ἀναμάρτητος.) Plato Theæteto: Quicunq; peccati expers ſuperſtes fuerit: is in nos regnum obtinebit.

ἀναμαχέμενον.) Polybius 1. Studebat caſum illum priorem, fortiter pugnando emendare.

ἀναπεμπάζειν.) Lucianus Hermotimo: Quæ magiſter nobis dicebat, ruminabam, memoria repetens omnia.

ἀναπειράζειν.) Hoc uerbum prouerbij loco eſt: ut Ephorus libro decimo explicat. Miltiades, inquit, cæterarum inſularum quaſdam, facto exeenſu, uaſtabat: Parum uerò, quæ maxima & beatiſſima eſſet Cycladnm, longo tempore obſidebat & oppugnabat. Iã uerò muris ruentibus, & urbem dediturus: ſylua quadam circa Myconnm fortuitò incenſa: Parij Datin ſignum ſibi dare rati: pactis & conuentis non ſteterunt: nec urbem Miltiadi tradere uoluernnt. Vnde adhuc pronerbio ἀναπειράζειν dicuntur fœdifragi. Steph.

ANNACVS quidam uixit annos amplius 300. Cum autem finitimi oraculũ conſuluiſſent, quo uſq; uicturus eſſet? reſponſum eſt: eos omnes, hoc defuncto, interituros. Quo Phryges audito, ualde lamentati ſunt. Vnde prouerbium: Tempora Annaci deplorare: de ijs qui ualde quiritantur. Facta autem Deucalionea inundatione, omnes interierunt. Steph. Sed mendũ uideť, & ſcribendũ Νάννακος.

ἀνάστασις.) Aeſchylus in Furijs. Semel mortui nulla eſt reſurrectio. Chriſtianæ religioni contraria ſententia, & planè Furioſa.

ἀνάστατος.) Nos Trachine hac extorres, apud hominem hoſpitem habitamus.

ἐκεῖσε βλέπων, δεῦρ' ἀνὰ τἀγαθά.) Pronerbinm in commẽtario Ariſtophanis: Illuc reſpiciens, bona huc confer.

ANTHEDON.) Oraculum. Nõ Anthedonius cũ ſis: de fece bibẽdũ eſt. Plutarchus in deſcriptiõe capitũ. Græcorũ.

ἄνω.) Demoſthenes contra Ariſtocratem: Omnia ſurſum deorſumq; miſcuit.

ἀντιγνωμονήσει.) Xenophon in 4. Cyri inſtit. Nemo ſententiam his contrariam dixerit.

ANTIGONVS.) Motho, uicus eſt Arabię, in quo Antigonns Macedo à Rabilo, rege Arabiorũ, interijt: ut Vranius tradit in 5. Steph.

ἀντλάζε.) Euripides Oreſte: Viciſſim & bona apprehende.

ἀντιλαμβανόμενοι.) Demoſthenes 1. Olynthiaca: Curam rerum ſuſcipite, dum tempus fert.

ἀντιόχεια.) Gadara Cœleſyriæ Antiochia & Seleucia uocata fuit. Hic natus eſt Menippus, ſerius nugator. Steph.

ANTIOCHVS Soter, & Callinicos eſt cognominatus. Lucianus Zeuxide.

Antiochus Olor, Aſcalonita, Philoſophus Academicus. Steph.

ANTIPHANES Bergæus, è Berga, Thraciæ urbe, poeta Comicus qui adeò incredibilia conſcripſit (ut aiunt) ut prouerbium inde extiterit, Bergaiſſare, pro, nihil ueri dicere. Steph.

αὐτίψηφον.) Plato Alcibiade 2. Abſit ut ſuffragia feram deo contraria.

ἀνυπόστατον.) Viribus in bello præditus, quibus nemo poſſet reſiſtere.

ἀπαγορεύει.) In multis actionibus multa etiam impedimenta occurrunt. Xenophon 6. Inſtit.

ἀπαρτίαν.) Inſtructio adhibẽda eſt pro magnitudine & dignitate imperij. Politicorum 5.

ἅπας.) Iudicat melius populus & de Muſiecs & de poetarũ operibus. Nã alij aliam particulam: omnes uerò, omnes.

ἀπείρηκ' ἐν κακοῖς.) Sũ defatigatus malis. Eurip. Oreſte.

ἀπήλγησαι.) Priuatis defuncti dolorib. ſalutis publicæ curam ſuſcipitote.

ἄπιστον.) Reſpublicæ fidem habere tyrannis nõ debent. Demoſthenes 1. Olynthiaca. Pleriſq; mortalibus eſt infidus amicitiæ portus. Sophocles Aiace.

ἀπὸ.) Demoſth. 1. Philip. Sociorum ueſtrorũ opib. uos oppugnat. Ariſtoph. E' pueris æſtimari maximè poteſt. Euripides. Secus ac ſperaram, nõ quemadmodum ablegaui te, recepi.

ἀπογινώσκω.) Neq; quicquam uel rectè uel ſecus eſſe factum pronũciato, priuſquam audierit.

ἀπολογοῦμαι.) Iſtis defenſio longè deterior eſt accuſatione.

APOLLOPHANES Stöicus, Aſibenus. Steph.

APOLLONIVS cognomento Mollis, Meneclis diſcipulus, Rhodi eloquentiam docuit.

ἀπόῤῥητα.) Euripides Phœniſſis. Hoc unum eſto ex arcanis Reipublicæ.

ἄπορος.) Aquilo, uentus magnus, cui obſiſti nequit.

ἀποστροφή.) Omnĩ alio confugio deſtituti. Plutarchus Timol.

ἀποτίνει.) Vlciſcit̃ De⁹ nefaria & iniuria facinora. Theſmophoriazuſis. Ariſtop.

ἀποτίμος.) Res neq; turpes, neq; honeſtæ pciſe ſunt: ſed put ijs homines utuntur, plurimũ differũt. Demoſth. in Amatoria: Oratori omnino utendũ eſt & uerbis ciuilibus, & argumẽtis quæ res ipſæ ſuppeditant. Iſocrates Euagora.

ἀποτρόπαιοι.) Ex eo ſacrificant & malorum depulſoribus & ſeruatoribus. Xenoph. Græcarum 3.

ἀποτυγχάνω.) Nihil unquã iſti, qđ à me petijt, negaui. Dẽoſth. aduerſ⁹. Nicoſte.

ἀπόφανσις.) Areopagitici ſenatus declaratio. Dinarchus contra Demo.

ARACYNTHIA Diana, ab Aracyntho, Bœotię monte. Steph.

ἄραδον.) Bellum iniuſtũ non eſt ſuſcipiendũ.

ARATVS, Cliniæ & Ariſtodames F. Sed dicũt re uera Aeſculapio natũ eſſe. Pauſanias Corinth.

ARATINVS, antiquiſſimus poetarũ q̃s nos nouim⁹. Halicar. Arbius Iupiter, qui in Arbia Cretæ mõte colitur. Steph.

ἀργυρεῖς.) Argẽteæ & aureæ phialæ præmia dabantur uictorib. Herculanorũ ludorũ ab Atheniẽſib. Scholiaſtes Od. 17.

ἀραιὰ τροφή.) Tenuis uictus.

μὴ καλὴν φάτιν ἄρῃ.) Ne ſuſcipias infamiã.

ἀρέσκεια.) Athenæus 6. Adulatio nũc obſequij nomen obtinet.

ἄρειος.) Aeſchylus Furijs. Areopagum hunc, Amazonum ſedem. Et tabernacula, cum uenirent inuidentes Theſeo.

EXERCITVM ducentes, & urbẽ recentem. Hanc altis turribus præditam, tunc alijs turribus oppugnarunt.

MARTI porrò ſacrificarũt, hinc habet nomen.

RVPES, & collis Martius Ariſtippus Lariſſæus in Menone Platonis.

ARISTODEMVS Nyſaenſis, diſcipulus Menecratis, diſcipuli Ariſtarchi: & alius Ariſtodemus, cõſobrinus huius: q Magnum Pompeium inſtituit. Strabo.

ARISTOMACHVS Cleodæi F. Hylli nepos, pater Ariſtodemi & Temeni, & Creſphõtis. Herod. Eratõ c. & Pauſ. Cor. & Ariſtomachus, tyrannus Argiuorum. Pauſa. Cor.

ARISTO Peripateticus ex Iulide oppido Ceæ inſulæ. Steph.

ARSINOE.) Epheſum tẽpeſtate merſam aqs Lyſimachus trãſtulit: & ab uxore ſua uocauit Arſinoen. Quo defuncto priſtina appellatio recepta eſt. Steph.

ARSACE, Raga, urbs Mediæ. Steph.

ἄρτια.) Integris mẽbris & mentib. Mẽtis & ſenſuum integritas. In politicis.

ARCHELAVS, rex Macedõiæ de quo multa ſunt apud Platonem in Gorgia.

ἀρχὴ.) Ariſtoteles de Poetica: principium eſt, quod nõ neceſſariò poſt aliud exiſtit: ſed poſt qđ Natura fert ut aliud fit aut fiat.

ἀρχλειν

*ἀρχλῶ.*) Perſæ principio dāt operā, ne ciues euadāt improbi. Xenoph. Inſt.1. & Pauſ. Elei antiquitus deteſtātur, uel initiò in agro ſuo id animal extitiſſe.

*ἄρχων.*) Prætori mandata erat cura hæreditatum, pupillorum, parentum. Demoſthenes aduerſus Lacritum.

ASIBE, Antiochia Meſopotamiæ dicitur ab indigenis. Steph.

ASESVS, regio terræ Mileſiæ, & Minerua Aſeſia. Herodotus Clione.

ASIA quondā dicta eſt Lydia. Scholiaſtes Apollonij 2.

ASCLEPIADES argumenta Tragœdiarum ſcripſit. Fuit & alius, philoſophus Eretricus. Galenus de uenæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum: Adeò contentioſus fuit Aſclepiades, ut propemodū uniuerſa ueterum dogmata loco moueret: neq; ulli priorū nec Hippocrati parceret. Itaq; medicinā ueterū, mortis meditationem appellare non dubitauit.

*ἀσκωλιάζειν.*) Galenus ad Glauconē 2. Altero pede puerum utribus inſilire iuſſerunt, ut maior uictus pars eò ferretur.

*ἀσπίς.*) Rotundi fuerūt clypei ueterū.

*ἀσπάλαθος.*) Hac ſpīa icti cerui moriūt.

ASPASIA fertur linguam Periclis ad Gorgiæ rationem acuiſſe. Philoſoph.

ATTICVS, Platōicus qdā philoſoph.

*ἀτυχῆσαι.*) Nihil non, quòd æquū fuerit, impetrabit.

ARYS, quidam ex poſteritate Herculis & Omphales.

*αὐγάζω.*) Heſiodus. Noli allos intueri.

*αὐθαίρετος.*) Illa præ animi ægritudine uoluntaria morte obit. Græcarum 6.

AVLA Iouis, Prouidētię dña. Prouerb.

*αὔραι.*) Auræ facilius & ſcriptis in aqua literis tutius creditur, quàm hominū rebus ſecundis. Theologus.

*αὐσονίων.*) Auſonius ſinus, qui Italię ab occidentalibus partibus infunditur: ab accolis Auſonibus dicebat̄. Sed poſteaquam Tyrrheni maris domini euaſerūt: nomen illud in hoc quod nunc habet, mutatum eſt. Halicar.1.

*αὐτάρκεια.*) Herodotus. Nullius hominis corpus in ſe uno acquieſcit. Clione.

*ἄχυρα.*) Ariſtophanes Acharnēſibus. Inquilinos, ciuium paleas eſſe dico.

*βαπτίζω.*) Oraculum: Vter aqua tingetur: at haud demergier eſt fas.

BARDI, poetæ Gallici.

BARDINE, fluuius iuxta Damaſcū. Stephanus.

*βασανίζειν.*) Plato 2. de Repub. ait, quia praua opinione non imbuitur, explorata ſit eius iuſticia.

*βασιλεύς.*) Rex apud Athenienſes fuit, qui ius diceret gymnaſiarchis, & ijs qui aliquem impietatis accuſarent. Demoſthenes aduerſus Laeritum.

BLOESSVS Serioridiculornus poeta, Capreota. Steph.

*βολβός.*) Prouerbium. Farina ni ſit addita, bulbus haud iuuat. Ath.2.

BELLEROPHONTES initio dictus Hipponus (quaſi Equiſapientem dicas) interfecto Corinthiorum principio Bellero, ſic appellatus eſt. Schol. Il. 6.

*βῆμα.*) Craſſitudo ſtirpis Indicarū arborum quarundā eſt amplius * ſexaginta paſſuum. Theoph.

*βίαιον.*) Ariſtoteles Ethicorum 3. Violentum cuius principiū extrinſecus eſt: & quidem tale, ut is qui uel agit uel patitur, nihil conferat: ueluti, ſi quo uentus impulerit.

*βίος.*) Herodotus. Homines inopes illi quidem: ſed qui laborare uellent.

BOSPORVS ab Iônis traiectu dicitur. Aeſchylus Prometheo.

*βουλομένου.*) Ariſtoteles Eth. 4. Is luxu perditus appellatur, qui unum quoddā habet malū, ut rem familiarem euertat: & ipſe ſibi autor eſt interitus.

BVSIRIS Neptuni & Libyæ F. quæ patrē Exaphian, Iouē auū habuit. Iſoc.

*βραβεύει.*) Polybius. Non pleraq;, ſed prorſus omnia, impetu magis, quàm ratione à Gallis adminiſtrantur.

BRANCHVS, amaſius Apollinis.

*βρόχος ὡς ἀληθῶς ἐστί.*) Prouerbium. Re uera laqueus eſt.

*βύειν.*) Galenus Curationis 1. Fatuus quidā, ſe reperire poſſe negauit, quidnā in cribro obturaret, aut non obturaret.

*γέλως.*) Philip. 4. Nunc quidem ridiculè res adminiſtramus.

*γενεά.*) Herodotus Euterpe. Tres ætates uirorum ſunt anni centum.

*γενεάτης.*) Ipſe ſiem Geneata: ſed eſto beata Corinthus. Legendum Teneates.

GIGANTEAM uocant quidam Arcadiam. Steph.

*γλαμυρός.*) Lippus regnat in Cæcorū ciuitate.

GLAVCVS Chius reperit coagmentationem ferri. Herod. Clione.

*γνώμη.*) Eurip. Helena. Mēs defunctorum uiuit illa quidē: ſed ſentētiæ dictionem non habet.

*γράμματα.*) Vt prouerbio dicitur, neq; lite-

literas neq; natare nouit. 3. Leg.

GYLIPPVS Syracuſas liberauit, & inedia ſibi necem conſciuit. Athe.

DAMON fert Periclē docuiſſe Muſicā.

DASTYLES, Tantali F. pater Lyci.

DAEDALIDAE ſiue Dędalēſes, Municipium Atticum.

DAESIVM mēſem Antheſterionem uocant Attici.

δεινά.) Præſtātiſſimis eſſe animis rectè iudicantur: qui & moleſta & iucūda certiſſimè ſciūt. Thucidydes li. 2. Aeſchylus. Sapiens eſt, qui Deos colit.

δεῖ σοί.) Ariſtoteles polit. 8. Quibus ſecundiſſimæ res eſſe uidentur: ijs ſingulari iuſticia, & magna prudentia & modeſtia uehementer opus eſt. (hibetur.

DELVS aliquādo natatilis fuiſſe per-

δημοκοπεῖν.) Diodorus. Tribuni plebis concitant populum.

DEMOSTHENES medicus apud Galenum: & uerſificator, qui ſcripſit Bithyniaca. Stephanus.

DEMOPHILVS, Ephori F. qui reliquam hiſtoriam abſoluit, ut ex Athenęo apparet.

δημωφελεῖς ἔστωσαν οἱ λόγοι.) Sermones populo utiles habeantur.

δῆτα ἀγαθῶν.) Ariſtophanes: Reddet utiq; bonos omnes & diuites.

διά.) In luctu ſenectutē agēs. Inſtit. 4.

δι' οἴκτου.) Euripides. Miſereſcat te fortunarum mearum.

διαχειρίσαι.) Cum ſciret, nullo poſſe modo fieri, ut bina regna adminiſtraret. Herodotus 3.

διαιρῶν.) Qui quàm rectiſſimè celerrimeq; rerum ambiguarum inueniat explicetq; rationem. Xen.

διαιτῶν.) Multa dijs præſtiti conſtituta legibus: multa hominibus iuſta, nec inuidioſa. Thuc.

δίκαιος.) Nos, te conſeruato, periculum hoc adire æquum eſt. Plato.

δικαιοῦν.) Plebs petulans à præſtātiſſimo uiro ſubacta, caſtigatur. Dionyſ. 7.

DIONYSIVS, illuſtris medicus è Cyrto Aegypti urbe: unde Cyrtus, nō à gibbo. Steph.

DIOSPOLIS Arabica urbs, olim Berytos. Steph.

DIPYLVS, Porta Athenienſiū, Thriaſia quondam dicta. Plutarchus Pericle.

δόξα.) Non in eodem ſunt Phantaſia & opinio. Endemiorum 8.

δόρυ.) Polybius 4. Cum, ſecundū prouerbium, ſimul & haſtam & caduceum miſſuri eſſent ad Byzantios.

DORICAM harmoniā ait Doſitheus à Thamyra, in oppido Dorio inuentam eſſe. Steph.

δωροῦμαι.) Euripides. Nolo ego pauper dona dare tibi diuiti: Ne me amentē putes, ſi dando poſcere uidear.

δυσάρεστος.) Diphilus. Paraſitū ne agat homo faſtidioſ⁹. *Gaſt nim ſir gut unte mā dir tut. Dan unarum ? du gibſt nichts darū.* Inſcriptio eſt Xenodochiorum. Hoc dictum æmulatus D. ZVINGERVS aliquando ad me ſcripſit: δεῖ τῶν χαλκογράφων οἷα διδοῦσι λαβεῖν. Cui ego reſcripſi:

δεῖ τοὺς χαλκογράφους { οἷα φρονοῦσι λέγειν / οἷα λέγουσι πλεῖν

niſi fortè boni uiri (quod abſit) non ſint chalcographi. (Steph.

AEGYPTVS, nomē regiōis & fluuij.

AETHIOPS, fluuius. Aeſchylus.

αἴθυγμα.) Sic qui dextrè ſe hominum morib. accōmodare poſſunt: nō modò præſentes, ſed abſentes etiā & longè remoti, relinquūt quædā, eaq; ualde fortia beneuolentiæ erga ſeſe incitamēta. Polybius 4. de Cleomene Spartano.

αἰσθητήριον.) Ne mors per feneſtras noſtras aſcendat. Sic enim exiſtimo uocari ſenſuum inſtrumenta. Theologus.

αἰσυμνητής.) Regni genus eſt quod delectu cōſtat. Sic Mitylenæi quondā dictatorē dixerūt Pittacū cōtra exules, quib⁹ præetāt Antimonides & Alcæus poeta.

AESCHYLVS Alexandrinus.

AETOLVS, Endymionis F..

ENCELADVS, unus è gigantibus.

ἐγκυκλίοις.) Ad nihil eorū; q̄ indies agenda ſunt, utilis eſt audacia. Sed ſi qua eius utilitas fuerit: ea ad bellū ptinebit.

ἐγχωρεῖ.) Plato Phædone. Ne uerò feſtinaueris. Satis enim adhuc ſpacij eſt.

ἔκλειψις.) Scholiaſtes Apollonij in 4. Argo. Quidā exiſtimāt, Lunę defectū fieri, cū à ueneficis mulieribus detrahatur.

ἐκμαγεῖον.) Plato de Legib. Timęus Locrenſis MATERIAM, expreſſam imaginem, & matrem, & nutricem appellauit.

ἑκούσια.) Ariſtoteles Ethicorum 3. Voluntarium id eſt, cuius principium eſt in ipſo homine, gnaro ſingulorum, in quibus actio uerſatur.

ἐκπλήσσει.) Delectatio mœrorē excutit.

ἐκφόριον.) Princeps ac præſtātiſſimus reditus eſt ex agricultura. (liæ.

ELAIRA ſoror Phœbes, Leucippi fi-

HELICON Aceſtæ F. Cyprius Salaminius, textor. Ath. 2.

ἐμβό-

*ἐμβόλημα.)* Ea canere, quæ ab interponendo Embolima dicuntur, primus Agatho cæpit. Ariſtot. de poetica.

EMPEDOCLES ſiue Metonis ſiue Melitonis F.

*ἐν πίθῳ.)* A' dolio figlinam auſpicari. Plato Lachete.

*ἐπεισόδιον.)* Ariſtoteles de Poetica. Odyſſeę prolixus ſermo eſt de quodā multos annos peregrinante, & * uel à ſolo Neptuno impedito. Cum uerò eius res domeſticæ eiuſmodi eſſent, ut opes à ꝓcis conſumerentur: & filio inſidiæ ſtruerentur: ipſe cedit tēpeſtatibus iactatus: cumq́; quoſdam agnouiſſet: aggreſſus eos, ipſe quidē incolumis euaſit: inimicos autem interfecit. Atq; hæc propria ſunt: cætera acceſſiones.

*ἐπιόντα.)* Cū, quæ cuiq; fortuna inſtet, incertum ſit. Contra Ariſtot.

*ἐπιστάτη.)* Multis adminiſtris eget ciuilis conſociatio.

EPICHARMVS, oriūdus Craſto, Sicanorum oppido.

*ἑρμαῖ.)* Mercuriales ſtatuę, ſiue ligneę, ſiue lapideæ, quadrangulę: quæ ſupernè habebant faciem Mercurij: Infernè uerò in latitudine, inſcriptiones.

HERMODORVS Epheſius, amicus Heracliti.

HERMON Pelaſgorum rex, & Hermon Trœzenius ſtatuarius.

*ἔσχατος μυσῶν.)* Myſorum ultimus. Dè contempto homine.

EVAGES Hydreata, fuit illiteratus opilio, & cæterarum utiq; diſciplinarum ignarus: ſed bonus poeta Comicus.

EVAGORAS fuit & Cẏpri tyrannus.

EVDOXVM defenſionem ſcripſiſſe uoluptatis, è 2. Ethicorum Nicomachiorum apparet: atq; in 8 dicitur ſupra modum fuiſſe temperans.

*κλεομάτιν.)* Cleomātin Delphū nominat Lycurgus: cui & ipſi & poſteris eius uictus in Curia perpetuus ſit decretus.

EVMOLPIDAE, ſacra pars Athenis quæ cum Eleuſine ius diceret: impietatis apud eos cauſæ agebantur.

EVRYSTHENES & Patrocles ſiue Procles, reges Spartiatarum. Plato 3. de Legibus.

EPHIALTES cum Pericle in ordinē coëgit Senatum Areopagiticum.

EPIALTES prodidit Græcos in Thermopylis.

*ἵφιπποι.)* F. εὔιπποι. Hyrcanij & tum habebantur & habentur adhuc boni equites. Quamobrem eis utebantur Aſſyrij: quemadmodum Lacedæmonij Sciritis. Inſtitut. Cyri lib. 4.

EPHYRVS Mẏrmecis F. quę fuit uxor Epimethei. Vnde Corinthius ager Ephyra dicitur. * Steph.

ECHENATIDAS, philoſophus Peripateticus, familiaris Ariſtophanis.

ZOILVS. Ad iſtum quidem modum & Zoilus erit clarus, Homeri ſtatuā uerberando. Gal.

*ἔς.)* Neq; crimina obijcere, neq; obiectis aures præbere, prudentiæ eſt.

HEGEMON poëta heroic⁹, qui Leuctricum bellum deſcripſit. Steph.

HEGESIANAX, grāmaticus, qui de dictione Democriti ſcripſit librū unum, & de uocabulis poeticis. Steph.

HELIODORVS Athenienſis, tragœdiarū poeta: uerſib. ſcripſit letaliū uenenorū compoſitionē: ut & Orpheus, qui Theologus uocat̄, & Orus Mēdeſius iunior, & Aratus. Galenus de Antidotis.

EOEE, Aſcræa, Heſiodi amica. Ath.

HERACLIDES grammaticus Cilix Erimna, Tenia eſſe ſcribitur.

HERODICVS, frater Gorgiæ.

IASON dictus eſt, quod medicinam apud Chironem didicit.

ICCVS, Tarētinus medicus 70 Olympiade, item pugil.

ION Alexandrinus, philoſophus Platonicus, laborioſus, auditor Ammonij; Hermiæ F.

HIPPOBATAE, apud Chalcidenſes dicuntur craſſi, hoc eſt, diuites: quaſi cōſcenſores equorum.

HIPPOCRATES fuit è familia Nebridarum, clariſſima inter Aſclepiadas, filius Heraclidæ: pater Theſſali & Draconis: q & ipſi alios Hippocrates genuerūt.

HIPPVS & Cyaneus fluuij ſunt ambientes Aeam, urbem Colchorum, atq; Peninſulam efficiunt. Steph.

HIPPON philoſophus dicebat cœlum eſſe * ſuffocatorem.

*ἵππος.)* Plutarchus Them. Equi aſperrimi ſæpè fiunt optimi.

ISMENIAS diues quidā Thebanus.

*ἰσομοίρως.)* Iſęus. Lex omnes germanos liberos æquam hæreditatis capere portionem iubet.

ICHNVSA dicta eſt Sardinia, à ueſtigij humani ſimilitudinē.

THEOGITON Peripateticus, ex Tragæa inſula, uicina Cycladibus, familiaris Ariſtotelis.

THEODECTES Phaſelita Tragicus, qui ter & decies certauit, & octo coronas meruit.

THEODORA, uxor Iuſtiniani.

THEOPOLIS, Anriochia.

THEOPOMPVS Spartæ rex, primus adhibuit ephoros, quaſi iuſpectores dicas, tegibus.

θυμομαχῦντες.) Vſq; ad extremũ ſpiritũ animoſè pugnantes, uitã prius quã uirtutem reliquerunt. Diodorus.

θυραυλεῖν.) Mulieri eſt honeſtius manere domi, quàm in publico uerſari. Xenophon. Oecon.

καθάρματι.) Solent Athenienſes porcellum mactare, & ſubſellia ſanguine aſpergere.

κακὸν κακῷ.) Oreſtes in ultionẽ patris occiſa matre, malo malũ eſt medicatus: facto pius & ſceleratus eodem.

CALLISTRATVS hiſtoriam de Samothracia compoſuit.

καλοπόδιον.) Vno ligni pede omnes ſuc cingere. Prouerbium Gal.

CANACHVS, Sicyonius ſtatuarius.

καπνὸν.) Dum fumum ſugias, in ignẽ incidere. Plato.

CARDIA, urbs Thraciæ, Lyſimachia poſtea dicta.

CERASIS & Ceraſias dicitur Cypr⁹, quòd multa habet promontoria.

κιῤῥὸν.) Leuiſſima quæq; uina deligenda ſunt (ſ. ægrotis.)

CLEODAMAS Achnæus, ſcripſit de re equeſtri, & domandis pullis equinis.

CLEOPHANTVS F. Themiſtoclis.

CIMONIS auum, ob uæcordiam COALEMVM fuiſſe dictũ tradit Plutarchus.

COLOSSAE beata Phrygiæ urbs.

κολούει.) Hero dotus. Solet Deus elata omnia premere.

COLOTES Epicuteus, librũ ad Ptolemæũ ſcripſit: quo philoſophos omnes perſtringit: & hoc antiquior pictor.

CONTHYLE, municipiũ Ptolemaicæ tribus.

κορώνη.) Adoleſcentulam mulierem ſubijce ſeni effœto. Oraculum.

COTINVSA, Gades dicũtur, ꝙ Oleaſtri in ea felicitet prouenianr.

LAIS meretrix ex oppido Sicilię Hyccara.

LAODICE, ſoror Antiochi: unde Laodicea.

LVCIVS, grammaticus Tarræus, cuius libri 3. de prouerbiis optimi ſunt in manibus: itemq; de literis & Technica elegantiſſima. Steph.

LYGDAMIS, tyrannus Naxiorum. Heſychius ait, eum etiam, qui Dianæ tẽplum cremarit, Lygdamidem fuiſſe uocatum. Fuit & Lygdamis Halicarnaſſenſis, pater Artemiſiæ.

LYCVRGVS, relicta Charilai turela in Cretam, ad Lyctios, Lacedæmoniorum colonos ſe contulit: ne quam legẽ ſoluere cogeretur. Ariſtot. Pol. 7.

MANES, pater Atys, qui Lydum genuit: à quo à Lydia nomen habet.

MARPESSA, mons Pari, unde ſaxa exciduntur.

MAENALVS, Lycaonis F. unde Mænalus, oppidum Arcadiæ, iuxta mõtem Mænalum.

MAEONIA, Lydia, à flumine Mæone, qui circa terrã Achæidẽ fluit. Steph.

μέθυ.) Veteres, numen uenerantes, ſeq́ue hilatitati dantes, potionem temetũ appellarunt.

METAPONTIVS, qui & Abſyrtus, Medeæ frater.

MOLON, rhetor Alabandenſis, diſcipulus Meneclis: qui cum Rhodi docuerit, Rhodius uocatur. Strabo.

MORGES poſt Italũ regnauit: à quo Morgetes.

MYCONVS, una è Cycladib⁹, ubi ſitos eſſe perhibent giganres * ab Hercule pulſos. Vnde prouerbiũ: Omnia ſub unã Myconũ: de ijs qui natura diſtincta, coniungunt: & Myconius caluus: quod id uitium ei loco familiare ſit. Steph.

NICOPOLIS appellata eſt Iſſus, cũ Darium uiciſſet Alexander. Steph.

οἶνος.) Prouerbium, Vinum nõ habet gubernacula. &, Vina iubent ſaltare ſenem, licet ipſe recuſet.

HOMOLE, Mõs Theſſaliç & Thebarũ: quæ ad montẽ ſitæ Homoloides dicũr.

OPICI, populus Italię. (Steph.

ὁρῶ.) Sic uidendum, ut non uideas: & ſic audiendum, ut non audias. *Man muß iberſehen, vnd iberhæren.*

PERDICCAM ait in Gotgia Plato, fratri Alcetę imperiũ eripuiſſe: q Alcetas ab Atchelao, ſerua ei⁹ nato, fuerit interfect⁹.

πέτρα.) Gutta cauat lapidem, non ui ſed ſæpè cadendo.

κυνὸς κεφαλή.) Thebarũ locus eſt. Caput canis, unde otiũdus eſt Pindarus poeta melicus Bœotius, Daiphanti F.

πιπράσκω.) Prouerbium. Impro bus argento uendere cuncta ſolet.

PITY-

PITYSA,olim dicta eſt Miletus,ꝙ multas haberet pinus.

πλέον ἥμισυ παντός.)Plato Legum 3. Dimidium plus toto,cum totũ capere nocet,dimidium expedit.

POMPEIOPOLIS, Soli oppidum, à Pompeio inſtauratum.

Ποτνιάδες πῶλοι.)Potniades equę,In furorem actæ, Glaucum Siſyphi F. herum ſuum Potniis Bœotiæ deuorarunt.

ποτί.)Doricum prouerbium:Lapis eſt amuſſi accommodandus.

PTOLEMAIS in Libya eſt Barce.

PTOLEMAEVS,qui Alexandrum apud Oxydracas conſeruauit, Soter eſt appellatus.

PYTHIA, mulier quædam dinaricatis crurib. Apollinis inſidere tripodi dicitur: unde malus ſpiritus infernè exhalans,& per genitales eius partes diſtributus,furore illam complet. Quæ reſoluto capillo poſtea bacchatur, ac ſpumas agit,& ſic alienata mente,inſana uerba effatur.Chryſoſtomus.

PYTHOPOLIS, Antiochia Cariæ, quæ & Nyſſa.

RAMATHA, Laodicæa Syriæ.

ῥύαξ.)Ex quo tempore Siciliam Græci tenuerunt,ter Aetnam flammarum globos eiaculatam eſſe tradunt.

SAGARIS quidam cum Homero ui nente concertauit.

SAMVS.Cum Athenienſes urbe tradita,Samum ſibi relinqui poſtularẽt, Lacedæmonij reſponderunt:Cum ipſi neſtri non eſtis,tunc & alios habere uultis? Vnde prouerbium.

Samũ petit, qui ſemetipſũ nõ habet.

SATYRVS antiquas fabulas collegit.

σελήνη.)De iis qui calamitatib. conflictantur, dicitur, Eos Lunã detrahere.

SELINO eget. De iis qui periculoſè ægrotant, quòd monimenta mortuorũ ferè ſelino coronare ſoleant.

SILENI,ſunt ſatyri ętate prouectiores.

σημεῖα.)Theophr.Cũ acida malus punica dulce pomum gignit, & dulcis acidum, id haruſpices prodigium & contra naturam eſſe cenſent.

SIBYLLA Erythræa Mermeſſia fuit, ex oppido Phrygiæ.rubri coloris.

SIMPLICIVS & Eulabius Phryges, diſcipuli Damaſcij.Quãquam ipſe Simplicius,præceptorem ſuũ nominat Ammonium 8.Phyſices.

σιωπή.)Theol.Silẽtium, eſſe aſſenſum, & prouerbium docet. Plato:Statuo te aſſentiri,cum non reſpondeas.

SCYTHINVS, poeta Iambicus,Teius.

σκύφος.)Athenæus 11.Eam pateram Teleboæ dat filio ſuo Neptunus: Teleboes Pterelę:hoc capto diſceſſit ex Anaximandro.

SOLYMI,olim Myliæ, & regio Myliana.

SVSA urbs, ob amœnitatẽ & liliorũ abundantiam ſic à Perſis appellatur.

SPADA, pagus Perſicus, in quo primo facti ſunt eunuchi, unde ſpadones dicuntur.

σῦκον.)Poſt piſces ficus, poſt carnes legumina.Gaudet auis ficu:ſed eam plantare recuſat.

συρακοῦσαι.)Aiunt Miſcellum Crotonis & Syracuſarum Archiã cõditores, cum oraculum Delphicum conſulerent, à Pythia interrogatos, diuitias'ne an ſanitatem expeterent? ac Miſcellum ſanitatẽ, Archiam diuitias poſtulaſſe. & huic Syracuſas,illi Crotonem condendam dediſſe.Vnde factum, ut Crotoniatæ ſaluberrimam incolerent urbem & pugiles exiſterent:Syracuſani uerò tantis eſſent opibus, ut de ſumptuoſis prouerbio iactaretur: Ne Syracuſarum quidem decimæ illis ſufficerẽt.Sphærus(globus)Empedoclis intellectilis Mundus.

τεμάχη.)Aeſchylus tragœdias ſuas dixit eſſe fruſta quædam magnarum Homeri cœnarum.

TENEDIVS tibicen. De iis qui falſũ teſtantur.Tibicinẽ enim Philonome ad Cygnum adduxit,pro teſtimonio dicentem:Tenuem ipſi uim facere uoluiſſe.

TERMERIA mala.Hercules Termerum,confracto eius capite, interemit: ꝗ (ut probabile eſt)obuios capite pdidit.

τετρακτύς.) Quaternio. Proclus in Timæum: Quadrifariam in uniuerſo elementa diſponuntur:habita ratione cœleſtium & æthereorum: eorumq́; quę & ſupra & infra terram ſunt.

TIMOTHEVS,citharœdus Mileſius, fecit legum citharœdicarum libros 18. numero uerſuum 8000. & pronomina aliorũ 1000.Mortuo in Macedonia hoc inſcriptum eſt:

*Patria Miletus genuit Muſis uenerandum*
*Timotheũ,citharã, qui regit arte manus.*

TIMOCREON Rhodius, Comicus & quinquercio: de quo extat epigrãma:

*Multa bibens,& multa uorans: mala multa loquensq́,*
*Dum uiuo; hic iaceo Timocreon Rhodius.*

TISA-

TISAMENVS, Oreſtis & Hermiones filius.

TVRCVS Euſtathius in deſcriptorẽ orbis ait: Hunnos ſeu Thunnos à Perſis uocari Turcos, qui uerſus Septentrionẽ * Orientis habitent.

πιαῦτα.) Secũdũ uetus uerbũ Tibi iſta placent ſcilicet: mihi hæc. Ath.

HYDRVSA, ſũma urbs (arx) Iapygiæ.

Hydruſſa, Tenos, inſula ex Cycladib.

ὕπαρ.) Neq; uigilans neque ſomnians. Plato.

HYPERBOLVS, homo improbus, qui Samij periit. Thuc.

ὕπερον κοσμεῖν.) Piſtillum ornate uidetur ſtudium minutarum rerum indicare. Demetrius.

ὑπερσαρκάσας.) Dionyſius Heracleæ tyrannus præ delitiis, & ob quotidianã ingluuiem, paulatim obeſus factus, difficultate ſpirãdi & ſuffocatiõe affect⁹ eſt.

ὑποθέσεις.) Primę hypotheſes quamuis nobis probabiles, ſunt tamẽ accuratius conſiderandæ. Plato.

ὑπόκαυμα.) Hippocrates. Seni parũ eſt calidi. Quapropter paucis egent calefaciẽtibus. A multis enim extinguũt.

ὑπόμνημα.) Breui cõmonefactione & admonitione res uobis perſuadere maximas conabor.

φαλακρὸς.) Gregorius. Nec uulgari ꝓuerbio ſum factus cautior: quod uetat caluum arieti aduerſa fronte occurrere.

PHARNVCHVS Aſibenus, Perſicas hiſtorias conſcripſit.

PHILOLAVS Corinthius leges Thebanis tulit.

PHILOCYPRVS cum Solone Solos condidit.

PHOBVS quidam primus è Leucade ſe demiſit.

PHOCICA deſperatio. Prouerbiũ de ijs qui * extrema capiunt conſilia.

φοίνισσα.) Menander. Phœnix ſtatim fio: altera manu do, altera capio.

φύλακος.) Plato: Cuſtodem egere cuſtode, ridiculum eſt.

φυλαί.) Antiquæ tribus apud Athenienſes ſunt 4. Aegocerenſes, Argadẽſes, Geleontes, Armati. Theramenes: deſertor & proditor natura fuit.

CHARONDAS Catanæus, illuſtriſſimus legiſlator Italorum & Siculorum. Plato.

CHARYBDIS, Fretũ. Mare inter Rhegium & Meſſanam: ubi minimum à continente diſtat Sicilia. Eſtq; Charybdis locus is appellatus, quo traieciſſe Vlyſſes dicitur. Quia uerò per anguſtias magna maria Siculum & Tyrrhenum ibi irruunt & fretum undoſum eſt: merito Charybdis periculoſa eſt habita.

χωλὸς.) Si cum claudo habitaris: ſaltẽ altero pede ſubclaudicabis.

CHONNIDES, Comic⁹ Athenienſis.

CHRYSOROAS (Aurifluus) fluuius mediam Maſtauram, Lydiæ urbem interluens.

χάρμηλέων.) Laſus argutabatur, crudũ piſcem eſſe aſſum (ὀπτὸν & uiſibilem & aſſum ſignificat) & piſcatoribus aliquando ſurrepto piſce, alteriq; dato, cũ ſe habere, alter ſurripuiſſe negauit. Pater tuus aut diuerſus eſt, aut idem cũ patre meo. Quòd ſi diuerſus eſt à meo patre tuus pater: cũ ſit diuerſus à patre: non erit pater. Sin idem eſt cum meo patre: meus erit pater. Laertius in Platone.

*Finis acceſſionum, è clariſſimi & doctiſſimi uiri Ioachimi Camerarij annotationibus: in quibus ſi quæ è ſuperioribus repetita ſunt: lector ueniam det ſenili obliuioni: cum præſertim meum αὐτόγραφον Latini Suidæ ad manum non haberem.*

# Ο' ΕΡΜΗΝΕΥΤΗΣ

## ΕΙ'Σ ΣΟΤΙ'ΔΑΝ.

NOſtra ut ad interitum paulatim decidit ætas, — ἐπὶ μανδραβύλου κεχωρήκαμεν.
  Corporis & minor eſt ingenijque uigor:
Sic poſt eloquij melioris flumina, miſtas
  Barbarie chartas, ſcriptaque ſera damus:
Si ſic fata ferunt, fer tu quoq; Lector, & ægro
  Parce mihi: laſſum ſoluere tempus equum.

## ALIVD.

ἐξ ἵππων ἐπ' ὄνους ἀπ' ὄνων νῦν ποσὶ βαδίζω.
  καὶ τίνα λοιπὸν ἐμοί; θ' ὕπνιον ἐν φερέτρῳ.

## ΕΡΡΩΣΘΕ ΤΥΠΟΓΡΑΦΙ'ΑΙ.

Si bene quid ſcripſi: ſatis eſt ſudaſſe tot annos. **
  Sin malè: plus ſatis eſt, tot perijſſe notas.
Reſtat ut hæc laceres mox Zoile, dente cruento.
  Non ueto: te rabies, me iuuat alma quies.
Sum rude donandus, neq; ſunt mihi cætera curæ:
  Immoriar ſtudijs, immoriarque libris.
**Inuitum me fata trahunt, ducuntque uolentem.
  Dum morior, uiuo: dum uiuo labore fatigor.

## PTOCHOPONVS PLVTARCHO.

Rides iure meos (fateor) Plutarche labores, (†)
  Quos nec opes, nec honos, nec Charis ulla beent.
Fracta ualetudo, mens eſt afflicta, ſenectus
  Approperat, tacito mors ſequiturque gradu.
Forte mihi domus eſt? cerdoni pendo tributum:
  A' patre cum nullas Irus haberet opes.
At mea conſumpſi patrimonia, dum colo Muſas:
  Seruitium reditus, continuusque labor.
Gloria quæ? pueros inter garrire, probari
  Vix ulli, ſtimulos inuidiæque pati.
Auri tantum, una quod Apicius hauſerit hora:
  At grauis eſt multis Bibliotheca libris?
Eſt, fateor. uetitum hiſce frui florentibus annis.
  Nunc fruar? ingenium nunc, oculique negant.
Num uendam? quis uel curto centuſſe licetur?
  Linquo togas piperi, Corycioque croco.
At celebre eſt nomen? Quæ me uicinia nouit?
  Ex doctis ſpernunt hi, lacerant alij.

Tu

*Tu quoque iure meos rides Plutarche labores.*
*Quas nec opes, nec honos, nec Charis ulla beant.*
(†) *Turba ferox titulis, fallacibus obuia nummis*
*Me ridet uacuum nummis & honore carentem.*
*Aſt ego plaudo mihi ſecura per ocia felix.*

## MVSA PTOCHOPONO.

*At ego diſcrutior: Quæ te deliria uexant,* **
*Vt te pœniteat ſortis inepte, tuæ?*
*Siccine deſpicimur, poſt tot benefacta, Camœnæ,*
*Vt tibi cerdonum plus adamentur opes?*
*Non tibi diuitias dedimus: ſed fama perennis*
*Te manet, ac ſeræ poſteritatis honos.*
*Cerdo ſuam'ne domum feret hinc? domus an tibi deſit?*
*Num toga? num Bacchus? num tibi flaua Ceres?*
*Additus eſt cenſus, tua qui patrimonia uincat:*
*Plena patet uarijs Bibliotheca libris.*
*Seruiat illa tibi uiuenti. prodigus hæres,*
*Quid tua, quid faciat? Tu bonus eſto tibi.*
Νῦν ἄγε συγχωρίζεο τεθνεῶσι, *quid obſtat?*
*Dulcis amor fuerit, non labor iſte tibi.*
*Nectimus en tibi laureolam, quo flauus Apollo*
*Caniciem cingi iuſsit honore tuam.*
*Doctus Atlantiades terreſtria cuncta peroſum,*
*Te reuehet nitidi lætus ad aſtra poli.*
*Plutarchi ualeant: ualeat quoque cætera turba:*
*Sit tibi, Numinibus tot placuiſſe, ſatis.*
***Rideri ſperniq́; graue eſt. Sed Muſa uiciſsim,*
*Nos ſolans, Midas ſpernit ſtolidosq́; Corœbos.*

## SVIDAS LATINVS HIERONYMO VVOLFIO interpreti.

*Quas referam grates? reddam tibi quod'ue* δίδακτρον,
*Te duce quòd linguam calleo nunc aliam?*
*Nam qui ſum medios inter nutritus Achiuos:*
*En, mihi ceu fuerit patria Roma, loquor.*
*Felices uiui, quibus obtigit ille magiſter,*
*Quo didici linguam mortuus ipſe nouam.*

Matthias Schenckius Conſtant.
Auguſtanæ ſcholæ Rector.

IOHAN-

IOHANNES MAIOR AVGVSTA-
NVS SCHOLAE ANNEAE
συνεργὸς, Doctiſſimo uiro, Domino
HIER. VVOLFIO.

*Nuper ut in ludo conſcendit fulcra cathedræ*
*VVOLFIVS, ut legeret ſcripta tenenda bonis:*
*Ecce Suida uenit, fama ſuper æthera notus,*
*Vt uideat noſtræ culta Lycea Scholæ.*
*Audijt hunc poſtquam ſumma cum laude docentem,*
*Tales facundo reddidit ore ſonos:*
*Doctorum ſalue decus immortale uirorum,*
*Salue Auguſtanæ lumen honorq́; Scholæ.*
*Eloquar, an taceam? Neutrum licet, optime VVOLFI:*
*Doctrinam ſtupeo, miror & ingenium.*
*Te VVOLFI tua rara facit ſapientia clarum,*
*Te grauis eloquij tollit ad aſtra decus.*
*Quàm teneram miro moderaris amore iuuentam,*
*Quàm regis arbitrij pro grauitate tui?*
*Denique quot quantasq́; geris ſub pectore curas,*
*Dum te difficili munera mole premunt?*
*Te tamen abſterret ſubeundi nulla laboris*
*Cura, ſed impoſitum fers patienter onus.*
*Officium cunctisq́; probas, operamq́; benignam,*
*Et cum doctrinæ dexteritate fidem.*
*Te, uariè Schola fracta prius, mihi crede, magiſtro*
*Erigitur, magnis ægra leuata malis.*
*Multa tibi debent ciues, tibi multa Senatus:*
*Dum facis officium, recta docendo, tuum.*
*Felices pueri, docto hoc fidoqúe magiſtro,*
*Qui uos multiplici commoditate iuuat.*
*Quàm ſit & Argolicæ tibi magna peritia linguæ;*
*Scripta docent Latio Graia uerſa ſtylo.*
*Inſuper ipſe meas decoraſti laude Camænas*
*Vt nunc tam Græco quàm Latio ore loquar.*
*Quas tibi ſed referam tali pro munere grates*
*Dignas, ô Clarij lausq́; decusqúe chori?*
*Attamen æterno nobis celebrandus honore,*
*Laudeqúe perpetua ritè colendus eris.*
*Hæc ubi dicta dedit, tenues diſceſſit in auras,*
*Et ſacra mox properans ad iuga uertit iter:*
*Ergo quid dubitas? noli deſiſtere cœptis,*
*Sic tua poſt obitum fama ſuperſtes erit:*
*Te nihil inuidiæ ſtimulus remoretur acerbus:*
*Inuidus inuidia rumpitur ipſe ſua.*
*Viue diu, ſemperqúe uale doctiſſime VVOLFI:*
*Viue diu, donec Vinda Lycúsque fluent.*

EIVS-

## EIVSDEM CARMEN ad Lectorem.

*Huc ades ô iuuenis, uernos qui carpere flores*
*Expetis, & uiolas, lilia cúmque roſis.*
*Nam liber hic pariter mordacia ſcommata miſcet*
*Iucundis ſalibus, dogmatibúsque ſacris.*
*Quæ liquit poſt ſe Græcis monumenta Suidas,*
*VVOLFIVS en Latio reddidit eloquio.*
*Autori meritas igitur perſoluito grates,*
*Pluribus ut proſit, Lector amice: Vale.*

VER

# VERBORVM ET RERVM, IN LEXICO SVIDAE, EXTRA ORDINEM ALPHABETICVM, QVEM ILLE OBSERVAVIT, OCCVRrentium, præcipueq́; memorabilium,

## INDEX.


A

ANnanaco, de rebus hominibus ua antiquiſsimis uſurpatur 118.56 &c.
ab aſinis ad equos, quale prouerbium 111.9.10
ab equis ad aſinos quid ſignificet 113.1.2
Abacænum oppidum Siciliæ, quam Herodianus urbem dicit eſſe Caricam 1.20
Abacum pater excitationis, ſurreptionis 1.23
Abæ oppidum Phocicum, Italicum, Caricum deniq;, ab heroe Aba denominatum 1.15
Abantis ab Abante Argiuo uel à Neptuni Arethuſæq́; filio dicta 1.30
Abares à Bulgaris funditus deleti 2.38.39
abba uocabulum Hebræum, quo liberari maximè ingenui patrem compellare conſueuerunt 2.11 12
Abdara urbs Hiſpaniæ iuxta Gades 3.31.32
Abderitæ à fabularum ſcriptoribus complures memorantur 3.24.25
Abderus à Diomedeis equis, ut Hellanicus & alij pleriq; uolut, diſcerptus 3.21
Abderus Hermi filius, Herculis amaſius 3.10
Abdicatus neceſſariò non eſt improbus 113.14
Abelus Adami filius, opilio, caſtus, iuſtus à Caino fratre per inuidiam fuit interfectus 3.34.&c.
Abelus Dei quàm ſui amantior 3.41
aberratio à re propoſita ad aliam, hæſitationis eſt remedium 587.3
Abias nepos Salomonis, bellum Hieroboamo Salomonis ſeruo inferens, uiros milla quingentos uno die ſuſtulit 4.11
Abij gens Scythica ſiue Thracica unde dicti 5.18
Abij Homero ſunt homines iuſtiſsimi, quòd Amazonas Aſiam armis uaſtatū proficiſcentes, comitari recuſârint 5.22.&c.
Abila mons Africæ, Calpæ (quæ eſt in Europa iuxta fretum Gaditanum) oppoſitus 5.34
Abimelechos deiecto à muliere quadam ſaxi fragmento caput ictus interijt 5.6.7
Abimelachos rex Aegyptios Saram Abrahami uxorem rapit 8.2
Abimelechos ſeptuaginta Gedaonis filiorum interfector 4.15.&c.
Abis templum Apollinis, oraculum quoque, Delphico antiquius 2.17
Abolla urbs Siciliæ 5.54
Aborigines, gens Italica, unde dicti 5.57 & 6.1
Abrahamus à patre Thara aſtronomiam fuit edoctus 7.44.&c.
Abrahamus annos natus quatuordecim, Deiq; cognitione illuſtratus patrem imaginum cultus gratia reprehendit 7.29.30
Abrahamus aſtronomiam magna cū modeſtia tractat 7.45
Abrahamus dat decimas rerum omnium ipſi Melchiſedecho 8.19
Abrahamus è bello reuertens gratulatione honorifica Melchiſedeci regis Salemi exceptus, pane uinoq́; ab eodem refectus eſt 8.15.&c.
Abrahamus eo nomine quòd Dei uerbis fidem adhibuit iuſtus eſt habitus 8.26
Abrahamus è terra Chaldæorum oriundus 6.31
Abrahamus & multiplicis doctrinæ & religionis magiſter eſt Aegyptijs 8.13
Abrahamus ex opificio cœleſti ipſummet opificem Deum deprehendit 6.34
Abrahamus ipſius Dei ad Abimelechum regem Aegyptium loquentis teſtimonio uates eſſe declaratur 8.5.&c.
Abrahamus Iſmaelem omnesq́; ſuos ex mandatu diuino circumcidit 8.35
Abrahamus literarum inuentor 62.33
Abrahamus omniū quæ habuit decimas dedit Melchiſedeco 581.4
Abrahamus primus literarum Hebraicarum repertor 7.7.&c.
Abrahamus patriarcharū princeps 6.26
Abrahamus ꝓpter famem in Chananæa exortam cum ſuis in Aegyptum concedit 7.57 & 8.1
Abrahamus ſimulacris patris ſui partim confractis, partim exuſtis cum eo terra Chaldæorum excedit 7.48
Abrahamus uidēs homines ſe idolorum cultui apprimè dedere, ipſū uerum Deum diligenter inueſtigat 7.34
Abrahamus uſq; ad annum nonageſimū nonum Abramus eſt ſolitus appellari 8.32
Abrettane Myſiæ regio, à Brettia nympha ſic nominata 8.42
Abrogaſtes Germanus Francus robore corporis, animiq́; aſperitate flammæ ſimilis 8.46.&c.
Abrotonon herba pulchrè à ſuis adiunctis & effectis deſcripta 9.7.&c.
Abſalomus mota contra patrem Dauidē ſeditione in bello perēptus eſt 9.10
Abydeni conuiuis unguento coronisq́ue acceptis pueros deoſculandos circumferunt 9.19
Abyſſus ædes fuit Proſerpinæ, in qua ab omni æuo auri multum fuit abſconditum 9.52 illaq; inde dicta fuit, quòd aurum in eadem abſconditum non cerneretur 9.53
Abyſſus in ſcripturis ſacris naturam ſignificat aqueam 9.52
Acacius Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus 403.13
Acacius Leonem imperatorem arte tractat 41.36
Academia cur olim Hecademia fuerit appellata 281.3
Acamarius ſua doctrina philoſophus 42.37
Acbatana duplicia ſunt auctore Demetrio, altera Mediæ, altera Syriæ 15.16
Acco mulier quædam ſtulta fuit 46.55
accuſator & nomine & ſigno ſuo tabellæ inſcriptis per miniſtris aduerſario errorem inſinuare ſolitus 718.53
Aceſias imperitus & infelix medicus 44.3
Accius Nouatianorum epiſcopus 44.7
Acetum non libatur cum uinum ſit mortuum 56.3
Achabus amentia & improbitate maiores ſuos omnes ſuperauit 389.48
Acharnenſes quarum rerum nomine malè audierint 261.12
Acharnenſes Thymœtadæ cur cognominati 453.19
Acheron fluuius infernalis unde dictus 167.22
Achilles Statius ethnicus fit Chriſtianus 168.1.&c.
ἀκκίζεσθαι nō modò ſtultitiam ſignificat, ſed etiam de iis dicitur, qui quod uerbis auerſantur ipſa re cupiunt 47.2
acies conuexa & caua quæ 519.52
acies inflexa quid 311.38
[illegible] 45.42
ἀκρίτως dicitur Græcè quaſi abſq; iudicio 47.44
Actæon à canibus proprijs laceratus 48.49
actio artium malarum in quos dari ſolita ſit 459.21
actio βιαίων quæ 178.14
actio clientelæ deſertæ δίκη ἀπροστασίου Græcè dicta 110.48
actio cum contemplatione ſocietatē non coit 440.24
actio de fimo, pro, de re nihili 183.55
actio de ui facta quæ 181.19
actio eſt eius, quod eſt facultate, perfectio 263.1
actio in eos, qui magiſtratus geſti rationem non reddiderint, dari ſolita, ἀλογίου δίκη Græcè dicta fuit 59.38
Actio latius patet quàm motio 194.51
actio malæ tractationis dari ſolita fuit pupillis contra maritos, & parentibus contra liberos, defenſoribus pupillorum contra tutores 459.46
actio malarum artium in eos, qui teſtes mendacij conuictos ſubornaſſent, dabatur 459.21
actio mentis, eſt contemplatio 440.4
actio peregrinitatis 122.44
actio teſtimonij deſerti quæ 533.3
actio unde ui, quàm latè pateat 303.8.&c.
acumen, ingenij celeritas eſt 23.52
Adamus à diabolo perſuaſus contra Dei uoluntatem peccat 25.55.&c.
Adamus Euam nunquā antè uiſam è ſuo corpore compoſitam intelligit 25.28
Adamus in ſudoribus & laboribus uictū comparare iuſſus 47.36
Adamus inuentor artium eſt omnium 25.42
Adamus primus in mundo ſapiens 24.41
Adamus rebus omnibus creatis nomina imponit 25.6.&c.
ἀδεὲς δέος, de iis qui non timenda timent uſurpatum 28.7
[illegible] 29.12
Aderus ad Pharaonem Aegypti regem fuga elabitur 28.17
Aderus Idumæus, regio genere natus, ſeditionem mouit contra Salomonem 28.21
Aderus tempora rerum Salomonis ob admiſſa ab eo peccata afflictarum in Iudæam ex Aegypto reuerſus Iudæam diuexat 28.40
adeuntes magos, philoſophi iccirco eſſe non deſinunt 116.55

aditio hæreditatis notho non eſt 24.11
adminiſtratio ſacerdotij perfectam & doctrinam & uirtutem requirit 395.4
adoleſcētes cur magis uocales ſint quàm ſenes 203.41
adoleſcentes è cœtu cur non excludendi 131.33
adoleſcentes Germani philoſophiæ amatores 119.54
adoratio ſupplex eſt à Deo petitio 350.31
Adrianus Romanus Imperator doctrinæ & utriuſq; linguæ fuit ſtudioſus 32.30
aduentus Chriſti in carnem epiphania dictus 381.4
aduerſa ſemper ſunt proſpicienda tum, cùm extra calamitatem adhuc ſumus conſtituti 48.15
adulatores ſub Tiberio honorati 40 18
adulterium & ueneficium pro eodem reputantur 604.48
adulterium Martis Homericū unde 374.37
ædes Apollinis ſpoliata 106.51
ædes Iunonis cum ſuis circumſtantijs deſcripta 520.9
ædes Lycurgo dicata 549.33
Aedeſia matrona pientiſſima 265.47
ædiles magiſtratus fori, & rerum uenaliū curatores 19.44
Aegeus falſo de filij nece nuncio accepto creditoq; in mare ſeſe præcipitat 264.56
Aegienſes neq; tertij, neque quarti, & ne quidem decimi ſunt 865.18
ægritudo eſt animi ſine ratione cōtractio 551.3
ægroti ſpiritus ſancti uirtute per ſanctos olim ſanati ſunt 1.48
Aegyptij in machinis plectendis callidi 222.35
Aegyptij ſunt primi μετεμψυχώσεως auctores 390.34
Aegyptus ab Antiocho Epiphane ſubacta 92.22
Aelianus placidè leniq; morte ex uita exceſsit 5.49
Aeneas Veneris filius 166 10
Aenigma contra Hieroſolymam ab Ezechiele propoſitum 525.4
æqualis æqualem delectet 374.14
æqualitas eſt amicitia, eamque contineri quàm maximè 423.52
Aeſculapius doctorum curator 435.35
Aeſculapius Epidauri cultus 310.28
Aeſculapius ex eo nomē habet, quòd corpora integra ſaluaq; conſeruet 149.51
Aeſculapius medicinā ab Aegyptio Apide incertam adauxit 806.40
Aeſopus fabularum ſcriptor 332.36
æſtas quid nam ſit 441.15
Aetas Alexandri Macedonum regis 50.32
ætas quot annos complectatur 197.48
æternitas in eodem ſtatu ſemper permanet 36.46
æther ab initio à Deo fuit creatus 678.5
quid ſit 267.50
æther ſummus, omnium rerum opifex cōprehendi non poteſt 678.11
Aethiopes orientales & meridionales terræ partes tenent 428.10
Aëtius Antiochia pulſus Anazarbum ſe confert 35.26
Aëtius ex aurifice fit hæreticus 35.9
ἀετὸν ἐν νεφέλαις διώκειν 36.1
ἀετὸς ἐν νεφέλαις 36.18
affectio bona in quot partes diuidatur 343 11
affectiões animi & corporis mutuæ ſunt 708.56
affectus cupiditatis & iræ non facilè diſtinguuntur 452.48
affectus duo ſunt, dolor & uoluptas 708.40
afflatæ aliquo numine, Sibyllæ fuerūt uocatæ 190.54
afflatus diuinus quid 296.16
afflictio quot & quas habeat ſignificationes 447.33
Africa rerum nouarum productrix 537.37
Africa ſemper aliquid noui gignit 267.22
Agamos urbs eſt iuxta Heracleam Ponticam 13.47
Agaricum pulchrè deſcriptum 14.47
Agatharchus Samius Eudemij filius pictor inſignis 10.4.&c.
Agathe oppidum Liguru Gallorū quod & ἀγαθὴ τύχη uocatur 10.14
ἀγαθὴ ἢ μάζα μετ᾽ ἄρτον 10 6
Agathias Smyrnæus poſt Procopium Cæſarienſem rerum tam in Italia quàm Africa tempore Belliſarij geſtarū ſcripſit hiſtoriam 10.17
ἀγαθίδες ἀγαθῶν, glomi bonorum 11.4
Agathoergi dicti fuêre, qui, fortitudinis habita ratione, ex ephoris deligerētur 10.40
Agathon Tragicus, infamis ob molliciem 11.9.10
Agathonius rex Tarteſsi 11.24
Agathyrſus Herculis filius 13.25
ἄγγελος ἀγαθῶν 14.13
Agema, agmen eſt elephantorum, equorū & peditum, regem antecedens 16.27
agere & ferre latrocinari eſt & rapere 15.23
agere uitam tibicinis quid 159.57
ἀγεννέστατος βάτος ... de moribus duris & pertinacibus uſurpatum prouerbium 18 43
ἀγήρατον παιδαγωγεῖν, de caſtè uiuētibus uſurpari ſolitum 18.50.&c.
Agnus Acamantiæ tribus municipium 19.9
agnus tibi locutus eſt 140.56
ἀγονία γῆς ſterilitas terræ 19.32
ἀγορὰ κερκώπων 19.38
agricola alterum in annum ſemper eſt diues 617.45
Aiax Locrenſis fuit non Salaminius 544.50
Aiax ſola axilla excepta inuulnerabilis fuiſſe fertur 264.40
Album de corpore dictum, colorem, de uoce, actionem ſignificat 532.50
album paries gypſo inunctus Ideoq; rebus ciuilibus inſcribendis aptus 533 5
alæ columbæ ſpiritus ſancti dona ſunt 805 31
alæ Dædali quid 216.35
alæ lupi quid 548.21
alæ Theſſalicæ cur chlamydes Theſſalorum dicantur 443.50
Alecto prima furiarū à pertinacia dicta 340.40
alij laborarunt, alij fructum cœperunt 62.6
aliquid curuum fit è ligno quouis 510.4
Alexander à Candace regina comprehenſus 52.3
Alexander à Caſſandro duce ſuo ueneno inficitur 52.13
Alexander Anaximenis ſolertia circumuentus 76.20
Alexander Clitum haſta ſatelliti erepta traiecit ebrius 586.54
Alexander epiſcopus Antiochenus diuinæ doctrinæ ſimilem egit 53.15
Alexander omnia ſibi peruia & expugnabilia putabat 176 37
Alexander ſæpe ſe ducem eſſe oblitus militem egit 51.30
Alexandria quidē mari uicina eſt, ſed non eſt in mari ſita 23.43
ἀλείφειν ... 56.20
Alleluia quid latinè ſignificet 55.44
allium in bellum ferri ſolitum facit, ut allia edere, ſit, bellum gerere 401.50
ἄλλοι κάμνον, ἄλλοι ὤναντο 62.6
aloe quale nam medicamenti genus ſit 59.40
alpes Italiæ montes pulchrè deſcripti 61.42
Alpha princeps Græcorum litera teſtimonio eſt, literas Græcas ab Hebræis promanaſſe, cum alpha græcum idem penè ſonet quòd Hebræum aleph 7.19.14.&c.
Althæa medicis genus quoddam maluæ agreſtis eſt, & eius uires 56.57.&57.1
ἀλωπηξ γέρων οὐχ ἁλίσκεται παγίδι 200.12
ἀμαχεὶ ... 65.38
Amanus in crucem Mardochæo paratam abreptus 64.34.&c.
Amaſia Strabonis urbs patria 65.5
amatores amatiorum nomine in parietibus, arboribus aut folijs ſcribere ſolitū 463.38
amatores eruditionis à Platone & cæteris philoſophis ſodales appellati 332.43
amatores ſuis amicis opes dare conſueuerunt 37.59
Amazones Orphei Thracum regis tempore à Phrygibus tributum exegerunt 677.53
ambidexter is eſt, qui læuam habet pro dextera 70.42
Ambroſia dicitur ab immortalitate 65.45
ambulare pedis eſt proprium 389.18
amici ad amicos etiam non uocati ueniunt 45.17
amici uiri calamitoſi diffugiunt 81.30
amicitia beneuolentiæ præferenda 342.13
amicitia duret quoad olla feruet 360.18
amicitia mater eſt uirtutum 790.15
amicus ex inimico faciendus 490.47
amicus propter mores & animi probitatem magni faciendus 13.59
amnes fluunt aduerſus fontes 89.13
amor Caunius, pro eo qui ſucceſſu caret 475.15
amor interdum eſt morbi cauſa 301.50
amor non omnis eſt malus 318.5
amor quomodo diuidatur 328.6
amores & uirginum ſtupra à quo primum ſint in ſcenam producta 75.42
Amphibolia dictio eſt plurium ſignificationum 69.15
Amphictyon filius Deucalionis 69.30
Amphion muſicæ uetuſtæ inuentor 69.46
Amphipolis unde dicta 70.18
Amphipolis urbs eſt Macedoniæ 361.2
Amphitryon Alcei filius 58.c
ἀμφορεῖς quid ſit 70.45
ἀνακαλυπτήρια dona ſunt ſponſis, tum, cū primùm retegerentur, dari ſolita 73.2.&c.
Anacharſis Scytha philoſophus floruit ſub Crœſo, auctor rotæque repertor 57.38


Aoely-

Ariberaznes à Xerxe propter apoſtaſiam in crucem abreptus 131.51
aries nutritionis mercedem perſoluens, quid 509.31
aries obſidionalis machina unde dicta 509.16
Ariſtippus primus Socraticorum mercedem inſtitutionis poſtulauit 135.1.&c.
Ariſtippus ſectæ Cyrenaicæ auctor 518.42
Ariſtoteles guloſus & delicatus 217.25
Ariſtoteles ſcriba naturæ, mente pro atramento uſus fuit 138.16
Ariſtoxenus Ariſtotelis ob prælatũ Theophraſtum inimicus 137.15
Arius morte fœda nec non inſolite perijt 130.44.&c.
arma hoſtilia in templis ſuſpendi ſolita 291.53
armus uictimarum Mercurio ſacer 503.43
Arriani acumen Aetij ſuffragatoris ferre non poſſunt 35.32
arrogantia animi magnitudini finitima 182.3
Artemiſia ex eodem & uirili animo non neceſſaria militauit 534.55
aruſpices & uates à Scipione caſtris expulſi 332.32
ars alia aliam uincit 801.16
ars Chironis & Machaonis medicinam & chirurgiam notat 571.57 & 573.1
ars dicendi à Caio Cæſare Caligula latine conſcripta 192.49
ars Glauci, de quibus dicatur 302.41
ars ordo eſt præceptorum exercitatione partorum 748.4
Artaxerxes cur Cyrum, quem occidere decrêrat, dimiſerit 719.50.&c.
Artemidorus orbem terrarum deſcripſit 3.32.33
ἀργὸς ἐπαινὸς quid 315.36
arx Athenienſis quot annis quantisque ſumptibus perfecta fuerit 794.53
Aſcolia feſtum Athenienſium 151.10
aſinus Antronius unde dictus 81.36
aſinus quadrupes philoſophaſter 67.29
aſinus Scytharum lautitiæ 45.12
Aſio qualis auis 706.53
aſparagus herba eſt purgationibus utilis 154.29
Aſpaſie meretriculæ duarum bellorũ auctor 151.37
aſphodelus qualis herba 154.31
Aſpis cur à Dauide ſurda dicatur 506.1
Aſpis uenenum lethale immittit 309.34
aſſentatores philoſophia ſæpe præferuntur 429.19
Aſſur filius Semi Noæ nepos 154.16
Aſſyrij unde dicti 154.14
Aſtandæ, qui ijdem & angeri dicebantur, erant regum Perſicorum nuncij 14.44 & 152.8
Aſtrologia Chaldæorum, lubrica & cruciatu plena, unde 26.25
aſtra, cum perſpicua non ſint, alia ab alijs obſcurantur 236.56
Aſtronomia ab Atlante illuſtrata 793.38
aſtrum quod ſole ſit ſplendidius interdiu quærendum non eſt 426.55
Atalanta meretrix flagitij ſui pœnam luit 155.1.&c.
Athanaſius Iacobitarum patriarcha 379.27
ἀτταγᾶς unde dicta 217.37
Athenæ cur urbs hiantium uocatæ 482.54
Athenæ ſplendidæ & amœnæ 403.33
Athenienſes ante cerealium eſum aridis ficubus veſcebantur 424.27
Athenienſes antiquitùs uicatim habitantes à Cecrope in tribus XII. diſtincti fuere 306.19.&c.
Athenienſes Apolline pro depellenda peſte uotum faciunt 8.15
Athenienſes cur Cecropidæ uocati 477.41
Athenienſes cur Iaſpæ cognominati fuerint 539.37
Athenienſes indigenæ cur dicti 263.47
Athenienſes læta nunciantibus & aduocatis ſuis coronas honoris ergò decernebant 331.25
Athenienſes malè ſuis rebus conſulere ſoliti 39.43
Athenienſes mari maximè dominati ſunt 613.16
Athenienſes mox à pueris & aere & literas diſcebant 592.34
Athenienſes ob cædes in hoſtes afflicti 587.54
Athenienſes ob nauales pugnas ſibi multum tribuebant 645.24
Athenienſes olim in certas partes diſtributi fuerunt 198.45
Athenienſes propter triobolũ iudicia frequentant 183.14
Athenienſes qualiter erga Demoſthenem fuerint affecti 328.47
Athenienſes rei nauticæ plus quàm ſapientiæ tribuunt 645.27
Athenienſes ſoli & horis quatuor anni temporibus ſacrificare ſoliti 366.43
Athenienſes unde dicti fuerint Iones 115.34
Athenienſes urbis augendæ cauſa & ciuẽ & meretriculam inſuper ſinguli ducere 537.50
ἄθλος dicitur bifariam 445.5
Atlas cœli terræq́; geſtator 157.5 & 793.38
Atoma corpora ſunt Græcis partium expartia 157.15
Atomi Democriticæ & numero & magnitudine infinitæ 71.28.365.4
Atreus filios Thyeſtis conciſos & coctos patri deuorandos appoſuit 157.31
Attagen qualis auis 154.55
Attalus & fratres eius matrem honore cõuenientis obſeruant 115.56
attenuatio militaris quid ſit 530.42
Attica cur undis fuerit obruta 794.2
Attica olim in quatuor partes diuiſa fuit 727.18
Attici καλλίας, quaſi dicas pulchellos, appellant ſimios, more ſuo rebus turpibus honeſtas appellationes tribuendo 460.54
attingere cadauer nefas principibus 159.5
Auaritia magiſtratibus eſt palàm inſectãda 101.8
auctor philoſophiæ nouæ quis 358.31
auctores ſectæ Macedonianæ qui 347.33
auctores Pythagoræ quenam 390.40
audaces agunt omnia ſine ratione 427.41
audacia eſt otioſa 417.40
auditus quomodo fiat 46.33
aues ex ala Cupidinis natæ 805.28
auguria occurſuum in uijs à quo deſcripta 769.39
Auguſte precioſa dicuntur, magna & inſignia 158.46
Auguſtale quid 158.51.&c.
Auguſtus Cæſar orbem terrarum cenſeri iubet 111.19
auiculæ, quid garriunt ignorantes, inſecũdum loquuntur 341.33.&c.
auis Libyca, pro magna cur uſurpetur 537.50
auis Perſica cur gallus gallinaceus dicatur 758.36
αὐλήσεις ἀγαθώνιαι, Agathonius tibiæ cantus, pro molli & diſſoluto uel contrà procentu neq; laxo neq; acerbo, ſed temperato ſuauiſſimo 11.20
αὐθέκαστος de animatis & partes habẽtibus propriè dicitur 161.12
aures Dionyſij ingenioſæ 135.43
auritractus is eſt, cui aures in palæſtra cõfractæ ſunt 706.51
aurora ad quæuis opera eſt utilis 801.19
aurum belli neruus 574.58
aurum Calliæ ab Ariſtide facetiſſimè repudiatum 134.50
aurum principatus ſymbolum 316.16
aurum ſæpius excoctum fit obryzũ 306.64
auſcultatio eſt uerborum conſideratio 367.16
auſpicari figlinã à dolio, quid ſit 297.48
αὐτὸς αὐτοῦ αὐλεῖ 163.10
auxilia bello finito lata ſunt intempeſtiue 587.16
axioma quid ſit 99.37

B

BAal Tyriorum deus 169.19
Bacchus agens quæ uiri ſunt, & patiens quæ mulieris ſunt, feminis appellatus 80.58
Bacchus cur Morychus à Siculis nominetur 604.8
Bacchus Græcis auctoribus cordis humani præſes 504.16
Bacchus nymphis plerũq; iunctus 153.40
Bacchus Rhodius 804.30
Bachantus, homo otioſus 170.43
Bagoas Aegyptius Ochum Perſam quomodo tractârit 510.32
βάλλειν μάλοις 172.14
balnea effœminant 544.48
balnea Herculana quid ſint 378.44
balnea laborum remedia 45.5
balneum uia ad delicias 171.44
Balthaſar Nabuchodonoſoris filius à Dario Medo interemptus 151.52
βάμμα σαρδιανικόν 173.5
barathrum quid 173.54
barbari regnum moderatum ferre nequeunt 63.52
barbariſmus quid 173.9
Bardines fluuius unde dictus 173.18
Baſiliſcus eius aſpectu necet 309.24
Baſilius in genere dicendi demoſt: atque ſplendidiſſimus fuit 114.18
Baſilius ſub Gratiano Romanorum imp. obijt 115.10
βατταρίζειν 177.28
Battus Cyrenarum conditor 177.16
Battus, unde battologie, q fuerit 176.44
βδελυγμα ἐρημώσεως de quo dicatur 177.46
beatitudo uera quæ 554.15
Becos lingua Phrygia panem ſignificat 178.54
βεκκεσέληνε 180.19
Belsae deſertorem & tranſfugam deſignat 179.7
Beliſarius dux omnigena uirtute præditus 179.12
bella ſacra duo ab Athenienſibus geſta 391.7
belliconi boni dicuntur tam iaculatores, quàm ij qui manibus rem gerunt 13.20
bellua moliere nõ ulla inuictior 729.30
bellum ab Athenienſibus cõtra Bœotios de Celenijs, loco quodam in confinijs ſito, geſtum 183.1.&c.
bellum inexperto dulce 204.14
βέλος ἀχαιικόν 166.54
benefacere amicis præſtat quàm hoſtibus nocere 341.18
beneficentia fecit homines Deo ſimiles 30.30
beneficentia in amicos eſt liberalitatis 341.20

contentio non de religione ſed ſede principe inter theologaſtros exorta 130.40
continentia quænam ſit uirtus 778.17
contraria medio carentia 335.80
contraria quædam quónam reſpectu dicantur 86.40
contraria ſex modis inter ſeſe implicantur 898.28
controuerſiæ poſitis armis legibus Imperialibus diſceptandæ ſunt 97.55
conuentus epiſcoporum ſublati 561.8
conuerſio teſtæ, dicitur de rebus celeriter confectis. 680.7
conuicia cur pompiæ dicantur 774.13
conuiuium ab Alexandro inſtitutum 39.13
cor hinnuli pro trepido 614.11
Corbonas apud Iudæos quid fuerit 498.38
coria diu ſiccata ab homido non facilè afficiuntur 398.52
Corinna mulier Lyrica Pindari uictrix 498.54
Corinthus, tempore Mummij conſulis, Græciæ totius urbs primaria fuit 166.48
coron Mendeſium pro Nili uſtio 582.44
cornu in ſacris robur deſignat 479.57. & 480.8
Corœbus fluctuum menſor 499.48
corollaria conuiuij quæ ſint Homero 599.13
Corona mortuis, tanquam uitæ certamine perfunctis impoſita 580.3
coronæ cur olim conuiuis communicatæ 471.44
corpora partium expertia quibus de cauſa à Græcis atoma uocantur 157.15
corpora ſolida quinque à Theæteto primùm tractata 430.10
corpus eſt animæ cauſa 144.15
corui in aſperis & præruptis locis nidificant 330.45
coruus, unde Valerius Coruinus appellatus 68.50
Corycæus qualis poetarum comicorum deus 505.31
coſmopœia à quo quot uerſibus deſcripta 91.14
cothurnos calcei genus eſt, aptum utriq; pedi 341.8 & 495.28
crabrones ex equorum cadaueribus naſcuntur 187.7
crambe iuxta uitem non plantatur 506.20
crambe repetita mors eſt 454.8
crambæ elixæ cur ab Aegyptijs ante alios cibos comedi ſolitæ 506.18
crapula quid ſit 508.22
κραιπάλη ἐξ ἀποδοχῆς τῶν ... 73.55
crater cauſarum forenſium, capſa maiorū 507.12
Crates Thebanus cur Θυρεπανοίκτης uocatus 453.47
crates Thebanus opes ſuas demergens eas nec patronibus nec hominibus utiles eſſe uoluit 75.35 & 507.44
Cratinus antiquæ comœdiæ ſcriptor, Ariſtophane uetuſtior, ualde probatus 503.27
κραυγὴν ... 508.16
Cremus Bulgarorum legiſlator 185.37
Cretenſes rei nauticæ fuerunt experientiſsimi 694.51
cretizare eſt mentiri 508.54
crex auis eſt, nuptijs inauſpicata 508.30
criteria Chryſippo tria ſunt 798.57
Crobyzus quidā ſcortator inſignis 510.13
crocodili carnem in aqua ſumma pendentem conſectantur 495.17
Crœſus homo luxurioſus 511.5
Crœſus Lydorum rex 2.36
crudelitas oritur ex Inuidia 31.46
catulus ſaruos de homine dicitur uano & fatuo 3.53
cultores Baalis dolo circumuenti occiduntur 393.26 &c.
cultus imaginum ſecundum Philonē incepit à Serucho, & ad Tharæ patris Abrahami tempora uſque durauit 7.26 etc.
cultus ſimulachrorū cedris à Deuide cur comparatus 477.17
cupiditas ab ira quomodo diſtinguatur 458.11
Cupido à Zeuxide pictore in ęde Veneris pulcherrimè depictus 87.14
Curetes habiti ſunt uates 502.47
curioſi in cœlum aſcendant 44.10
curioſitas calamitatum cauſa 45.38
currus curandus, non aſini 119.4 &c.
currus falcati 261.22
curſores quidā celebres enumerati 401.8 &c.
curſores quidam propriè & uerè dicantur 360.49
Curtius quidam ſpōte ſua ſeſe cum equo armatus in hiatum quendā præcipitat 537.13 etc.
cutis Epimenidea, de rebus arcanis prouerbialiter uſurpari ſolet 315.5
Cydon Corinthius maximè hoſpitalis 37.14
cymbium qualénam poculi genus 506.28
cynædus Cleopatræ, Chelidon, hoc eſt, hirundo, uocatus eſt 485.53
Cynoſarges qualis locus & unde dictus 368.1 & 517.43
Cyrene nobilis quędem meretrix δωδεκαμήχανος cognominata 558.57 &c.
Cyrus clemens fuit, & populi commodorum ſtudioſus 519.46
Cyrus, nudo capite pugnās aduerſus Tiſaphernem, occubuit 639.16
Cyrus Perſarum rex captis Sardib. Crœſum regno euertit 76.9
Cyrus philoſophiæ peritiſsimus fuit 519.37
Cyrus ſe tamdiu ſuperſtitem eſſe optat, dum bene maleq; merentes gratia referenda ſuperet 54.5
Cyrus uiros bonos locupletare ſummopere conabatur 748.51
Cyrus unde dictus 519.34
κῶον διὰ φρυάγματ' ἀγέρωχος μασσηγέτης 19.3
κωλυσανέμας Empedocles, à uentis auertis eſt appellatus, latinè Vetiuentus dici queat 810.57.111.1


D


DActylos Athenienſis quidam maximos honores conſecutus prouerbio (Dies) Dactyli occaſionem dedit 211.33
dæmones humana corpora ingreſsi uniuerſum terrarum orbem concuſſerunt 88.2
dæmones ſecundum Philoſophos humanis præditi ſunt affectibus 216.41
Daniel cur Balthaſar cognominatus 173.33
Darius nothus filius Artaxerxis 771.48
daſpletis idem quod erinnys 214.26
Dauid numerat populum 215.16
debitor improbi uiri infelix 303.38
Deæ uenerabiles nomen ab eumenidibus diuerſæ 349.55
decalogus à Suida integrè recitatus 760.40 etc.
decem millia Perſarum immortales dicti 38.35
decemuiri magiſtratus Romani cur ab officio depoſiti & pœnis affecti ſint 618.47
decemuiratus quādo apud Romanos fuerit inſtitutus 628.30
decidentia de menſa, auctore Ariſtophane, heroum ſunt 813.18
decima Lyci, qualis decima 548.16
decimæ ex autumnis & doloribus tyrannicæ 476.50
decimæ Syracuſanæ decimas ualde locupletes ſignificant 383.49
Decius idololatra Chriſtianos perſequitur 218.41
declinatio fori quid ſit 723.18
decuriones Attici 818.8
defenſio legibus conceſſa 54.8
deficiens è deo, maleficus eſt & profanus 679.17
deficientes metu, dolorem è corde uenientem odoratum ſedant 680.25
definitio quid ſit 102.35. 676.16
definitiones unde ſumantur 674.18
definitiones uoluptatis 371.50
degeis uitam uiculæ, cur in ſtolidos, amentes & ignauos dicatur 787.30
delapſus ab aſino 119.10
delatores cur regum aures dicātur 693.5
delatores & calumniatores prouinciarū ſunt peſtes 293.16
delectus deliberantium eſt proprius 789.31
delectus eſt aliud præ alio deligere 789.30
deliciæ Homericę panis & aſſum bubulū 659.55
deliciæ Tarſenſes maximæ 337.34
delirium epicureum cum ſumma ſuperſtitione coniunctum 94.36
Delphi inter Atticā Bœotiamq; ſiti 706.9
Delphi templum Apollinis unde dictum 819.4
delphinium quale Athenis prætorium 310.31
delubrum Mineruæ ob elegantiam parthenon appellatum 281.49
Demades è nauta factus orator 824.6
demagogi Athenienſes capitis damnati 93.48 &c.
demagogia Pamphilo Athenienſi in furto deprehenſo fuit abrogata 716.57 &c.
Demetrius poliorcetes ab urbibus oppugnandis cognominatus 185.29
Demochares uir honoratus 231.18
Democides Crotoniata captiuus regis Darij medicus 826.43
Democritus Abderites quare πένταθλος ſiue Quinquercio dictus 746.47
Democritus omniſcius 710.38
demonſtratio quid à definitione differat 111.37
Demoſthenes abſtinentiæ continentiæq; laudem conſecutus 228.40
Demoſthenes adoleſcens Batalus, ſenex Argas cognominabatur 176.40
Demoſthenes, Calliſtrato oratore Oropios defendente uiſo, eloquentiam adamare cœpit 704.34
Demoſthenes optimus apud Græcos orator 474.58
Demoſthenes ueneno ſub pala ſigilli latente exucto mortuus eſt 605.19
denarius è quaternario cōponitur 132.7
denominatiue differunt à coniugatis 807.10
dens ſternutamento eliſus 428.18
δεινὸν unde dicatur 219.57
δέρειν αἶγα 34.50
deſcriptio doctorum omnium qui ab initio fuerunt 461.48
deſcriptio quid ſit 676.19
deſertio ſtationis apud Romanos fuit capitalis 350.55 & 458.29
deſertores prœlij naualis unà cum poſteris ipſis erant ignominioſi 79.16

deſiderare uitam maximæ ignauiæ & im probitatis etiam eſſe ſignum 400.41
deſipientes præ nimia ebrietate, oleo ſale miſto perfundendi 61 54
Deus à mathma, da teb. inopinatis & mirabilibus dici ſolet 118.35
Deus à nemine nequã uiſus, hoc eſt, perfectè cognitus 672.16
Deus Abimelecho Aegyptiorum regi terrore iniecto iubet, ut Abrahamo Sarã coniugem reſtituat 8.3.4
Deus Abrahami uſus hoſpitio, eidem filium promittit 8.37
Deus Abrahamo nomen Abrahami impoſuit, cum iam annum ageret nonageſimum nonum 8.31
Deus Abrahamo ſterilitatem ſuã deploranti, prolem numeroſiſsimam pollicetur 8.15
Deus apparens Abrahamo eũ è terra ſua exire, ſuosq; cognatos iubet derelinquere 7.47.48
Deus benedicens nobis uerba factis confirmat 339.40
Deus bonis eſt præſto 45.48
Deus bonus & non niſi bonorum auctor 763.19
Deus dans improbitatem eam permittere intelligendus eſt 470.15
Deus & uiſibilium & inuiſibilium rerum creator 678.20
Deus & uolucrem aquilam & marinum delphinum aureuertere poteſt 436.18
Deus Græcis animal eſt immortale, ratione præditum &c. 436.1.&c.
Deus hominum propoſitum diſponit 790.50 &c.
Deus huic auaræ exſlauit, prouerbium de rebus inſperatis uſitatum 49.17
Deus impios cum pijs miſceri non uult 513.1
Deus in trinitate perſonali unus eſſentia 758.40 &c.
Deus intuens omnia, ſupplicia minimè uult atrocia & inclementia eſſe 373.10
Deus iuſtus eſt index 436.30
Deus lædi non poteſt 31.18
Deus lucroſus, eſt Mercurius 480 33
Deus malorum cauſa non eſt 459.34
Deus natura pater 1 39
Deus omnibus uitam impertit 364.31
Deus omnium rerum inſpector & uindex 352.25
Deus ortus expers 545.11
Deus præter cœleſtem illum mundi totius opificem nullus eſt alius 7.38
Deus Promylius cur ante molas collocari ſolitus 794.13
Deus ſe Abrahamo typis quibuſdam præbuit conſpiciendam 6.50
Deus tradit homines in reprobam mentem cum eos peruerſitati ipſorum permittit 730 13
Deus uirium ſat habet 398.11
Deus uiros bonos non negligit 675 46
Deus ultor eſt ſcelerum 5.10
Deus uni non dat omnia 125.5
Deus uniuerſum mouens ipſe immobilis eſt 486.4.3
Dexteræ cur in pactis & conuentis porrigi ſint ſolitæ 500.1
diabolus diſcordiarũ auctor 840.6 &c.
diabolus eccleſiæ ſe præſidem fore minatur 197.37
diabolus eſt aduerſarius 155.55
diabolus hominẽ ſuæ ditionis inſtar mancipij facit 16.40
diabolus homines iniurijs afficit 764 49
diabolus in Hiobo draco dictus 860.58
diabolus in ſacris literis princeps huius potens appellatus 263.10
diabolus ſeſe pro deo coli uult 16.6
diabolus ſua ſponte à deo defecit 840. 12
diabolus unde dictus 831.30
diadema in uſum laquei conuerſum 705. 1 &c.
Diagoras ab Atheinenſibus quare proſcriptus 131.50
dialectica ad tria utilis 210.28
dialectica ars eſt ſermonis 234.15
dialectica eſt puriſsima prudentiæ & mentis inſpectio 160.8
dialectica quid differat à Rhetorica 238. 29
dialectica Rhetoricæ ex altera parte reſpondere uiſa 95.19
dialogi Aeſchinoplatonici 874.45
dialogi Platonis germani quinquaginta ſex 761.57
Diana Pergæa ſemper errare & uagari creditur 376.41
διὸς βασιλέως ὑμνέων 180.56
dici pater res & iucundiſsima & optima 683. 46
dicta alia mutila ſunt, alia perfecta 473. 41
dicta multa prophetarum à Platone uſurpata 117.5
dictator eſt quaſi ſuaſor & auctor rerum conducibilium 842 36
dictatura aranti Quinctio delata 518. 11 &c.
dicterium Apollonij Tyanei de Anaxagora 75.33
dictio Platonica qualis 361 37
Didymus ob ſtudium indefeſſum chalcenterus appellatus 408.3
Didymus uerè monachus 67.8
dies Alcyonij qui & quot 59 4
dies dominicus unde dictus 161.54 &c.
dies mala, dies eſt iudicij & æternum ſupplicium 375.15
dies potentiæ & repræſentationis Christi eſt alter eius aduentus 375.11
dies pro annis habiti ab Aegyptijs 385.10
dies ſtatus, eſt, quo aliquid certo fieri oportere ſtatuimus 790.48
dies unus ſapientem non perficit 594. 12
digladiatio ſaltationis comicæ genus eſt 640 34
dignitas formæ Moſis omnibus formidini fuit 165.18
dij eodem templo tectoq; contenti à Romanis bomochætæ uocati ſunt 665. 10
dij ne quidem ipſi neceſsitati repugnant 71.54
dij neceſsitatem cogere non poſſunt 221. 39
dij Pataeci, purpurei fuerunt in nauibus collocati 735 43
dij placabiles ſunt, flagitia ſtatim non ulciſcentes 583.3
dij ſunt, qui ad dei imaginem facti, eam inuiolatam conſeruant 416 34
dij tametſi gratuitò ſint benefici, non tamen gratos eſſe nolunt 138 50
dij uirorum bonorum ne quidem mortuorum obliuiſcuntur 146.33
dijpolia feſtum ab Atheniẽſibus in Iouis honorem inſtitutũ 239.14
dilectio temeraria non eſt 751.30
dilemma quodlibet cur ſit ambidextrum 745.29
diligentia inſtitutionis non tantum poteſt, quantum naturalis improbitas 97 20
dimidium plus toto eſt, hoc eſt parum integrè partum multis opibus præſtat iniquè corraſis 679 40
Diocæſarea unde Cyinda fuerit appellata 78.41
Dioclet Atheinenſis primus harmoniæ in uaſis teſtaceis, quæ ligno pulſarentur inuentor 641. 57. 67. 45
Diogenes canis mortuus 654.53
Diogenes eadem qua Alexander die obiit 243.48
Diogenes pugionis pro medico utendum cenſuit 95.15
Diogenes rhetor longè celeberrimus 5.15
Dionyſius Areopagita Epiſcopus Athenienſis deſignatus 847.1 &c.
Dionyſius Halicarnaſſeus 111.8
Dionyſius ſub Traiano martyrio affectus 849.10
Dionyſius tyrannus cur non ſuas tantùm ſed & alienas opes inſumendas putarit 520.20
Dionyſius tyrannus libidinoſus 817 16
dioſmus apud Theophraſtum eſt, odores transferendi facultas 680.10
dipnologiæ Epicharmi Syracuſij 39.33
diſcere ortus eſt ſcientiæ 560 37
diſciplina logica inſtrumenti locum tenet in philoſophia 439.40
diſciplina militaris apud Romanos 31.36
diſciplinæ oẽs uniæ ſunt peruiles 624.6.
diſcrimina certaminũ curruliũ tria ſunt 671.53
diſcrimina rei equeſtris itidem tria 419.6
diſcurſio regia quæ 175.54
diſsidium inter Sicimitas & Abimelechũ acre excitatum 4.54 & 5.1 &c.
diſsidium maturè cauendum 353.54
dithyrambopœi quale poetarum genus 839. 19
diuerſoria quoad fieri poteſt, tutiſsima eſſe debent 705.9
diuinatio nucum, luſus Athenienſium 740 5 &c.
diuinationem philoſophi propriam non eſſe 683.58
diuinitas animi humani modicus aſſerenda 38.48
diuiſio orationis multiplex & diuerſa 803. 14 &c.
diuites ab Athenienſibus pingues appellantur 739.10
diuites ſunt qui non egent multis 746. 45
diuitiæ belli ſunt nerui 619.48
diuitiæ cum prudentia & audacia coniunctæ multum iuuant 155.18
diuitiæ in ſacris omnium minimũ à Chriſto uacantur 186.1 &c.
diuitiæ ingenijs & animis hominum magno ſunt malo 370.50
diuitiæ non magis proſunt quàm nocent 670. 2
diuitiæ caecoſæ ſunt, hoc eſt, fallaces & inconſtantes 309 16
diuitiæ uiaticũ ſunt eruditionis 352.19
doctor bonus igni ſimilis 40.38
dogma Archelai, iuſtum & turpe non eſſe natura ſed lege, nefarium & impium 143 34 & 819.5
dolium apud inferos inexplebile 756 18
dolere alij nolle, quæ & ipſi habeat, æmulationem eſſe uolunt philoſophi 709. 44
dolor animalibus omnibus eſt odioſus 708.48
dolor eſt motio dura 708 48
domini pleriq; equos plus curant quàm homines 788.10
dominica magna eſt illa tertia dies qua Chriſtus reſurrexit 518.54
Dominus oppugnat Platonem 256. 30
dona hoſtium dona non ſunt exiſtimanda 354 11
donum eſt pro quo nihil redditur 77. 14
δόξαι κυρίαι Epicuri quales 313.16
Durus Arabs ex Ariſtotelico factus Platonicus 259.48

facere fucum imperitis eſt facile 41 47
facetus uenuſtus, & alij aliter uocabulis peruerſis nominati 77.46
facilima noſtræ infirmitati difficilima 378.53
farinoroſa monſtroſo deſponſa 355.46
facultates actionibus tempore ſunt prio res 161 53
facultates animi agentes & efficaces quæ 186 13
facultates duæ, ſecundum Philonem, occupant omnem animam 263.14
facultates Geometricæ quinque ab Archimeda in unam contractæ 163.10
fama Iouis, eſt eiuſdem oraculum 115.40
fames amoris ſedatrix 507.41
fames aridi calidiq; cupiditas eſt, ſed non ſine frigido 753 54
fames in Chananæa exorta facit ut Abrahamus in Aegyptum concedat 7.57 & 8.1
fames inhonorata dea cur à Sophocle ſit uocata 122.1 &c.
fames Melia pro magna fama dicta 538. 53
Famidorienſes qui fuerint dicti 538.47
familia Hippocratea 260.44
fana Herculis in Attica multa fuerunt 378 38
fanum Apollinis in gratiam Xerxis proditum Barbaris 188.50
fanum Proſerpinæ fruſtrà ſpoliatum 818. 34
farina oleo & uino miſta in ſacrificijs offerri ſolita 451.45
farina prius quàm piſtus opus eſt 786.7
fatum quid 365 16 & 743.18
fauces auerni ubinam ſint 19 48
fauor hominum eodem inclinat quò fortuna 519.34
febris etiam ſolidas partes corripere poteſt 631.1
febris tertiana & quartana inter morbos periodicos numeratur 748.19
felicitas eſt uitæ proſperitas 335.13
felicitas inſolentiæ ſolet eſſe cauſa 87. 54
felix eſt, qui è uirtute uiuit 335.14
ferentarij ſunt, qui leuiſsima utuntur in bellis armatura 671.47
feræ Libycæ, quòd diuerſæ cum diuerſis coeant, uaria monſtra gignunt 537.38
ferire puppim ramis, eſt ſeſe fuga ſimulata ſubducere 814.18
ferocia interdum magnis uirtutibus eſt coniuncta 566.10
ferrum apud Turcos eſt res non facilè parabilis 344.28
feruor adoleſcentiæ non facilè extinguitur 844.14
feſtiuitas canum Auguſto menſe à Romanis agi ſolita 553 54
feſtum Brytorum quandiu durârit, & à quo ſublatum ſit 553 58
fictile igni ruptum malè ſonat 818.11
fidentes obiecta pericula cum ratione imperterriti ſuſtinent 427.42
fidentia ponitur in laude 427.39
fides Ariſtidi etiã iniurato & pauperi propter uitæ integritatem fuit habita 134. 84 &c.
fidem Attica, pro firma 156.6
fides Chriſtiana quidnam ſit 758.34
fides cum fortuna ſtat & cadit 648. 1 &c.
fides dei colendi una 173.50
fidei magiſtrorum uerbis haberi uulgò ſolet 77.2
fides tyranno non ſeruanda 891.36
fiducia in haſta collocata 746.27
fiducia uirium exitij ſæpè cauſa eſt 774 57 &c.
fieri uirum uerè bonum difficile eſt 759. 37
figura ſyllogiſmorum prima cur alijs præpoſita 803.50
filia à patre ob inferendi ſtupri timorem interfecta 618.43
filiæ Erechthei ſex, parthenı uocatæ 733.4 ex his tres pro patriæ ſalute ſeſe mactandas obtulerunt, ibidem 10
filiæ gigantis Alcyonei quæ & quot fuerint 59 11
filiæ hirudinis tres 177.37
filij belli qui 811.17
filij à patre ſagittis transfixi 401.45
filij adoptiui qua ratione in ſuam familiam redire potuerint 621.6
filij Samuelis largitionibus lucriſq; turpibus æquitatem commutabant 458. 13
filij ſunt uiri coronæ 660.50
filius dei generis humani miſertus diabolum debellauit 26.47
filix qualis herba ſit, & quæ eius effectiones 805.19
fimus bubulus aquæ intercuti curandæ adhibitus 380.35
fines ſacerdotum & philoſophorum diſtincti ſunt 683.53
finis quid ſit & quintuplex 912.16
finis ſectæ Cynicæ quis 517.13
finis uitæ Zenoni eſt, uiuere ſecundum naturam 675.41
fimitudo bituminis naphtha dicti mirabilis 19.45
fiſtula Timothei claſsicum Alexandri 52. 19
flagellum fictile quid 479.48
flagitium Dædali eſt in omni fabula 197. 30
flocci aſinini nihil proſunt 76 57
florilegium à Iohanne Stobæo conſcriptum 410.58
flumina Europæ 461.51
flumina orbis terrarum 461.55
fœdus Punicum à Scipione cum Atheniẽſibus initum 81.58
fœmina beluas omnes ferocia ſuperat 683.48
fœmina inter ſcarabæos eſt nulla 667.11
fœminæ Chiæ furore Bacchico correptæ cum uiris bellum gerunt 658.4
fœnerator ob adoleſcentis ingenui contumelioſam tractationem capitis damnatus 194.1 &c.
fœnus Heraclito Perineo cur uelocius currere dicatur 428.41
fœtor iniquæ uitæ impio defuncto relinquitur 838.18
fons agri, prouerbialiter de continentar operi incumbentibus dici conſueuit 22.25
fons limpidus in ſomno uiſus triſtitiæ mentis diſcuſsionem notat 754.52
fontes argenti loquuntur, quale prouerbium 127.55
fontollinugator augis ſcatet ut olla agris fontanis 510.46
fores muſarum apertæ 81.47
forma in animalibus optimum 144 8
forma Iſidori Prouo uiſa fuit aſſe diuina & intrinſecus uitæ philoſophicæ plena 363 44
forma propriè eſt animatorum 601 23
forma τῆς ἀντιπαθείας aut ἰυγγὸς à quo primùm introducta 322 16
formæ ægritudinis quot & quæ ſint 551.5
formæ rerumpubl. tres ſunt 655.13 & 720 30
fortitudo multitudine ſemper eſt ſuperior 350.48
fortitudo timorum continentia non rectè dicitur 80.58
fortuna inſtabilis eſt & incerta 152.6
fortuna Platoni eſt cauſa per accidens 365.34
fortuna ſeneſcit 309 9
fortuna uariè ludit 173.30 &c.
fortunati plerunque inſoleſcentes petulanter uiuunt 705.16
forum Græciæ non uerbis ſed rebus eget 688.19
fratres Baſilij quatuor & qui 175. 13 &c.
fructus mandragoræ ſoporifer eſt & oblinionis affector 558.54
froges Adoniæ, dicuntur horti penſiles 31.43
fruticetum unum duos non alit erithacos 593.38. 691.17
fucos pro homine inerti & ignauo 484. 48
fulgur è pelui, rem nihili deſignat 153.8
fulgur quid ſit & unde 153. 1 &c.
fulmen quid ſit 480.10
funditores Achæi rela ſolertiſsimè coniicere ſoliti 166.56
funis nimium tenſus rumpitur 820.6
fur quando nullus uideatur eſſe futurus 587.56
fures Argiui, de manifeſtè improbis cur dici conſueuerint 826 58
furiæ à Minerua placatæ eumenides dictæ ſunt 340.44
furiæ ſemperuirgines cur appellatæ 37.4
furiæ ſunt tres, Alecto, Tiſiphone, Megæra 340.39
furta quo auctore quaq; de cauſa cõmunia eſſe debuerint 514.15
furtum olim infame non erat niſi deprehenſum 491 50

G

GAlacæ ijdem qui Galli 108.42
galea Lamachi tres criſtas habuit 808 46
galea urci, de ijs qui præſtigijs ſeſe quibuſdam occultant, prouerbialiter dici ſolet 37.48
galli galliqacei ſtimulis æneis ad pugnã armantur 765.18
Galli natura intemperantes 19.21
gallinæ bis uno die oua ponentes 34.19
gallus bibit & non mingit 50 13
gallos horarum nocturnarum dinumerator 350 10
gallus leonem ne minimi quidem facit 667 20
Gauges Aethiopum rex ab Alexandro occiſus 191.3
Ganymedes cur ſub aquilæ ſpecie raptus à Ioue per poëtas fingatur 400.26
gaudium eſt probabilis animi elatio 343. 13
gaza Macedonica quanta fuerit L. Aemilij temporibus 531.33
Gedeon dux Hebræorum 196.15
Gedeon quare dictus ſit Hierobaal 399. 50
Gela urbs Siciliæ unde dicta 196.36
genealogia ex æneis tabulis deſcripta 46 46
genealogia Homeri Charace auctore 658 16
genera affectuum ſumma quatuor, ægritudo, metus, cupiditas, uoluptas 709. 18
genera certaminum quæ & quot 836.18. & 656.41
genera herbæ polij duo ſunt 770.14
genera inductionis duo ſunt, illud è contrario, hoc è conſequenti 304.50
genera uirtutis duo ſunt, unum contemplationis, actionis alterum 128.56
genera uitæ duo ab eccleſia Chriſti præcepta 181.35 & 347 20

genn

genu crure propior 205.45
genus humanum miſerum, & multis cala mitatibus eſt ſubiectum 678.15
genus humanum non minus per incogitantiam quàm natura peccat 59.30 & 117.44
genus mortalium qua de cauſa ſit infelix 710 53
geometria ab Aegyptijs inuenta 199.7
geometria cur in os oſcitantis Arceſilai inuolâſſe dicatur 439.50
geometria quid ſit 199.4
georgica Virgilij ab Arriano græcè uerſa 131 39
Geryon tres criſtas habens in galea magnum Herculi fecit negocium 185.1
gigantes unde exciterint 523.4
gladij Gallici quales 119 37 & 235.45
gladius à Vulcano Peleo donatus fortunatiſsimus 575.25
gladius in ſomnis arreptus pugnam portendit 573.13
gleba eſt aruum, de ijs dicitur, qui parua magnis æquè iniquè comparant 188.34
glomi bonorum apud Comicos & alios ſcriptores, pro multis bonis magnaq; felicitate uſurpantur 11.4 &c.
gloria Dei ſimulacris ſacrilegè attributa 257.29
gloria æquitatis in bello potius ſpectanda quàm propriū emolumentū 97.45
goetia propriè quid ſit 205.38
Gorgones conſpectæ homines ſpectatores in ſaxa mutarunt 348.33
Gorgones ubi ſint, & quales mulieres 306.10
graculus Aeſopicus 330.39
gradus in natura diuina ab Apollinare conſtituti 115 3
Græci cur arrogantiæ fuerint inſimulati 745. 9
Græci DCCC. à Perſis mutilati 52. 6
Græci obſeruata luna res omnes agere ſolebant 719 52
Græci Perſas in fugam conijciunt 345.13
grana hordei ſale miſta, ſuot, quæ uictimis aſperguntur 655.13
grammatica XXIIII. literarum apud Iones primùm inuenta 156.9
gratia patriæ referenda 68 18.19
Gratiæ ſuuſoudæ 876 28
Gratianus Romanus imperator 175.13
Gregorius Apollinari in dicendo uberior, Baſilio grauior erat 114 19
griphus qualis oratio ſit 208.56 &c.
grues Ibyci 388.40
grues uolantes ſui contra uentum firmādarū cauſa calculos in ore ferūt 87.17
guſtabile in liquido potiſsimum conſiſtit 15.48
Guſtus iudicat ſapores 694.13
gymnaſia Romanorum qualia 578 18
gyrgathus qualis lectus 211 55

H

HAbentia inter ſeſe proportionem, ea etiam inter ſeſe ſimilia ſunt 74.13
habentia ſplendorem obſcurum & obtuſum ſolùm noctu cernuntur 672.47
habitudo bona, robur eſt corporis, eximia & ſumma ſanitas 336.37
habitus eſt naturalis cuiuſq; actio & integritas 308.33
habitus Venetorum inuſitatus 119 23 &c.
habra nec ancilla nec formoſa miniſtra dicitur, ſed miniſtra domino honorata 6.8.9 &c.
hæreſia Apollinariana 114.38
hæreſis quid ſit 471 30
Hagium locus eſt Scythiæ Aeſculapio colendo deſtinatus 16.40
Hagneus lapis supernè acuminatus Apollini Bacchoq; ſacer 22.55
halcyon mas moritur in coitu 484.7
halcyones fœmellæ mares ſeneſcentes in alis geſtant 484.7
halimon herba inter arbores iuxta mare naſcens, & lac & ſemen gignit 56.38
Halirothius filius Neptuni 56.45
Halyzones ubi habitauerint, & unde dicti fuiſſe uideantur 56.27
Halyattes Lydorum rex, ut bello ſtrenuus, ita luxurioſus 68 19
Halyattes mercator inſolētiſsimus 511.16
Hamilcar Carthaginenſium dux Phabeas cognominatus 66 12
hamippi equi duo colle coniuncti, quorum alteri auriga, alteri armatus inſideret 50.6
Hannibal Hamilcaris filius 66 17
Harpagus Cyrū Cambyſis filiū una cum Perſis ad defectionē impulit 133.15
haruſpicina eſt uiſcerū inſpectio, ad futura ex eorū ſectione prædicenda 376.35
Haſdrubal uir fortis 1060.9, prædicandus 81.54
haſta in efferendo funere morte uiolenta mortuorū adhiberi ſolita 308.38
hauſtus gallinacei lactis 194 14
hebdomas quælibet poſt ſabbatum ſolis occaſu ſpiceitur 819.27
Hebræi & mane & ueſperi quotidie ſacrificabant 293.14
Hebrus fluuius è Rhodope Thraciæ monte oritur 815.16
Hecatæus hiſtoriæ ſoluta oratione ſcriptæ auctor fuit 424.18
Hecuba unde dicta 210 56
Hegeſias πεισιθάνατος, hoc eſt, mortis ſuaſor, dictus 754 46
Helena Conſtantini magni mater 331.33
Heli ſacerdos Iſraelis 373 10
heliæa maximum Athenis prætoriū unde dictum ſit 373.44
helleborum optimum ubi naſcatur 91 4
heloſes Lacedæmoniorum ſerui, ſic dicti quòd ab illis in bello capti fuiſſent 365 11 & 741.82
Hephæſtion à matre Darij pro Alexandro ſalutatus 384.50
Heraclitus ob nimiam celeritatem in admiratione fuit 488.44
Hercules & dolorū & menſtruorū cognitor 377.1 &c. indice ſilentij digito labijs admoto ex utero materno prodijt 377.30 magis amator quàm defenſor ueritatis erat 378.7
Hercules a nigris natib. melampygus uocatus 480.58 Alexandri filius 93.40 cur Boum inoctor & deuorator dicatur 184.54 Dryopas homines iniuſtiſsimos profligauit 162.3 & alij pleriq; bis obijſſe & reuixiſſe perhibentur 360.7 hirſuto podice fuit 577.18 impeteritus 195.56 leoninæ pellis geſtator 698 5 Meliua, in uiles uſurpatum prouerbium 590.44 nothus eſſe putatus 517.52 poſt annuū exilium Athenas eſt reuerſus 104.29 poſt inſaniam helleboro ab Anticyreo quodam purgatus 91.6 puerum aquam ad manus lauandas ingratam porrigentem occidit 497 41 ubinam corpore depoſito Deus perhibeatur fuiſſe factus 529.15 ut malorū depulſor à calamitatis innocen ſolitus 380.19
hermaphroditus quis 325.14
Hermodorus orationū mercator 541.45
Herodes Agrippa Iacobi interfector 381.8 primus Iudæorum rex extraneus 381.58
heroes ad lædendum quàm benefaciendū paratiores 688.5
Heſiodus Homero natu maior ſecundum quoſdam. Alijs enim placet annis centum ante minorem fuiſſe 383 31 nefariorum partuum depictor 36 27
heſperus & lucifer idem ſecundum Pythagoram 331.14
Heſychius homo Græca uanitate refertus non Chriſtianus 384.9
hiatus proprium eſt fatuorum 481 57
Hicanus latro 319.54
Hieroboamus firmandi ſui regni cauſa cultum nouum inſtituit 390.50
Hierocles petulantiſsimus 391.48
Hieronymus Cardianus rerum temporibus Alexādri geſtarū deſcriptor 391.4
Hieroſolyma uaſtata 98 48
Himeræa anus quædam ſibi in ſcelum ducit uiſa 390.38
Himerius quidam à ſtatua delapſa occiſus 516.8 (296.45)
Hipparchus tyrannus qualiter occiſus
Hippias tyrānus à Lacedæmonijs lapidatus 644 24
Hippocrates cuo ſuo Hippocrati primo prælatus 419 59
hippopotamus animal eſt iniuſtiſsimum 94 41
hirundo noua 614.18
hirundo una uer non facit 594.10
Hiſpania Iberia quoq; & Heſperia uocatur 483.54
hiſtoria de Chriſti diuina natiuitate & eiuſdem ſacerdotio mirabilis, à paginæ 393 uerſu 49 uſq; ad pag. 398 uerſum 11
hiſtoria de coruis 330.25
hiſtoria deorum omnis, libris trigintatribus à Dionyſio pertexta 635.6
hiſtoria Dictyis bellum Troianum continens 243 55
hiſtoria Eccleſiaſtica manca & mutila interdum 44.15
hiſtoria eccleſiaſtica à Conſtantini temporibus uſq; ad Iuſtinianum per quē deſcripta 434 40
hiſtoria nuncia eſt ueritatis 460.33
hiſtoria uerſu heroico deſcripta epopœia dicitur 328.13
Holda uates Ioſiam conſolatur 416.7
Holophernes à Iuditha decollatus 404.1 &c.
Homerus duas nouit ſalutationes 678.31 epulo 217.34 heroicus Sophocles 769.5 heroum uates 373.5 Heſiodi ſobrinus 383. 22 poeſin ſuam à Corinno Ilienſi heroicam poeta mutuatus 499.13 quare Meleſigenes appellatus 658.47 ſcripturam primus eſt auſpicatus 819 31 ubinam ſepultus 659.18 & 663 5
homicidæ cur in occiſorū capitibus enſes abſtergant 571.48
homines à uiperis lædi ſolent 731.15 agreſtes & immanes Cyclopes appellantur 515 56 deo benedicentes eidem taurum uerba offeruut 339.38 dijs cognati ſunt 813.9 effœminati comam componunt 445.17 improbi ſæpius in rebuſpubl. rerum potiuntur 775.15 moroſi ſunt intractabiles 263.34 multorum facinorum turpiſsimorū ſunt patratores 697.18 natura ſunt ſociabiles 31 18 nihil aliud ſunt niſi umbræ ſomnium 98.59 non Deus, peccatorum ſunt auctores 459 37 ſimplices antiqui & uetuli uocati 718. 9 ſtupidi denſipelles uel denſicutes nominari ſolent 556.33 ſub Iuſtiniano exactionibus uexati inuiti uixerunt 813.13
homo ab opifice rerum omniū Deo creatus 678.33
homo albi lociooris, pro timido 533.38

homo

Ioabus dux exercitus Danidis 18.24
Ioas rex Hieroſolymitanus cultus diuini neglector 411.48
Iobus omnes calamitates uincit & multipliciter proſperatur 413.8
Iobus pugil inuictiſsimus 411.4 &c.
Iohannes Chryſoſtomus quis fuerit & quæ ſcripſerit 408.54 & 409.1 &c.
Iohannes dicronus à ſuis militibus interfectus 142.15
Iohannes euangeliſta à Nonno uerſibus heroicis conuerſus 630.45
Iohannes euangeliſta filius tonitrus à Chriſto uocatus 87.7
Iohannes euangeliſta per Neruam imperatorem à Pathmi ta relegatione reuocatus, Epheſum reductus eſt 612.2 &c.
Iohannes Grammaticus Alexandrinus cur ab eccleſia reiectus 410.44
Iohannes theologus apoſtolus & euangeliſta 848
Iohannes theologus & Euangeliſta quam diu uixerit, & quæ ſcripſerit 408.47
Iohannes Crœſi amicus 511.27
Iopolis à quib. cōdita & unde dicta 408.30
Iurdanes fluuius è fluminum duorum cōmiſtione dictus 403.13
Ioſephus Veſpaſiano uaticinatur 415.10
Ioſephus uir admirandus Abrahami pronepos, ſomniorum cōiectator 7.18 &c.
Ioſias rex pijſsimus eccleſias ab omnibus abuſibus repurgat 415.53 &c.
Iothamus LXX Gedeonis filiorum natu minimus incolumis euaſit, reliquis fratribus omnibus ab Abimelecho trucidatis 4
Irenæus eſt latinè pacatus 366.45
iris quid ſit 421.45
ironia quomodo diuidatur 367.10
Irritamenta ſitis 315.57
Irus mendicus Homericus 411.51
Iſaacus Abrahami filius à ridendo dictus eſt, ideo quod Sarra promiſsione de eo pariendo ſibi facta riſiſſet 1.38 &c. Abrahami unigenitus unigeniti filij Dei Chriſti arcanam repræſentat imaginem 6.57 & 7.1 &c. beatus uir & admirandus Abrahamo natus annū nonageſimum nonum in Cananææ agenti 6.54 Iudaïce ſuauem riſum ſignificat 8.40 & 412.8
Iſidorus ſenex uegetus 209.31
Iſis cur colatur ab Aegyptijs 423.2
Iſmaelus Abrahami ex Hagare ancilla filius 8.30
Iſraelitæ cum Moabitidibus ſtupra committunt 545.55
Italia uniuerſa cum Romanis Hannibalis Athenienſium datis tempore inijt ſocietatem 657.49
Iſagoge Arithmeticæ Nicomacho auctore 791.19
Iuba Libyæ, Mauruſiæq; rex ob eruditionem non interfectus 401.55
iubar lunæ, quia non ualde obſcurum eſt uidetur etiam interdiu 673.10
iucunda facilia & expedita dicere ſolemus 75.18
Iudæi à Deo abalienati, unigeniti eius filij ſanguine ſe contaminarunt 6.28
Iudæi ad omnium opificem morti tradendum concurrunt 715.18
Iudæi aureum aſini caput adorantes ſeptimo quoque anno peregrinum ſacrificant 813.33 & 403.47
Iudæi bello quàm fame ſitiue perire maluerunt 793.15
Iudæi ſeditionem mouent contra Pilatū 756.46
Iudæi ſub Claudio ſeditionem mouent contra Chriſtianos 419.30
Iudas uir ſtrenuus pro conſeruando fratre periculum adire non recuſat 78.31
iudex Biante Prienenſi præſtātior 339.43
iudex iuſte iudicabit 833.52
iudices de comicis pronunciantes olim quinque fuere 597.48 iuſti ſunt dij 436.30 ſinguli ſingulis Athenienſium tribubus attributi 60.46
iudicium Biantis Prienenſis, unde 180.56 cuique tale futurum qualis ipſemet erit 540.11 Dei omne rectum eſt 14.57 eſt præcipuum & proprium ingenij munus 350.13 Lemnium pro peſſimo 535.23 Prienenſe 339.43 Rhadamanthi de manifeſte teſtatiq; iuſtitie dictum 810.46
Iudithe Holophernem callidè circumueniens decollat 656.17
iugum militare quid ſit 368.18
Iulianus imperator Libanij admirator 536.33 in eruditorum congreſsib. omnes appellabat ſodales 332.45
iumenta ſecundum Pythagorem etiam ſomniant, ægrotant & ſigna habent 666.32
Iuno cur à Romanis Moneta dicta 600.3 ſella Vulcani inſidioſa capta fuit 380.53 Venerem prægnantem lædit ueneficio 785.47
Iupiter Herceus quis 384.38
Iupiter hoſpitalis, pro Ioue hoſpitum inſpectore 637.57 &c.
Iupiter humanarum rerum diligens inſpector 547.7
Iupiter in Creta nutritus eſt à Corybantibus 636.29
Iupiter omnia quæ fiunt pellibus inſcribit 356.53
Iupiter primus Ganymedem adamauit 437.28
Iupiter quadriuultius in templo Dei collocatus 558.13
Iupiter quare deſcenſor dictus 478.16
Iupiter quare dictus ſeruator 187.40
iuramenta ueterum qualia 613.16
iuramentum calumniæ qualiter græcis ἀντωμοσία uocatum 96.31
ius armis nullum potentius 140.52
iuſiurandum Athenienſium Heliaſticum 187.51. 373.53
iuſiurandum quantumuis ſanctum, temē expugnatur 34.37
iuſiurandum Rhadamanthi qualenam ſit 810.49 &c.
Iuſiurandum uenereum noxale non eſt 165.53
iuſti redditoribus impijs formidoloſi ſiūe 656.1
Iuſtinianus imperator religioſiſsimus 393.40
Iuſtinianus Rhinotmetus improbos magiſtratus reipubl. præfecit 407.1
Iuſtinianus ſubditos ſuos in dies ſingulos expilabat 34.44
Iuſtinus imperator & ſeuerus & perquā diligens habitus 289.55
iuſtitia eſt inuiſibilis 30.3
iuſtitiæ inſpectrix uniuerſi, ſcelerum confectatrix appellata 517.11 &c.
iuſtitia pœnam differens eandem poſtea duplicat 734.33
iuſtitia ueterib. quomodo definita 141.30
Ixion quare diſcorus rotæ ſit affixus 401.50

L

Laberia, Romana matrona non ignobilis, quæ occaſione à Sylla poſt obitū Metellæ in cōiugiū ſit petita 893.3
labes Origenis gloriæ aſperſa 701.51
labor improborum etiam multus erga Deum prorſus eſt irritus 593.58
labor laboſe cumulatur 775.39
labor pigritiæ inimicus & inuiſus 105.44
labor ualidum, ignauia morbidum facit 438.5
labores ſenectuti cum hominum tum animalium minuendi 411.28
laborantes febri hecticæ que de cauſa calorē ſuum nullo modo ſentiāt 631.10
labra fruſtra penis non ficu ſunt obturāda 46.19
laccoplutos ab opum affluentia dicitur 460.11 &c.
Lacedæmonij hoſpites uerberibus expellebant 637.16 ſeruos qui in Tænarum promontorium, in quo ſecuros ſe fore credebāt, rōfugerent, interemerunt 910.45 ueſte cur bra in bellis uſi cur ſint 470.13 uxores ſuas minimè cuſtodiunt 522.14
Lacenæ à Becide ſenatæ 171.8
lacrymæ Megaricæ, pro fictis & falſis quomodo ponantur 575.1 &c.
lacus in ſacris literis quid ſit 518.2
læſio hoſtium eſt fortitudinis 348.22
λαλεῖς αἰχμαλώ, ὁ ἄτιμος διαλέγῃ 165.13
Lamechi duo commemorentur in literis ſacris 512.38
Lampon anſerē iurans, quid ſit 523.31 &c.
lapathum herba aluum ciet 513.55
lapis Auxni ubi fuerit, quidq́, ſignificet 159.25
lapis Herculeus eſt magnes ferrum attrahens 378.35
lapis Lydius quis 274.5
lapis omnis mouendus eſt 780.7 &c.
lapſus imperitæ multitudinis ferendi 5.41
largitiones è rapinis 787
larus hians, homines ſunt rapaces & furaces 514.8
larus qualis auicula 479.22
later incoctus ab aqua non aliter quàm cera à ſole diſſoluitur 765.48
lateres crudi ad bellicas machinas contra ſunt tutiores 765.38
Latini ab Italo quodā Itali uocati 514.18
Latona mater Apollinis 536.24
latrocinium pium & honeſtum quodnā ſit 463.28
lauacra multa Herculi à Minerua ſunt demonſtrata 380.17
laudes uiæ ſolitariæ 897.8
laus uirtutis in actione conſiſtit 597.33
Laetro mambroū Abimalechi regis Aegypti, totiuſq; eiuſdem familiæ, propter Abrahamum, pro eo apud Deum interpellantem, ſanatur 8.9
Lexici Aſricæ regionis cōpilatores 78.12
lectio librorum à ueteribus ſcriptorum, iuxta reſponſum Zenoni Cittieo oraculum ſciſcitanti factum, uitam felicē facit 891.27
legati à Lacedæmonijs uiolari 19.18
legati Darij ducum à Lacedæmonijs in puteum coniecti 814.56
legati Xerxis à Græcis uiolati 639.45 &c.
legatio falſa quid ſit 723.8
leges eteonieriæ, ſunt, quibus liberi parentes alere obligentur 740.48
leges diſciplinatæ Lycurgi quæ 548.30
leges magni ſunt faciendæ 82.48
leges uiolandæ non ſunt 873.38
legio Romanis quid 525.8
legumlatores Athenienſium quinam fuerint 618.53
legumlatores diuini fuerunt Moyſes & Chriſtus 628.51
lemē Satanæ quid 510.32
lemmata quid ſint Ariſtoteli 535.8
leo imperator leode capitur 41.44
leo me uel deuoret, quale prouerbium 99.13
leo Nemæus ab Hercule occiſus 614.55

Nicolaus Damaſc. hiſtoricus Auguſto Cæſari tam charus fuis, ut in eius gratiam placentas melitas Nicolaos appellare ſolitus ſit 94.16 & 613.40

Nicolaus mortuus tres duces falſò accuſatos & condẽnatos à ſupplicio, ſi dijs placet, liberauit 613.30

Nicomachus pater Ariſtotelis philoſophi 625.8

Nicoſtratus actor comœdiarum præſtantiſsimus eſt habitus 279.24 & 625.34

nigri ſunt albis efficaciores 684.10

nihil eſt in terris homine imbecillius 98.52

nihil eſt in mundo, quod cum conſcientia bona comparetur 43.34

Niniue à quo condita ſit 154.18

Ninus Semiramidis maritus 626.14

Niſyrus inſula uini boni feras 626.41.&c.

Nitrarus quidam ob molliciem perquã infamis 617.2

nobiles è crumena qui 197.41

nocumenta hoſtiũ per crabrones in ſomno uiſos portenduntur 901.4

noctua ſaltare cur dicatur 268.16

noctuæ Laurioticæ, de pecunioſis dicuntur 202.37

Noe patriarcha undénam dictus 634.4

Noa ſolus cum ſuis pleriſque, ob iuſticiæ obſeruantiã in diluuio ſeruatus 583.6

Nomarchæ magiſtratus apud Aegyptios locis certis diſtributi 628.17

noman Aiacis doloris ſignificationem in ſe continet 267.1

nomen Herculis unde factum 380.48

nomen relegandi ſcribebatur in teſtulis 679.54

nomina caprarum, de quo prouerbialiter dicatur 265.31

nomine dæmonum impudentiæ præſidũ conficta 861.40

nomina tria, conſilium uidelicet, lux & uita, Orpheo unum & eundem deum ſignificantia 678.17

nomiſma Cyrenæorum 177.10

Nomophylaces à Theſmothetis diuerſi 649.53

Nonacris rupes eſt è qua ſtygis aqua fluit 955.33

Nonæ dies menſis ſunt, ipſas Calendas ſtatim ſequentes 630.39

nos ſæpe non ab alijs ſed à nobis ipſis patimur 909.26

nothi quotam hæreditatis partem Athenis acceperint 311.51

nothus eſt quaſi numine priuatus & à diuinitate alienus 627.48

notius duplici modo dicitur 205.3

noua per Christum in mundum uenientem allatã 53.11

nouacula in cotem, de ijs qui uoti compotes facti ſunt, dici ſolet 642.15

nouilunium menſis eſt initium 631.57

nox dia prior 678.9

nox in quatuor diſtribuitur uigilias 802.16

nox umbra eſt terræ à ſole ſub terra uerſantis abſconditione effecta 636.23

noxa mentis uehemens, amentia dicitur 536.20

nubes eſt fumoſa terræ exhalatio 620.4

nubes extentæ uellaribus ſimiles 620.10

nubes Homero cœli portæ ſunt 816.12

nubes Ixioni loco Iunonis obiecta 401.47

nugæ Græcanicæ de corporibus, quibus animi poſt ſuum ab illis diſceſſum circumdentur 766.50

numeri Pythagoreorum qui 362.55

numerus ciuium Romanorum bellorum externorũ adhuc rudium quantus fuerit inuentus 827.50 & 828.2

numerus denario completur 131.6

numerus ſenſibile eſt ſenſibus omnibus commune 473.46

numerus ſeptenarius pro multiplici ſolet uſurpari 383.10

nuncius Arabius 124.13

nuncius bonus eſt res magni momenti 575.22

nuptiæ etiam uoce τέλος ſignificantur Græcis 911.56

nuptiæ Oedipi & matris eius Iocaſtæ infelices 646.35

Numa Pompilius leges & inſtituta Romanis præſcripſit 631.38.&c.

Numa Romanorum legiſlator 628.22

nummus à Numo, altero poſt Romulum Romanorum rege, dictus 147.57 & 148.1.&c.

nummus mortuis dari ſolitus 213.53

O

Obiecta tactus quæ 272.52

obiectum tactus ſolidum qualénam ſit 95.40

obijcere agnos canibus, eſt homines quietos ſycophantarum libidinibus exponere 787.24

obliuio eſt ſcientiæ amiſsio 534.18

oboli pholles appellati qui 481.16

oboli ſex drachmam conficiunt 903.55

obolus mortuis in quem finem dari ſolitus 580.1

obolus quantum ualuerit apud Athenienſes 648.37

obolus ualet ſex æreos, quorum ſinguli ſeptem continent minuta 903.56

Obryzum eſt aurum ſæpius excoctum & ita purum putum 657.43

obſalsi rebus ceterrimis ſæpiſsimè ueſcuntur 102.6

occaſio eſt rerum omnium optima magiſtra 317.50

occaſio non negligenda 464.&c.

Occidentales Orientalibus belliccoſiores 827.42

occultatio methodus eſt, qua quis propoſitum id, quòd concludit, cælare poteſt 512.32

occupationes abſtrahunt à peccando 52.32

Ochoſias Achabi filius homo impijſsimus 373.36 & 693.47

Ochus philoſophus fuit apud Phœnices 707.37

ocioſi in negocijs ridiculi 689.16

ocium naſci in Academia quid ſit 123.13

octipes pro ſcorpio dicitur 654.57.&c.

oculi Atrei pro acribus & duris 157.30

oculus dexter palpitans quid Poſidonio ſignificet 713.57 &c.

oculus eſt corporis lucerna 331.45

oculi regis, de quibus dicatur 693.3

odontomantes à pleriſq; pro Iudæis habiti quid faciant 111.44

odores, aeris, eos tranſmittentis, facultate percipiuntur 680.18

Oedipus clauis in oculos impactis ſemet ipſe interfecit 646.41 & 666.11

officia ſunt quorum actio conuenit rationi 457.13

officium ædilium quod 471.18

officium amici optabilius eſt quàm beneuoli 348.11

officium boni imperatoris eſt, ſine deliberatione nihil inſcipare faciendum cùm aliàs, tùm uerò in primis quãdo eſt imparatus 911.23

officium medici boni quodnam ſit 386.37

officium obtemperandi fratri ſeniori debitum 816.40

officium rerum mediarum quodnam ſit 457.36

officium uiri boni quódnam ſit 129.8

Ogdoecontalithus liber eſt Orphei, ideo ſic inſcriptus, quòd de gemmis octoginta tractet 677.20

olea, ficus, uitis item imperium ſibi ab arboribus delatum ſponte reſpuerant 4.17.&c.

olfactus indicat odores 694.9

olla bulborũ deuorata laſciuiſsimos ſignificat 183.46

Olorus rex Thracum 447.51

Olympias prima ſub Solomone fuit inchoata 656.37

omnes morte æquamur 102.8

omnia ad Dei nutum non hominum uoluntatem agenda 83.34

omnia octo 710.18

omnia ſimilia ſunt, etiam ipſa formoſa Rhodopis 101.57 & 102.1

omnia ſunt eſculenta in obſidione 102.5

omnia uirtuti & honeſtati ſunt poſtponenda 474.35

ὀρφανοὶ collectanei ſunt 198.56

ὀρφανοὶ contra ... à quibus theologis antiquis cõtra quos defenſum 114.4

Onocentauri, quorum mentionem fecit Eſaias, quales nam ſint dæmones 848.33

Onogyrus generis iuncei ſtirps eſt 487.53

Onomarchus Phocanſium fuit tyrannus 958.14

onus telluris ſunt homines nullius utilitatis 201.58

opera Dædali pro egregijs uſurpantur 216.37

opera uirtutum uocantur ab apoſtolo arma lucis 671.40

opes facilè parantur, difficilimè uerò conſeruantur 766.16

opes figuli, infirmas & inconſtantes opes ſignificant 479.33

opes periurijs, numinis ipſius contemtu, mendacijs & iniquitate pleruq; corraduntur 697.18

ophiomachus cicadæ genus eſt alis carentis 691.18

opifices à locupletibus gergethes appellati 745.13

opinio de dijs à Diagora quibus in libris refutata 131.48

opes obſcuræ quæ dicantur 164.18

opinabilia quid ſint 257.28

opinio falſa ſæpè eſt pro uera 898.58

opinio ὑπόληψις, hoc eſt, exiſtimatio uocatur 793.23

oppoſita quadrifariam dicuntur 90.42

oppoſita ſunt quæ contrarijs tollendis conſtant 119.54

oppoſitiones cauſarum efficientium & finalium 456.10

optio trium calamitatum Dauidi propoſita 315.12

opus Aſclepiadeum omnium religionum continens conſenſum 377.50

opus diui Baſilij de ſpiritu ſancto 175.8

opus Iubæ de pictura 271.35

oracula Apollonij Tianei qualia 205.37

oraculum Athenienſibus à Xerxe bello impetitis datum 83.48

oraculum Attalo maiori factum 155.43

oraculum de Chriſto Cæſari Auguſto datum 159.8

oraculum diuinum nulli eſt irritũ 182.7

oraculum Iouis Dodonæi 259.8

oraculũ Rhodiorũ qualénam ſit 824.49

oratio cõtra imaginum cremetores perutilis, ſcilicet 321.19

oratio Gregorij theologi in funere Baſilij Magni habita 8.22

Plato cubicularius Baſiliſci temporibus crematus 791.24
Plato cum Homero comparatus 136.32
Plato cur ab initio dictus fuerit Ariſtocles, poſt itam Plato 761.48
Plato de certo comprehenſis pronunciare, falſa coarguere, de obſcuris aſſenſionem ſuſtinere ſolitus 308.42
Plato Moſes Atticè loquens 632.7
Plato Moſen compilâſſe uiſus 764.4
Plato multa prophetarũ dicta in ſua ſcripta tranſtulit 117.5
Plato, urbe relicta, uerſatus eſt in Academia 770.41
ploratus in ſomnis accidens futuram denotat lætitiam 458.20
plorare ad nouercæ tumulum, quid ſit 796.28
Plutarchus apud Cæſarem Traianum in magna gratia fuit 766.2
pluuia eſt mutatio nubis in aquam, cùm humor è terra aut mari attractus decidit 958.40
polenta etiam bona eſt poſt panem 10.6
poculum boni genij antiquitùs quale fuerit 10.50
podex lorionem uincit 808.51
poemata Carcini pro poematis obſcuris cur dicantur 467.49
poëmata Palamedis à quibus ex inuidia deleta ſint 711.18
poemata Homero aſcripta quot & quæ 659.20
pœna Athenis temere litigantium quanta 312.36
pœna eleemoſynã indigentibus non præbentium & fraudatorum eadem 181.8.9 & 287.1.&c.
pœna peccati ob uitæ correctionem mitigari ſolet à Deo 414.23
pœna qua adulteri affici ſunt ſoliti, qualis'nam fuerit 821.50
pœnæ propter emendationem & exemplum infligendæ 763.40
pœnæ Tantali ſunt, cum bonis præſentibus frui non licet 905.13
pœnæ ultrices maleficos ſequuntur 808.23
pœnitentia Dei caſtigationis eſt ceſſatio ſeu finis 587.34
pœnitentia in Deum nulla cadit 586.48 & 587.34
poëſis Homeri conduplicata 389.8.&c.
poeſis mendacij obſtetrix 86.14
poeta loco philoſophi Clytemneſtræ ab Agamemnone præfectus 158.1.&c.
poetæ aquam bibentes non bona ſcribũt carmina 951.12
poetæ tribus hiſtrionibus ad agendas fabulas utebantur 615.53
Poetę uerſuum bucolicorum quot & qui fuerint 435.37
Pogon Trœzeniorum portus 368.47
Polemarchus qualis'nam fuerit apud Athenienſes magiſtratus 768.36
Polemon Laodicenſis ſeipſum in ſepulchrum coniectũ inedia cõfecit 769.28
πόλεμος γλυκὺς ἀπείρῳ 804.84
politia ab oratoribus peculiariter democratia, hoc eſt, populare imperium uocatur 770.31
polus ueteribus uniuerſum cœlum ſignificauit 770.46
Polybius arguit Timæum 231.13
Polycarpus, Iohannis euangeliſtę diſcipulus, ſub M. Antonino interfectus 772.50.&c.
Polycrates, Cypri princeps, bonus euadit malus 773.18
Polycrates Samiorum tyrannus 909.5
Polydamas Scotuſæus pugil roboris inuſitati 771.37
Polyeuctus quidam ætate Suidæ uir execrabilis 771.17
Polymnemon opus eſt à Rhegino Grammatico ſcriptum, à memoria multa ſic appellatum 821.14
Polypus deuorat ſemetipſum 773.20
poma dulcia ſunt abſente cuſtode 204.13
Pompea uaſa ſuos ad pompas comparata 774.8
ponentes ſummum bonum in uentre, eumq́, pro Deo habẽtes, κοιλιοδαίμονες appellantur à Græcis 946.5
πόνος ἀεὶ πόλεμος 105.44
pontes quomodo facilimè conficiantur 355.54.356.1.&c.
Pontifex à quo & cur conſtitutus 775.46
pontus bonorum, pro copia bonorum 775.57.&c.
Pontus Euxinus omnium maximè mirabilis 341.58
Pontos propriè quid ſit 775.54
populi à magiſtratibus, ut equi habenis reguntur 767.36
populus Iudaicus regis Dauidis peccatũ luit 215.30
populus magiſtratus rationem non minus habebit, quàm ſe à magiſtratu curari cupit 147.17
populus Samiorum, de ſtigmatijs uſurpatur 832.41
porcelli luſtrales qui 451.55
porcus Bœoticus, 191.24
portæ inanium ſomniorum apud Homerum geminæ ſunt 666.15
portæ iuſtitiæ quid ſint 816.4
portio Theſſaliæ quælibet quaternio uocatur quòd tota Theſſalia quatuor in partes diſtribuatur 917.4
Portulaca pulchrè deſcripta 80.32
portus amicitiæ plæriſq; infidus eſt 37.43
Poſus Indorum rex tantum uini bibere, quantum ſoli libare, ſolitus eſt 651.47
poſteri uum maiorum ſuorum luant delicta 373.30
poſtrema ſunt à principijs longiſsimè remota 803.36
potabile & impotabile guſtabilium principatum qui teneant 86.3
potentes peccantes, potenter punientur 867.54
potentia de ultione dici ſolet 418.47
potentior rogando cogis 607.48
præbere linguam gratiæ ſpiritus adminiſtram, prophetiæ proprium eſt 802.14
præco Athenienſis à Megarenſibus interfectus 876.7
pręcoces ſunt, qui adoleſcentes cùm ſint, ſeniores uidentur 801.23
prædicatio æquiuoca quid ſit 898.18
prædicatio uniuoca eſt, quoties nomen etiã definitionem pro nomine admittit 898.15
prædicens res futuras, ſpiritu prophetico præditus eſt 8.3
præfecti annonæ erant Athenis magiſtratus uiri quindecim, curãtes ut frumentum, farina, panes rectè uenderentur 857.52
præfectus prætorio quis olim fuerit magiſtratus apud Romanos 307.7
præiudicium quid ſit 788.12
præſtites in bello qui'nam ſint 718.34
[illegible] 80.49
precarium quid ſit 795.47.&c.
precationes à Scribis continuabantur 949.51
præſter quid'nam ſit 785.32
Priapus Bacchi amicus eſt, ut fugæ amor 947.35
Priapus quale Bacchi ſimulacrum 785.37
princeps, qui ædificationibus ornatis delectetur, uituperio dignus eſt 647.45
principatus Macedonicus quando uergere cœperit in deterius 85.55
principatus quotuplex ſit 143.44
principatus Scythius quid 145.39
principia demonſtrant non demonſtrantur 805.34
principia, earum quę guſtatu ſentiuntur, uolunt plerique id eſſe, quod potari & non potari poteſt 85.47
principia natura ſunt prima 803.35
principia philoſophiæ & ſacerdotij eadẽ non ſunt 390.13
principia rerum ſecundum quendã quinque ſunt 144.38
principium animæ à corde uſq; ad cerebrum 631.39
principium dimidium totius 645.18
principium lineæ centrum eſt 835.9
principium quodlibet moderatum eſſe debet 533.46
Priſcus, Conſtãtini Magni filius, unà cum nouerca ſua ab ipſo Conſtantino interfectus 509.44
Priſcus Emeſenus inſignis falſarius 780.34
proæreſis quid ſit 789.35
probabile, eſt axioma ad aſſenſionem ducens 756.7
probabile plures habet rationes 339.43
probabilia quæ ſint 393.45
problema eſt id, quod ad diſceptandum proponitur 707.43 & 799.6
problemata logica quid ſint 439.34
problemata moralia quid ſint ſint 439.28
probule actio dicebatur in calumniatores 787.55
probi ciuium Alexandrinorum cur ab eorundem magiſtratu diligẽter inquiri iuſſi 903.9
procharisteria, quid ſint 808.19.&c.
Proclus Platonis defenſor 856.33
Proclus, & alij philoſophi, lucubrationum Dionyſianarum cõpilator 449.2
Procopius hiſtoricus Cæſarienſis 10.18
proditor iactantiæ dicitur is, qui, quæ facilè pollicetur, non præſtat 789.43
proditores quinam dicendi 789.1.&c.
πρόεδρος ex eo nomen habet, quod primã ſedè teneat princeps duxue reip. 790.5
proeroſia quid 790.12
profluuium uentris morbus eſt porcorũ incurabilis 235.18
profunditas maris inquiſita percipi non poteſt 123.35
profunditas phalangis quid 170.18
progenies hominis, iuſiurandum ſeruantis, poſt eum melior eſt 343.8
progreſsiones uirtutis à Stoicis ſublatæ 129.30
proles ſtellarũ cœleſtiũ numerũ exæquatura promittitur Abrahamo diuinitus 835.&c.
propago furiarum, de turpibus dici ſolet 314.27
prophetia quid ſit & quot modis diuidatur 801.23
proportio magnitudines inter ſe confert 74.11
propoſitio Dialectica eſt, ad quam interrogatus affirmatiuè uel negatiuè reſpõdere poteſt 810.25
propoſitiones ad cognitionem & ueritatem relatæ Ariſtoteli ſunt naturales 705.34
propoſitiones ad expetendum & fugiendum Ariſtoteli relatæ morales ſunt. ibid. 33
propriũ caloris eſt calefacere 600.17
proprium cuiuslibet animalis quale ſit 675.20
proprium deorum eſt, nunquam errare, rem

rem uerò ſemper bene gerere 890.20
proprium duplra eſt 389.10
proprium hominis eſt, doctrinæ capacē eſſe 826.2
proſelyti erāt, qui ex gentibus ad Iudæos ſe conferentes, à diuinis legibus uitam inſtituebant 796.15
Proſerpina ſubterraneus eſt dæmon 752.28
proſtatæ Athenis dicebantur inquilinorum patroni 797.53
proteſis eſt quæſtio propoſita 799.5
Proteus ſe Apollonium eſſe dicit 116.30
Prothymata unde dicta 790.55
Protoplaſtus ante lapſum fuit immortalis 78.49
prouidentia Dei modis fit tribus 647.47
prouidentia ſola eſt per mundum uniuerſum 501.25
prouidentia ab ipſis etiam hoſtibus diſci poteſt 553.46
prudentia humana conſilio diuino conferri non poteſt 894.2
prudentia inſaniæ à Paulo oppoſita 877.25
pruina humor eſt, à ſole ex terra marique ſublatus quidem, ſed non confectus 739.20
pruna Damaſcena uentrē molliūt 188.48
Prytaneum qualis fuerit apud Athenienſes curia 804.48
pſalacanthe ſtirps eſt, mira quadam ui prædite 805.48
pſilagia duæ centuriæ, ſunt uiri ducenti quinquaginta ſex 906.5
pſitteci, & aliæ ſimiles aues, amoribus ac commodari indicantur 37.22
Ptolemais anus quædem uſq; ad obitum in iudicio litigauit 865.44
puella florentis gratia ſemper ſeni iungenda 867.15
puellæ deformes equæ dictæ 846.37
puellæ fame ad laqueum adactæ 814.24
puellæ Spartanæ ſe nudas præbebant cōſpiciendas 859.38
puer bonus, plerunq; uir malus 91.8
pugiles aduerſario medio prehenſo ſuperiores euadunt 888.30
pugiles ſtupidi ſunt 806.14
pugiles Tanegrei, pro præſtantibus & generoſis pugilibus dicuntur 905.3
pugna Marathonia proprium upus Athenienſium 134.53 &c.
pugna Marathonia ubi quomodoq; depicta 808.13
pugne ranarum, Homero falſò attributa, à quo ſcripta 755.46
pugnare cum umbra, eſt, res impoſsibiles ſuſciperē tractandas 860.13
pulchra ſæpius iteranda 853.48
pulli aquilarum eſis adhuc infirmis iuxte parentes uolare ſolent 348.37
pulli aquilarum pro regum principumq; filijs uſurpentur 35.8
pullus equinus in ſomnis currere uiſus, arcani quiddam notat 770.43
pullus tuus ſemper eſt paruus, de ijs dicitur, qui ob ſtaturæ breuitatem ſe iuuenes dicunt eſſe 595.3
pulmones cordi ſeruiunt 466.9
pulmones piſcibus neceſſarij non ſunt 466.4
pulſare limen ipſum, quid 162.48
pulſatio citharæ ubinam primum fuerit inuenta 149.28
pumiliones ſuperiora grandiora, & pudenda magna habent 609.53
punctum à uirgula differt tempore 137.2
punctum eſt lineæ finis, ſignum minimū 885
pyanepſia uel panopſia quale feſtū 808.50. &c.
pylæa locus eſt in quo & legati & ipſum ſedet concilium 815.43
Pyramus quel ſoam plecentæ genus 816.45
pyrauſta muſca eſt, quæ lucernis adolitans comburitur 816.55
pyrrhiche ſaltatio armata eſt 818.4
pyrilampes, qui & lamporis, eſt paruum inſectum in tenebris lucens 817.38
Pyrrhus aleam de ſumma rerum iaciens, ſumma rerum excidit 945.56
Pyrrhus à Romanis quando uictus 349.45
Pyrrhus Fabricium difficiliùs à ſua uirtute, quàm ſolem à ſua curſu auerti poſſe dixit 945.54
Pyrrhus Proſerpinæ templū ſpoliat 113.18
pyſmata ſacerdotibus interrogationes ſunt, quid res ſit, inquirentes 820.22
Pythia Apollinis ſacrificulo 814.50

Q

QVedians anni quilibet in trientes diſtribuitur, ut ijs duodecim anni menſes exprimantur 951.31
quadrigæ ſtellarum, pro ſolis curru ponuntur 151.33
quadrupedes caſtratæ propter morbum ſacrificatæ 399.39
quæ appetitione aguntur, partim officia ſunt, partim contra officium ſunt 457.11.12
quæ faciendo diſcimus, ea diſcendo facimus 877.9
quæ in bellis præter animi ſententiā eueniunt, caſus nō res geſtæ dicēda 183.30
quæ mouenda non ſunt, ne extremo quidem digito mouendo 590.31
quæ ſecundum naturam affecta ſunt, non percipiunt ea, quæ contra eandem ſunt affecta 631.6
quæ ſenſu percipi queunt, etiam circumſcribi queunt 104.48
quæ ſunt infra lunam, à quatuor cauſis dependent 365.15
quæ'nam noxia ſumptuoſaq; à Lacomb. fuerint æſtimata 647.33
quæ'nam res ritu Babyloniorum in mortuorū cadauera cōijci ſolitę ſint 864.4
quæſtio ad contemplationē & cognitionem facit 787.44
quæſtiones cuiuſque rei quot & quæ ſint 787.45
quæſtiones Homericæ à Soterida conſcriptæ 876.31
quæſtus turpis à filijs Samuelis pluris eſt factus, quàm æquitas 458.15
quaternio libris quatuor à Telauge Pythagoræ filio deſcripta 918.54
qui annonæ pretium incendit, execrabilis eſt 928.39
qui beneficijs afficiendi non ſint 168.43
qui cum inſanis nō inſanit, inſanit 585.54
qui hominibus bene fecerunt, ij ſunt honorandi tantum 684.4
qui iureiurando cōſpirarūt, alios ſe euerſuros, coniurati ſunt 641.13
qui malo multa patrat, multa mala iſte luet 867.16
qui olim ſtrategus, hoc eſt, dux & imperator appellabatur, nunc phalangarches dici ſolet 946.48
qui parentum miſerabiliter interfectorū obliuiſcitur, ſtoltus eſt 648.15
qui patria neglecta ſibi ſoliſq; rebus conſulit, odio dignus eſt 858.15
qui præcipit alij, periclitatus eſt ipſe quæ præcipit 587.8
quis rectè proditor appelletur, iudicatu eſt difficile 788.48
qui res ſuas malè geſſit, alienis nunquam bene conſulturus eſt 951.7
quicquid egit, eſt corpus 874.5
quicquid fit, ſiue natura, ſiue arte fiat, ex materia conſtat & forma 953.48
quicquid quouis modo tactui reſiſtit, tactus eſt obiectum 95.46
quidam poſt Imperatoris Cōmodi mortem ſe Sextum eſſe dicere non ueritus, & falſum dicere deprehenſus, grauiter impegit 846.19. &c.
Quintus Seruilius Romanorum conſul fuit 846.34
quis beatiſsimus 557.17
quis Herculi clauem primus attribuerit 754.28
quis modus aquarum, quale prouerbiū ſit 931.17
quod aliquam rem conſequitur, genus eius non eſt 673.18
quod factu nefas eſt, id ne quidem dictu fas eſt 60.19
quod factum eſt, à nemine infectum fieri poteſt 648.54 & 913.6. &c.
quod nigro contrarium eſt, id album eſt 805.13
quod quis nō habet, à nemine ei eripi poteſt 44.1
quod tranquillitas eſt in mari, id ſerenitas eſt in aere 909.53

R

RAdix hellebori aquas inficit, uentrisq; profluuium cauſatur 868.30
ramus lauri uel myrti à pueris in conuiuijs canentibus geſtari ſolitus 606.4
ramus oleaginus, lana coronatus, cur Apollini poſitus fuerit ab Athenienſibus 366.33
ramus oliuę coronatus à ſupplicibus exhiberi ſolitus 398.24
rane Seriphia, mutus ſignificat 177.11
ranæ è mali Punici corticibus fabrefactæ 851.26
raphani magni ubi naſcantur 760.17
raptus Helenæ belli Troiani decennalis cauſa 731.17
ratio boni & prudētis eadem nō eſt 13.16
ratio, corpore malè affecto eneruatur quaſi 541.14
ratio euerti non poteſt 43.17
ratio fatigationū pellendarū quæ 478.13
ratiocinatores Athenienſium numero decem 541.17
rationes quibus docet imperium militare ſuſcipiunt tres ſunt 887.18
recordatio & è cōtrarijs & à ſimilibus eſt 598.29
recordatio quid'nam eſſe uideatur 74.33
recti ſunt ij qui Deum cognorunt, & errorem reliquerunt 337.18
reges Aegypti omnes dicebātur Pharaones à primo Pharaone 949.38
reges antiqui epulum publicum præbentes quomodo ſe geſſerint 794.40
reges natura nemini ſunt inimici 95.8
regia palatium à Pallante uocata 711.53
regnū Aegialei, Sicyonis primi regis, annos durauit nongentos 851.52
regnum Dei grano ſinapis comparatum 697.33
regio Iſraelitarum cur tabernaculorum uallis appellata 513.5
regio Scytharum crebris niuibus regi ſolet 617.16 & 714.18
regnum Solomonis ob ſimulacrorū cultum diuiſum fuit 867.44
Regulus cùm à Carthaginenſibus, qui eū ceperant, Romanorū conſenſu liberari & in integrum reſtitui poſſet, noluit 821.31. &c.
relegatio differt ab exilio 679.55
religio ab hominib. neglecta, eiſdem multorū malorū cauſa eſt 858.1. &c.
religio non debet eſſe coacta, ſed ſpontanea 785.20

in Siona monte condita, à pace ſic appellata 580.23
ſales è plauſtro, dicitur in eos prouerbio qui apertè aliquem derident 902.51
Salmoneus fulgurando & tonando Iouē imitari impiè conatus, fulmine fuit ictus 830.37
ſalſamenta carnibus abſentibus boni cōſulenda 907.2
ſalſamenta ſufficiunt ubi carnes non adſunt 71.57 & 72.1
ſaltare in tenebris, de quib. dicatur 298.14
ſaltatio Pantomimus ab Auguſto Cæſare inuenta 678.36
ſaltationem eandem reperendam dixit quidam Marcus Imperatori Zenoni 919.12
ſalubre aliud eſt ſanitatis efficiēs, ut medicamentum, aliud uerò cōſeruans, ut ratio uictus 951.16
ſalus cuiq; ſua in primis curanda 875.10
ſalus longo tempore uix inſtaurat, quod noxa paulo momento uaſtat 782.16
ſalus principū quibus in rebus ſita 599.17
ſalus prouincialium amplificationi imperij præferenda 97.47
Saluſtius philoſophus 564.40
ſamæna qualénam ſit biremis genus, & à quo inuenta 833.1
ſambucæ qualis ſint inſtrumēta, & à quo fuerint inuentæ 832.33
Samæ Samij nauigij genus 907.30
Samnites perfidiæ cauſa ſibi hoſtes cunſtituunt eos, cum quibus inire fœdus ſe cupere ſimulant 786.17
Samothracia eſt inſula ſita è Thraciæ regione 833.8
Sampſun per ſcorta eneruatus 833.45
Sampſon quandiu corporis uoluptatib. imperabat, tamdiu ſuis hoſtibus ſuperior euadebat 833.46
Samuel anno ætatis duodecimo incipit prophetare 833.28
Samuel propheta ab Anna matre diuinitus expetitus nomine Samuelis, quaſi Deoptatum uel Adeodatum dicas, eſt appellatus 833.18 & ibid. uerſic.39
ſagapenum oculorum cicatricibus & lippitudini conducit 819.43
ſanctimonia ſcribarum & phariſæorum quanta 949.40
ſanctimonia uitę uerbis eſt potior 84.46
ſanctus eſt, quiſquis Deo ſe totum conſecrauit 679.11
ſandalium Iouis, pro re magna uſurpatū ab Eupolide 936.50
ſanguis eſt id, in quo uita noſtra conſiſtit, & omnium bonorum præſtātiſsimus 269.15
ſanguis Iudæorum cum uictimis commiſtus 757.2
ſanior Crusone, cucurbita, ricino, de planè ſanis affirmatur 951.25.&c.
ſanitas cognomen eſt Mineruæ 951.16
ſanitas eſt duplex, unaq; in medico eſt, altera in eo, qui ſanatur 951.6
ſanitas eſt potius in morte quàm uita 427.30
ſanitas (humanorum bonorum pulcherrimum) eſt quatuor corporis facultatum: calidi uidelicet, frigidi: humidi, ſicci conuenientia 951.32
Saper ait quidā Tydeo Homerisu, quoad corpus, æqualis, quoad animum, ſuperior 834.45
ſapiens æquè erga gloriam & contemptū affectus, faſtus eſt expers 157.53
ſapiens inter ſtultos non multu loquetur 886.41
ſapiens moderatis eſt affectibus, affectuū non expers 588.15
ſapiens ſui ſimilis ſemper eſſe debet 36.26
ſapiens uacuus perturbatione 101.21
ſapientes ab inimicis multa diſcūt 106.7
ſapientes auſteri ſunt & boni 161.31
ſapientia Epicuri infamis 341.13
ſapientia Homeri & Sophoclis par exiſtimata 769.4
ſapientia non eſt adoleſcentibus ſed ætate maturis 742.18
ſapientia ſolis ijs qui dominum deum timentes, eundem ſincero pectore uenerantur, diuinitus cōmunicatur 998.2
ſapientior Prodico, pro ualde ſapiente 788.23
ſapores remiſsiores prægustatis acrioribus percipi non queunt 273.2
Sappho quædā Lesbia, ſe Phaonem quendam fruſtrà adamāſſe uidens, de rupe Leucade ſeſe præcipitat 949.35
Sara litera r geminata Sarra appellari cœ demum cœpit, cum Abramus, Abrahamus 8.33
Sara uxor Abrahami ſterilis eidem permittit, ut liberorum procreandorum gratia cum ancilla congrediatur 8.18
Saraguri ab Hunnis Acatiris fuere pulſi 3.2.3
ſarcina ſalis unde uenit eodē abijt, quid ſignificet 60.57 & 61.1
Sardanapalus rex muliere corruptior 818.10.&c.
Sardinia inſula eſt maxima, Italiæ uicina, in qua purpuræ præſtātiſsimæ naſcuntur 172.37
ſariſſæ fraxineæ non facilè franguntur 896.55
ſatanas Petrum inſtar frumenti cribrare expetiuit 855.14
ſatellites tyrannorum unde lupipedes appellari 547.40
Saulus Iſraelis rex cùm ſic à cacodæmone exagitaretur, ut quieſcere non poſſet, canticis Dauidicis demulcebatur 834.26
Saulus pro aſinis quæſitis regnum inuenit 834.33
ſaxum ſiccum eſt, quod ſine cæmento ædificijs adhibetur 640.30
ſaxum Tantali 308.47
ſcabellum in ſacris incarnationē domini ſignificare uidetur 962.53
ſcabere & ſcalpere ſe mutuò, de ſeſe mutuò collaudantibus lædentibus'ue dici ſolet 934.33
ſcabies Herculana cur ſcabiem toratu diſſicilem deſignet 380.14
Scammon, inuentorum libro ſecundo, ait literas Phœnicias dictas eſſe à Phœnice Actæonis filia 1007.18
Scandicopola uocatus eſt Euripides, quòd matrem olerum uenditricē habuiſſet 858.38
Scaphium Pauli de res paruas quæritantibus dici cur ſoleat 935.10
ſcarabæi omnes ſunt mares 667.11
ſcarabæus ego aquilæ ero obſtetrix 36.4
ſcarabæus ſemen in fimum bubolū emittens, illud pedibus tandiu agitat, donec fœtus procreetur 464.15 & 667.8
ſcarus marinus ſolus piſciū ruminat 77.16 & 85.50
ſcatens ulceribus, aliorū medicus 344.50
ſcaturigo lympida in ſomnis uiſa quid portendat 191.10
ſcelus oritur ab iniquis 215.44
ſcænæ media eſt theatri ianua 859.16
Sciapodes populi ſunt, apud occidentalē oceanum, iuxta zonam torridam, qui pedes latos habentes eorum umbra cōtra æſtum ſe tegunt 860.10.&c.
ſcientia bonarum malarumq; rerum, neutrarum item prudētia dicitur 1003.50
ſcientia eadem ad plura pertinet 665.6
ſcientia infinita non eſt 363.16
ſcientia ſcientiæ præſtat duobus modis 318.35
ſcientia tranſitio eſt ex definitis ad definita 363.15
ſcientiæ differunt à ſenſibus 318.8
ſcientiæ philoſophicæ quot & quæ Ariſtoteli 319.4
Scipio corpore formoſo præditus, magnanimus naturaque magis iocundus fuit quàm formidabilis 859.40
Scipio cū Hannibale duce Carthaginenſium pactionem init 859.37
Scipio Lycurgo à Polybio comparatus 776.31
Scipio matrem magna proſecutus eſt liberalitate 869.36
Scipio Romanorum dux, oracula potius loqui quàm uerba facere ſolere uiſus eſt 860.50
ſciroma durities eſt, malū hepatis immedicabile 861.29
Sciralus pirata Diogenem Sinopenſem modò leonem cæpit 861.31
Sciton homo utilis fuit & improbitatis nomine ſimul infamis 861.34
ſchola Euſtathij 256.17
Sclaui gens ſunt ultra Iſtrum commorantes 861.54
ſcnips animalculum eſt ligna erodens 862.11
ſcolia feriæ erant Athenienſium, quibus illi in honorem Bacchi per utres unctos ſalirent 864.17
ſtulopendra decies mille pedes habens 276.55
ſcopulus Acherontius cruore ſtillat 167.24
ſcorpium pro perca, deteriora melioribus prælata deſignat 94.56
ſcorpius ſub omni ſaxo eſt, 963.52
ſcorta à Scipione caſtris expulſa 332.38
ſcribæ phariſæorum ſanctimoniā imitantes, quónam modo uictitárint 949.46
ſcribere in aquam quid ſit 458.11
ſcripta Ageſilai pro adulterinis habentur 484.13
ſcripta Apollinaris Laodicæoſyriani 113.50
ſcripta Apollonij Alexādrini, cognomento Dyſcoli 117.50 & 118.1.&c.
ſcripta Galeni non unius generis 195.10
ſcriptores aliquot culinarij ordine ab auctore Suida recenſiti 916.46
ſcuticæ, quibus ludi luco tubarū uterentur, qualiter factæ fuerint 946.48.&c.
ſcylla uſque ad oculos mulier pulcherrima, utrinq; ſena canum capita, reliquū corpus ſerpentinum habens 865.16
ſcytala lignum fuit obliquum & longum 865.45
ſcytalæ Lacedæmoniorum duæ quem in finem comparatæ 865.46
Scytha aſinum, cur prouerbialiter in eos, qui quod nomine auerſantur, reipſa quā maximè cupiūt, dici ſoleat 864.55
Scytha currum non habens in ſua gente infamis iudicatur 628.1
Scythæ cur hamaxobij dicti 627.50.&c.
Scythæ curribus uehi ſolent 484.27
Scythæ cutem capitis unà cum pilis reſecabant 105.13 & 110.46
Scythæ Darium poſtulantem, ut ſibi parērent, plorare iuſſerunt 369.43
Scythæ incurſionem faciunt in Romanorum fines 533.11

Scythæ mutabiles ſunt & infidi 713.34
Scythæ quidam Cruthungi dicti ſunt 869.1
Sebaſta urbs Armeniæ 856.13
ſecare hydram, cur de rebus, quæ fieri non poſsint, dicatur 952.17
ſecta Cynica qualis ſit 517.30
ſecta Cyrenaica unde 134.57.&c.
ſecta Dialectica & Eriſtica 339.14
ſectæ inter Arianos ſectarios unde ſubortæ 130.4
ſectæ philoſophorum nouem 871.30
ſectæ Samoſateni & Manichæorum contrariæ 737.1.&c.
ſecuritas periculoſa 81.44
ſecuritas tarditatem cōſilij ſequitur 725.60
Sedechias, impijſsimus in omnibus, à Nabuchodonoſore deficit 844.5
ſegmentum cornu uocatur à pleriſque duæ, mearchiæ, quatuor uirorum millia & ſex continentes 946.43
Segor urbs eſt, in quam Lotus, incendium fugiens Sodomiticum, conſeruandi ſui cauſa ſe recepit 849.11
Semiprobi ſunt ij, qui peccata deteſtantes, ea tamen committunt 375.34
Semiramis etiam Rhea dicta fuit 845.13
Semiramis Niniuen mœnib. cinxit, eāq; nomine mutato Babylonem nocauit 845.1
Semiramis, prima Aſſyriorum regina, metallorum inuentrix 844.54
ſemiuir hermaphroditus appellari ſolet 945.17
ſelinum ægrotanti opus eſſe quomodo dicatur 844.45
ſelinum in luctu adhiberi ſolitū, prouerbio (Selini cuiona) locum fecit 844.50
ſelliſare cos arrogantem eſſe notet 844.40
ſenatuſconſultum quid ſit 718.2
ſenatus Romanus Fabio Maximo conſulatum ademptum patris cauſa reſtituit 945.10
ſenectus aquilæ, Corydi eſt adoleſcentia 36.8
ſenectus Heſiodia, natu admodum grandibus attribuitur 933.32
ſenectus ira præter mentem nulla 453.11
ſenectus Tithoni, prouerbium eſt, de longæuis decrepitisq; uſitatum 923.28
ſenes cepulares ij ſunt, qui cum in ætatem quintam inciderint, delyrio laborant 946.18
ſenex malorum multorum gnarus 37.56
ſenex moriam ſuſceptor, pro ſene nullius precij 605.46
ſenex, uerberibus effici ſolitus, puer dici poteſt 739.18
ſenſibilia cōmunia quot ſint, & unde ſic dicantur 873.14 &c.
ſenſus à phantaſia differt 948.36
ſenſus à ſenſibilibus patiūtur & perficiuntur 708.54.735.35
ſenſus ad externa refertur 948.36
ſenſus eſt rei præſentis 598.16
ſenſus exteriores quinq; ſunt 878.48
ſenſus id tantūmodo quod adeſt, quodq; percipit extrinſecus, nouit 948.39
ſenſus in brutis animalibus motus ſecundum locum cauſa eſt 486.4
ſenſus oculorum acutior eſt, quàm aurium 939.16
ſenſus quiſq; ſuum tantummodò ſenſibile percipit 949.3
ſententia, antè quàm pars utraq; fuerit audita non eſt ferenda 859.10
ſententia exquiſita accurataque dicitur, quæ ex neceſſarijs eſt confecta 47.24
ſententiæ communes, quid 513.23.48
ſepiæ qua calliditate aduerſus piſcatores utantur 308.36 & 583.56
ſeptum Orionis hominibus incognitum 897.13
ſepulchrū Achillis Rampiniri etiam Troianorum poſteris terrori fuit 823.10
ſepulchrum canis, qualis locus 517.55 & 518.4
ſepulchrum Diogenis canem habet inciſum 986.15
ſepulchrum Iouis Pici 755.1
ſepulchrum Simonidis à Phœnice Agrigentino duce ſuperbè & inclementer diſsipatum 854.13
ſepulture à Romanis magni facta 44.48
Seres gens ſunt, ubi ſericum naſcitur 850.25
ſericum olim ueſtis Medica fuit à Græcis appellata 850.25
ſermo humanus ab auibus linguam & genarum formam humanæ ſimilem habentibus diſci exprimiq; poteſt 1033.55
ſermones Cupidinis & Veneris uerſibus quinquies millia deſcripti. ibid 30
ſermones eruditi loco Muſices adhibiti 47.46
ſerpens hydra ſeptem capitibus eſt prædita 951.15
ſerpentes Hierichuntij pingues 755.33
ſerpentes pellem uetuſtam ſolent exuere 748.55
ſeruare modum, res eſt optima 45.55
ſeruator à Iudæis patibulo affixus 398.27
ſeruator Chriſtus non ui cogit, ſed charitate allicit 874.36
ſeruator iterum conſeruandus eſt 263.56
Seruchus, ab Iapheti tribu ortus, primus idololatriæ auctor fuit 846.51
ſerui apud Athenienſes nouilunio uendebantur 631.2
ſerui qui ab Athenienſibus ad Arginuſas uincentibus manumiſsi ſunt 649.1
ſerui dominis nunquam amici 951.53
ſerui in tribu domeſticum ſuorum accuſari ſolebant 681.1
ſerui Lacedæmoniorum, helotes appellati, in Tænaro promontorio ab illis interfecti 911.43
ſerui Phryges ignauiores & tardiores eſſe putantur 1002.7
ſerui rotis alligati, flagris cædebantur 934.46
ſerui Theſſalorum qui Peneſtæ uocati 741.11.&c.
ſeruire Deo, honos eſt piorum 928.18
ſeruitus trifariam dicitur 258.16
Seſoſtris Aegyptiorum rex, eorundam opprimendorum cauſa, mulieribus uirorum, uiris mulierum officia mandauit 847.40
Sethus, Ademi filius, temporibus aine ab hominibus qui Deus ſit appellatus 849.14 &c.
Seuerianus gloriæ quàm pecuniæ ſtudioſior 841.2 &c.
ſeueritas cum humanitate debet eſſe coniuncta 845.47
Seuerus imperator Romanus orbem Byzantium excidit 841.54
Sibyllæ complures, à parentibus, patria, & alijs earum circumſtantijs deſcriptæ 850.40.&c.
ſicæ curui ſunt enſes, quos ferentes, ſicarij dicuntur 852.31
ſicera potus eſt factitius, uinum nempe condimentis permiſtum 852.47
Sicilia trigeminus Atticæ colliſe 852.38
Siculus uuas immaturas uindemiat, in eos dicitur, qui parui commodi cauſa magnum ſibi damnum accerſunt 852.48
Sicyonius in arenam deſcendit, prouerbiale dictum eſt 852.58
ſidera, præter ſolem lunamq; cætera aluntur terra 717.36
ſidera quotuplicia ſint 717.28
ſideritis ultra magnetem uires mirabiles habere dicitur 852.10
ſignificatio uocis Maranetha 562.7.&c.
ſigma à Dorienſibus San appellatum 833.44
ſigna bellica ſuere, quibus erectis pugnæ inceptum, deiectis pugnari deſitum fuit 856.3
ſignum ab argumento quid differat 912.10
ſignum extremæ dementiæ quod 112.35
ſignum quodcunque, ſiue adhortans ſiue dehortans, à Græcis eſt ἧμα uocatum 675.50
ſignū ſigniferi quodlibet in gradus xxx. diuiditur 388.19
ſilentium comicum quid ſibi uelit 349.38
ſilentium mulierum eſt ornamentum 178.10
ſilentium Pythagoricum quinquennale 813.48
ſilli ab oculorum motu ad deridendum comparato dicuntur 853.5
ſilphium Batti, de quibus uſurpetur 177.9
ſilphium radix eſt ſuaueolens, quæ naſcens in Africa & ad condimenta & ad curationem utilis eſt 853.15
ſimia animans curioſiſsima 756.20
ſimia purpurata, ſignificat homines ſub ſpecie probitatis improbos 756.32
ſimilitudo Dei in nobis comparebit, ſi iuſti ſanctiq; cùm prudentia, tum uirtutibus nō ciuilibus ſed alijs melioribus præditi fuerimus 981.10
ſimilitudo duplex eſt 665.32
ſimilitudo quædam Dei ineſt homini ſecundum Platonem 10.34
ſimius uetulus capitur quidem, ſed tardè 600.29
ſimplicitas eſt duplex 111.18
ſimulachra cur in ſacris ſuſpendicula & piacula uocentur 581.7
ſimulachra lignea in triremium prora Minerdæ ab Athenienſibus collocata 710.48
ſimulachrum hominis quodlibet Iudæis deteſtabile 177.48
ſimulachrum Ianuarij ob quatuor anni conuerſiones quadriforme 387.14
ſimulachrum Iouis qualiter deſcribatur 356.37
ſimulachrū Martis ubi, quale ſit, & quomodo colatur 444.5
ſimulachrum Mineruæ haſtam tenet 38.54
ſimulachrum Mineruæ uictricis quale 622.4
ſimulachrum quid ſit 363.47
ſimulachrum Veneris pectinem cur manu teneat 365.56.&c.
ſinceritas inter Syros & Phœnices nulla ſirma intercedit 899.40
ſinus Dei eſt eius bonorum theſaurus 496.13
Sion ſumitur interdum pro piorum republica 855.37
ſiren inſectum eſt cerificum api conſimile 848.13
ſirenes Græcorum fabulis celebratæ quid ſint 848.15

Simon

S moo ſophiſte fnit & peculator, unde prouerbio dicitur, Simoue tapecior 855.1
Simouides dijs chariſsimus 854.10
Simooides memoriæ firmitate ab Apollonio Tianeo ſuperatus 117.38
Simouides ob foeuitatem orationis Melicertes eſt cugoominetus 852.40
ſimulatio ſtulticiæ quæ fir in loco, eſt ſæpeoumero maxima ſapientte 374.8
ſimulator non minus ac inferi ipſi odioſus 333.1.&c.
Siſypbus ab Homero callidiſsimus fuiſſe ſcribitur: indeque fit ut omoes callidi Siſyphi dicantur 857.31
Siſypbus rex fuit Corintbi, qui onguibus & uogulis animalium ſuorum literas ſingulas inſcripſit 857.35
Smindyrides homo luxurioſiſsimus fuit 889.38
ſocietas delictorum couſolatiooem babet 933.16
ſocietas eſt, cum ijdem utrinq; uel amici ſunt uel inimici 893.28
ſocordia uitiorum maximum 188.51
Socrates à Melito quodam Tragico accuſatus 862.15
Socrates contra XXX tyrannorom interdictũ à diſputationib. abſterreri non potuit 589.23
Socrates & ciuem & inſuper meretriculã duxit 533.54
Socrates fuit Athenienſis 873.44
Socrates ſimus & caluus & ſimilis Sileno fuiſſe dicitur 707.27
Socrates ſubſanneret, in diſputationibus in anguſtias redactus, à propoſito diſcedens, aliò orationem deflectere ſolebat 910.37
Socrates Xentippæ uxoris moroſiſsimæ conuicijs audiendis aſſuetus, se patienter ferebat 944.42
Sodoma, ut & Gomorra, diuino igne abſumpta cur fuerit 847.16
ſol à Philochoro etiam Apollo uocatus eſt 943.18
ſol Anaxagoræ maſſa ignita uel lapis igneus eſſe uiſus eſt 75.30
ſol alitur magno meri 717.33
ſol ætheris oculus appelletur 657.36
ſol aurea cathena dictus à Platone 1028.24
ſol eſt harmonia uniuerſi 118.19
ſol lucis diurnæ cauſa eſt 671.18
ſol obſcurus in ſomnis conſpectus mali eſt omen 601.9
ſol præ Perſarum ſagittis qualiter obſcuratus 519.27
ſol, quaſi tardum quoddam incendium, magno meri ali putatur 74.34
ſol teſtamentum nouum appellatum 55.1 &c.
ſolertia eſt eorum quæ non didiceris, ex ijs, quæ didiceris, inueſtigatio 23.52 & 671.8
Soli orbs Ciliciæ à Solone condita 868.43
ſolia & ſcaphæ ueteribus erant loco balneorum 171.45
ſolia iniquitatis pro iudicib. iniquis accipiuntur 451.13
ſolium regis Xerxis pedes argenteos babens 126.57.&c.
ſolœciſmus eſt ſermo incongruè compoſitus 173.11 & 868.50
Solomon à pace dictus eſt, quòd eius temporibus pax fuerit 867.55
Solon Athenienſium legiſlator 868.37
Solon fortunæ Crœſi contemtor, res humanas incertas & obſcuras eſſe dixit 913.18
Solõ Homeri carmina ſic recitari uoluit, ut ubi unus defineret, ibidem alter inciperet 961.18
ſomnia cæca ideo dicũtur, quòd uel cum ijs, qui clauſos babẽt oculos, quaſi colloquantur: uel etiam fallacia eſſe cunſuerint 948.56 & 949.1
ſomnia Pharaonis à Ioſepho ſic expoſita quemadmodum euenerunt 7.29
ſomnia allegorica & theorematica 54.54
ſomnium Alcibiadis peritum 58.21
ſomnium de Pericle 247.4
ſomnium de Platone Socraticum 761.40
ſomnium poſt ſomnum eſt efficax 666.39
ſomnium ſæpè cum inſomnio confundi-tur 666.41
ſomnium Seuariano obiectum, quo ille montis cacumini tanquam currui inſidere & eundem agitare uiſus eſt 841.50
ſomnus ab oculis philoſophantium pellendus 105.39
ſomnus de Deo dictus æquanimitatem ſeu patientiam ſignificat 962.6
ſomnus dulcis oculis abeſto, de ijs q philoſophari uolunt, ideo rectè dictum: quòd philoſophiæ ſtudioſis multum uigilandum ſit & lucubrandum 962.22
ſomnus eſt uigiliæ naturalis priuatio 961.55
ſoni muſici tres ſunt 1027.17
ſonitus tubæ ſereno cœlo in aëre lugubris auditus belli ciuilis Romanorum præſagium 891.30
ſonus cicadarum, muſcarum, ſcarorum qui fiat 767.22
ſonus uloris exiguus graculorum crocitationi longè præſtat 545.34
Sopater à Conſtantino interfectus 875.29
ſophiſtæ non erudiunt inductos, ſed uerborum præſtigijs eludunt 638.30
Sophocles tragicus Homerus 771.769.6
ſorbere merum à cœna antiquis in more fuit 10.50
ſoritæ ſunt cauillationes 691.16
ſortes Dauidi quid ſint 493.14
ſortitio & ſubſortitio magiſtratuũ Athenienſium 314.10
ſortitus animarum 764.17
ſpacium uitæ breuiſsimum & longiſsimũ eodem recidit 43.52
ſpelæo quid ſit 879.52
ſparta ſua cuiq; ornanda 600.1
Sparta urbs Lacedæmoniorum 880.30
ſpecies ægritudinis quæ & quot ſint 709.26
ſpecies animæ ſunt três: ratiocinans, animoſa, appetens 1035.47
ſpecies contactus cùm ſit coagmentatio, genus eiuſdem eſſe rectè dici non poteſt 829.40
ſpecies mundi nulla interit 500.39
ſpecies propriè eſt inanimorum 601.22
ſpecies quid ſit exemplis declaratur 363.43
ſpecies turpitudinis quatuor ſunt 275.41
ſpectra Hecatæ ſeſe diris deuouentibus apparere ſolita 281.40
ſpectra in funere Heraiſci conſpecta 377.26
ſpermologus auicula eſt, graculo ſimilis, à ſeminibus colligendis ita dicta 880.35
ſpes eſt rei expectatæ 598.15
ſpes impiorum inſtabilis 289.5
ſpes omnis an in una occaſione ſit figenda 104.41
ſpes uictus parandi colonis ſub Iuſtiniano adempta 309.36
ſphæræ cœleſtes perſpicuæ ſunt 236.55
ſphinges Megaricæ, pro meretricib. uſurpantur 575.8
ſpinæ Dauidi prophetæ ſunt peccata 42.31
Spintharus à Comicis exagitatus eſt ut Barbarus & Phryx 1007.10
Spiridon Cyprius miraculis clarus fuit, à Triphyllio eius diſcipulo poſtea deſcriptis 943.33
ſpiritus adoptionis efficit in electis, ut Deum ſuum patrem uocent 3.2.8
ſpiritus anima hominis 766.44
ſpiritus Grammatici ex Herodiano, ſecundum ordinem Alphabeticarum literarum à Philippo ſophiſta deſcripti 985.10
ſpiritus omnis Ariſtoteli corruptibilis eſt 766.56
ſpiritus ſanctus eſt gratiæ potentiæq; ſpiritus 1.42.&c.
ſpolia pygmæorum coloſſo accõmodare, laborem fruſtra ſuſceptũ notat 47.51
ſponſi ſeſami, papaueris ſiſymbrijq; folijs coronabantur 850.33
ſportulæ qualis uana pecunia fuerit 804.48
ſpuere in ſinum quid ſit 367.53
ſquilla herbę genus eſt amaræ, eam comedentibus mortem ferens 860.38
ſquillæ Cinturis maiores ſunt quã Smyrnæ 109.14
Staphylus Bacchi amaſius 428.18
ſtatua Aelij Adriani βδελυγμα ἐρημώσεως 177.46
ſtatua Apollinis citharã tenens manibus, quid ſignificet 118.18
ſtatua eburnea Mineruæ à Phidia ſtatuario confecta 981.19
ſtatua in Diogenis honorem à Sinopenſibus erecta fuit 986.26
ſtatua Niconis, ob hominis cædem in mare abiecta, ex oraculo in locum priſtinum reſtituitur 626.1.&c.
ſtatua Niconis pugilis excellentiſsimi hominem flagellis ipſam cędentem occidit 625.53
ſtatua Seleuci cornua cur habeat 844.30
ſtatua Veneris cur barbata 166.6
ſtatuæ Mercuriales à quo mutilatæ 773.35
ſtellæ non naturales quatuor 496.35
ſternumantis Sophocli eſt idem qui eugaſtrimythus uel pythonalijs 277.10
ſternutationes ad Cererem referri ſolitæ 641.29
Sthenebœa Bellerophontem, cuius amore perfrui non poſſet, quòd illi repugnaret, ita accuſat apud maritũ, quaſi uim inferre uoluiſſet 858.20
Stilbides uates optimus & celeberrimus 755.51
ſtipendium militum in philoſophos erat conferendum 528.54
Stipbos ſunt uiri quater mille nonaginta ſex 906.11
Stoici à Stoa, porticu Athenienſi, antè Piſianactea poſtea Pœcile uocata, dicti 885.37
Stoici itaq; nomen à loco nacti 358.15
ſtomachus ab antiquis medicis cor nocatus, unde καρδιωγμοί 886.12
Strabo Stoicus philoſophus 65.5
ſtrategema eſt, cum nocte multæ pyræ ad hoſtium animos perterrefaciendus incenduntur 1003.4
ſtrategema nauticum inſigne quoddam 838.49
ſtratiota herba aquatica, radice carens, aquiſque innatans naturæ eſt frigidæ 887.46
ſtrepitus alius eſt facultate, alius actu 1034.12

tè Epirus eſt 376.44
terra quærit eſt patria 7.5.4
terra ſtiapodum æqualis & aſpera, latebras, in quas caloris auertendi cauſa confugiant, nullas habet 860.30
terra uiuentium quid 201.16
terra undiq; cingitur aquis 745.5
terræmotus fit uento in terræ cauitatib. incluſo 849.3
terrere utre, eſt temere & inaniter terrere conari 151.8
terrigenæ dicti fuerit Athenienſes, quòd & Erechtheus conditor Athenarum, è terra natus fuiſſet 916.2
terrigenæ quã propriè dici poſsint 201.7
terrigenæ ſunt qui terrena cogitãt 201.12
terrores Panici qualéſnam ſint terrores 719.29
terſeuex epitheton eſt Neſtoris, eidẽ ideo tributum, quòd tres hominum uiserit ætates 942.2
teſſera Locrenſis impoſturã notat 541.52
teſſeræ octodecim uictoriam certiſsimã, tres cladem ſignificant 384.22
teſtimonium lex eſt, quod contra peccantes dicat teſtimonium 630.13
teſtis Atticus, pro ueraci 156.6
teſtudo cùm ab aquila uolare didiciſſet, decidit 636.11
teſtudo muſcas parui facit 915.49
tetanos equorum morbus eſt 915.36
tetralogia uocantur quatuor fabulæ, quatuor anni partibus à tragicis agi ſolitæ 916.36
tetrametrum carmen ab Ariſtophane inuentum 916.50
tetrarchiæ duæ uiri centum uiginti quinque ſunt 905.42
Thara Abrahami patriarchæ pater in Carram moritur 7.51
Thara pater Abrahami ſtatuarius cùm eſſet, è diuerſa materia ſtatuas à ſe conſectas, Deos adorandos eſſe dixit 847.25
thargelion menſis Aprilis eſt Apollini ſacer 427.53
Theagenes ob ſeruitatem & mores pecorum infamis fuit 952.57 & 953.1
Theano prodit Palladium 910.28
Thebani ſui ipſorum interfectores nullo honore afficiebant 910.52
Themiſtocles Athenis deuaſtatis exulem ſe non eſſe reputauit, quòd ei ducentæ triremes adhuc ſuppeterent 29.1
Themiſtocles, Neoclis filius, oraculi Athenienſibus, bello à Xerxe uexatis, per Apollinem dati interpres 84.3
Themiſtocles tametſi fuerit abdicatus, improbus tamen non fuit 113.15
Themiſtocles unà cum Pauſania Perſicæ proditionis eſt inſimulatus 590.8
Theodorum quandam ſpecie humana cacodæmonẽ fuiſſe unde colligatur 911.27
Theodoſius cœnobiarcha ſub Anaſtaſio Silentiario uixit 98.16 quidam Iudæorum princeps agnitam de Chriſto ueritatem gloriæ mundanæ cauſa confiteri noluit 393.40 &c.
theologia Aegyptiaca à Sanchaniathone deſcripta 829.52 eorundem Aegyptiorum libris tribus à Philiſto Naucratita comprehenſa 986.52
Theopompus, Damoſtrati filius, ab Anaximene in Athenienſium & Lacedæmoniorum odium callidiſsimè inductus 76.31
theorema dialecticum quid ſit 438.53
theoreticus, magiſne in actione an cognitione prudẽtia uerſetur, inquirit 872.42
Theramenes ab ara auulſus & occiſus 445.41
Thermutis filia Pharaonis Moſis adoptatrix 442.18
Therſites in orco alijs honore nihil cedit 157.3
Therſites inter Græcos liberè locutus eſt 913.47
theſauri uentorum quid 446.14
theſes Theophraſti oſtreo ſcriptæ 442.32
Theſeus è Creta reuerſus & floribus & folijs & fructibus eſt honoratus 744.14
Theſeus oſtraciſmo pulſus Athenis in Scyro perit 445.33
Theſeus quibus contra quos adiumento fuerit 686.43
Theſeus quomodo fugerit in exilium, & in eodem perierit 446.28
theſis Ariſtoteli quid ſit 442.33
theſmothetæ à nomophylacibus differunt 649.54
Theſſali ob latrocinia & perfidiam malè audiunt 444.6
Theſſali poſt pugnam Marathoniam ad Medos deficiunt 290.2
Theſſali poſt pugnam Marathoniam Medis cur ſtuduerint 913.47
Theſſalia quatuor conſtat partibus 917.3
Theſſalonica urbs Macedonica unde dicta uideatur 442.26
θεωρεῖν Ariſtoteli idem eſt ſæpè quòd ζητεῖν 439.2
thorax equitis Parthi qualis 449.13
thorax unde dicatur græcè 449.11
Thraces regionem frigidam incolentes allio conuenienter utuntur, cùm calidum ſit 863.46
thronum quale tibi genus fuerit apud Athenienſes 450.38
Thucydides quarum rerum cauſa laudabilis 448.6
thymbra qualis herba ſit 451.50
thymele ara Bacchi eſt 859.32
tiara capitis ornamentum fuit, quam reges Perſiæ ſoli rectam portabant, reliqui uerò duces inclinatam 911.27
tibię & è calamis & ex ęre factę à quo primùm ſint inuentæ 569.20
tibiæ olim è ceruinis cornibus conficiebantur 679.49
Tigranes à Pompeio molectatus 774.40
Timæus Ariſtotelis inſectator 138.7
Timæus hiſtoricus duplici nomine reprehenſus, cùm quòd ijs uicijs, quibus ipſe reus ſuis alios accuſarit, tum, quòd eadem literis cõplexus, lectorum mentes falſa opinione imbuit 926.57 & 927.1 &c.
Timanthes, Cleonæus pugil, ob amiſſas uires in pyra à ſeipſo extructa ſe cremauit 914.43
Timaſion adoleſcens Aegyptios onerat calumnijs impetitus 925.27
Timaſius ille Hippolyto Theſei filio prælatus 926.30
Timaſius luxurioſus & ambitioſus 196.8
timidior proſpiciente, ualde meticuloſũ notat 221.2
timidior Rhegino, dicitur itidem prouerbio de ualde timidis 822.17
Timoleon à Timæo dijs ipſis impiè prælatus 927.10
Timoleon, tantum abeſt ut quicquã laude dignum geſſerit, ut ne quidem unquam quicquam præclarè gerendum ſuſceperit 917.15
Timon hominum oſor 110.11
tinctura Sardiana, pro eructatione 171.35
Timotheus tibicen quantopere modulis ſuis Alexãdrum commouerit 674.44
tiphe, quæ & ſilphe, animalculum eſt ſimile ſcarabæi 617.34
Tiſamenus ut peregrinus & uerbero per ſtrigas ſolitus eſt 931.4
Tiſiphone ab ulciſcendis cædibus eſt appellata 340.48
Titanes dæmones ſubterranei ſunt 931.25
Tithonus exuendæ ſenectutis cupiditate in cicadam mutatus eſt 923.30
tithymallus herbæ genus eſt acerrimæ, qua Lacones, apud quos reperitur, ſupercilia inungere ueſperi conſueuerũt 923.38
titillare ſtatuam, de qua te dicatur 80.43
Tityus adamans Latonam, eam uitiare conprehendit, quem liberi eius, Apollo uidelicet ac Diana telis cõfecerũt 932.25
Tityus adhuc apud inferos poniri fingitur, telis hepate confixo 932.29
thyon ligni pretioſi genus 451.42
tœcharchus proreus eſt, gubernator item uel nauclerus 946.34
tolerantia ſiue conſtantia quid 445.18
tollere axillam cur ebrium eſſe notet 571.38
tollere fila, eſt adulari 164.31
tollere ſupercilia eſt iræ ſignum 963.29
tonitru qui fiat 190.25
tonitrua in ſummis, nunciorum ſunt ſermones 190.32
tonſura Hunnica qualis 119.32
torquis homicidarum antiquorum terribilis 189.17
Tomyris Maſſagetarum regina 933.52
topica, liber Ariſtotelis quidam eſt, ideo ſic inſcriptus, quòd in eo loci probabiliter diſputandi uiam monſtrantes tradantur 935.27
tornare omnem cantilenam, eſt rotundè perſpicuéque recitare 935.7
Torquatus à torque dictus 936.19
tractatio corporis qualiſnam eſſe debeat 797.24 &c.
tragici fabulis quaternis ſolebant certare 916.32
tragula Cottæa mirabile quoddã telum 502.3
Traianus imperator militum ſaucĩ ſauciatorum curator clementiſsimus 523.31
Traianus neque inuidens, neque magiſtratum adimens cuiquam, ſed omnes bonos honorãs, ipſeq; iccirco neminẽ metuens, ab omnibus honorabatur 457.41. &c.
Traianus Romolo ſimilis 97.37
tranquillitas animi, ſuauis res eſt 933.19
tranquillitas idem ualet quod ſerenitas 909.52
tres homines uiui pro uno interfecto, ſi cædis ſuſpectus non dederetur, ab Athenienſibus capi ſoliti 81.5
tria capitis condemnatis proponi ſolita, gladius, cicuta, laqueus 908.8
tria in mente ſpectanda 367.12
triacades inferorum, de curioſis & abſcõdita ſcire ſtudentib. dici ſolent 907.33
Tribonianus, Macedoniani filius, homo fuit impijſsimus 941.14
Tribonianus quæſtor fuit ſub Iuſtiniano 942.21
Tribunus, genere Palæſtinus, homo fuit eruditus, artis medicæ peritiſsimus, ſobrius, deo charus, æquitatis obſeruantiſsimus 941.4
tribunus plebis Falcidius legem à Cæſare Caio Octauiano ſancitam tulit, quę nunc maximam habẽs in patrimoniorum ſucceſsionibus auctoritatem Falcidia uocari ſolet 947.40
tribus Beniamitica propter Leuitæ uxorem ſtupratam, & cum multiplici euẽtú grauiſsimè afflicta fuit 834.1 &c.
tribus Iudaica & Leuitica permiſta fuit 395.38
tribus per ſeſe continet decem millia militum 1008.44

uotum ab Athenienſibus pro depellenda peſte Apollini factum 2.25
uotum Camilli Romanorum ducis Achilleum 168.11
uotum Darij pro Alexandro 51.19
uotum eſt promiſsio qua deo aliquid ſtudio pietatis conſecratur 350.19
uotum in terram non cecidiſſe dicitur, quum eſt exauditum 687.18
una animalibus non eſt ullis 767.1
una materia ſermonis eſt 203.46
una quas arterias ſui moderatrices habeat 950.34 &c.
Vranius genere Syrus eruditionis oſtentator 689.39
urbes Lemni duæ 384.38
urbes ſecundum & impenſorum 858.12
urbes maritimæ non omnes mari tinctæ ſunt 83.41
uſura qualiſnam bellua ſit 933.49
uſuræ octauæ, ſortis pars octaua eſt, fœneranti dati ſoluta 322.20
uſus deorſum quis proprius 82.46
uſus uocis τῶν ... duplex eſt, cum aliàs improbitatem, aliàs corporis afflictiones ſignificet 458.50
utens uulpeculæ familiaritate, uulpinam calliditatem expectet 61.16
uter Creſiphontis, quid 151.6
utides cauillationes ſunt 691.16
utilitas nuſquam nulla eſt opilione abſente 787.18
Vulcanus primus ignis uſus inuentor fuit 511.18
Vulcanus rex Aegypti 374.16
Vulcanus Deus fuliginoſus & artifex inclytus appellatus 167.36
Volcanus in prælio ictus, claudus eſt factus 385.16
uulgus ex euentu non ratione conſiliorum iudicare ſolet 716.30
uulgus Lydorum iuſſu Cyri fundatores conſtituti 900.50
uulgus pecuniæ cupidum 692.14
uulpecula bouem agitat. 61.14
uulpes muneribus non capitur 61.12
uulpes ſemel in laqueum 102.19
uulnus Telephium, dicitur de illo uulnere, quod regi Myſiæ à Græcis, Myſiam depopulantibus quòd Troiam eſſe putaſſent, inflictum fuit 919.11 &c.
uulpes Telmiſia à rerum Thebanarũ hiſtoricis prolixè deſcripta 917.56
uulpes uetula non capitur laqueo 100.12
uultures egentes infiniti 106.30
uultus Chriſti contra eos qui mala faciunt 797.34
uultus Dei depulſionem malorum, & contrà bonorum ſuppeditationem ſignificat 797.36
uultus Pallenicus pro generoſo ponitur 713.12
uua iuata quam meturæſrit 184.45
uxor Aiacis Tecmeſſa uocata fuit 911.12
uxor Darij formoſiſsima ab Alexandro non uiolata 51.3
uxor genuina concubinæ calumnijs à marito interfecta 962.16
uxor Homeri quæ 659.7
uxor Moyſis Seppbora fuit 846.10
uxores à maritis ſeparatæ 189.50

X

Xanthius Bœotus à Melantho Athenienſi ſingulari in certamine peremptus 636.46
Xantippe Socratis uxor permoleſta 944.48
xenagie ſunt uiri quingenti duodecim 906.6
Xeniades herus Diogenis 244.8
Xenocles ut impolitus & allegoricꝰ poeta reprehenſus eſt 99.3
Xenophon Attica apis appellatus, primus philoſophorum uitas, mirabiliaq́; & dicta & facta eorundem deſcripſit 638.38 &c.
Xerxes Græciam inuadens, magnum pecuniæ numerum offert Ariſtidi relegato 134.45
Xerxes Helleſpontum traijcit 345.12
Xerxes Perſarum rex 639.48
Xuthus Athenienſibus oppugnatis opem magno ſtudio tulit 183.48

Y

ὕδωρ τῇ θαλάττῃ ... 188.16
ὕαλος χλωρὸν 207.10
ὑπέραι funes ſunt nautici, quibus antennarum cornua traducuntur 164.48
ὗς βοιωτία 191.20

Z

Zagreus Bacchus infernus, Iouis perſephonæque filius 354.38
Zamolxis ante Pythagoram diu fuit 355.10
Zamolxis quis fuerit 354.51 & 707.38
Zeb & Zebee & Salmon principes fuere Madianitici 196.30
zelotæ quinam fuerint apud Iudæos 357.18
zelotypia quid ſit 357.13
zelus eſt boni alicuius cupiditas, ſineulla inuidia in animo exiſtens 357.8
Zeno Cittieus è ſchola exiens digito pedis uulnerato, ſtatimq́; ſpiritu ſuppreſſo deceſsit 159.18
Zeno Cittieus, in porticu Piſianactea obambulando diſſerens, frequentiſsimos habebat auditores 886.13
Zeno Cittieus tenuis fuit & longus 265.40
Zeno Cittieus uoce ... omnium primùm uſus fuiſſe dicitur 457.2 &c.
Zeno, rectis aliorum ſententijs aſſentiri & parere, quàm proprio marte, quid facto opus eſſet, inuenire, maioris uirtutis eſſe putabat 946.13
Zeno uictu ſine igni, pallioq́; tenui utebatur 124.2
Zercon deformitate corporis & balbutie ridiculus 355.24
Zeuxis pictor fuit optimus 156.14
Zetema & in bonam & in malam partem uſurpatum 69.6
Zoilus Amphipolitanus Homeromaſtix cur cognominatus 361.4
zona per metaphoram ſignificat interdũ facultatem 361.27
Zonæ in terra quot & quæ ſint 361.27
Zopyrus Perſa quo aſtu Babylonem prodiderit 361.38
Zoroaſtres apud Babylonios aſtronomiæ doctor 153.7
Zoroaſtres Perſomedus primus magorum nominis recipiendi auctor 361.48
Zoromaſdes ſapiens Chaldæus & mathematum & phyſicorum ſcriptor fuit 361.56
Zoſimus philoſophus Alexandrinus quæ ſcripſerit 361.8
Zeuxis in æde Veneris Cupidinem elegãtiſsimè depinxit 87.14
zythus eſt potus ex hordeo confectus 362.25

FINIS.

BASILEAE,
EX OFFICINA HERVAGIANA, PER
EVSEBIVM EPISCOPIVM.
ANNO CIↃ. IↃ. LXXXI.

